Digitized by Google

1 2

7.6.240

I 6.240

Digitized by Google

Digitized by Google

AVGVSTINI LEYSERI
IN REGIS POLONIARVM ET PRINCIPIS
ELECTORIS SAXONIS AVLA CONSILIARII
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI ORDINARII
CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORIS
IN TRIBVNALI ET SCABINATV PRIMI
ADSESSORIS

MEDITATIONES
AD
PANDECTAS

QVIBVS PRAECIPVA IVRIS CAPITA
EX ANTIQVITATE EXPLICANTVR, CVM
IVRIBVS RECENTIORIBVS CONFERVNTVR
ATQVE VARIIS CELEBRIVM COLLEGIORVM
RESPONSIS ET REBVS IVDICATIS
ILLVSTRANTVR.

VOLVMEN VIII.

EDITIO NOVA ET CORRECTIOR.

CVM PRIVILEGIIS SACRAE CAES. MAIESTATIS
ET SERENISS. ELECT. SAX.

LIPSIAE, BRVNSVIGAE ET GVELPHERBYTI
APVD FRANCISCVM MEISNERVM.
ANNO CIↃIↃCCLXXXII.

Digitized by Google

TITVLI
SINGVLORVM SPECIMINVM
VOLVMINIS VIII.

AD LIB. XLVII. TIT. I. DE PRIVATIS DELICTIS.

Spec. 532. *de His, qui ex mentis imbecillitate delinquunt.* pag. 1
Spec. 533. *de Delictis Collegiorum.* 22
Spec. 534. *de Concurſu ſuperioris & inferioris in delicto.* 42

AD LIB. XLVII. TIT. II. DE FVRTIS.

Spec. 535. *de Iniuſta in fures indulgentia.* 59
Spec. 536. *de Furtis violentis.* 90
Spec. 537. *de Legitimis furum excuſationibus.* 106
Spec. 538. *de Actione furti prohibiti.* 131

AD LIB. XLVII. TIT. VIII. DE VI BONORVM RAPTORVM, ET DE TVRBA.

Spec. 539. *de Iure Germanorum antiquo & moderno circa rapinas.* 136
Spec. 540. *de Turba.* 152

AD LIB. XLVII. TIT. IX. DE INCENDIO, RVINA, NAVFRAGIO, RATE, NAVE EXPVGNATA.

Spec. 541. *de Incendiariis.* 156

AD LIB. XLVII. TIT. X. DE INIVRIIS ET FAMOSIS LIBELLIS.

Spec. 542. *de Pietate ac iuſtitia remediorum contra iniurias.* 172

Spec. 543. *de Satisfactione privata in iniuriis.* 195

Spec. 544. *de Tempore & loco iniuriarum.* 210

Spec. 545. *de Sannis.* 216

Spec. 546. *de Iniuriis obliquis.* 223

Spec. 547. *de Conuitiis advocatorum.* 241

Spec. 548. *de Conuitiis concionatorum.* 263

Spec. 549. *de Iniuriis, quæ non faciendo fiunt.* 283

Spec. 550. *de Exceptione erroris in iniuriis.* 294

Spec. 551. *de Veritate conuitii.* 304

Spec. 552. *de Famoſis libellis.* 325

AD LIB. XLVII. TIT. XI. DE EXTRAORDINARIIS CRIMINIBVS.

Spec. 553. *de Diffidationibus.* 338

AD LIB. XLVII. TIT. XV. DE PRAEVARICATIONE.

Spec. 554. *de Prævaricatione tam publica, quam privata.* 357

AD

Digitized by Google

AD LIB. XLVII. TIT. XVI. DE RECEPTATORIBVS.

Spec. 555. *de Receptatoribus.* 391

AD LIB. XLVII. TIT. XIX. EXPILATAE HEREDITATIS.

Spec. 556. *de Expilationibus, quæ per heredes liberos, & coniuges fiunt.* 402

AD LIB. XLVII. TIT. XX. STELLIONATVS.

Spec. 557. *de Stellionatu.* 413

AD LIB. XLVII. TIT. XXI. DE TERMINO MOTO.

Spec. 558. *de Termino moto.* 419

AD LIB. XLVII. TIT. XXII. DE COLLEGIIS ET CORPORIBVS.

Spec. 559. *de Collegiis et corporibus.* 427

AD LIB. XLVIII. TIT. I. DE PVBLICIS IVDICIIS.

Spec. 560. *de Inquisitione.* 448

AD LIB. XLVIII. TIT. II. DE ACCVSATIONIBVS ET INSCRIPTIONIBVS.

Spec. 561. *de Corpore delicti.* 476

Spec. 562. *de Odio defensionis.* 484

AD LIB. XLVIII. TIT. III. DE CVSTODIA ET EXHIBITIONE REORVM.

Spec. 563. *de Custodia reorum.* 511

Spec. 564. *de Violatione carceris.* 533

Spec. 565. *de Blasphemia.* 541

AD LIB. XLVIII. TIT. IV. AD LEGEM IVLIAM MAIESTATIS.

Spec. 566. *de Hæresi.* 570

Digitized by Google

Spec. 567. *de Delictis, quæ circa iusiurandum committuntur.* 613
Spec. 568. *de Perduellibus.* 635
Spec. 569. *de Maledictis in Principem.* 664
Spec. 570. *de Fictis criminibus ministrorum Principis.* 685
Spec. 571. *de Veris delictis ministrorum Principis.* 740
Spec. 572. *de Iudicio in ministrum Principis delinquentem.* 839
Spec. 573. *Quo, perduelles indicta causſa puniri possſe, ostenditur.* 849
Spec. 574. *Quo doctrina Ioannis Parvi de cæde perduellium, privatis licita, contra trium sæculorum calumnias vindicatur.* 861
Spec. 575. *de Pœnis Ministrorum Principis delinquentium.* 910

SPEC.

Digitized by Google

SPECIMEN DXXXII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS

AD LIB. XLVII. TIT. I

DE

HIS, QVI EX MENTIS IMBECILLITATE DELINQVVNT

PVBLICE DEFENSVM

A

IOHANNE IACOBO METZNERO

SCHNEEBERGA-MISN.

VI. CAL. MAII. ANNI CIↃ IↃ CC XXXII.

I.

Ius Germanicum priſcum impuberes omnes & furioſos delinquentes a pœna liberat, ſed damnum datum reſtituere iubet.

Digitized by Google

II.

Ius Romanum pubertati proximos & pumit & damnum reſtituere iubet, infantes vero & infantiæ proximos, ut & furioſos, ab utroque liberat.

III.

Ius Romanum æquius & in foro receptum eſt.

De delictis impuberum & furioſorum aliter ſenſerunt Germani veteres, aliter Romanorum iurium conditores. Quod ad pœnam, maiores noſtri & impuberibus & furioſis pepercerunt, & ad annum usque quartum decimum ætatis ſupplicium nullum irrogarunt. Inſignem tamen cavillationem memorat *Wernerus Rolevinck de antiquorum Saxonum ſitu & moribus lib.* 1. *cap. ult.* narratque, puerum decem annorum furti inſimulatum & ad capitale ſupplicium damnatum, ſed in vinculis ſervari iuſſum fuiſſe, donec decimum quartum annum ſuppleviſſet, ac legitime truncari potuiſſet. Narrat quoque *Wiguleius Hundius* im Bayerſchen Stamm-Buche *tit.* Machſelreyen *pag.* 116. puellam tredecim & puerum duodecim annorum latrocinii complices Auguſtæ Vindelicorum captos fuiſſe, ſed ſecundum leges civitatis, quæ in ultimo ſupplicio quindecim annos deſiderent, morte puniri non potuiſſe, Maximilianum tamen cæſarem a ſenatu per legatos conſultum ex conſilio ICtorum propter atrocitatem criminis a lege receſſiſſe, atque ambos vivos ſepeliri iuſſiſſe. Sed quod ad damni reſtitutionem, crediderunt Germani, hanc ex bonis tam infantis, quam furioſi, faciendam eſſe. Clara ſunt de utroque *ſpeculi Saxonici* verba *in lib.* 2. *art.* 65. *& lib.* 3. *art.* 3.

Romani

Digitized by Google

Romani contra furiosos & a pœna omni & a damni etiam restitutione absolverunt, damnumque a furioso datum inter casus fortuitos retulerunt in *L. ult. de Administ. & peric. tut.* Inter impuberes autem discrimen faciunt iura Romana. Infantes & infantiæ proximos furiosis exæquant, & non solum a pœna verum etiam a damni restitutione absolvunt in *L.* 23. *de Furtis*, pubertati proximis, seu eius ætatis, ut rei intellectum capere possint, ulla in caussa parci vetant, atque adeo & ultimum supplicium irrogant, ut tamen, iudicem miseratione ætatis ad mediocrem pœnam produci, permittant, *L.* 37. §. 1. *de Minoribus*, magis ergo necessitatem damni restituendi imponunt. *L.* 14. *de SCto Silaniano.* Quæ de pœnis impuberum in iure Romano constituta fuerunt, ea *Carolus V.* imperator in *art.* 164. *constitutionis suæ* sat clare confirmavit. At de damni restitutione nihil novi constitutum est. Crediderunt tamen plerique, ius Romanum, quod furiosos & infantes ab ea immunes facit, longe æquius esse Germanico prisco, atque adeo illud in iudicio sequuti sunt, etiam in ipso Electoratu Saxoniæ, in quo tamen antiquum ius Saxonicum legibus Romanis alias præfertur. Testantur hoc *Carpzovius quæst. crim.* 143. *n.* 15. 16. *& quæst.* 145. *n.* 21. *item Bergerus in Jurisprud. crim. pag.* 145. Ipse recordor, Scabinos Vitembergenses mense Septembri anni 1709. puero 9. annorum, qui sclopeto per lasciviam & petulantiam sumto alterum interfecerat, werigeldi quidem solutionem nec non expensarum iudicialium restitutionem remisisse, interim, ut privatim a patre virgis admoneretur & castigaretur, respondisse. Retuli iam hoc responsum & æquissimum esse dixi in disputatione, quam anno 1709 mense Octobri habui, & *collationem prisci iuris Saxonici cum iure Romano & moribus hodiernis* inscripsi §. 45. Edidit vero eodem mense *Gribnerus* Disputationem *de incestis cum novercæ matris nuptiis*, ac in eius *corollar.* 2. idem responsum integrum adiecit: addidit tamen, naturali æquitati

Digitized by Google

magis convenire eorum ſententiam, qui infantes ex damno dato ſaltim ad eius reſtitutionem obſtringi contendant: neque enim, cur alterius infantia mihi magis quam ei noxia eſſe debeat, cauſſam apparere. Ait etiam, ſecum ſentire *Thomaſium de larva legis Aquiliæ* §. 9. Ego, de æquitate hac in utramque partem admodum probabiliter diſputari poſſe, non nego, perſto tamen in ſententia, ius receptum æquius eſſe, quod, qui intellectus & voluntatis uſum non habet, nec ſe, nec bona ſua obligare poſſit, & caſus fortuitus, pro quo tale damnum habetur, patienti, non alteri innocenti, nocere debeat.

IV.

Iudex minori pœnam ordinariam remittere poteſt.

V.

Non peccat tamen, ſi eam minori infligat.

VI.

Aliquando & impubes ordinario punitur.

Minorum imbecillius iudicium eſt, & vi affectuum ac ſanguinis impetu concitatum facilius in devia ac vetita abripitur, & quaſi præcipitatur. Ea tamen violenta impreſſio, quia rationis freno retineri ac coerceri poteſt, impunitatem non meretur. Et foret quoque impunitas hæc, ſi minoribus proponeretur, reipublicæ periculoſa, dum iuvenes, demto pœnarum metu, nihil non auderent. An non vero minori ætati aliqua ſaltem venia indulgenda, ac pœna eius mitiganda ſit, intricatiſſime in utramque partem diſputatur. Ipſa iura noſtra hic fluctuant. Severus certe & Antoninus AA. in *L.* 1. *C. Si adverſus delictum. In criminibus*, inquiunt, *ætatis ſuffragio minores non iuvantur; etenim malorum mores infirmitas animi non excuſat; ſi tamen delictum non ex animo, ſed extra venit, noxio non committitur.* Itaque ſecundum *h. l.* minores nihil præcipui præ maioribus habent, quum diſcri-

Digitized by Google

diſcrimen inter delicta, quæ ex animo, ſeu dolo, & quæ extra, ſeu ex culpa, proficiſcuntur, etiam ad maiores pertineat. Contra Paulus in *L.* 108. *de Regulis Iuris: Fere in omnibus*, ait, *pœnalibus iudiciis ætati & imprudentiæ ſuccurritur.* Adde *L.* 6. §. 3. *de pœnis.* Et profecto vix quidquam certi hic ſtatui poteſt, quum ex facto ius pendeat, atque utique animus in delictis dolusque ſpectandus ſit, quem ex circumſtantiis cognoſci & iudicari oportet. Ego igitur, qui non raro illis, quorum opera Carolus V. in compilanda conſtitutione ſua uſus eſt, iraſci ſoleo, quod pleraque incerta reliquerint, hic tamen eos excuſo, recteque in *articulo* 179. omnia prudentum arbitrio permittere credo. Clarius hoc Tryphoninus aut Iuſtinianus potius in *L.* 37. §. 1. *de Minoribus* facit, negatque, in delictis minorem annis viginti quinque in integrum reſtitutionem mereri, addit tamen: *niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit;* id quod etiam in atrocioribus delictis fieri poſſit. Hic itaque caſus eſt, quod iudex ſine infamiæ metu mitior lege eſſe poteſt. Sed poteſt, non debet. Ridicule profecto *Hippolytus de Marſiliis in ſingulari* 377. *incipit Geminatio ad fin.* referente & probante *Carrerio in Practica cauſſarum criminalium in* 2. *tract. de Homicid.* §. *circa quartum n.* 5. invehit contra iudicem, qui tempore ſuo fecit ſuſpendere quendam minorem pro quibusdam delictis geminatis, dicitque, quod ille iudex, ſi comediſſet fœnum, fuiſſet una beſtia, & quod propterea fuiſſet ille magis dignus laqueo, quam ille minor; & *Gomez in Reſolut. tom.* 3. *cap.* 1. *n.* 63. iudicem, qui pœnam minoris non mitiget, ſyndicatu teneri, ait. Nos certe, qui collegiis iuridicis adſidemus, arbitrio nobis per leges indulto uti non dubitamus, ſed ultimum ſupplicium minoribus, præſertim ſi aliæ excuſationes concurrant, remittimus, aliquando decernimus. Nec Hippolyti convitia metuimus. Nam, quas ille & alii,

Digitized by

qui cum eo ſentiunt, crepant, *lex* 1. §. 32. *de S. C. Sil & cap.* 1. & 2. *X. de delictis puerorum* de ſolis impuberibus loquuntur, hosque tantum pœnis ordinariis eximunt; ut adeo exceptio impuberum potius regulam in minoribus firmet. Sed neque exceptio impuberum perpetua eſt. Certe Scabini Lipſienſes apud *Carpzovium in Quæſt. criminal.* 82. *n.* 22. laquei pœnam furi, qui nondum annum ætatis decimum quartum impleverat, *ex articulo* 164. *Conſtitutionis Carolinæ* dictaverunt. Et recte. Nec novum hoc ius eſt, ſed vetuſtiſſimum. Commemorat Mæcianus in *L.* 14. *de S. C. Silan.* exemplum impuberis ultimo ſupplicio adfecti, additque, impuberibus, qui eius ætatis ſint, ut rei intellectum capere poſſint, in nulla cauſſa parci oportere.

VII.

Doctrina de delictis & pœnis dementium ad arbitrarias iudicum quæſtiones refertur.

VIII.

Regulariter omnes dementes, etiam moriones, qui principibus in deliciis ſunt, excuſantur, niſi manifeſtum doli indicium appareat.

In iure Romano furioſi & mente capti, ſi delinquant, generaliter pœnis omnibus eximuntur, *L.* 12. *ad L. Corn. de ſicariis, L.* 9. §. *ult. de L. Pompeia de parricidiis, L.* 14. *de Officio præſidis.* Cuius rei ratio eſt, quod eius iuris conditores nullos dementiæ gradus fecerint: qua de re conqueritur iam tum *Strykius in diſſ. de Dementia & melancholia cap.* 1. §. 4. At infinitos eorum gradus eſſe, experientia docet. Vnde doctrinam de actionibus mente captorum & fatuorum inter arbitrarias iudicum quæſtiones refert *Menochius de Arbitrariis iud. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 529. quod & Carolus V. *in art.* 179. *Conſtit. crim.* facit, pœnasque dementium ICtis deter-

determinandas relinquit. In dubio tamen ſecundum ius Romanum iudicari & mente captis ac fatuis parci oportere, credo. Fatui enim, qui minimum inſaniunt, infantibus tamen, aut ſaltem pueris, infantiæ proximis, ſimiles ſunt, atque adeo, niſi malitiæ ſigna manifeſte appareant, excuſantur. Huc quoque moriones refero, qui principibus viris in deliciis eſſe ſolent, quos nonnunquam atrociſſime contra ipſos benefactores ſuos delinquere videmus. Exemplum luculentum habet *Aventinus Annal. Boiorum lib.* 7. *pag.* 532. Ludovici ſcilicet Boiorum ducis, qui, dum Kelhaimii poſt cœnam in ponte deambulabat, atque Stichio morioni ſuo per ludum inſultabat, ab hoc morione cultello ſauciatus interiit. Quod quamvis in dubium vocet *Brunnerus Annalium Boiorum lib.* 14. *p.* 684. malitque more ſuo calumniis Innocentii pontificis fidem adhibere, ac Fridericum Cæſarem auctorem cædis facere, ego tamen Aventino magis credo, quem etiam *Spenerus ſyllog. genealogic. pag.* 181. *& Buckiſch hiſt. geneal. Palatino-Neob. P.* 1. §. 6. *p.* 6. ſequuntur, quum præſertim narratiuncula illa de fœdere & familiaritate Friderici cum Vetulo de montanis, & ſicario ex Aſſaſſinorum gente lecto meram fabulam ſapiat.

IX.

Ruſticitati in omnibus delictis, etiam atrocioribus, & quæ contra ius naturæ ſunt, ſi quidem caput iuris paulo intricatius fuit, parcitur.

X.

Ruſticitatis ratio in ipſo crimine perduellionis habetur.

XI.

Ruſticitas non vitam agreſtem, ſed ſimplicitatem, quæ etiam in oppidanos cadere poteſt, ſignificat.

Ruſti-

Rusticitati in delictis parci, ignosci, pœnamque vel remitti, vel tamen mitigari, etiam ubi ex iuris ignorantia peccatum fuit, sat notum est, atque plurimis legibus confirmatur. Vide inter alias *L.* 2. §. *si quis in ius vocatus*, *L.* 7. §. 4. *de Iurisdict.* *L.* 1. §. 5. *de edend.* Quæ in his aliisque legibus occurrit vox rusticitas non ad solos rusticos restringenda est, nec de rusticatione & agricultura intelligi debet, sicut *Schilt. in Exercit. ad* D. 7. §. 12. & 27. *in fin.* sentit. Rusticitas enim & in iure nostro & apud bonos auctores simplicitatem, morum inconcinnitatem & imperitiam non in solis rusticis, sed his etiam, qui in oppidis vivunt, prudentiæque in rebus agendis ac vitæ politioris expertes sunt, obviam significat, id quod ex *L.* 3. *C. de Defens. civitat.* ex *Plinii lib.* 1. *Epist.* 14. ex *Suetonio in Cæsare cap.* 53. apparet. Quia tamen homines agrestes maximam & potissimam partem ex simplicitate peccant, nec tam facile peritiores consulere possunt, venia illis delinquentibus omnium facillime datur. Agnoscunt hoc omnes, quotquot de criminibus eorumque pœnis scripserunt, sed infinitis ampliationibus ac limitationibus doctrinam hanc corrumpunt. Speciminis loco esse possunt, quæ *Tiraquell. de pœn. temperand. Cauf.* 11. operose ex variis iureconsultorum commentariis congessit. Ista vero omnia rem implicant. Nos unicam regulam faciemus: quotiescunque ius, contra quod peccavit rusticus, intricatius paulo fuit, atque scientiam hominis simplicis fugere potuit, pœna omnis cessat; tunc tamen, quum aliqua penes delinquentem culpa remanet, e. g. quod plane non inquisivit, ac nimis inconsiderate egit, quod malum persuadenti temere credidit, quod prudentiorem, cuius copia erat, non consuluit, pœna non remittitur penitus, temperatur tamen. Ista, quam modo posui, regula in omnibus delictis, atrocissimis quoque, & quæ contra ius naturæ sunt, locum habet. Nec movet me in contrarium

Digitized by Google

um *lex* 2. *C. de in ius vocand.* quippe quæ tale iuris naturæ caput ſupponit, quod quaſi in oculos incurrit, e. g. reverentiam parentibus debitam. At ſi quod iuris naturæ caput paulo intricatius eſt, dubitationemque movere poterat ſaltem apud hominem imperitum, mitius agitur cum ruſtico. Quæ quum ita ſint, ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XV. in ipſo crimine perduellionis, quod inter atrociſſima refertur, ruſticitati veniam aliquam dederunt, atque ſic iudicarunt: Es wird Hans Schöne 4 Tage, Chriſtoph Lorenz, Chriſtoph Hohmann, Hans Chriſtoph Schröder, Andreas Schahlen, Gottfried Kettmann, Andreas Schahde, Andreas Hahn, Peter Rettich, Andreas Höhne, Andreas Sauermilch jeder 2 Tage, Peter Sauermilch aber einen Tag lang im Gefängniſſe mit Waſſer und Brodt geſpeiſet, oder ihnen, daferne ſie gebührend darum anſuchen ſollten, freygeſtellet, vor jeden Tag 12 Gr. zu erlegen. V. R. W. Rat. dec. Es beſtehet das den ſämmtlichen Inquiſiten beygemeſſene Delictum darinnen, daß ſie ſich, da ſie doch Anhältiſche Unterthanen ſeynd, zuſammen verbunden, den in Fürſtl. Anhältiſcher Hoheit gelegenen, aber von Königl. Majeſt. in Preuſſen zu Lehn rührenden, und von derſelben an den Freyherrn von Metzſch in Lehn gereichten Golmglien anzubauen, zu ſolchem Ende, ohne Se. Hochfürſtl. Durchl. als den Landes-Herrn darüber zu begrüſſen, ſich an Königl. Majeſt. gewendet, derſelben die Sache dergeſtalt, ob ſey der Golmglien nur an den Anhältiſchen Grenzen, alſo in Preußiſchen Landen gelegen, vorgeſtellet, und auf ſolche Art die Fürſtl. Anhältiſche Iura territorialia zu ſchmälern geſuchet. Nun führen ſie zwar zu ihrer Entſchuldigung an, es ſey ihnen die eigentliche Beſchaffenheit des Golmgliens nicht bekannt, ſondern nur dieſes wiſſend geweſen, daß Königl. Majeſt. die Freyherrn von Metzſch damit belehnet, und habe der Burgemeiſter zu Zieſar ſie als einfältige Leute

zu Unternehmung dieſes Werkes beredet, wie ſie denn auch das von dem Advocaten aufgeſetzte Supplicat und den dem Hauſe Anhalt daraus zuwachſenden Nachtheil nicht recht verſtanden, ja ſo gar einige beſagtes Supplicat nicht einmal geſehen, noch darein gewilliget haben wollen, wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob falle das Delictum gänzlich hinweg, und finde keine Strafe ſtatt; Alldieweil aber die Schmälerung der Landesherrſchaftl. Grenzen ein grobes Delictum, und ſo gar pro ſpecie perduellionis geachtet wird, und denn Inquiſiten ſolches allerdinges in Willens gehabt, da ſie ohne Vorwiſſen Sr. Hochfürſtl. Durchl. ſich den Golmglien bey Königl. Majeſt. ausgebeten, und denſelben vor ein an den Zerbſter Grenzen gelegenes Brandenburgiſches Gut angegeben, wobey ihnen die vorgeſchützte Unwiſſenheit nicht zu ſtatten kommt, indem viel gemeldeter Golmglien ganz in den Anhältiſchen Landen lieget, und nicht einmal an das Brandenburgiſche grenzet, alſo ſie wohl wiſſen können und ſollen, daß die Herrſchaft darüber ihrem Landes-Fürſten zuſtehe, immaſſen auch das Vorgeben, daß ſie ſich von dem Burgemeiſter zu Zieſar verführen laſſen, deshalben wenig hilft, weil ſie ſolchen Verführungen nicht ſtatt geben, und ſich der wahren Beſchaffenheit des Golmgliens bey ihrer Obrigkeit oder ſonſt in Anhältiſchen Landen beſſer erkundigen ſollen, ſo haben Inquiſiten allerdings Strafe verdienet. Unterdeſſen, da ſie als einfältige Bauers-Leute leichte einen Irrthum begehen und die iura territorii mit den Lehn-Rechten, welche gleichwol Königl. Majeſt. zuſtehen, confundiren können, überdies das Schreiben nicht ſelbſt gemacht, ſondern durch einen Advocaten verfertigen laſſen, auch aus allen Umſtänden kein eigentlicher dolus, ſondern nur ein etwas grobes Verſehen oder ruſticitas, welche vermöge der Rechte gelinder geſtrafet wird, hervor ſcheinet; So ſind wir, alle die, welche ſowohl vor 14 Jahren, als jetzo von neuem dieſen Complot gemachet,

chet, mit einer leidlichen Geld- oder Gefängniß-Strafe zu belegen bewogen worden; da denn Hans Schöne, als einer von den Rädelsführern, ein wenig härter angesehen worden.

XII.

Ridiculi sunt, & in studiosos iniurii, qui delicta eorum promiscue imprudentiæ & infirmitati humanæ adscribunt.

XIII.

Studiosi atrociter delinquentes ordinaria laquei aliave ignominiosa pœna recte plectuntur.

XIV.

Duæ lites Rostochii & Parisiis hac de re ventilatæ commemorantur.

XV.

Homo infamis, quem academiæ rector, huius infamiæ ignarus, in numerum civium recipit, civis academicus vere fit.

Commemorabo nunc historiam, quæ anno 1611. magnas Rostochii excitavit turbas ac per totam Germaniam variis rumoribus atque iudiciis occasionem dedit. Io. Christophorus Castritius, Zwingenbergensis sacerdotis filius, elegantis ingenii iuvenis, Giessam primum studiorum caussa venit, commissisque in oppido & in circumiacente agro aliquot furtis, Tubingam abit, ac ibi quoque mirifice tam in litteris quam furandi arte proficit, & præmia meretur. Nam & baccalaureus renunciatur, & paulo post

Digitized by Google

virgis publice cæſus in perpetuum relegatur. Qua infamia territus litterarum ſtudia per quinquennium intermitttit, tandem vero reſumit, ac Vitembergæ non infeliciter continuat. At poſtquam fama ſupplicii Tubingenſis Vitembergam perrepſiſſet, atque Caſtritius ſe digito monſtrari animadverteret, clam Roſtochium aufugit, nomen apud rectorem academiæ profitetur, albo ſtudioſorum inſcribitur, operam litteris diligentiſſime navat, magnam ſibi inprimis linguæ Hebreæ peritiam comparat, concionatur ſæpe & cum laude ad populum, denique magiſtri philoſophiæ dignitatem ambit, examinatur bis privatim, & egregie reſpondet. Dum hæc geruntur, rumor de furtis Caſtritii vulgatur ac ad philoſophorum ordinem perfertur, qui patefactum iam Caſtritio ad honores aditum claudit iterum, hominemque famam ſuam ante omnia ab obiectis criminibus liberare iubet. Ille vero maioribus indies ſuſpicionibus oneratur, ac tandem res quasdam civi oppidano ſubtractas apud alium pignori oppoſuiſſe reperitur. Furtum paſſus rectorem adit, & Caſtritium in ius vocari petit. Rector, hominem comprehenſum iri, pollicetur. At, dum rector tergiverſatur, Caſtritius, comperta accuſatione, atque ſe a lictoribus oppidanis inveſtigari audiens, abdit ſe in latebras, ibique per triduum deliteſcit. Tum ſenatus oppidanus edicto publico præmium ei, qui hominem in lucem protracturus ſit, proponit. Quo præmio inductus Svecus quidam Caſtritium adit, ſeque ei viam, qua evadere queat, monſtraturum promittit, ducit etiam credulum intempeſta nocte ad mœnia oppidi, ac lictoribus ibi in inſidiis collocatis prodit. Hi nihil tale cogitantem comprehendunt ac in carcerem ducunt. Rapitur deinde reus in iudicium, ex profeſſoribus & ſenatoribus civitatis mixtum. Roſtochienſis enim academia ex pacto cum ſenatu

natu urbis anno 1563. inito cognitionem de delictis civium academicorum atrocioribus communiter cum senatu hoc suscipit & peragit. In hoc itaque mixto iudicio Castritius confestim, se septies Rostochii ædes alienas effregisse ac compilasse, ter etiam effractionem frustra tentasse, fatetur, præterea facinora Giessæ olim & Tubingæ perpetrata, seque virgis propterea publice cæsum fuisse, narrat. Tum iudices unanimi consensu hominem ultimo supplicio addicunt; in tribus tamen maxime capitibus dissentiunt. Scilicet senatus oppidanus primo hominem tot criminibus pollutum & virgis cæsum ne studiosum quidem esse aiebat, atque adeo caussæ cognitionem sibi soli inposterum vindicabat, deinde laquei pœnam remittere nolebat, denique, Castritium ante supplicium quæstioni subiici, & de complicibus delicti, adhibitisque magicis artibus (nam nigrum canem comitem habuisse vulgo ferebatur,) per tormenta interrogari debere, contendebat. Contra professores, Castritium adhuc civem suum & a se simul cum senatu ex pacto iudicandum, porro gladio saltem feriendum, denique equuleo hic nullum locum esse, dicebant. In hac dissensione senatus oppidanus scabinos Lipsienses privatim consulit, & responsum, quod *Carpzovius in Quæst. crim.* 82. *n.* 69. exhibet, imp trat. Quod responsum, etsi in prioribus duobus capitibus senatui oppidano adsentiat, ac saltem torturæ locum deneget, nuspiam tamen in scriptis utrinque editis comparet, quin ne quidem commemoratur, ut adeo senatus hoc, nescio qua de caussa, supprimere maluisse videatur. Gliscit interim inter utrumque senatum discordia, cuius sopiendæ caussa senatus oppidani syndicus academiæ spem facit, senatum suum in omnibus cessurum, institutum iudicium commune continuaturum, torturam remissurum, & in mitigationem pœnæ consensurum,

ſi modo academia id non iure ſuo poſtulet, ſed preces & bona verba adhibeat. Hoc vero indignum academiæ viſum. Itaque eiusdem ſyndicus ſyndicum civitatis cum ſupercilio interrogat: *deberetne magiſtratus ordinarius rogare magiſtratum adſcititium?* Sic, omni ſpe pacis abrupta, via compromiſſi eligitur, ac placet ambobus, acta ad ICtos Colonienſes mitti, qui mercedem ſibi oblatam reſpuunt, atque hunc in modum ſtylo gratuito, ſed barbaro, obſcuro ac horrido, reſpondent: Wir Dechand, *Doctorn* und *Profeſſorn* beyder Geiſt- und weltlicher Rechten *Facultäten*, Juriſten-*Collegii* der Univerſität Cölln am Rheim, thun kund und bekennen, als kurtz verrückter Tage *Rector* und *Conſilium* der Univerſität-Stadt Roſtock zu der einem, und Bürgermeiſter und Rath daſelbſt anderer Seiten in *Criminal*-Sachen *Iohannis Chriſtophori Caſtritii* von Zwingenberg angegebenen Tübingiſchen *Philoſophiæ Baccalaurei* und *Theologiæ Studioſi* peinlich, und auf den Halß verklagten behaften, wegen eingefallener Streitigkeit und Zweifels, über drey unterſchiedliche Haupt-Fragen, um Belehrung mit Ueberſendung zu Bericht zu beyden Seiten gerichten ſechs Wechſel-Schriften den angehaften Beylagen, und was daraus zugewachſen, einhellig an unſer *Collegium* beyder *Facultäten* obgl. gelangen laſſen, das alles *Collegialiter referirt* und wol erwogen, und den Rechten und befundenen Geſchicht nach, wir uns die Meynung *reſolvirt*. Demnach beyde *Conſulirende* Theile auf behaften *Iohann Chriſtophori Caſtritii* freyes eigenes Bekänntniß, nach Tübingiſchen Ruthen-Beſtrafung, neues begangener Uebelthaten und gewaltſamer auffſetzlicher Diebſtahl dieſer einſtimmenden Meynung worden, daß derſelb am Leib und Leben zu ſtrafen, daß alſo einſchließig die erſte Haupt-Frage mit erledigt, und zugleich erkläret, daß *criminoſus* der Studenten Namens, Würden und *Privilegien* da nit zumal unfähig, jedoch ob einig diß falls

(wie

(wie nicht) gehaben könten, ganz verlustig worden sey. Die zweyte Frage betreffend, nachdem *furti flagitium* unter den *exceptis criminibus* in beschriebenen Rechten nie gezehlet, auch keine zutragende weitere *indicia quoad socios* vorhanden. So lässet sich dieser und andern Rechtens Ursachen halben auch noch zur Zeit nicht ersehen, wie mit dem Sünder seiner *complicum* wegen zu peinlicher Frage verfahren werden möge. Die dritte Frage über die Milterung der Weysen von Bestrafung gewinnet auch aus der ersten Abfertigung zum Theil ihren Ausschlag, in Ansehung denn auch in *crimine furti ordinarii* sichere Form der Bestrafung durch uhralt gemeinen Vaterlands Herkommen, sowol bey Kayserl. Rechten eingeführet, dieselb auch nicht, dann *per summum Principem*, verändert werden mag. Wird zwar dieser und mehr andern Rechtens-Grunde und *Fundamenten* bey derselben Vorsehung zu lassen seyn. Es wäre dann Sach, beyde Theil, deß in menschlicher Schwach- und Unberadenheit, zur Sünden gefallenen Jungen-Gesellens noch lebenden alten unglücklichen Vatern ansehen, dem *Concilio* und allen löblichen *Academien* und *studiis generalibus* zu gönstigen Ehren auf Milterung der Straf zum Schwerdt einander beyfallen und vergleichen könten, welches derselben Beschaffenheit anheim gestellet. Id vero responsum utraque pars ad se trahit & secundum mentem suam interpretatur. Et de tortura quidem, cui locum esse Colonienses sat clare negarant, disputari desiit. At de iurisdictione disputatio remansit, academia, eam sibi in responso Colonienſi non abiudicari, dicente, senatu oppidano contra, abiudicatam utique esse, contendente. Placet, denuo super hac quæstione Coloniam mitti, & declarationem sententiæ prioris expeti. Ne tamen inter has moras miser reus squalore carceris & situ cónficeretur, consentit senatus oppidanus, salvo iure suo, in continuationem iudicii communis & sententiæ formulam ab utrisque concipiendam. Tum demum academia syndicum

dictum ſuum ablegat precarique per hunc & intercedere pro reo, ut laquei pœna in gladium mutetur, incipit. Inſolentior factus hac deprecatione ſyndicus civitatis reddit ſyndico academiæ voces ſuas, & cum ſupercilio percunctatur: *poteſtne igitur hodie rogare magiſtratus ordinarius magiſtratum adſcitium?* Annuente ſyndico academiæ, &: *poteſt, poteſt;* reſpondente, ſyndicus oppidanus, de obſecratione hac ad ſenatum ſuum referre, promittit. Senatus hic, facta relatione, declarat, ſe interceſſionis ſero nimis factæ rationem quidem non habiturum, hoc tamen academiæ, ſi ea porro precetur daturum, ut Caſtritius vel ipſo ſuſpendii die, vel nocte ſequente, de furca detractus ſepeliatur. Poſt hæc dies concipiendæ ſententiæ definitur, in quo delecta utriusque ſenatus membra conveniunt, & de negotio hoc colloquuntur. Primus verba facit rector academiæ & interceſſionem per ſyndicum factam iterat. Repetunt quoque ſenatores oppidani declarationem antea memoratam, & pœnæ mitigationem abſolute recuſant. Perſiſtit in propoſito rector, & longam de ea re orationem habet. Interpellant declamantem ſenatores oppidani, & inepta prorſus cavillatione ad rhetorices, cuius profeſſionem publicam rector gerebat, adludentes aiunt, es hülfe zu dem mahl keine Rede törich, denn der Schluß wäre ſchon gefallen, daß der arme Menſch mit dem Strang ſollt gerichtet werden. Igitur rector, poſtquam ſe nihil proficere videt, cedit tandem, ac ſententiam communiter concipi, promulgari, eaque Caſtritium ad laqueum damnari patitur. In die exſequutionis Caſtritius nova eaque ſplendida veſte per ſenatum oppidanum donatur & induitur, ea iſt, ut verbis in ſcripto ex parte academiæ publicato poſitis utar, neu, und zwar ſtattlicher, denn es einem ſolchen armen Sünder, wie er ſelbſt ſoll geſagt haben, gebührete, gekleidet worden, nur vielleicht darum,

darum, daß zwiſchen ihm und einem gemeinen Diebe auch am Galgen möchte ein Unterſchied verſpüret werden, deinde publice ante curiam ſpectaculi cauſſa ad palum, den Pranger, deligatur, porro magna pompa & multorum armatorum equitum comitatu per urbem extra portam deducitur, ac ſuſpenditur, & ſuſpenſi cadaver, quod academia intercedere recuſaſſet, inſepultum relinquitur. Interea temporis academia Roſtochienſis latine ſcribit ad ICtos Colonienſes, gratias agit pro benevolentia, quam ſibi & ſenatui oppidano in pretio remiſſo declararint, teſtatur, ſe reſponſum eorum non ſolum iuri & æquitati in tribus controverſis capitibus congruum, ſed & ſatis apertum & conſpicuum (forte perſpicuum) arbitrari, ſenatum tamen oppidanum novam controverſiam præter omnem ſpem & exſpectationem movere, & in primo capite, iurisdictionem ſibi ſoli adiudicatam, neque communem declaratam, contendere, ſe quidem iſti pravæ interpretationi ipſam litteram, tenorem & ſententiam reſponſi, in quo tam apud primi quam tertii capitis in controverſiam vocati deciſionem diſertis verbis utriusque, & academici & municipalis magiſtratus, clara, manifeſta & perſpicua mentio fiat, opponere, ſed, quia ſenatus municipalis litigare pergat, & neque finem neque modum contradictionis pertinacis faciat, ſe ad reſponſi auctores recurrere & interpretationem petere; igitur peramanter & obnoxie rogare, ut ipſi ſententiam ſuam ſuper hac nova controverſia haud gravatim aperiant, &, utrumne iurisdictionen communem eſſe reſponderint, uno atque altero verbo explicent & ſignificent. Ad hæc ſic reſponderunt ICti Colonienſes, itidem latine, ſed tam elegan-ter & nitide, ut nihil in epiſtolis obſcurorum virorum ſit concinnius & ornatius. Et in principio ſtatim epiſtolæ ſuæ, ſe Germanos eſſe, atque laudem primo reſponſo ſuo a Roſtochienſibus impertitam ad litteram accepiſſe, oſten-

dunt. *Etſi*, inquiunt, *reſponſum noſtrum in cauſſa criminali captivi Iohannis Chriſtophori Caſtritii aſſerti ſtudioſi ſuper tribus quæſtionibus pridem XIII. Septembris editum, ut iuri & æquitati conſentaneum, item & dilucidum ſatis atque clarum exiſtat: in quo D. Rector & Concilium declarationem requirentes in datis ad nos latine ſcriptis litteris nobiſcum ſentiunt. Quando tamen ſubnata ſit inter eosdem & oppidanum ſenatum ex interpretatione verborum reſolutionis ad primam coniecturalis quædam dubitatio, ſi nimirum deciſum ſit & intelligatur adiudicata iurisdictio partibus utrisque communis de captivo, vel alterutri; eoque nomine pro declaratione puncti iſtius rurſus interpellemur, lubentes convenimus collegialiter, quam cito per initialia noſtra facta menſis huius licuit, & factis recollectis, ac revidendis reviſis & ponderatis, ne remoremur expectantes, ita ſentimus. Attento, quod ob graviſſima delicta furtorum infamis criminoſus & publicam pœnam virgarum carnificis, nomen, dignitatem ac privilegia Scholaris Academici, etiam ab initio conſequi non potuerit & adipiſci, quo in caſu verſamur, quando ad adipiſcendum habilis tum non fuerit, & characterem minus indelebilem, adſcriptionem in album ſtudioſorum agnoſcere non poſſimus; Sicque criminoſus ipſe membrum Vniverſitatis ac ſuppoſitum, ut loquuntur, non exiterit ſuper perſona, quæ non eſt talis eiusque capitalibus delictis iurisdictionem aliquam cum ſeculari loci Magiſtratu declarari dubitationem propoſitam petentes & conſulentes Dominos prædictos habere atque exercere non poſſe. Poſſe in habili vereque ſtudioſo ac membro poſt delinquente, ſecundum tenorem Martianæ Bullæ & ſecutæ transactionis de Anno* CIↃ IↃ LXIII. *partium conſulentium. Nam, quod nomen geſſit hactenus ſcholaris, in quantum eo facto præſumto vere ſtudioſis atque alias ſuis aliquid detritum ad mitigandam legalis pœnæ formam non cognitionaliter, ſed amicabiliter ſuaſa eſt acceſſio & concordia, verbis ſtyli vernaculi, quo nos utimur. Atque horum, quæ pro ſententiæ declaratione dicimus reſponſi & verborum prius illud, iuris eſt deciſio*

ſecun-

ſecundum ea, quæ in facto proponebantur, ac nulla ſuo caſu abiudicatio. Poſterius in appendice conſilium eſt, cauſſis in reſponſo expreſſis moventibus: Quod ſecundum eas & alias ad Academiarum decus & proborum omnium plurimorum apud legitimum Iudicem adhuc eſſet promovendum. Atque ita in ſententia priori manemus, & dubitatiunculam ex interpretatione coniecturali factam ſubmovemus. Concluſum & ſignatum ſigillo maiori noſtro in Conſilio noviſſimo deſuper habito, Coloniæ apud Rhenum die Lunæ, quæ eſt 7. Novembri Anno CIↃ IↃ CXI. Non adquieverunt in hoc reſponſo Roſtochienſes, ſed ſuper eadem controverſia porro ICtos Helmſtadienſes, Francofurtanos, Heidelbergenſes, Lipſienſes & Ienenſes conſuluerunt, atque ab omnibus reſponſum tulerunt, Caſtritium, etſi Tubingæ ob furta virgis cæſum, & novis, quæ Roſtochii commiſerit, furtis infamem, tamen civem academicum & iurisdictioni academicæ ſubiectum fuiſſe. En hiſtoriam celeberrimæ litis, quam non ſine multo labore ex utriusque partis ſcriptis & apologiis collegi. Adparet facile, peccaſſe utramque partem, & pertinaciſſimam tam academiæ, quæ ſenatum urbicum interceſſione dignari ab initio nolebat, quam ſenatus urbici, ſeram interceſſionem repudiantis, obſtinationem Caſtritio ſuſpendium peperiſſe. Sed hæc parum ad nos. Controverſiam ipſam ſpectemus. Duæ in ea maxime ventilantur quæſtiones, quarum præcipua eſt: num ſtudioſus delinquens ordinaria laquei, aliave ſummo ignominioſa, pœna ſit plectendus? altera, an homo infamis, quem rector infamiæ huius ignarus in civium academicorum numerum recipit, vere civis academicus fiat? Priorem negant Roſtochienſes, atque inter ceteras a dignitate bonarum artium & honore academiarum deſumtas rationes hanc quaſi in arce ponunt; delicta ſtudioſorum non tam ex dolo & malitia, quam infirmitate humana, calliditate diaboli & ingenii imbe-

Digitized by Google

cillitate proficiſci. Ita enim illi *in Diſcurſu veridico & iuridico iuſſu & auctoritate reverendi concilii in alma academia Roſtochienſi ſcripto de criminali negotio Caſtritiano* loquuntur: *Plerique ſurum ſunt inertes, viles, deſides, ſceleratí & aliis præterea flagitiis ac ſcleribus contaminati, ideoque turpi & infami illo ſupplicii genere iuſtius afficiuntur, longeque alia ratio eſt adoleſcentis parentibus boneſtis editi, ingenio bono præditi, litterati & diaboli arte in unum aliquod crimen ſemel atque iterum præcipitati, l. capitalium §. fin. de pœnis.* Similiter *Henricus Kornmannus in Reſponſo iuris ſuper quæſtione raro contingente, num ſtudioſus ob furtum perpetratum pœna laquei ordinaria puniendus veniat? pag.* 16. ſtudioſos, ait, ex infirmitate humana delinquere, idque etiam ad Caſtritium extendit. Ipſi quoque ICti Colonienſes in reſponſo ſuo mitigationem pœnæ ex ratione des in menſchlicher Schwach- und Unberadenheit zur Sünden gefallenen jungen Geſellen ſuadent; ubi vox barbara Unberadenheit a Roſtochienſibus æque barbare inadvertentia vertitur. Purius cum Cicerone imprudentia vel cum Suetonio inconſiderantia dixiſſent. Verum nihil eſt hac ratione vanius, nihil magis ridiculum. Adeone ſtudioſi imbecilliore ſunt ingenio magisque infirmi aliis hominibus, ut propterea veniam mereantur! Adeone dolus ac malitia in ſtudioſum non cadit! Solum Caſtritii exemplum eos, qui ſic ſentiebant, convincere debuiſſet, ſtudioſum aliquando ex præfracta malitia peccare & inemendabilem, ac eapropter venia omni indignum eſſe. Maioris momenti eſſe videtur ratio ab honore & dignitate litterarum atque academiarum petita. At enim vero ego, qui ipſe civis academicus ſum, ac mecum ingenui cordatique omnes tale privilegium cum indignatione adſpernabuntur, & purgamenta academiarum laqueo, rota, igne &, ſi quod ſupplicium adhuc ignominioſius eſt, exterminari, gaudebunt, quin in honorem academiarum male-

Digitized by Google

maleficis ſuis pœnas etiam fœdiores & ſupplicia magis horrenda depoſcent, ne forte vulgus academias aſyla nequitiæ & facinoroſorum perfugia credat. Non minor civibus academicis animus eſt, quam militibus, qui, etſi maximis legum beneficiis ornati, immunitatem tamen a pœnis ordinariis haud flagitant, ſed, ſceleratos ſuos cum ſummo dedecore mori, immoti ſpectant. Optime Auguſti in *L.* 12. *C. de dignitatibus: Iudices*, aiunt, *qui ſe furtis, & ſceleribus fuerint maculaſſe convicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos quosque, & plebeios habeantur: nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſe ipſos indignos iudicaverunt.* Potuiſſent quidem Roſtochienſes cauſſam ſuam exemplo academiæ Pariſienſis firmare, de qua continuator chronici Guilielmi de Nangis ad annum MCCCIV. apud *d' Achery in Tomo III. Specilegii pag.* 57. hæc narrat: *Orta diſſenſione Pariſiis inter Vniverſitatem Regisque Præpoſitum pro eo, quod ipſe quendam Clericum ſcholarem præcipitanter capi fecerat & ſuſpendi, diu ceſſatum eſt a lectionibus a qualibet facultate, quousque Præpoſitus de Mandato Regis Vniverſitati ſatisfaceret, ac pro ſuæ abſolutionis beneficio obtinendo ſedem Apoſtolicam adiret: & ſic tandem circa feſtum Omnium Sanctorum fuit facta reſumtio lectionum.* Ab iſtiusmodi exemplis caligo priſcorum ſæculorum & ſtolida vulgi, dignitatem in licentia & impunitate ponentis, opinio auctoritatem omnem detrahit. Pergo ad alteram quæſtionem, quam Roſtochienſes ſic formant: *Vtrum Caſtritius ille, qui, poſtquam ob furtum damnatus & necatus eſſet, Academiam Witebergenſem ivit, & eius Academiæ civis factus eſt, & poſt ad nos venit, & matriculæ noſtræ inſcriptus eſt, ſtudia etiam ſua pertexuit, & denuo in diaboli laqueos incidit, pro Academiæ membro, licet putrido, ſic agnoſcendus ſit, ut iurisdictione Academica coërcendus veniat?* In hac ego Roſtochienſibus adſentio, atque, ſcabinos Lipſienſes apud

Carpzovium & ICtos Colonienſes diſſenſiſſe, miror. Infamia ſola ius civitatis, quamvis ſingulare & eximium, non tollit. Nulla enim eſt civitas tam perfecta, ſi illam Platonicam ſolis excipias, in qua improbi & infames non reperiantur. At hi tamen cives ſunt & iurisdictioni magiſtratus ſubiacent. Nec ſupra memorata *lex* 12. *C. de Dignitatibus* obſtat. Illa quippe iurisdictionem magiſtratibus non aufert, ſed pœnarum ſaltem diſcrimen tollit, ac maleficos hos in dignitate poſitos, perinde ac plebeios, a iudicibus tamen ſuis plecti permittit.

SPECIMEN DXXXIII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVII. TIT. I

DE

DELICTIS COLLEGIORVM
PVBLICE DEFENSVM

A

CAROLO WILHELMO TEMMICH
VITEBERG. SAX. IVR. VTR. CAND.

AD DIEM VII. NOVEMBRIS CIↃIↃCCXXXI.

I.

Tota univerſitas, cuius omnia membra in delictum conſentiunt, delinquere cenſetur.

II.

Plerorumque conſenſus non ſufficit.

III.

Vniverſitas uno actu delinquens unicam ſaltem pœnam, ſi hæc ſcilicet dividi poteſt, ſuſtinet.

IV.

Si pœna dividi non poteſt, ſingulis infligenda eſt.

Scri-

Digitized by Google

Scripſit ante aliquot annos *Gundlingius*, ICtus olim Hallenſis, diſputationem academicam *de univerſitate delinquente eiusque pœnis*, docte & eleganter. Oſtendit ille recte, totam etiam univerſitatem, ſiquidem omnia eius membra in crimen conſentiant, delinquere poſſe, nec obſtare *L.* 15. §. 1. *de dolo malo*, quippe quæ aperte de caſu agat, quo non omnes municipes in dolum commiſſum conſenſerunt, ſed ſaltem adminiſtratores, quibus redituum pecuniæ publicæ & ærarii cura fuerat demandata; magis autem huc pertinere *L.* 9. §. 1. *quod metus cauſſa* & *Authen. item nulla communit. C. de Epiſc. & cleric.* quæ intregas univerſitates peccantes puniri ſimpliciter iubent, tunc tamen, quum maxima univerſitatis pars delinquit, ſi vel eius membrum diſſenſerit, univerſitatem non delinquere, nec omnes, ſed illos duntaxat, quos culpabiles eſſe conſtiterit, puniri poſſe, *c.* 5. *de Sentent. excommun. in* 6. Recte, inquam, hæc omnia Gundlingius, in quo hoc unice deſidero, quod, dum ad pœnas integris univerſitatibus delinquentibus infligendas devenit, filum nimis cito abrumpit, nec controverſiam, quæ in hoc argumento præcipua eſt, & quotidie fere occurrit, attingit. Quæritur ſcilicet, utrum univerſitas delinquens, quando de pœna infligenda agitur, tanquam univerſitas conſiderari, atque quaſi in corpore ſemel tantum puniri poſſit; an vero ſingula univerſitatis membra ſingulatim viritimque pœnam iſtam ſuſtinere debeant? Res optime exemplo illuſtrabitur: Lex eſt in Ducatu Brunſvicenſi, quæ inquilinum, niſi is prius fidem Principi iureiurando obſtrinxerit, ſuſcipi vetat, atque eum, qui iniuratum ſuſcipit, tribus aureis mulctat. Accidit in facto, ut communitas quædam commune tugurium haberet idque homini extraneo habitandum concederet, ſed iurisiurandi exactionem negligeret. Quo comperto,

perto, magiſtratus in factum inquirit mulctamque trium aureorum non toti univerſitati, verum ſingulis cum egregio emolumento ſuo imponit. Contradicunt ſinguli, atque ſe ad hos tres aureos ſemel tantum, collatione facta, ſolvendos obligari aiunt. Res multum dubii habebat. Delinquentes argumento *legis* 1. *pr. & §. ult. Si familia furtum feciſſe*, in qua ob furtum a familia commiſſum una tantum pœna luitur, utebantur. Sed reſpondebat magiſtratus, ex interpretatione *Iulii Clari Lib.* 5. §. *furtum n. ult. & Gothofredi ad eam Legem Lit. k.* hæc vera tantum eſſe, ſi civiliter agatur, non ſi criminaliter. Verum ICti Helmſtadienſes menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XXVIII. pro univerſitate reſponderunt, eamque non niſi ſemel punierunt. Delictum ſcilicet, quod ab uno corpore uno conſilio unoque actu committitur, unicum eſt ſaltem, adeoque unam tantum, non plures pœnas meretur. Hoc naturalis iuris eſt & iuri etiam Romano convenit, quemadmodum ex *L.* 9. *de iurisdict. & L.* 34. *de iniur.* apparet, quæ leges non ad pœnas, ſed ad facta ipſa, plurane hæc ſint, an unum, reſpici iubent. Nec obſtat *Gothofredi* ratio, quod delicta, ſi una ſaltem pœna exigatur, in ceteris delinquentibus impunita ſint manſura. Supponimus enim talem pœnam, quæ in partes ſcindi & ad plures pertingere poteſt. Nam ſi corporis afflictiva ſit, per ſe patet, eam ſingulis infligendam eſſe. Adiiciam ipſa reſponſi verba: Wird Unterricht verlanget, ob der Pachter, ehe er das auf der Gemeinde Grund und Boden ſtehende Back-Haus bezogen, ſich bey den Gerichten zu Ableiſtung des Erb-Huldigungs- ingleichen des Hinter-Saſſen-Eydes einfinden ſollen. Da nun die Fürſtl. Braunſchweigl. Landes-Ordnung §. 22. deutlich befiehlet, es ſolle ſich niemand an einem Orte niederlaſſen, er habe denn dem Landes-Fürſten die Erb-Huldigung geleiſtet, auch ſolle niemand Häuslinge annehmen, ohne der Obrigkeit Bewilligung bey 3 Mſl. Strafe; So hat

der

der neue Pächter das Back-Haus nicht beziehen ſollen, er habe ſich denn vorher bey des Sempronii Gerichten, den Erbhuldigungs- und Hinterſaſſen-Eyd abzulegen, angemeldet. Folget die Frage, ob die Gemeinde, und zwar jeder beſonders, in die bey voriger Frage gemeldete Strafe der 3 Mſl. verfallen. Nun iſt zwar wegen der Strafe ſelbſt kein Zweifel, da ſcheinet es auch, ob ſey jeder die 3 Mſl. zu erlegen ſchuldig, und die Gemeinde nicht ſowohl als eine Gemeinde, ſondern vielmehr als Singuli bey einem delicto conſideriret worden. Alldieweil aber hier eigentlich nur ein Delictum begangen worden, auf welches die Landes-Ordnung mehr nicht, als 3 Mſl. Strafe ſetzet, mithin das Delictum und die Strafe nach Anzahl der Perſonen zu multipliciren, viel zu hart ſeyn, auch wider die Geſetze, welche in delictis und pœnis die benigniorem interpretationem ſo vielfältig anbefehlen, laufen würde, hiernächſt die Rechte alsdenn, wenn ihrer viel nur ein Delictum begehen, die Strafe von ihnen insgeſamt als von einer Perſon einzutreiben anbefehlen; So iſt die Gemeinde und zwar insgeſamt um 3 Mſl. zu beſtrafen.

V.

Is, qui per delictum ab univerſitate commiſſum læditur, contra unum etiam membrum ad ſatisfactionem privatam in ſolidum agere poteſt, nec exceptione diviſionis aut plurium litis conſortium repellitur.

VI.

Habet tamen electionem, utrum contra unum membrum, an contra integrum corpus experiri velit.

Quæ antea de unica pœna univerſitati, quaſi in corpore delinquenti, infligenda diximus, eâ magis etiam ad

privatam ſatisfactionem pertinent, ut nempe is, qui per iſtud delictum læditur, hanc ſemel tantum petere queat. Sed quia tamen moleſtum eſt admodum, cum tota univerſitate pluribusque litigare, permittendum eſt læſo, contra unum alterumve ex univerſitate in ſolidum experiri. Deliquerunt enim omnes, atque adeo, quum ſinguli conveniuntur, iniuriam nullam patiuntur. Nec exceptio pluriumlitis conſortium aut diviſionis locum habet, quippe quæ in delictis ſemper ceſſat. *L.* 11. §. 2. *ad Leg. Aquil.* Et ſic reſponderunt ICti Vitembergenſes menſe Octobri anni CIↃ IↃ CC XI. Hat ein Innungs-Collegium 2 Meiſter ihres Mittels, Titium und Mævium, welche ſich unter einander heftig geſchimpfet, vorladen, und, als Mævius zu erſcheinen ſich mit ſpöttiſchen Worten geweigert, demſelben durch 2 andere Meiſter ſagen laſſen: ſie hielten ihn dafür, wofür ihn Titius geſcholten. Weshalben Mævius die beyde Großmeiſtere iniuriarum belanget, auch, als dieſe zwar erſchienen, ſich aber auf die Klage nicht eingelaſſen, dieſen Beſcheid erhalten, daß Beklagte ſich ſub pœna confeſſi und convicti eingelaſſen, und Klägern die Unkoſten zu erſtatten ſchuldig. Weil nun die Großmeiſtere ſich wider dieſen Beſcheid eines remedii ſuſpenſivi bedienet, ſo begehret derſelbe zu wiſſen, ob die Beklagte ſich auf die Klage einzulaſſen ſchuldig geweſen, und, da ſie es nicht gethan, eine reformatoriam des ihnen widrigen Beſcheides zu hoffen haben. Ob nun wol das ganze Handwerk in einem diesfalls ausgeſtellten Scheine ſich zu den Worten, welche dem Mævio hinterbracht worden, bekennet, die Großmeiſtere auch ſolches ganze Collegium keinesweges repræſentiren, ſondern nur membra deſſelben ſeynd; folglich es das Anſehen gewinnet, ob müſten nicht dieſe, ſondern die ſämtliche Innung verklaget und zur Einlaſſung angehalten werden: Dieweil aber dennoch in delictis, nomine univerſitatis commiſſis, ſingula membra ſich des delicti theilhaftig gemacht, hiernächſt demjenigen,

nigen, ſo von ihrer vielen zugleich beſchimpfet worden, frey ſtehet, einen jeden von ſelbigen abſonderlich zu belangen, dieſemnach Mævius wegen des ihm von den ſämtlichen Handwerks-Meiſtern erwieſenen Schimpfs die beyde Großmeiſtere inſonderheit zu verklagen wohl befugt geweſen; So hätten dieſelbe ſich billig auf die erhobene Klage einlaſſen ſollen, und mögen, da ſie ſolches nicht gethan, ſich keiner reformatoriæ des gegen ſich ertheilten Beſcheides getröſten. Libera tamen electio læſo relinquenda eſt. Nam, ſi malit univerſitatem totam convenire, hoc ei utique licebit. Cuius rei exemplum vide apud *Carpzovium P.* 4. C. 42. *def.* 10.

VII.

Quum integrum Collegium delinquit, ſi quidem delictum doloſum eſt, ſinguli in ſolidum tenentur, ſi culpoſum, beneficium diviſionis locum habet.

VIII.

Ex delicto, quod collegium olim commiſit, non ſucceſſores, ſed heredes conveniuntur.

Theſis ſeptima in *L.* 7. *de magiſtr. conveniend.* item *in L.* 1. C. *quo quisque ordine conveniatur* fundata eſt. Deveniamus ergo ad applicationem. Senatus oppidi cuiusdam Marchici inſpectionem in præfectum ærario publico habuerat, ſed negligentius geſſerat, nec rationes a præfecto tempeſtive exegerat. Ceſſerat itaque hic foro cum magno reipublicæ detrimento. Spes nulla erat, quicquam ab illo recuperari poſſe. Ergo magiſtratus ſubſidiaria actione conveniebatur. Verum ICti Vitembergenſes menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XI. non eum, qui nunc erat, ma-

Digitized by Google

giſtratum, *L.* 13. *C. de Decurionibus*, ſed eos, qui tempore commiſſæ negligentiæ in ſenatu fuiſſent, heredesve eorum, atque non in ſolidum, ſed pro rata conveniendos eſſe, iudicarunt, talemque ſententiam conceperunt: Daß die Klage angebrachter Maſſen nicht ſtatt habe. V. R. W. Rat. dec. Es hat Kläger wegen einiger von den Jahren 1702. und 1703. rückſtändigen Zieſe-Gefälle wider den Rath zu Havelberg, unter dem Vorwand, als ob dieſer in ſeiner über den zur Einnahme ſolcher Gefälle verordneten Zieſe-Meiſter habenden Inſpection ſich ſehr nachläßig erwieſen, Klage erhoben. Alldieweil aber nicht der jetzige Rath, ſondern die in den Jahren 1702. und 1703. geweſene Raths-Perſonen oder deren Erben, angeklaget werden müſſen, wobey doch Klägern nicht frey ſtehet, einen jeden von ihnen in ſolidum zu belangen, in Erwegung, daß den magiſtratibus, quum ex negligentia in officio commiſſa conveniuntur, das beneficium diviſionis deutlich in Rechten verſtattet wird; So haben wir, daß die Klage angebrachter Maſſen gegen den jetzigen Rath nicht ſtatt habe, erkannt. Aliter vero iudicandum eſt tunc, quando magiſtratus ipſe circa adminiſtrationem publicarum rerum dolum commiſit. Tunc enim hi, qui ex eo conveniuntur, in ſolidum reſpondere debent, nec beneficio diviſionis iuvantur. Pertinet huc reſponſum ICtorum Helmſtadienſium menſe Ianuario anni CIↃIↃCCXVII. exaratum: Wird zu wiſſen verlanget, ob Bürgermeiſtere, Cämmerer und Raths-Herren einer Stadt, um daß ſie und ihre Vorfahren die zur Cämmerey des Rathhauſes gehörige Güter und Schuldforderungen nulliter veräuſert, und in ſolutum hingegeben, dieſen Schaden zu gleichen Theilen, oder nach proportion ihrer Salariorum, oder auf was vor Art ſonſt erſetzen müſſen. Nun werden zwar erwehnte Perſonen ſonder Zweifel auf das beneficium diviſionis provociren, und, daß ein jeder von ihnen entweder zu gleichem Theile oder pro rata ſeines ſalarii belanget

werde,

werde, begehren; Dennoch aber, und dieweil Bürgermeistere, Cämmerer und Raths-Herren administratores der gemeinen Stadt- und Cämmerey-Güter seynd, gleichwol die Macht selbige zu veräusern vor sich nicht haben, folglich durch solche Veräuserung widerrechtlich und gegen ihre Pflicht handeln, hiernächst die Administratores und obrigkeitliche Personen, wenn sie in ihrem Amte durch Unternehmung einer unrechtmäßigen Handlung oder sonst durch Betrug Schaden zufügen, bey dieserhalb gegen sie angestellten Klage das beneficium divisionis nicht haben, sondern, wie auch in andern Delictis Rechtens, ein jeder von ihnen in solidum verhaftet ist; diesemnach mögen Bürgermeistere, Cämmerer und Raths-Herren zwar wegen desjenigen, was ihre Vorfahren im Amte gehandelt, gar nicht belanget werden, dahingegen muß ein jeder von ihnen, welchen die Cämmerey, Bügerschaft, oder hohe Obrigkeit diesfalls in Anspruch nehmen will, vor das, was sie selbst delinquiret, und nulliter zum Schaden der Cämmerey gehandelt, in solidum haften.

IX.

Ex delicto collegii successores in officio obligantur, si quid ad eos ex delicto pervenit.

Thesi VIII. quod scilicet ex antiquo collegii delicto successores in officio conveniri nequeant, addenda limitatio ex *L.* 15. §. 1. *de Dolo malo & L.* 4. *de Vi & vi armata*, nisi quid scilicet ex delicto isto ad eos pervenerit. Tunc non quidem puniuntur, quum ipsi non deliquerint, sed tamen civiliter, in quantum ad eos pervenit, obligantur. Exemplum hoc esto: Collegium, ex spolio olim commisso nunc demum a spoliatis conventum, exceptionem non competentis actionis obiiciebat, atque, actorem

cum actione ſua ad heredes eorum, qui olim ſpoliarunt, ablegabat. Sed ICti Helmſtadienſes menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XVI. collegio, quod nunc eſſet, neceſſitatem reſpondendi impoſuerunt, atque, actionem adverſus ſucceſſores locum habere, non ultra tamen, quam in quantum locupletiores facti eſſent, reſponderunt. Quæ ſententia non ſaltem iuribus civilibus, ſed & æquitati naturali convenit, ac in regula: neminem cum damno alterius locupletiorem fieri debere; fundata eſt.

X.

Præſes & membrum collegii, etiam cum ratione diſſentiens, maioris partis decretum ſequi neceſſum habet.

XI.

Quid faciendum præſidi vel collegæ tunc, quum decretum maioris partis cum lege vel bono publico pugnat, adeoque delictum continet, disquiritur.

Ea eſt collegiorum natura, ut id, quod maior eorundem pars ſtatuit, pro eo habeatur, ac ſic omnes egerint. *L.* 19. *ad municipalem*, *L.* 36. *de Re iudicata.* Vide *Grotium de Iure belli ac pacis lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 17. Quam regulam non in inferioribus ſaltem, ſed in ſupremis quoque collegiis ſervandam eſſe, *Seckendorffius* im teutſchen Fürſten-Staat *P.* 2. *c.* 6. *n.* 5. oſtendit. Adde *Conſtitutionem iudicii aulici imperialis tit.* 5. Nequit igitur præſes collegii, neglecto plurimorum collegarum diſſenſu, ex ſuo & adſeclarum ſuorum ſententia negotium conficere atque aliquid ſtatuere. Quodſi id faciat, iniurius eſt in collegas, & peccat contra principis voluntatem, contra bonum publicum & contra ordinem collegiorum naturalem. Vide *Ziegleri Dicaſticen concl.* 42. §. 30. Quin immo præſes, etiamſi manifeſte videat

Digitized by Google

videat ſententiam, quam plures tuentur, deteriorem eſſe, nequit tamen ſuam præferre. Quodſi enim hoc eidem liceret, tota collegii compages diſſolveretur, nullusque præſes, paulo, ut communiter ſolent eſſe humana ingenia, obſtinatior, diſſentientium a ſe opinionem damnaturus ſuamque meliorem dicturus, atque ſic decretum collegii reſciſſurus non eſſet. Oportet igitur præſidem, & collegas pauciores, etiam qui cum ratione diſſentiunt, ſubſcribere ſententiæ maioris partis. Nam, ut recte *Plinius lib.* 6. *ep.* 13. ait, *ſingulos, integra re, diſſentire, fas eſt; peracto, quod pluribus placuit, cunctis tuendum.* At quid faciendum, ſi ſententia maioris partis delictum contineat, id eſt, cum iure divino, cum lege & voluntate principis, cum ſalute reipublicæ pugnet? Nec tunc tamen præſes, aut ſanior pars collegii, decretum reſcindere poteſt auctoritate privata. Sed, ſi res moram patitur, referenda eſt cauſſa ad principem, eiusque diciſio exſpectanda. At, ſi circumſtantiæ dilationem nullam admittunt, vel collegium ſuperiorem non habet, e. g. ſenatus liberæ reipublicæ, tunc exſequendum eſt, quod maior pars decrevit, adhibita ſaltem Hoſpitalii, magni illius Galliæ cancellarii, cautione, qui, teſtibus *Langueto lib.* 2. *epiſt.* 62. & *Le Grain Decade d' Henri le grand liv.* 8. *pag.* 898. decretis iſtiusmodi nomen quidem ſubiiciebat, ſed verba, *me non conſentiente*, adiiciebat. Mirifice hic more ſuo philoſophatur *Bayle dans la Continuation des penſées diverſes ſur le cométe tom.* 1. *p.* 14. *Si la Iurisprudence, & la politique ont laiſſé la deciſion des affaires au iugement du plus grand nombre, c' eſt cauſe, qu'il n'a pas été poſſible de ſe ſervir de la methode de peſer les voix & non pas de les compter. La methode, qu'il a falu employer de toute neceſſité, eſt ſuieté à de grans inconveniens. La iuſtice, la raiſon & la prudence ſont du côté du petit nombre en cent occaſions, & tel, qui eſt ſeul de ſon avis, opine plus ſagement, que*

que tout le reſte de la compagnie. Les plus ſages têtes d'une aſſemblée ont très ſouvent le deplaiſir de voir, que la cabale des ieunes gens emportez, & peu eclairez, obtient à la pluralite des ſuffrages une deciſion inique, temeraire & pernicieuſe. Mais il faut paſſer par là; car ſi l'on établiſſoit la neceſſité du concours de tous les ſuffrages, & ſi, comme dans les Dietes de Pologne, l' oppoſition d'un ſeul Depute pouvoit rendre nulles toutes les deliberations, on ſe ietteroit dans un abime beaucoup plus funeſte

XII.

Præſidi collegii imputari non poteſt iniuſtum decretum totius collegii, vel maioris eiusdem partis, quod ille diſſentiendo impedire non potuit.

VIII.

In dubio ſententia maioris partis melior & iuſtior eſſe præſumitur.

Recte *Paulus in L. 2. Quod quisque iuris in alterum: Si adſeſſoris*, inquit, *imprudentia ius aliter dictum ſit, quam oportuit, non debet hoc magiſtratui officere, ſed ipſi adſeſſori.* Quoniam ſcilicet, ut antea diximus, præſes collegii id, quod maiori parti placuit, ſequi neceſſe habet, nec diſſentiendo impedire poteſt, imputari quoque ipſi non debet, quod ex conſenſu collegii vel totius vel maioris ſaltem partis ſtatuit, decrevit & exſequutus eſt. Optime Vitalis Canelis, Oſcenſis epiſcopus, apud *du Freſne in Gloſſario mediæ & infimæ latinitatis art. Iudex medius; Regis eſt*, ait, *Iudices & Iuſtitias ordinare, &, quando ſibi placuerit, revocare, & eos perpetuo ponere, vel ad tempus. Inter quos Iudices Iuſtitia ſemper eſt certus principalis in Arragonia conſtitutus: qui, ex quo ſemel a domino Rege fuit conſtitutus, in Regis Curia commoretur, ſubminiſtrandis ſibi ab ipſa Curia alimentis.*

Ibique

Digitized by Google

Ibique in præſentia domini Regis, vel de eius imperio, ſine eo, cauſſas examinet & auſcultet. Et, quotiescunque interloquutoria vel definitiva ſit ſententia proferenda, dominus Rex, & Barones, hoc eſt, Epiſcopi & Duces militum, qui Rici homines appellantur, qui in Curia fuerunt tunc præſentes, ſuper illa deliberent in communi. Et, quod dominus Rex & maior pars Baronum, vel, ſi dominus Rex noluerit intereſſe conſilio, maior pars Baronum in Iuſtitiæ os poſuerit proferendum, ipſe Iuſtitia id pronunciet ſententialiter & declaret, nullam pœnam ex pronunciatione huiusmodi metuendo. Nam non ipſe, ſed ipſi, quibus in hac parte eum oportet neceſſario obedire, ipſius ſententiæ ſunt latores. Sed commemorabo exemplum: Dux quidam bellicus, cui princeps conſilium ex quatuor præfectis conſtans addiderat, premente & inſtante hoſte, conſilium convocat, atque in eo, quid faciendum, deliberat. Conſiliarii, nullam ſupereſſe, niſi in fuga, ſalutis ſpem, unanimi conſenſu declarant. Capeſſit ergo fugam dux, fremente exercitu, & ad pugnam parato. Reverſus ad principem corripitur ab accuſatore, & producuntur contra illum teſtes ex exercitu, qui, reſiſti potuiſſe hoſtibus atque etiam egregiam victoriam reportari, dicunt, ſi pugnare, quam fugere, maluiſſet dux. Ille contra decretum conſilii ſibi adiuncti obtendere atque per hoc ipſum fugam ſuam excuſare. Feruntur acta ad collegium ICtorum Helmſtadienſium, qui menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XXVII. reum abſolverunt ex his rationibus: Wird der General Oddo beſchuldiget, den ihm zu beſchützen angewieſenen Poſt ungebührlich verlaſſen, und dadurch die im Lande erfolgte Unordnung und dem Landes-Herrn zugewachſenen Nachtheil verurſachet zu haben. Es kommmt alſo auf die Frage an, ob die Umſtände ſo beſchaffen geweſen, daß die auf dem Poſt gelegene Völker dem herannahenden Feinde nicht widerſtehen kön-

nen, sondern zur Conservirung der bey sich gehabten Artillerie, der regulirten Militz, der Vestung Verona, und der freyen Strasse nach Meyland sich nothwendig retiriren müssen; Nun scheinet es zwar, ob wäre hierauf mit nein zu antworten, in Erwegung, daß die abgehörte Leute von der Land-Militz bezeugen, man habe zur Zeit der Retirade noch keinen Feind gesehen, das Land-Volk sey noch in guter Anzahl, wohl bewehret, und zu fechten freudig und bereit gewesen, und daß nach Inhalt des am 22sten Augusti gehaltenen Protocolls eine grosse Anzahl dieses Land-Volks sich noch eine Zeit da zu verbleiben erkläret, auch das Hornische Regiment sich desperat zu wehren Mine gemachet, und die eigentliche Anzahl der herannahenden Feinde ungewiß und unbekannt gewesen. Alldieweil aber besage der Protocollen und von sämtlichen Commandeurs an Hochfürstl. Durchlaucht. abgelassenen Schreiben genugsame Kundschaft von Annäherung der Feinde eingezogen worden, hiernächst der General Oddo Kriegs-Rath gehalten, und denn die Railons der Retirade von den 4 übrigen mit consultirenden Personen einmüthig gebilliget, und vor erheblich gehalten worden, welcher einmüthige Consens den General vollkommen entschuldiget, wenigstens die Uebereinstimmung dieser 4 Personen bey dem Krieges-Rathe statt eines Zeugnisses von Nothwendigkeit der Retirade dienen muß, und weit grössern Glauben verdienet, als die Aussage der aus dem Mittel der Land-Militz abgehörten Personen, immassen ohnedes bekannt, daß ein commandirender Officier es unmöglich allen seinen Untergebenen zu Danke machen kann, sondern diese allezeit etwas zu tadeln finden, und zuweilen die mit der grösten Klugkeit concertirte und zu Erhaltung des ganzen Landes abzielende langsame Consilia und Retiraden von der ganzen Armee unverständig blamiret werden, wie hiervon bey dem *Livio lib.* 22. *cap.* 15. das Exempel des Q. Fabii Maximi Cunctatoris, und bey dem *Famiano Strada de Bello Belgico lib.* 7. das Exempel des berühmten

ten Herzogs von Alba zu völligem Beweiſe dienet; So halten wir dafür, daß der General Oddo ſeine Unſchuld genugſam dargethan, mithin von der angeſtellten fiſcaliſchen Anklage zu entbinden ſey.

XIV.

Collegium eiusque membra ob decretum, quod infelicem eventum habuit, puniri nequeunt, quamvis appareat, diverſam ſententiam meliorem ac prudentiorem fuiſſe.

XV.

Tunc tamen membra collegii ob infelicem decreti ſui ſucceſſum puniri poſſunt, quando in eo faciendo vel dolus, vel imperitia, vel ſupina negligentia intervenit.

Accidit ſæpe in collegiis, ut anceps ſententia, quæ veriſimilibus argumentis in utramque partem diſputari poteſt, & dubium eventum habet, proponatur. Eligi tunc alterutrum oportet. Aliquando autem non id, quod optimum eſt, ſed deterius, eligitur. Et habet nonnunquam iſta electio infeliciſſimum totique reipublicæ ac principi funeſtum eventum. Tunc vero conſurgunt omnes collegii iſtius obtrectatores & inimici cum tota plebe, quæ conſilia nunquam non ex eventu æſtimat, ac colllegio infelix decretum tanquam peccatum exprobrat. Nec negari poteſt, adferri ſubinde rationes, quæ, collegium prudentius & rectius diverſam ſententiam ſequuturum fuiſſe, atque ita damnum ac periculum averti potuiſſe, evincant. Peccavit ergo ſaltem contra prudentiæ regulas collegium. Numquid autem propterea punietur? Non puto. Miſerrima profecto eſt conditio eorum, qui collegiis & conſiliis principum adſident, ſi quemlibet lapſum & exiguum mendum ac omne erratum

ratum pœnis luere oportet. Nemo ſic innocens erit, qui modo homo eſt. Id durum nimis. Iuſtius longe Pontifex in *c.* 62. *de Regulis iuris in* 6. *Nullus*, ait, *ex conſilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur*; & Vlpianus in *L.* 47. *pr. de Regulis iuris: Conſilii*, inquit, *non fraudulenti nulla obligatio eſt.* Scilicet in collegiis & publicis miniſtris gradus culpæ diſtingui oportet, per ea, quæ copioſius in *Specimine CLIV. de Culpa, medit.* 5. *ſqq.* dicta. Ob leviſſimam culpam nec pœna nec damni reſtitutio petitur. Aliud vero dicendum, ſi fraus intervenit, aut, quæ fraudi æquiparatur, lata culpa, quæ etiam ſpecies fraudis eſt, imperitia in arte, quam collegii iſtius membra profitentur, quin & otium aut timiditas. Inexcuſabilis enim eſt, qui negotium aut munus ſuſcipit, cui imparem ſe eſſe ſcit, vel ſcire debebat. *L.* 8. §. 1. *Ad L. Aquiliam*, *L.* 132. *de Regulis iuris.* Quamobrem ICti Helmſtadienſes in illa, quam in præcedente obſervatione memoravi, ſpecie reſponderunt, ducem ex eo ſolo, quod ſe ducem fuiſſe negaret, atque ſaltem conſilio bellico adſediſſe contenderet, fruſtra arceſſere defenſionem, quoniam, ſi decretum conſilii improbum, imperitum vel timidum fuiſſet, & præſidem collegii & adſeſſores, qui in decretum conſenſiſſent, puniri oporteret: Es wird dem General wenig helfen, daß er anführet, er habe kein Commando gehabt, ſondern ſey den übrigen Commandeurs bloß als ein Rathgeber beygefüget worden, nachdem Hochfürſtl. Durchl. durch die am 15. Auguſt 1726. renovirte vorige Ordre dasjenige, was ſie am 6ten Auguſt wegen des Commando über die eingeſeſſene befohlen gehabt, wiederholet, hiernächſt der General ſelbſt ſich nicht als einen bloſſen Rathgeber aufgeführet, ſondern laut Protocolli mit der Land-Militz als ein Commandeur gehandelt, und bey dem gehaltenen Krieges-Rath gleichſam das Directorium geführet, immaſſen er auch bey Anfang dieſes Proceſſes

das

das obgehabte Commando deutlich genug zugeſtanden, und zuletzt nur, vermuthlich auf Angeben ſeines Conſulenten, auf die Gedanken gerathen, aus Ableugnung dieſes Puncts ſeine Defenſion herzuleiten, welches jedoch, wenn auch ſein Vorgeben der Wahrheit gemäß, ganz vergebens ſeyn würde, in Erwegung, daß ein Fürſtl. Rath, der aus Bosheit, Lacheté und Unwiſſenheit einen ſchädlichen Rath giebt, eben ſo hart, als ein anderer in dem ihm anvertrauten Amte ſündigender Diener geſtraft wird.

XVI.

Delictum a quibusdam collegii membris commiſſum toti collegio, ſiquidem id ratum habuit, imputatur.

XVII.

Etiam ſucceſſores in collegio ex delictis deceſſorum ſuorum nomine collegii perpetratis, quæ ipſi probarunt, obligantur.

Dictum eſt ab initio, totam univerſitatem, cuius omnia membra in delictum conſenſerunt, delinquere & propterea puniri. Conſenſus vero totius univerſitatis etiam tunc intervenire cenſetur, quando reliqua membra, quæ a principio in delictum committendum non conſpirarunt, hoc deinde tamen, poſtquam id reſciverunt, ratum habuerunt. *L.* 152. §. 2. *de Regulis iuris*, *L.* 1. §. 14. *de Vi & vi armata*, *c.* 15. X. *de Reſtitutione ſpoliatorum*. Vt ecce: Aliquot collegii membra, reditus ac bona uſibus publicis deſtinata inter ſe partiri, vel abligurire & in convivia ac compotationes abſumere, decernunt, exſequuntur etiam decretum, ac iis, qui ſecum non conſenſerunt, partem tamen ferunt, vel eos ad comeſſationes ſuas admittunt. Hi, etſi improbum iſtud decretum

Digitized by Google

verbis haud probent, oblatum tamen alieni facinoris munuſculum non recuſant, ſed taciti recipiunt. Veniunt profecto per hoc in ſocietatem criminis, atque tam civiliter quam ad pœnam obligantur. Huc pertinet *L.* 4. *de Vi & vi armata.* Colligo ex iisdem rationibus, etiam ſucceſſores in collegio, quos alias deceſſorum ſuorum crimina non tenent, *L.* 23. *C. de Decurionibus*, teneri tamen, quando commiſſum a deceſſoribus nomine collegii crimen probarunt. Probando enim & ratihabendo continuant delictum.

XVIII.

Beneficium ceſſionis bonorum, quod collegia ex debito conventa habent, in delictis ceſſat.

XIX.

Igitur ſi, univerſitate ex delicto condemnata, bona communia non ſufficiunt, exſequutio in bona privata ſingulorum membrorum decernitur.

Collegio obærato beneficium ceſſionis bonorum competere, dubium nullum eſt. Fundatur id clare in *L.* 7. §. 1. *Quod cuiusque univerſitatis*, ubi, quod univerſitas debet, ſinguli debere negantur. Colligunt hinc recte *Lauterbachius ad L.* 27. *de rebus creditis cap.* 3. §. 5. *Strykius de Civitate obærata c.* 1. *n.* 103. *Zahnius in Politia municipali lib.* 2. *cap.* 58. *n.* 2. 3. *Loſæus de Iure univ. P.* 1. *c.* 1. *n.* 10. *ſq. Carpzovius P.* 2, *C.* 6. *def.* 24. ex debito civitatis nec ſingulos conveniri, nec damnari, nec exſequutionem in ſingulorum bona communia, quæ ſi non ſufficiant, univerſitas, quamvis membra eius locupletiſſima ſint, illa cedendo in præſens, donec alia bona communia adquiſierit, liberatur. Vide *Brunnemannum ad rubr. D. de Ceſſione bonorum n.* 5. Aliter vero ſe res habet in debitis ex delicto. Exulant in iis beneficia omnia, atque ſic etiam ceſſio bonorum, adeo ut ad corporis coër-

coërcitionem, ſi pecunia deficiat, deveniri poſſit. *L. ult. de in ius vocando.* Quamobrem in delictis univerſitatum, ſi bona communia non ſufficiunt, exſequutio in bona privata ſingulorum rectiſſime decernitur. Commemorabo exemplum: Civitas quædam collegio opificum extero pecuniam debebat, ac in ſolvendo moras nectebat. Collegium ergo longioris moræ impatiens, quum difficile ſibi cum civitate diverſo principi ſubiecta iudicium futurum animadverteret, manus in civis cuiusdam ex ea civitate bona iniicit, atque ex his, quæ civitas integra debebat, ſumit. Improbe & contra aperta iura in *Novella* 52. *c.* 1. *c. un. de iniuriis in* 6. *Receſſu Imperii de anno* 1570. §. 84. Igitur civis ille collegium convenit & condemnationem eius facile obtinet. Sed quum exſequutio facienda eſſet, nec bona communia ſufficerent, victor, ut ea in bona privatorum decerneretur, flagitat. Collegium ſeſe beneficio ceſſionis bonorum tuetur. Sed fruſtra. Ex delictis enim ſinguli in ſolidum obligantur. *L.* 7. *de Magiſtratibus conveniendis.* Quapropter ſic reſponſum fuit: Iſt das Gerber- und Schuh-Amt zu Hildesheim von Kayſerlichen Reichs-Hof-Rathe in 2879 Rthl. condemniret, und die Exſecution davon der Stift-Hildesheimiſchen Regierung aufgetragen, auch von dieſer bereits der Anfang mit öffentlichem Anſchlage des Schuh-Amt-Hauſes gemachet worden. Nachdem nun obbeſagten Amtes Vermögen lediglich in dieſem Hauſe und einem zu Lemgo rückſtändigen Capitale beſtehet, beydes aber zu gänzlicher Abfindung gedachter Schuld-Poſt nicht zureichet, als wird zu wiſſen begehret, ob die jetzige Meiſtere, Vorſtehere und übrige Mitglieder des Gerber- und Schuh-Amts ſchuldig, das reſiduum zu bezahlen, auch deshalben mit Arreſt beleget werden, oder nicht vielmehr durch Abtretung des Amt-Hauſes und der zu Lemgo habenden Foderung ſich von weiterem Anſpruche befreyen können. Ob nun wol in debitis collegiorum und univerſi-

verſitatum, nach klarer Verordnung der Rechte, ſingula membra keinesweges obligiret ſeynd, folglich die Exſecution nicht in deren Vermögen, ſondern in die dem ganzen Collegio zuſtehenden Güter geſchehen muß, und, wenn ſelbige nicht zureichen, das beneficium ceſſionis bonorum ſtatt findet; Alldieweil aber die Glieder des Gerber und Schuh-Amts ex duplici capite verhaftet ſeynd, theils ex quaſi contractu, wegen der vorhergegangenen Litis conteſtation, theils auch und zwar hauptſächlich ex delicto, indem die Arreſtirung der Wippermanniſchen Zinſen, ſtatt einer fremden an der Stadt Lemgo habenden und den Wippermann ganz nicht angehenden Foderung, in den Rechten höchlich verboten iſt, und vor ein ſtrafbares ſpolium geachtet wird, bey welcher Bewandniß, und da in obligationibus ex delicto ſinguli in ſolidum obligiret ſeynd, auch das beneficium ceſſionis bonorum hinwegfällt; ſo können die jetzige Glieder des Gerber- und Schuh-Amts die ganze Wippermanniſche Poſt von dem ihrigen zu zahlen angehalten, auch dieſerhalben mit Arreſt beleget werden.

XX.

Ipſa collegii ſine principis conſenſu coitio delictum eſt.

XXI.

Principis tamen conſenſum ſupplet lapſus temporis immemorialis.

Coitionem collegii ſine principis auctoritate crimen eſſe, ex *L.* 3. §. 1. *de Collegiis & corporibus* conſtat. Ita autem nullum hodie erit collegium paullo antiquius a fiſci procuratoris perſecutionibus ſecurum, quum antiquiora collegia vel confirmationem principis nunquam obtinuerint, vel diploma, ſi quod obtinuerunt, iniuria temporum perdiderint. At enim vero tunc ad regulam vulgarem: quod præ-

Digitized by Google

præſcriptio immemorialis vim privilegii per omnia habeat; refugium patet. Quæ regula non, ut ICtus quidam adſentatorie loquitur, commentum recentius leguleiorum eſt, ſed in tacita voluntate principis, in æquitate, in recta ratione, in legibus ſcriptis tam civilibus, *L.* 1. §. 42. *L.* 3. §. 4. *de Aqua quotidiana*, *L.* 18. §. 1. *de Aqua & aquæ pluviæ*, *c.* 1. *de Præſcriptionibus in* 6. quam publicis, *Aurea Bulla tit.* 8. §. 1. *Receſſu Imperii de anno* 1548. §. 54. 56. 63. 64. *Capitulat. Caroli VI. art.* 8. 9. 21. innititur. Quamobrem ſic reſponderunt ICti Helmſtadienſes menſe Martio anni CIↃIↃCC XX: Klägere, die Pfännerſchaft zu Halle, machen ſonder Zweifel von alten Zeiten her ein Collegium aus, und, wenn es auch an ausdrücklicher Beſtätigung des Landes-Herrn fehlte, ſo kann gleichwol deſſen vieljährige Patientia und tacitus conſenſus loco expreſſæ confirmationis ſeyn.

COROLLARIA.

1. Collega, qui ex mandato collegii delinquit, in ſolidum tenetur.
2. Nullus ei datur contra mandantes, nec quod ad mulctam, nec quod ad intereſſe privatum, regreſſus.
3. Puniuntur tamen ſimul mandantes omnes.
   Vide *Specimen CLXXXIII. de Mandato turpi, medit. 3. 4. 5.*
4. Quod ſupra *in meditatione 3.* dictum, univerſitatem unico actu delinquentem unica pœna, ſi hæc dividi poſſit, plecti, pertinet etiam ad caſum, quo plures extra univerſitatem unico actu deliquerunt, ſiquidem leges in id delictum certam pœnam ſtatuerunt. Sic ego menſe Auguſto anni CIↃIↃCC XXXII. iudicavi: Die Wachsmuthin, Kirſten, Doring und Böttger werden die in dem allergnädigſten Edicte vom 27ten Martii 1714 auf jedwedes ungeſtempeltes Spiel Charten geſetzte 5 Rthlr. zuſammen zu erlegen, auch alle Gerichts-Koſten zu bezahlen angehalten.

Digitized by Google

SPECIMEN DXXXIV.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVII. TIT. I.
DE
CONCVRSV SVPERIORIS ET INFERIORIS IN DELICTO
PVBLICE DEFENSVM
A
BENIAMIN GOTTLOB CHLADENIO
VITEMBERGENSI
AD DIEM XVI. IANVARII CIↃ IↃ CC XXXIV.

I.

Inferior iniuſta ſuperioris iuſſa exſequi nec debet, nec poteſt.

II.

Si exſequitur, peccat contra ius divinum tam naturale quam poſitivum.

III.

Iuris feudalis Longobardici compilatores diſſentientes recte reprehenduntur.

De concurſu ſuperioris & inferioris in delicto dicturis, in veſtibulo quaſi illa notiſſima controverſia, ſitne inferior iniuſta ſuperioris iuſſa exſequi obligatus, occurrit. Poteram de ea copioſiſſime agere. Sed quia id iam a pluribus, atque etiam a me ipſo in *Specimine CLXVIII. de iuſſu, medit.* 5. 6. 7. 10. 11. factum, nolo ea repetere, ſed profiteor ſaltem, me contra Hobbeſium ſentire, credereque, iniuſtis principum & ſuperiorum iuſſis, quamvis abſoluta ſint & cum com-

Digitized by Google

comminatione gravis mali coniuncta, parendum tamen non esse, sed peccare obedientem. Et Christiani quidem de veritate huius sententiæ disputare nequeunt, quos quippe sacer codex aperte convincit. Nolo plura eius loca commemorare. Sufficiet unus, nempe *Actorum V*, 29. ubi Petrus cum collegis senatui prædicationem de Christo severe interdicenti respondet, magis DEO, quam hominibus, parendum esse. Cum sacro codice accurate conspirat ius naturæ, quod & scriptores veteres, qui Christiani non fuerunt, passim agnovere, quorum privata testimonia ab illis, qui hoc argumentum tractarunt, magno numero memorantur. Ego itaque hæc relinquo, ac unum, sed publicum & contradicto iudicio firmatum, ex Plinii Lib. III. Epistola 9. verbis eius apponam: *Possum semper perscribere tibi, quantum in publica provinciæ Bæticæ caussa laboris exhauserim: nam fuit multiplex, actaque est sæpius cum magna varietate. Cæcilius Classicus, homo fœdus & aperte malus, proconsulatum in ea non minus violenter quam sordide gesserat, eodem anno, quo in Africa Marius Priscus. Sed Marium una civitas publice multique privati reum peregerunt: in Classicum tota provincia incubuit. Ille accusationem vel fortuita, vel voluntaria morte prævertit: nam fuit mors eius infamis, ambigua tamen. Vt enim credibile videbatur, voluisse exire de vita, quum defendi non posset; ita mirum, pudorem damnationis morte fugisse, quem non puduisset damnanda committere. Nihilominus Bætica etiam in defuncti accusatione perstabat. Provisum hoc legibus, intermissum tamen, & post longam intercapedinem tunc reductum. Addiderunt Bætici, quod simul socios ministrosque Classici detulerunt, nominatimque in eos inquisitionem postulaverunt. Aderam Bæticis mecumque Luceius Albinus, vir in dicendo copiosus, ornatus. Placuit in primis, ipsum Classicum ostendere nocentem; hic aptissimus*

ad ſocios eius & miniſtros transgreſſus erat, quia ſocii miniſtrique probari, niſi illo nocente, non poterant. Ex quibus duos ſtatim Claſſico iunximus, Bæbium Probum & Fabium Hiſpanum, utrumque gratia, Hiſpanum etiam facundia, validum. Et circa Claſſicum quidem brevis & expeditus labor. Sua manu reliquerat ſcriptum, quid ex quaque cauſſa accepiſſet. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam iactantes & glorioſas, his quidem verbis; Io, io liber ad te venio: iam ſeſtertium quadragies redegi, parte vendita Bæticorum. Circa Hiſpanum & Probum multum ſudoris. Horum antequam crimina ingrederer, neceſſarium credidi elaborare, ut conſtaret, miniſterium crimen eſſe, quod niſi effeciſſem, fruſtra miniſtros probaſſem. Neque enim ita defendebantur, ut negarent, ſed ut neceſſitati veniam precarentur: eſſe enim ſe provinciales, & ad omne Proconſulum imperium metu cogi. Solet dicere Claudius Reſtitutus, qui mihi reſpondit, vix exercitatus & vigilans, & quamlibet ſubitis paratus, nunquam ſibi tantum caliginis, tantum perturbationis offuſum, quam quum ea prærepta & extorta defenſioni ſuæ cerneret, in quibus omnem fiduciam reponebat. Conſilii noſtri exitus fuit: bona Claſſici, quæ habuiſſet ante provinciam, placuit ſenatui a reliquis ſeparari, illa filiæ, hæc ſpoliatis relinqui. Additum eſt, ut pecuniæ, quas creditoribus ſolverat, revocarentur. Hiſpanus & Probus in quinquennium relegati. Adeo grave viſum fuit, quod initio dubitabatur, an omnino crimen eſſet. Quæ quum ita ſint, non eſt adeo ridiculum, ut vulgo creditur, quod Baldus compilatores iuris feudalis Longobardici, Obertum de Orto & Gerardum Capagiſtum, duo pecora appellat propterea, quod 2. *F.* 28. *pr.* vaſallo, dominum guerram, hoc eſt bellum, facientem defendere, præcipiunt, atque in offendendo etiam adiuvare, ſi velit, permittunt.

IV.

Digitized by G

IV.

Quousque iussus superioris pœnam obsequentis in foro humano vel tollat vel minuat, unica regula comprehendi nequit, sed ex magnitudine auctoritatis, quam iubens habet, dependet.

V.

Diversimode igitur iudicantur subiecti principi, milites duci, cives magistratui, servi & homines proprii domino, famuli hero, liberi patri, uxor marito, vasalli domino, crimen iubentibus, obtemperantes.

Quæ in antecedentibus dixi, ad conscientiam, seu ad forum poli, ut ICti quidam loquuntur, pertinent. Pergimus nunc ad forum humanum. Quousque in eo iussus superioris delinquentem excuset, vel prorsus pœnæ eximat, vel saltem hanc mitiget, meditatus sum sæpe, contuli etiam, quæ alii de hoc argumento scripserunt. Mira est opinionum & rerum iudicatarum diversitas, cuius rationem quum diu solicitus indagarim, reperisse me tandem, confido. Pendent scilicet hic omnia ex gradu auctoritatis, quæ iussui illi annexa est. In omnibus itaque factis controversis auctoritatem eam quasi in trutina suspendi oportet. Quo gravius pondus ea auctoritas habet, eo levius est delictum obtemperantis, eo mitior pœna, quo levior vero auctoritas, eo gravius delictum, eo durior pœna. Maximi omnium ponderis sine dubio principis iussus, atque adeo, si hic iussus absolutus fuit, delinquentem non apud DEVM quidem, sed in humano foro, a pœna omni liberat. Qua de re plura dixi in *Specim. CLXVIII. de iussu, medit.* 5. 6. 7. Proximus ab hoc est magistratuum iussus, qui civi etiam aliquam, verum minorem, parendi necessitatem imponit. Sunt vero hic iterum magistratuum gradus. Maior est

Digitized by Google

nonnullorum poteſtas, & fere cum principis poteſtate cõincidit. Talis eſt proregum, ducum bellicorum &c. Recordor exemplum gregarii militis, qui quum ante tribuni ſui fores excubiis ſtaret, ab hoc ipſo tribuno ſclopetum in ruſticum innocentem, tribunoque immodica poſcenti contumacius obloquentem, explodere iuſſus miſerum interfecerat, ab omni tamen pœna abſoluti. Minori profecto indulgentia tractandus fuiſſet incola oppidi, qui conſulis ſui iuſſu innocentem necaſſet. Poſt magiſtratus iuſſum imperium domeſticum ſequitur, prout nempe hodie eius facies eſt. Nam in antiquiſſima Germanorum rẽpublica, in qua domini, & Romanorum, in qua patres & domini ius vitæ & necis habebant, domeſticum imperium imperio principis exæquandum fuiſſet. At apud nos, qui patrum in liberos, dominorum in famulos auctoritatem magnopere imminuimus, auctoritas hæc nunquam tollit pœnam, ſed mitigat ſaltem. Quæ de ſervis allegari ſolet, *lex* 157. *pr. de Reg. iuris: Adeo*, inquiens, *quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, ignoſcitur ſervis, ſi dominis obtemperaverint*; ad famulos noſtros trahi non poteſt commode, trahi vero poteſt ad proprios homines, ſicubi reperiuntur. Igitur quando filius delinquit, vel famulus, iuſſu patris vel heri, punitur ſemper, mitius tamen. De filio exempla attuli in *Specim. CLXVIII. de iuſſu, medit.* 10. 11. De famula, quæ hero furanti opem tulerat, quæſitum & concluſum recordor, non impune id crimen relinqui, ſed ſqualorem carceris, in quo rea diutius iaciſſet, in pœnam imputari oportere. Sic ſcilicet ICti Helmſtadienſes menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XIX. reſponderunt: Die zweyte Inquiſitin, Catharina Heimſohns, hat die begangene Dieberey wohl gewuſt, und der Obrigkeit nicht angezeiget, und den Dieben das geſtohlene Vieh ſchlachten und zurechte machen helfen. Weil aber die Inquiſitin in Meßwerks Dienſten

ſten geſtanden, alſo, was ihr derſelbe befohlen, wol thun müſſen, wie denn die Rechte ſelber in ſolchem Fall, wenn das Delictum nicht gar zu grob iſt, das Geſinde entſchuldigen; So haben wir nicht nöthig geachtet, dieſe Inquiſitin, welche bereits durch das langwierige Gefängniß genugſam beſtraft worden, weiter zu beſtrafen. Ad domeſticum imperium etiam maritale pertinet, quod abſolutum non eſt, ſed cum paterno fere coincidit, atque adeo uxorem delinquentem non excuſat, pœnam tamen eius mitigat. Tandem & dominus feudi auctoritatem in vaſallum habet, ſed minorem, quam princeps in civem, atque adeo hunc iuſſibus ſuis obtemperantem ab omni pœna liberare nequit.

VI.

Iuſſus ſuperioris delinquenti prodeſt, non etiam mandatum, nec conſilium, nec promiſſio præmii, nec permiſſio, nec cohortatio, nec preces.

Quæ in præcedentibus de iuſſu pœnam delinquentis aut tollente aut mitigante dixi, ad iuſſum proprie ſic dictum, qui ſcilicet cum aliqua parendi neceſſitate coniunctus eſt, pertinent, *L.* 167. §. 1. *de Reg. iuris*, nec ad mandatum, conſilium, promiſſionem præmii, permiſſionem, cohortationem, preces, quæ etiam a ſuperiore nonnunquam adhibentur, trahenda ſunt. Declarat nempe interdum ſuperior, quæ fieri ab inferiore cupiat, ſed ſimul ſatis præ ſe fert, nolle ſe libertatem inferioris tollere, aut conſtringere. Quod ubi factum in re illicita, excuſationem haud meretur obſequens. Exemplum memorabile habet *Tabor Volum. I. pag.* 508. equitis, qui ruſticos ſuos inhumaniter tractans ab his in ſuperiore iudicio ſæpe accuſatus, & a iudicio ſubinde monitus, a ſævitia tamen non deſtiterat, tandemque a ruſticis ad conſilium unius ex iudicibus: ſie ſollten

ten den Juncker todt ſchlagen, man würde ſo wenig die That rächen, ſo wenig man eines wütenden Hundes achtete; necatus fuerat. Conſilium hoc ſolum ruſticis non profuiſſet, niſi intolerabilis domini ſævitia, cui remedia omnia fruſtra adhibuerant, deſperantes excuſaſſet. Huc referri poteſt hiſtoria Thomæ, archiepiſcopi Cantuarienſis, a quatuor ſatellitibus Henricii II. Angliæ regis, qui dominum ſuum de inſolentia & arrogantia huius ſacerdotis queri, & necem eius optare audiverant, necati; de qua vide *L'hiſtoire d' Angleterre par Rapin Thoyras tom. II. liv. 7. pag.* 205.

VII.

Is, qui iuſſu ſuperioris delinquit, ſi propterea punitur, vel damnum patitur, actionem contra iubentem habet, ut indemnis ſervetur.

VIII.

Non etiam is, qui ex mandato peccavit, contra mandantem. Multum inter iuſſum & mandatum intereſſe, ipſa recta ratio oſtendit. Iuſſus cum neceſſitate coniunctus pro gradu neceſſitatis vel plane excuſat, vel tamen pœnam mitigat, non etiam mandatum. Igitur, quæ de mandato in legibus conſtituta ſunt, ad iuſſum trahi non oportet. Vt ecce: qui mandatum turpe ſuſcepit, ſi deinde ad ſatisfactionem damnetur, nullam adverſus mandantem actionem habere dicitur in §. 7. *I. de mandato & l.* 46. *de Reg. iuris.* At ut ſuperior eum, quem delinquere iubet, & quodammodo cogit, indemnem etiam ſervet, ſumme æquum eſt. Ipſe pudor naturalis ſuperiorem obligat ad hoc, ut calamitatem, in quam auctoritate ſua alterum præcipitavit, ab hoc iterum avertat. Memorabo exemplum: Eques quidam famulum ſuum, venatorem, feram capere, tempore, quo leges venationem omnem interdicunt, iubet. Paret hic iuſſibus,

Digitized by Google

iuſſibus, ſed a principis venatoribus deprehenſus in vincula coniicitur, longoque iudicio ac multorum menſium carcere fatigatus dimittitur, gravi prius mulcta exſoluta. Miſer igitur, exhaulto tot calamitatibus patrimoniolo ſuo, venit ad dominum nudus ac famelicus cum familia, & primo miſericordiam eius implorat, ſed repulſam paſſus, eundem in ius vocat Actis ad ICtos Vitembergenſes anno CIↃ IↃ CC XXXI. delatis, dubitatum ac diſputatum fuit diu. Et tunc quidem ea ſententia, quæ actorem a limine iudicii repellebat, vicit. Credidiſſem tamen, aliquid æquitati dandum, dominumque, cuius iuſſus, ſi non unica, ſaltem præcipua perpetrati criminis cauſſa fuerat, ſed qui tamen hoc impune tulerat, condemnandum fuiſſe, ut famulo ſuo vel omne damnum, vel partem eius aliquam reſarciret. Obſtare videtur, quod per *L.* 12. §. 1. *de Furtis* nemo de improbitate conſequitur actionem. At hæc lex vera eſt tunc, quum ex utraque parte æqualis eſt improbitas & par cauſſa. In iubente vero improbitas & turpitudo longe maior eſt, quam in eo, qui parere neceſſum habet.

IX.

Qui delictum prohibere poteſt, ſed non prohibet, iure naturæ ſimpliciter, iure civili non aliter, quam ſi prohibitio ad officium eius pertinet, obligatur.

X.

Hac ratione maritus ob delicta uxoris punitur.

Iure naturæ unusquisque ex delicto alterius, quod ſcit, &, quum prohibere poſſit, non prohibet, obligatur. Temperat tamen iſtum rigorem ius civile, quippe quod iuri naturali per omnia non ſervit, atque tantum contra eum actionem tribuit, cuius officium erat, delinquentem continere atque a delinquendo arcere. Sed hæc omnia iam in *Spec. CXIII. de Noxali actione, medit.* 4. 5. 8. 9. ſat lucide expoſita

Digitized by Google

ſita & exemplis confirmata reperies. Addam hic unum ſaltem, in iſto ſpecimine nullam famoſæ *legis* 109. *de Reg. iuris* mentionem factam, quamvis ea unice huc pertinere videatur. Nihil hac lege, uti vulgo legitur, eſt abſurdius, nihil explicationibus & coniecturis interpretum frigidius. At nuper me meliora docuit *Iauchius* in *meditationibus criticis de negationibus Pandectis Florentinis partim recte vel male iam adiectis aut detractis, vel circumſcriptis, partim etiammum adiiciendis, aut tollendis, aut transferendis.* Is feliciſſima emendatione oſtendit, corruptas eſſe editiones omnes, atque ſic legi oportere: *nonnullum crimen patitur is, qui non prohibet, quum prohibere poteſt.* Ex omnibus, quas huc usque vidi, emendationibus nulla unquam veriſimilitudine ſuâ & facilitate adſenſionem meam tam celeriter obtinuit, quam hæc. Miratus ſum ſaltem, eam, quum fere in oculos incurrat, ante *Iauchium* nulli ex tot tantisque litterarum & ſyllabarum in corpore iuris aucupibus in mentem veniſſe, atque adeo *Iauchii* in re parva idem, quod *Chriſtophori Columbi* in maxima, fatum fuiſſe. Et coniecturam *Iauchii* confirmat mirifice *lex* 33. §. 1. *de Fideicommiſſariis libertatibus*, quæ cum noſtra *lege* 109. eundem auctorem, & ſimillimam phraſin habet. Nec obſtat iſta *lex* 109. prout a *Iauchio* correcta fuit, doctrinæ noſtræ, qua, ius civile iis ſaltem, qui ſpecialiter ad prohibendum obligati erant, delictum non prohibitum imputare, tradidimus. Nam & *lex* 109. quamvis generaliter loqui videatur, generalis tamen non eſt, ſed, ut bene idem *Iauchius* obſervat, ad illum edicti Prætorii locum pertinet, quo pater, qui filium ſuum viduam intra annum luctus ducere patitur, infamia notatur, *l.* 1. *l.* 11. §. 4. *l.* 13. §. 1. *de his qui notantur infamia.* Cæterum quum inter perſonas ad prohibendum obligatas etiam maritus ſit, *l.* 4. §. 2. *de officio proconſulis*, commemorabo hic exemplum mariti ob patientiam

am ſuam puniri, mitiùs tamen, quam uxor ipſa. Sic nempe ICti Helmſtadienſes menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XV. iudicarunt: Daß Anna Maria Körnerin, weil ſie die zu ihr gebrachte geſtohlne Sachen wiſſentlich angenommen, und verheimlichet, auch falſche Münze eingewechſelt und ausgegeben, mit Staupenſchlägen, deren Ehemann aber, in Erwegung, daß er allen vorkommenden Umſtänden nach ſolche getriebene Partiererey wohl wiſſen und verhindern, auch angeben können und ſollen, ohne Staupenſchlägen, beyde nach abgeſtatteten gewöhnlichen Urpheden, des Landes auf ewig zu verweiſen, dieſer letztere auch zu Bezahlung des dritten Theils der Gerichts-Koſten anzuhalten. V. R. W.

XI.

Sola ratihabitio ſuperioris non efficit, ut crimen ei imputari poſſit.

XII.

Ne præmii datio ſufficit, quæ tamen magnam ſuſpicionem, quod quis conſcius & particeps delicti fuerit, excitat.

Effatum Vlpiani in *l.* 152. §. 2. *de Reg. iuris* generale nimis, quo ratihabitionem in maleficiis mandato comparat, temperavi iam olim in *Specim. CXIII. de noxali actione, coroll.* 1. atque oſtendi, non ſufficere ſimplicem ratihabitionem ad delicti imputationem, ſed neceſſe eſſe, ut ratihabens iniuſtum emolumentum ex delicto accipiat. Id quod porro exemplo illuſtravi in *Specimine DIV. de Spolio, medit.* 12. & 13. Sæpe tamen cogitavi, an non & illi delictum imputari poſſit, qui id præmio delinquenti dato ratum habuit, quamvis in partem lucri haud venerit. Et non puto imputationi locum eſſe poſſe. Imputatio enim neceſſario deſiderat, ut quis ad factum ipſum tamquam cauſſa aliqua ſaltem remotior concurrat, ſecundum *Pufendorffium de iure naturæ & gentium lib.* 3. *cap.* 1. §. 4. At præmium peracto facinore perſolutum ad facinus ipſum non pertinet, ſed extra illud eſt. Turpiter tamen facere & naturaliter peccare eum, qui delinquentem re-

Digitized by Google

muneratur, non diffiteor. Sed in foro humano extra omnem pœnam erit. Incurret ſaltem in ſuſpicionem, eamque ſat gravem, quod conſcius ab initio fuerit delicti. Credunt hodie plerique, *Petrum Ludovicum Farneſium*, *Parmenſium & Placentinorum ducem*, auctore Carolo V. Cæſare, qui hoc tamen ſemper conſtantiſſime negavit, necatum fuiſſe. Et veriſimilem coniecturam hanc facit diſtichon illud, quod *Naudeus ſur les coups d'etat pag.* 144. refert.

Cæſaris iniuſſu cecidit Farneſius heros,
Sed data ſunt iuſſu præmia ſicariis.

Quod diſtichon deinde in Belgio ad Wilhelmum Arauſionenſem, qui poſtea Magnæ Britanniæ Rex fuit, in cæde famoſa Wittiorum, quam ille aperte improbabat, ſed privatim remunerabatur, translatum fuit:

Principis iniuſſu cecidit par nobile fratrum,
Sed data ſunt iuſſu præmia ſicariis.

Vide *Basnage Annales des provinces unies tom. II. anno* 1672. §. 248.

XIII.

Superior & inferior ſimul delinquentes, etſi ſimillimum factum ſit, diſſimiliter tamen peccant, & diſſimili ratione puniendi ſunt.

XIV.

In pœnis infligendis legislator & magiſtratus, ſi modo pœna arbitraria eſt, rationem perſonarum habere debet.

XV.

In ipſis pœnitentiis eccleſiaſticis perſonarum conditionem ſpectari oportet.

Quan-

Digitized by Google

Quando ſuperior & inferior ſimul delinquunt, quamvis factum prorſus idem ſit, non eſt tamen idem reatus, ſed ſuperior, qui ſponte agit, magis peccat, quam inferior, qui iuſſu, auctoritate & exemplo movetur. Diverſa igitur utrique pœna infligenda erit. Et peccat contra iuſtitiæ regulas iudex aut etiam legislator, qui ambos ſimiliter punit. Priſca Germaniæ iura, uti multis in rebus barbariem & ſimplicitatem plus quam agreſtem redolent, hoc fere nævo perpetuo laborant, quod in pœnis ſanciendis nullam perſonæ rationem habent, ſed in ſimilibus criminibus omnes ſimiliter puniunt, atque aliquando ſaltem, ſed & hoc raro, inter hominem liberum & ſervum diſcrimen ſat exiguum faciunt, ſuperiorem vero ab inferiore nunquam diſtinguunt. Nihil eſt inæqualitate hac inæqualius Præterquam enim, quod, ut dixi, minor eſt culpa inferioris cum ſuperiore in delinquendo concurrentis; diſſimilitudo quoque perſonarum, dignitatum & opum efficit, ut, quod in uno atrox pœna eſt, alterum vel nullo, vel exiguo ſenſu afficiat. Poteram eius rei infinita exempla adferre. Sed malo unum. Notiſſima eſt pœna κυνοφορίας, canum geſtatio, in pacis publicæ violatores ſtatuta, quam Otto I. primus inſtituiſſe videtur apud *Witikindum libr.* 2 *Annal. p.* 644. Ipſam pœnam non damno, ſed probo magis, atque hoc unice deſidero, quod in ea infligenda perſonarum conditio ſpectari non iubeatur. Scio equidem, miniſteriales pro cane ſellam, ruſticum aratri rotam portare coactos: *Otto Friſingenſis Libr.* 2. *de rebus geſtis Friderici Barbaroſſæ: Vetus*, inquit, *conſuetudo pro lege apud Francos & Suevos inolevit, ut, ſi quis Nobilis, Miniſterialis, vel Colonus, coram ſuo iudice pro huiusmodi exceſſibus*, fractæ ſc. pacis publicæ, *reus inventus fuerit, antequam mortis ſententia puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, Nobilis canem, Miniſterialis ſellam, ruſticus aratri rotam, de Co-*

mitatu in proximum Comitatum geſtare cogatur. At hæc ſignorum varietas pœnam non variat. Et ſi vel maxime variet, hoc tamen inæquabile eſt, quod, ſi princeps pacem fregiſſet, & ipſe & ſatellites eius omnes, ſi modo nobiles erant, quamvis imperio eius ſubfuiſſent, ipſumque præeuntem ſequuti eſſent, canem baiulare promiſcue adigerentur. Notiſſimum eſt Friderici Barbaroſſæ iudicium, quo, teſte eodem *Friſingenſe in loco memorato*, Hermannum, Palatinum comitem, & magnum imperii principem, quod, abſente Cæſare, Germaniam præda & incendio perturbaſſet, cum decem comitibus complicibus, qui Hermanno iubenti contra leges publicas improbe obedierant, canes per milliare Teutonicum portare coëgit. Narrabo rem verbis *Guntheri in Ligurino Libr.* 5.

Quippe vetus mos eſt, ut ſi quis rege remoto
Sanguine vel flamma, vel ſeditionis apertæ
Turbine, ſeu crebris regnum vexare rapinis
Audeat, ante gravem quam fuſo ſanguine pœnam
Excipiat, ſi liber erit, de more vetuſto
Impoſitum ſcapulis ad comtigui comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre;
Sin alius, ſellam; cuius diſpendia pœnæ
Ille Palatinæ cuſtos celeberrimus aulæ
Non potuit vitare comes, cunctisque videndus
Portavit ſcapulis paſſus plus mille latrantem.
Hanc quoque tunc alii ſimili pro crimine pœnam
Suſtinuere decem Comites, totidemque coacti
Fœda tulere canes generoſo pondera collo.

Latet

Digitized by Google

Latet profecto in hac pœnarum æqualitate iniuſtitia, quemadmodum ſupra oſtendi. Ipſa recta ratio principi, ut ſuperiorem ac inferiorem ſimiliter peccantes diſſimiliter puniat, præcipit. Quin immo magiſtratus, etiam, quamvis in infligendis pœnis, quas princeps determinavit, legem præſcriptam ſequi, nullamque perſonarum rationem habere, niſi infamiam incurrere velint, debeant, *l.* 8. §. 2. *C. Ad Legem Iuliam de vi publica*, tunc tamen, quum lex pœnam iudicis arbitrio permittit, perſonam ſpectare & in eodem crimine aliter ſuperiorem & nobilem, aliter inferiorem & plebeium coërcere neceſſe habent. *L.* 16. §. 3. *de Pœnis*, *L.* 4. §. 1. *in fine de incendio, ruina.* Iniqua hæc diſſimilitudo videbitur vulgo, qui iuſtæ proportionis regulas ignorat. At cordatiores æquitatem apertam præcepti huius animadvertunt. Ipſi veteris eccleſiæ doctores, in imponenda peccantibus pœnitentia, perſonarum conditionem ſpectare iubent. *Atto II.* Epiſcopus Vercellenſis in *Capitularis ſui capite* 90. apud *d' Achery in ſpicilegii tomo I.* [illegible]. *Non debet*, ait, *presbyter iniungere pœnitentiæ leges ſine aliquo reſpectu perſonæ.* Similiter *Beda in Præfat. de Remediis peccatorum ſive Pœnitentialis: Solerter*, inquit, *admonentes doctum quemque ſacerdotem Chriſti, ut in univerſis, quæ hic annotata reperit, ſexum, ætatem, conditionem, ſtatum, perſonam cuiuscunque pœnitentiam agere volentis, ipſum quoque cor pœnitentis curioſe diſcernat, & ſecundum, ut ſibi viſum fuerit, ſingula quæque iudicet; quibusdam namque a cibis abſtinendo, nonnullis ſæpius genua flectendo, ſive in cruce ſtando, aut aliud aliquid huiusmodi, quod ad purgationem peccatorum pertineat, faciendo.*

XVI.

Inferior iuſſa ſuperioris, de quorum iuſtitia dubitat, impune exſequitur.

XVII.

XVII.

Nec iuſtitiam hanc ſcrupuloſe inquirere aut examinare debet.

Civis principem, inferior ſuperiorem in bello iniuſto, quamvis iubentem, iuvare non debet, quemadmodum ſupra iam dictum. At quid, ſi dubitet civis, iuſtumne ſit bellum an iniuſtum? Multa de hac quæſtione, quæ in aliis etiam extra bellum negotiis ſubinde occurrit, erudite diſputat *Grotius de iure belli & pacis libr. 2. c. ult. §. 4.* tandemque abſtinendum eſſe bello, & ſequendam ita partem tutiorem, concludit. Contra & rectius *Lutherus in Tom. III. Ienenſ. fol. 328.* bellare civem iubet ex his rationibus: Wie, wenn mein Herr unrecht hätte zu kriegen? Antwort, wenn du weiſt gewiß, daß er unrecht hat, ſo ſollſt du GOTT mehr fürchten, denn Menſchen, Actor V. und ſollt nicht kriegen noch dienen, denn du kannſt da kein gut Gewiſſen für Gott haben; & paucis interiectis; wenn du aber nicht weiſt und kannſt nicht erfahren, ob dein Herr ungerecht ſey, ſollſt du den gewiſſen Gehorſam um ungewiſſes Recht willen nicht ſchwächen, ſondern nach der Liebe Art dich des Beſten zu deinem Herren verſehen, denn die Liebe glaubet alles, und denket nichts arges, 1 Cor. 13. ſo biſt du ſicher und fähreſt aber wohl vor Gott. &c. Neque ſcrupuloſa inveſtigatio civi ſuadenda eſt, ſed locum hic habebit, quod Otho apud *Tacitum lib. I. hiſtoriarum cap. 83.* ait: *Si, ubi iubeantur, quærere ſingulis liceat, pereunte obſequio, etiam imperium intercidit.* Quis non rideret carnificem, qui, dum reum ſupplicio afficere iubetur, prius acta ſibi exhiberi, aut ſe de ſententiæ latæ iuſtitia convinci, flagitaret. Quis militem iuſſam expeditionem detrectare, niſi ante cum duce ſuo de eius iuſtitia diſputaſ-

putaſſe, æquo animo feret? Optime *Ambroſius* de militibus Chriſtianis Iuliani: *Iulianus*, ait, *Imperator, quamvis eſſet Apoſtata, habuit tamen ſub ſe Chriſtianos milites; quibus quum dicebat: producite aciem pro defenſione reipublicæ; obediebant ei: quum autem diceret eis, producite arma in Chriſtianos, tunc agnoſcebant Imperatorem cæli.*

COROLLARIA.

1. Multum intereſt inter patrem et matrem. Pater iubet vi patriæ poteſtatis, mater mandat ſaltem. Ergo qui patre iubente delinquit, aut excuſatur plane, aut mitius punitur, ſed is, qui matre mandante peccavit, non iuvatur. Vide *Specimen CLXXXIII. de mandato turpi, medit. 1.*

2. Scabini Lipſienſes apud *Mollerum ad Conſt. Elect. Saxon. 22. P. 4. n. 4.* puellæ, quæ perſuaſa a patre, ſe ei in omnibus obſequium debere, inceſtum paſſa erat, ultimum ſupplicium remiſerunt, ac virgarum & relegationis pœnam impoſuerunt. Referunt hoc & probant *Carpzovius in Quæſt. Crim 72. n. 47. 50. & Ludovici ad art. 117. Conſtit. Carolinæ.* Addit tamen *Ludovici: habes exemplum cauſſæ fatuæ a dolo excuſantis.* Ego vero auctoritatem patris perſuadentis veram, non fatuam, cauſſam eſſe credo.

3. Dxi ſupra in *theſi ult.* ridiculum eſſe, carnificem in cauſſæ cognitionem admitti. Animadverti tamen deinde, hoc *Grotio de iure belli ac pacis libr. 2. cap. ult. §. 4.* non ridiculum, ſed iuſtum videri. Quin *Epiſcopius*, theologus Arminianus, id magis ſerio poſcit. Sic enim ille *tomo I. Operum fol. 47. in Reſp. ad Quæſt. 46. Quod attinet*, inquit, *ad carnifices, qui ultro ſe offerunt, operamque ſuam locant magiſtratui ad feriendum, iugulandum, capite truncandum, uſtulandum, & quolibet tormentorum mortiumque, licet immaniſſimarum, genere quosvis ſententia iudicis damnatos adficiendum, absque ulla cauſſæ inquiſitione aut cognitione, & quidem cum ſtipendii pro novata operâ ſtipulatione, eos ego non modo non in Chriſtianorum, ſed ne quidem hominum numerum retulerim. Quid*

Digitized by Google

enim a ratione humana omni alienius, quam sine ulla ratione operam suam locare, occidendis sine discrimine quibuslibet hominibus, qua nocentibus, qua innocentibus, dummodo a iudice damnati sint? Quid vilius, quam pro ista opera stipendium cupere ac capere? Non dubito, quin isti Christum interfecturi essent, si nunc ad iudicibus damnaretur, & pro cæde eius præmium poscerent. Pessimi sane mortales & nimium fœde turpiterque venales animæ. Equidem mirari sæpenumero satis non possum, quomodo magistratus Christiani eo olim delabi potuerint, & semel receptum morem hodieque nuspiam non retineant, ut hominum non aliter, quam brutorum animantium, opera, non dico, utantur, sed abutantur, ad supplicia exsequenda. Certe inter iudices Deus neminem sic carnificem esse voluit, sed terter ipsos, non nisi de crimine certos, iustissimæ cædis ac supplicii auctores esse voluit. Quanto æquius erat, id fieri a Christianis, aut, si id commode fieri non possit, etiam ab iis aliam viam iniri, quam istam, qua hominis opera adhibetur, ad occidendum damnatos, qui an iure, an iniuria damnati sint, non magis intelligit, quam equus & mulus? Quæ, inquies, ista via esse poterit? Respondeo, ego quamlibet comminisci malim quam eam, quæ nunc initur, probare. Quodsi tamen ab ea recedere consultum non videtur, & carnifice opus erit, tum vero ne adhibeatur carnifex, nisi audita cognitaque causa, ne forte insontem, aut de quo, an sons & mortis reus sit, certus non est, feriat. Quod si quis se ultro offerat, ad quemlibet damnatum feriendum, ubi prætor aut senatus iusserit, eum ego hominem exuere velle dedita opera, ac proinde inter homines, qui ratione, non iussis ducuntur, ut mancipia & bruta, etiam collocandum non esse crediderim: in primis si antea bene præmonitus fuerit, ut ignorantiæ, quamquam vix humanæ, velo se tegere nequeat. Sed persto in sententia mea, ac ad *Grotii* & *Episcopii* rationes in conflictu respondebo.

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DXXXV.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVII. TIT. II
DE

INIVSTA IN FVRES INDVLGENTIA.

Diſputavit, me præſidente, de hoc argumento Carolus David Loſſius, lutrebocenſis, nunc iurium doctor digniſſimus, menſe Septembri anni 1730. ſcriptum, ſuper quo diſputatum eſt, ipſe totum elaboravit, ut nihil in eo meum ſit. Addidi ſaltem aliquot meditationes, quas ſolas hic ſubiicio.

I.

Suſpendium furum Saxones primi exercuerunt, Fridericus I. Imp. a Saxonibus acceptum in reliquam Germaniam introduxit.

II.

Ea pœna non dura, ſed optima & æquiſſima eſt.

III.

Igitur interpretationibus molliri non debet.

Optima eſt lex & reipublicæ perneceſſaria, quæ fures ſuſpendi, tamque atroci ſupplicio alios a ſimili facinore abſterreri iubet. Multum ergo illa auctori ſuo honoris & gloriæ affert. Sed quis fuerit eius auctor, nondum ſatis liquet. Exſtat ea in famoſa conſtitutione de pace tenenda & eius violatoribus, 2. F. 27. §. 8. verbis: *Si quis quinque ſolidos valens, aut plus fuerit furatus, laqueo*

Digitized by Google

laqueo ſuſpendatur; ſi minus, ſcopis & forcipe excorietur & tondeatur. Conſtitutionem hanc Fridericus Imperator edidit. Sed quis Fridericus? Primo eam adſcribit *Cuiacius*, tertio, qui rectius ſecundus appellatur, *Hotomannus*, uterque rationibus ſat ſpecioſis nixus. Ego tamen cum Cuiacio ſentio, præter rationes, quas ille habet, inſigni hoc *Guntheri in Ligurino lib.* 5. *v.* 212. *ſqq.* loco motus:

- - Invictus diſcurrens undique Cæſar
Prædonum caſtella iugis horrentia ſummis
Et vix ſpectandas celſis in rupibus arces
Expurgare manu, ſparſisque evertere muris,
Urere vel flammis avide properabat, & ipſos
Artifices ſcelerum, regni turbare quietem,
Et miſeros crebris ſolitos ſpoliare rapinis,
Vel cruce, vel gladio, vel longo carceris uſu
Perdere gaudebat, non exorabilis ultor.

Verum laudem editæ tam ſalutaris legis Friderico Imperatori dubiam faciunt *Dœplerus* im Schauplatze der Leibes- und Lebens-Strafen *part.* 2. *cap.* 6. *n.* 67. aliique, & *Saxonibus* noſtris attribuunt, qui in *Speculo ſuo lib.* 2. *art.* 13. præcipiunt: den Dieb ſoll man hengen. Quam pugnam ego ſic dirimo, ut ipſum quidem fures laqueo ſuſpendendi morem Friderico antiquiorem & apud Saxones diu etiam ante Speculi compilationem in uſu fuiſſe, Fridericum vero lege ſua eundem morem in reliquas imperii Germanici provincias introduxiſſe, ac certos limites poſuiſſe, & ſummam quinque ſolidorum primum determinaſſe credam. Quod dum fecit optimus cæſar, pie prudenterque fecit. Inſaniunt ergo *Paris de Puteo de Syndicatu rubr. Crudelitas officialis num.* 5. *p.* 325. *& Nevizanus Sylvæ nuptialis lib.* 1. *num.* 69. quorum ille: *Ideo*, inquit, *proles Federici Imperatoris, qui ſtatuit, quod fur quinque ſolidorum ſuſpenderetur, & ſic, quod homo*

homo ad Dei imaginem creatus propter bona occideretur, & alii ſucceſſive reges, qui ſecuti ſunt hanc legem, eorumque miniſtri, non regnaverunt ſuper terram, & malam vitam finierunt, nec generatio eorum ad tertium gradum pervenit, dicente Pſalmiſta XXXVII, 36. Vidi impium, quem vide, & ecce non erat, reverſus ſum, & non eſt inventus locus eius, vel ſucceſſorum ſuorum; hic, Fridericum propterea in inferno cruciari, dicit. Ego, tantum abeſt, ut Friderico Imperatori legem illam vitio vertam, ut potius æternas ei, & Carolo V. Imperatori, qui legem Friderici in *conſtitutione criminali art.* 159 & 162. confirmavit, nec non Auguſto Saxoniæ electori, qui idem in *Conſtit. ſua* 32. *P.* 4. fecit, in primis autem Friderico Auguſto noſtro, qui veteres leges iſtas, pene obliteratas, ſapientiſſime reduxit, firmavit, explicuit, gratias deberi putem. Vellem modo, ut iudices & ICti optimæ optimorum principum intentioni reſponderent, nec iuſtiſſimas leges intempeſtiva erga nocentes, nocentiſſima vero & crudeliſſima in bonos cives, miſericordia corrumperent. Sed perſuaſerunt ſibi homines, pœnam laquei in fures ſtatutam duram nimis, atque adeo interpretatione molliendam eſſe. Infinitas itaque in ſorum limitationes, reſtrictiones, explicationes de furibus ſuſpendendis ſi non penitus infirmarunt & eluſerunt, ita tamen circumſcripſerunt, ut plerique fures impune peccent, pauciſſimorumque ſupplicium nec rempublicam maleficis purget, nec aliis terrorem incutiat. Innumera inde naſcuntur mala. Non civis a cive, non hoſpes ab hoſpite tutus. Obſidentur a prædonibus viæ publicæ, ſpoliantur in nundinis mercatores, & frequentius adhuc mercantes, ut profecto maior in Arabum deſertis, quam in ſolemnibus mercatibus, ſecuritas ſit, habitatores oppidorum ægre domunculas ſuas & patrimoniola contra vim & fraudem tuentur, ruricolas vero ſola egeſtas defendit, ſi quis ex illis paulo locuple-

cupletior eſt, nocturnas inſidias vix effugit, niſi ſe ſuaque perpetuis cuſtodiis muniat; nullus fere eſt in pagis ſacerdos opulentior, quem fures non bis aut ſemel ſaltem in vita expilarint. Deum teſtor, me vana non loqui, & ad ipſam experientiam provoco. Sola forte Saxonia fatis mitioribus utitur. At non diu eſt, quod his utatur. Ante decem vel duodecim annos hac in parte nihil erat calamitoſius patria noſtra. Credidiſſes tunc illam nutriculam furum & latrunculorum. Repreſſit eius peſtis furorem providentia Friderici Auguſti noſtri. Poſt conſtitutionem eius anno 1719. promulgatam Saxones reſpirare cœperunt, inſomnesque noctes ducere deſierunt, ac in ſpem ingrediuntur, fore tandem, ut eadem Auguſti providentia etiam reliquias tanti mali exſtirpet. At in plerisque reliquæ Germaniæ provinciis eadem, quam ante deſcripſi, rerum facies ſupereſt. Ego duodeviginti circiter annos collegio ordinis iuridici in academia Iulia, ad quod univerſa Germania certatim acta mittit, adſedi. Magna actorum iſtorum pars in iudiciis contra fures confecta erat. Miratus ſum ſæpe multitudinem facinoroſorum iſtorum hominum, patriam noſtram quaſi inundantium, & obſtupui, dum audaciam & crudelitatem, qua flagitia ſua exercent, conſideravi. Cauſſam etiam tanti ac tam univerſalis mali tacitus mecum requiſivi. Nec aliam reperire potui, quam iniuſtam iudicum & ICtorum in maleficos hos indulgentiam & improbam legum optimarum interpretationem. Movit me hæc res, ut, quum Tu, ornatiſſime Reſpondens, nuper ad me accederes, & argumentum, in quo elaborando & publice proponendo ſtylum & eloquentiam tuam exerceres, peteres, hoc Tibi potiſſimum ſuggererem. Accepiſti id lubens & explicuiſti ſcripto eleganti. Quod ſcriptum ego, poſtquam in eo pauca mutavi, non indignum publica luce iudico, & quamvis tuum ſit, meum tamen tanquam præſidis nomen illi

illi præfigi, æquo animo patior. Addo ſaltem de meo obſervationes aliquot, ex iis, quas longe maiore numero ſuper hac materia collegi, decerptas, inpoſterum forſan plures daturus. Nunc Tibi ſpecimen egregium gratulor, honores & bona multa auguror, atque amicitiam & benevolentiam meam perennem promitto. Vale. Vitembergæ IV. Non. Septembr. anni CIↃ IↃ CC XXX.

IV.

Ad damnandum furem manifeſtiſſima indicia ſufficiunt.

V.

Nec confeſſionem eius extorqueri, neceſſe eſt.

Peccant iudices & ICti, qui in convincendis furibus ac raptoribus probationes luce meridiana clariores tanto rigore exigunt, ut, niſi duo teſtes omni exceptione maiores ipſum furandi actum ſe oculis ſuis vidiſſe iurent, id quod fere nunquam contingit, reum manifeſtiſſimis indiciis oneratum & tantum non deprehenſum, ac quem nocentem eſſe ipſi ex circumſtantiis certiſſime perſuaſi ſunt, damnare tamen non audeant, ſed vel ad iusiurandum admittant, vel aliquando tormentis ſubiiciant, ac in his præfracte negantem abſolvant, atque ſic non religionem & conſcientiam ſuam, cui leges omnia permittunt, ſequantur, ridiculum & mercenarium pedanei iudicis officium reducant. Exemplum talis iudicii commemoravi in *Specimine CCLVII. de Probatione artificiali, ſeu coniecturis, medit.* 6. Comprobat ſententiam meam potentiſſimus Poloniarum Rex in dem Räuber-*Mandat de anno* 1719. verbis: Und es hierbey auf ihr eigen Bekänntniß, und daß ſolches præciſe extorquiret werden müſſe, gleichfalls eben nicht ankommen ſondern genug ſeyn ſolle, daß ſie bey dergleichen Gelegenheit, ertappet worden; Geſtalt denn auch nicht minder bey ſolchen Perſonen,

wider

wider welche ein zulänglicher Verdacht, daß sie von einer solchen Bande seyn möchten, füglich zu fassen, der starke Staupen-Schlag und noch darauf der Vestungs-Bau statt haben solle, wenn bey ihnen die zu gewaltsamen Einbrüchen brauchenden Instrumenta von Brechstangen und dergleichen, oder auch einige von denen geraubten Sachen, welche der Eigenthums-Herr, deme sie geraubet worden, eydlich bestärket, oder dessen er sonst durch zwey tüchtige Zeugen zu überführen, befunden werden, und der Beschuldigte nicht so fort in continenti beybringen kann, wie und auf was Art er zu denenselben rechtmäßiger Weise gekommen, da denn das selbsteigene Geständniß ebener massen nicht nöthig. Obiicietur mihi forsan *lex* 5. *pr. de pœnis*, quæ de suspicionibus quem damnari vetat. Verum hæc lex suspiciones leviores saltem, non etiam indicia perspicua, & quæ animum iudicis plene convincunt, excludit. Ea enim ad damnandum sufficere, satis ex *L.* 6. *C. de Dolo malo* patet.

VI.

Inculpatio correi, etiam extra tormenta, legitimum contra fures indicium esse potest.

Plerique DD. inculpationem correi legitimum contra furem & raptorem indicium esse, negant, nisi ea in tormentis facta sit. Verum hæc opinio non satis probatur ex *articulo* 31. *Constit. crimin.* ubi correi in carcere facta inculpatio sufficere dicitur, atque, ut ea fidem inveniat, quinque requiruntur. Primum istorum requisitorum est, ut inculpatio ad interrogationem generalem fiat, nec correo inculpanti, dum interrogatur, vel in tormentis hæret, nomen inculpati suggeratur. Fit hic torturæ mentio, non dispositive, sed enunciative saltem & alternative: gefragt oder

oder gemartert. Ergo Imperator torturam abſolute non deſiderat. Quam ſi deſideraſſet, non quinque, ut fecit, ſed ſex requiſita ponere debuiſſet. Et ipſa recta ratio oſtendit, iſta quinque requiſita, ſi cuncta adſint, etiam ſine tormentis graviſſimam adverſus inculpatum ſuſpicionem excitare. Cordatiores igitur ICti, iſtis quinque requiſitis contenti, ſextum hoc in cerebro DD. ortum impune negligunt. Ita certe ICti Helmſtadienſes, me interprete, aliquoties reſponderunt, e. g. menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XXI. Obwol die Mit-Inquiſiten, Trümpelmann und ſein Eheweib, ſelbſt Dieberey begangen, demnach in demjenigen, was ſie andern aufbürden, keinen Glauben verdienen, *arg. L.* 17. *C. de accuſationibus*; überdies ihr gegen Löſern gethanes Bekänntniß von freyen Stücken, und nicht in der Marter, geſchehen, folglich kein neues und hinglänglicheſ indicium zu machen ſcheinet. Alldieweil aber dergleichen Inculpation alsdenn, wenn andere beſchwerliche Umſtände dazu kommen, nach *Carpzov. Quæſt. Crimin.* 108. *n.* 58. Zeugniß, allerdings Glauben findet, und denn allhier in die übrige Stücke, welche dem *art.* 31. *Conſt. criminal. ad inculpationem correi* erfordert werden, insgeſammt vorhanden ſeyud, worzu noch dieſes kommt, daß nicht einer, von welchem Caſu gedachter 31. *art.* redet, ſondern zwey Mit-Inquiſiten dem Löſer die begangene Uebelthat beſtändig unter die Augen ſagen; So wird Inquiſit Löſer dem Scherfrichter übergeben.

VII.

Corpus delicti in puniendis torquendisque furibus nimis ſcrupuloſe exigi non debet.

VIII.

Sufficit moralis certitudo.

Peccant iudices, qui in corpore delicti inveſtigando nimium ſcrupuloſi, certitudinem, qualis in plerisque rebus humanis ex circumſtantiis elicitur, ſufficere negant, ſed talem, quæ in oculos incurrat, requirunt, ac iusiurandum eius, qui furtum paſſus eſt, quaſi pro forma deſiderant, atque eo non ſolum non pœnam ordinariam, ſed nec torturam quidem decernere audent. Opinio hæc furibus egregie patrocinatur, multosque eorum, dum domini rerum ablatarum iurare detrectant, pœnæ promeritæ eximit. Ego cum iis potius ſentio, qui certitudinem moralem hic admittunt, ac, ſiquidem hæc adſit, quæſtionem & pœnam etiam ſine iureiurando domini decernunt. Memorabo exemplum: Sex homines furtum paſſi hoc iudici denunciant ac res ſibi ablatas ſingulas indicant. Iudex igitur in hominum aliquot ſuſpectorum ædes irrumpit, ac res indicatas inveſtigat. Partem earum ſed minorem, & quæ ſummam legibus ad furtum magnum requiſitam non conficiebat, reperit. Duo ex ſuſpectis fatentur furtum confeſtim, atque, ſe etiam reliquas res, quas domini indicaſſent, cum ſociis abſtuliſſe & iam conſumſiſſe, dicunt. Contra ſocii obſtinate omnia negant. Deliberatur igitur de pœna illorum & de quæſtione de his habenda. Obiiciebatur utrobique incertitudo corporis delicti. Nam, qui furtum paſſi erant, res ſibi ablatas ſimpliciter deſignarant, nulla æſtimatione adiecta, nec, ut iurarent, compelli ulla ratione poterant. Verum enim vero circumſtantiæ modo memoratæ, delatio legitime ab hominibus fide dignis facta, inventio rerum aliquot in ædibus reorum, confeſſio unanimis duorum ex illis, ſupplebant vicem iurisiurandi & ſcrupulum omnem de animo prudentis iudicis tollebant. Itaque ICti Helmſtadienſes menſe Septembri anni CIↃ IↃ CC XIX. circumſtantias iſtas pro corpore delicti ſufficere, reſponderunt: Ob-

wol wider Christoph Sandvossen kein rechtes corpus delicti vorhanden zu seyn scheinet, indem weder von den gestohlnen Sachen etwas bey ihm gefunden worden, noch diejenige Leute, bey welchen er die Diebstähle begangen haben soll, den Werth der ihnen entwendeten Dinge beschworen, bey welcher Bewandniß es das Ansehen gewinnet, ob hätte Sandvoß von der angestellten Inquisition entweder schlechterdings, oder allenfalls nach abgeschwornen Reinigungs-Eyd entbunden werden sollen; Alldieweil aber an der Wahrheit der bey der Neddermeyen, Thiesen, Leusmann, Brinsten, Wachteln und Kemlingen, begangenen Diebstähle ganz nicht zu zweifeln ist, immassen ein Theil der gestohlnen Sachen bey Curd Sandvossen, und bey Carl Bossen gefunden worden, auch Carl Bossens und dessen Frauen Aussage dieserhalben gäntzlich übereinkommt, wannenhero dem Angeber dieser bestohlnen Leute ganz wohl ohne Eyd getrauet werden kann, wie denn auch der Eyd über den eigentlichen Werth der Sachen deshalben nicht nöthig scheint, weil man wohl siehet, daß solche beyde zusammen genommen die Summa der in Rechten gesetzten 5 Specie-Ducaten übersteigen, und bey Untersuchung dieses Werths nicht auf einen jeden Diebstahl absonderlich, sondern auf alle insgesammt zu sehen ist, *Carpzov. Quæst. Crim.* 78. *n.* 82. So können wir in Betrachtung aller dieser Umstände nicht wohl anders schliessen, als daß Sandvoß ein berüchtigter, incorrigibler Dieb sey, der alle diese angegebene Diebstähle und noch viel andere begangen, folglich durch ziemliche Marter zum Bekänntniß gebracht werden müsse. Obiiciebatur forsan *C. El. Sax.* 33. *P.* 4. Sed ad hanc in conflictu respondebitur.

IX.

Vt effractio, quæ in furto violento desideratur, seditiose & coadunatis hominibus facta sit, necesse non est.

X.

Potest ea & ab uno homine & a femina committi.

Peccant iudices & legislatoriam potestatem sibi arrogant, qui *constitutionis criminalis art.* 159. verba, in *Const. El. Sax.* 32. *P.* 4. repetita & confirmata, atque sat clara, adversus legislatoris mentem ex sua libidine interpretantur, & effractionem, quæ ibi ad furtum violentum desideratur, non aliam, quam seditiosam & coadunatis hominibus factam, admittunt. Ego, ubi legislator clare loquitur, interpretationem privatam damno, atque adeo simplicem, qualis in *articulo* 159. describitur, effractionem sufficere, & ab uno etiam homine, quin a femina, committi posse, credo. Articulus enim ille conservationem pacis ac securitatis domesticæ spectat, & propter eam pœnas tam graves sancit. Illa vero domestica securitas etiam per mulierem ostia, parietes, effringentem, vel per fenestras, foramina &c. inscendentem turbatur. Sic ergo olim cum ICtis Helmstadiensibus mense Octobri anni CIↃ IↃ CC XXVIII. respondi: Gestehet Inquisitin, daß sie 1) zu Glückstadt eine alte Mauer ausgestossen, dadurch in Jürgen Seerbocks Haus gegangen, und daselbst einen Frauens-Rock und einen Beutel mit Geld gestohlen, 2) bey Otterndorf in Johann Lorentz Heilshorns Hause eine Scheibe ausgebrochen, zum Fenster eingestiegen, und darinnen Geld, welches der Bestohlne auf 16 Thlr. eydlich angiebet, dieblich entwendet, 3) in Paul Diecks in der Süderlohe Haus durch den Stall gegangen, daselbst mit einem gefundenen Hand-Beile eine

Lade

Lade eröfnet, und daraus einen Beutel, worinnen nach des Beſtohlnen Eyde ein alter Rthlr. ein Holländiſch 3 Gülden-Stück, 6 Thlr. ⅞ Stücken, 2 Enckete Drittel, 9 Mark und ein Knaul Garn geweſen, genommen; Nun führt zwar Inquiſitin zu ihrer Entſchuldigung an, daß nirgends eine actio ſeditioſa oder cum armis vorgegangen. Dieſemnach gewinnet es das Anſehen, ob falle die von dem peinlichen Ankläger gebetene Lebens-Strafe hinweg. Alldieweil aber die Meynung etlicher Rechts-Lehrer, ob werde zu einem gewaltſamen Diebſtahle nothwendig vis ſeditioſa erfordert, mit dem klaren Buchſtaben der Rechte ſtreitet, als worinnen nur ſchlechtweg: brechen und ſteigen; geſetzet, und die Erhaltung der gemeinen Sicherheit eines jeden in ſeinem verſchloſſenen Hauſe intendirt wird, endlich Inquiſitin eine verläumdete zweyfache Diebin iſt, und bey ihrem liederlichen Leben dieſes Handwerck ferner forttreiben, und die gemeine Ruhe ſtöhren möchte; So wird ſie mit dem Strange vom Leben zum Tode gebracht. Adde *Specimen DXXXVI. de furtis violentis, medit.* 10. & 11.

XI.

Furtum violentum etiam ſine armis committi poteſt.

Nihil quidem eſt iſto, quem modo memoravi, *articulo* 159. clarius. Deſiderat ille ad furtum violentum alternative effractionem, vel arma. Et in *Conſt. El. Sax.* 32. *P.* 4. ſolius effractionis fit mentio. At uſus fori præter legislatoris mentem coniungit, quæ disiungenda erant, atque effractionem armatamque manum ſimul requirit, & furtum, quamvis coadunatis hominibus, quamvis cum effractione violenta, quamvis cum inſcenſione perpetratum, violentum tamen eſſe negat. Atque hic uſus fori, etſi verbis

& voluntati priſci legislatoris contrarius, a maioribus tamen noſtris invectus rebusque per integrum ſæculum iudicatis firmatus tam altas radices egit, ut nos ei evellendo impares, quamdiu princeps eum non damnat, deceſſorum noſtrorum aliorumque collegiorum veſtigia vel inviti ſequamur, euntes, non qua eundum eſt, ſed qua itur. Sic nuper adhuc ICti Vitembergenſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XXX. reſponderunt: Haben beyde Inquiſiten, als ſie dem Scharfrichter erkannter maſſen untergeben worden, und zwar Schultze ſchlechterdinges, daß ſie bey dem Diebſtahl zu Leißla ſich zu wehren und die Leute zu beſchädigen nicht verabredet, noch zu dem Ende eine tödtliche Wehre bey ſich gehabt, Strohbauch aber mit dem Anhange, daß er das Widerſpiel gegen die Wahrheit blos wegen der Marter bekennen müſſe, erhalten, der letztere auch in der Ratification ſolches nochmalen vorgegeben, und ſein in der Marter gethanes ſehr eingeſchrenckte Bekänntniß völlig wiederrufen. Ob nun wol der Inquiſiten vormalen in Güte gethanes Geſtändniß, daß ſie nemlich bey Ausübung des Diebſtahls den Sinn und Meynung, Leute zu beſchädigen, gehabt, und zu ſolchem Ende mördliche Wehren mitſich genommen, viel wahrſcheinlicher iſt, ſie auch bey der Wiederrufung unter ſich merklich variiret, alſo, daß ſolche Wiederrufung boshafter Weiſe von ihnen, als ſie gemerket, daß ſie dadurch ſich von der Todes-Strafe befreyen könnten, geſchehen, ziemlich am Tage lieget, hiernächſt, und wenn auch ſolcher Umſtand abgehet, gleichwol ein unter etlichen Perſonen complotirter mit Brechen und Einſteigen verknüpfter Diebſtahl übrig bleibet, folglich die in der peinlichen Hals-Gerichts Ordnung darauf geſetzte Lebens-Strafe nichts deſtoweniger allhier ſtatt zu finden ſcheinet, da zumal dem publico daran gelegen iſt, daß dergleichen gefährliche Menſchen nicht wieder in Freyheit geſetzet werden, und ihre Bosheit und Diebſtähle ferner auszuüben Macht bekommen. Alldieweil aber die bey dem Leißlaiſchen Diebſtahl ſonſt vorkommende gefährliche Umſtän-

Umſtände, der Complot, das Einſteigen und Brechen, wenn ſie nicht mit einer vi ſeditioſa, oder wenigſtens mit dem Vorſatze, Leute umzubringen, verknüpfet ſeynd, insgemein zur Todes-Strafe nicht hinreichend geachtet, und die ſonſt ziemlich deutlich ſprechende Geſetze Vſu fori dergeſtalt erkläret werden; So werden beyde Inquiſiten mit der Lebens-Strafe verſchonet, gleichwol und zwar Schultze mit Staupenſchlägen, Strohbauch aber, in Anſehung der ihn zuweilen anfallenden ſchweren Noth und des daher zu beſorgenden öffentlichen Spectaculs, nach vorhergehender ſcharfen Züchtigung mit Ruthen im Gefängniſſe, des Landes ewig verwieſen. Adde *Specim. DXXXVI. de Furtis violentis, medit.* 17. 18.

XII.

Vt furtum tertium dicatur, neceſſe non eſt, furem bis iam fuiſſe punitum.

Articulus 162. *Conſtitutionis criminalis* furtum tertium ultimo ſupplicio puniri iubet. Quam legem, etſi per ſe ſat claram, tamen ICtorum miſericordia temperat, & furtum tertium non ex numero, ſed ex pœnis æſtimat, atque hominem, qui vel centies furatus, ſed antea nondum punitus fuit, a mortis pœna liberat. Sic ICti Helmſtadienſes, me interprete, menſe Aprili anni CIↃIↃ CC XVI. reſponderunt: Es geſtehet Inquiſit, daß er unterſchiednen Leuten 4 Himbten Weitzen, einen Wetzſtein, 2 Himbten Rocken, einige Himbten Aepfel, 2 Bolen, einen Sack Heu, einen Schoff, 3 alte Enten, ein Stück Eichen-Holtz, eine Heckſcheide und 4 Staken geſtohlen, auch von einem Reuter 6 bis 7 geſtohlne Gänſe und Enten erkauft. Wiewol es nun ſcheinen möchte, ob

ob müſſe derſelbe nach Innhalt der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 162. mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtraft werden, weil er den Diebſtahl nicht nur zu dreyen, ſondern zu zehnmalen begangen, demnach einem Vergewaltiger gleich zu achten iſt; Alldieweil aber angeführter Articul uſu iudiciorum dahin temperiret wird, daß die Lebens-Strafe anders nicht, als, wenn der Dieb zweymal, *Engelbr. in Compend. Iurispr. tit. de furtis* §. 25. *in fin.* geſtraft worden, ſtatt findet, und aber in Actis von einiger vorhergegangenen Strafe keine Nachricht vorhanden; So haben wir den Staupenſchlag dieſesmal vor genugſam geachtet. Et ſunt multi tam ſcrupuloſi, ut abſolute, furem bis iam punitum fuiſſe, requirant, de verbis & ratione legis parum ſoliciti. At enim vero ratio legis hæc eſt ſine dubio, quod homo decies furatus habitum furandi quodammodo contrahat, & incorrigibilis efficiatur, certumque ab eo, ſi dimittatur, periculum aliis impendeat. Et hoc prudenti iudici apparebit facile ex circumſtantiis, licet binæ pœnæ non anteceſſerint. Igitur mediam inter legem & opinionem DD. viam eligimus hodie atque ad tertium furtum, quod ultimo ſupplicio puniri oporteat, requirimus, ut fur ſaltem ſemel punitus ſit ante, de cetero autem ſatis conſtet, nullam in eo emendationis ſpem ſupereſſe. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Octobri anni CIↃIↃCCXVIII. me interprete, reſponderunt: Es bemühet ſich der dem peinlich Angeklagten zugeordnete Defenſor eifrig, denſelben von der Todes-Strafe zu befreyen, und führet zu dem Ende hauptſächlich folgende Gründe an: daß Hartmann wegen Diebſtahls erſt einmal beſtraft worden, folglich diejenige, welcherhalben er jetzo gefangen ſitzet, nach der gemeinen Meynung der Rechts-Lehrer nur pro ſecundo furto zu achten wären, alſo die Todes-Strafe nicht nach ſich zögen. Alldieweil aber die

pein-

peinliche Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 162. den, ſo zum drittenmal ſtiehlet, vor einen verläumdeten oder incorrigiblen Dieb achtet, und ihm ſchlechterdinges den Galgen zuerkennet, wobey denn nicht eben vonnöthen iſt, daß er ſchon doppelte Strafe ausgeſtanden, ſondern nur dieſes von den bewehrteſten Rechts-Lehrern *Harprecht ad §. 5. I. de Obl. quæ ex del. naſc. n.* 69. und *Bergero in Iurisprud. crim. p.* 40. erfordert wird, daß er wenigſtens einmal beſtrafet worden ſonſten aber aus andern Umſtänden deutlich erſcheine, daß keine Beſſerung zu hoffen, und denn dergleichen verruchte und äuſerſte Bosheit bey Hartmannen am hellen Tage lieget, als welcher vordem an einem bey ſeiner leiblichen Mutter begangenen Diebſtahle Theil genommen, und, als er deshalben, ingleichen wegen der zum Iprum und Stickgrafe geſtohlnen Sachen in Verhaft gezogen und befraget worden, anfänglich alles geläugnet, und ſich mit gröſter Mühe auch endlich gar durch den Scharfrichter zum Bekänntniß bringen laſſen, hierauf aus dem Zucht-Hauſe, wohin man ihn zur Strafe geſetzt, entſprungen, nach Hamburg gelaufen, von dannen mit zwey andern Diebs-Geſellen, denen er ihrer Ausſage auch allem Anſehen nach die Wege und Gelegenheit gezeiget, ausgegangen, das Land durchſtrichen, von neuen unterſchiedene Diebereyen, deren dreye er völlig zugeſtehet, verrichtet, zu ſolchem Ende ſelbſt Diebs-Schlüſſel verfertiget, Krähen-Augen zu Tödtung der Hunde præpariret, Beile und Meſſer bey ſich geführet, wegen verbothner Künſte, dadurch er die Leute wehrenden Stehlens in Schlaf zu bringen vermogt, ſich verdächtig gemacht; So erſcheinet aus dieſen allen ſo viel, daß der peinlich Angeklagte nach Vorſchrift der Rechte, auch zu Erhaltung der gemeinen Sicherheit, mit dem Strange vom Leben zum Tode zu bringen ſey.

XIII.

Reſtitutio furem tunc a ſuſpendio liberare non debet, quando bi, qui res ab eo bona fide emerunt, pretium datum non recuperant.

Vt reſtitutio rei ablatæ furem a laquei pœna liberet, conſtitutum quidem in iure communi non eſt, ſed tamen arg. *articuli* 160. *Conſtit. crim.* verbis: wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtahl ſeyn mag; utcumque defenditur, atque conſtanti iudiciorum collegiorumque omnium uſu receptum, ac in *Conſtit. El. Sax.* 32. *P.* 4. verbis ultimis quodammodo confirmatum eſt. Neque ego hanc concordiam turbabo. Moneo ſaltem, peccare illos, qui fori uſum eo usque extendunt, ut reſtitutionem tunc etiam furi prodeſſe credant, quum hi, qui res furtivas ab eo bona fide emerunt, easdem domino reddere coguntur, nec pretium earum recipiunt, atque ſic damnum grave patiuntur. Iſtiusmodi reſtitutio reſtitutionis nomen non meretur. Igitur, ea non obſtante, ICti Helmſtadienſes, me interprete, huiusmodi furem ad laqueum menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XIV. damnarunt: Es iſt Inquiſit, Heinrich Meldau, zur Genüge überführet und ſelbſt geſtändig, daß er theils allein, theils nebſt andern Diebs-Geſellen in der rothen Mühle 3 Scheffel Rocken, in Helmſtedt einen halben Himpten Pflaumen, dem Schulzen zu Viſſem 18 ſpecie- und 14 current-Rthlr. ſammt andern auf 16 Gr. geſchätzten Sachen, Andreas Patriarchen 3 Seiten Speck, Tobias Kreyſelin 27 Ellen Drell und 40 Ellen Linnen, à 6 Rthlr. 16 Gr. Jacob Meyern vor 7 Rthlr. 16 Gr. Linnen und 9 Rthlr. Speck, Jürgen Kopahlen vor 11 Rthlr. 8 Gr. Speck, Grütze, Brodt-Korn und andere Sachen, ingleichen 4 Schaafe, Kloſtermann ein Pfund Wolle und ein Schock Flachs, Hans Heinrich Baſielen vor 11 Rthlr. 21 Gr. allerhand Sachen, Paul Schultzen einen neuen Rock, Camiſol

miſol und andere Dinge, deren Werth nicht beſchworen, Hans Maſen vor 9 Rthlr. 13 Gr. 6 Pf. Joachim Schultzen und Annen Catharinen Tempels vor 21 Thlr. 12 Gr. 8 Pf. Sachen, Claus Werken 6 Schaafe, dem Prediger zu Coſſebu 11 Schaafe geſtohlen, den von ſeinem Bruder geſtohlnen Honig und Hammel verzehren helfen; Ob nun wol die geſchehene Reſtitution vieler von den entwendeten Sachen die ordentliche Strafe zu mildern ſcheinet; Wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob hätte Heinrich Meldau mit der Todes-Strafe verſchonet, und mit Staupen-Schlägen des Landes verwieſen werden ſollen; Alldieweil aber zwar einige ihre Sachen wieder bekommen, hingegen diejenige, an welche Inquiſit ſolche verkauft, und dieſelbige ohne Entgeld wiedergeben müſſen, dadurch in Schaden geſetzet worden, in welchem Fall die Reſtitution nicht zu attendiren iſt, *Claſen. ad art.* 162. *Conſtit. crim. pag.* 702. So haben wir Heinrich Meldauen den Strang zuerkannt.

XIV.

Animus reſtituendi furem perfidumque adminiſtratorem a pœna ordinaria liberare non debet.

In furto, crimine de reſiduis, ſacrilegio ſimilibusque delictis dolus ad irrogandam pœnam ordinariam ſine dubio deſideratur. Animadverto autem, etiam hic ICtos quosdam indulgentiores dolum iſtum tam late explicare, ut effugium tutiſſimum furibus perfidisque adminiſtratoribus præbeant. Aiunt nempe, eum, qui furatur, vel pecuniam publicam fidei ſuæ commiſſam intercipit, ac in ſuos privatos uſus convertit, ſi urgente neceſſitate id faciat, atque, dum facit, animum reſtituendi habeat, & veriſimiliter credat, bona ſua reſtitutioni ſuffectura, extra dolum & a pœna laquei liberandum eſſe, tametſi deinde bona eius caſu fortuito

tuito imminuta reſtitutioni non ſufficiant. Ipſe ſic olim menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XIII. nomine ICtorum Helmſtadienſium reſpondi: Alldieweil das dem Gefangenen aufgebürdete crimen de reſiduis und furtum pecuniæ publicæ nothwendig dolum und animum lucrifaciendi erfodert, hingegen aus den Acten deutlich erſcheinet, daß der Angeklagte nicht die Meynung gehabt, die Königlichen Gelder zu unterſchlagen, und ſich davon zu bereichern, ſondern ſolche nur bey der ihn dringenden Noth zu Rettung ſeines Credits gebrauchet, und nicht anders denken können, als, daß ſein übriges in koſtbaren Häuſern, Gärten, Mobilien und ausſtehenden wichtigen Schulden beſtehendes Vermögen zur Erſetzung überflüßig zureichen würde, alſo bey ſelbigem kein dolus und animus lucrifaciendi vorhanden geweſen, ſondern ſein ganzes delictum in einer culpa beſtehet, welche aber nur mit einer auſſerordentlichen willkührlichen Strafe beleget werden mag, da denn, wenn ſolche Strafe gleich zu Anfang des Inquiſitions-Proceſſes hätte determiniret werden ſollen, zwar wol auf Gefängniß von einigen, jedoch vermuthlich nicht ſo vielen Jahren, als der Angeklagte währenden Proceſſes wirklich geſeſſen, würde geſprochen ſeyn worden, daß folglich dieſe ausgeſtandene langwierige Gefangenſchaft, welche einer zeitlichen Landesverweiſung gleich zu achten iſt, vor eine genugſame Züchtigung des begangenen Verſehens gehalten, und der Gefangene nunmehro von weiterer Strafe losgeſprochen werden, arg. *L.* 25. *pr. de Pœnis*, ihm auch zu ſtatten kommen muß, daß der gröſſeſte Theil ſeiner auſſenſtehenden Schulden, und ihm ſonſt zukommenden Rechte Anfangs in beſſerem Stande geweſen, nachgehends aber ohne ſein Verſchulden, entweder durch bloſſen Unglücks-Fall bey Gelegenheit ſeiner Gefangenſchaft, oder, wie es aus den in der Defenſion angegebenen Umſtänden das Anſehen gewinnet, durch Nachläßigkeit der dazu verordneten in Abfall gerathen; So haben wir in Anſehung aller dieſer Umſtände vor billig geachtet,

daß

daß der Gefangene ſeiner Gefängniß entſchlagen, und mit fernerer Strafe verſchonet werde. At nunc, re rectius cogitata, ſententiam muto, &, animum reſtituendi, etſi reſtitutio poſſibilis vita ſit, a dolo & laqueo non liberare, credo. Eſt enim per ſe factum malum, legibusque vetitum, res alienas auferre vel fidei ſuæ commiſſam pecuniam in ſuos uſus vertere. Ergo, quocunque animo id fiat, dolus erit. Eandem potentiſſimi Regis noſtri mentem eſſe, ex ſequenti reſcripto apparet: Uns haben unſere verordnete General-Accis-Inſpector und Accis-Räthe vermittelſt allerunterthänigſten Berichts vom 4ten huius geziemend zu erkennen gegeben, welcher geſtalt ihr, in Inquiſitions-Sachen, den inhafftirten Accis-Einnehmer N. Iavulenum betreffend, in einem abgewichenen Monats geſprochenen Urtheil dahin interloquirt, daß zuförderſt in der Sache an Uns allerunterthänigſter Bericht zu erſtatten, und, ob die in der verneuerten Conſtitution von anvertraueten Gute enthaltene Strafen auch auf den Fall, da der Einnehmer das entwendete zu erſetzen nicht nur gleich Anfangs des beſtändigen Vorſatzes geweſen, ſondern ſolchen Vorſatz auch durch die deshalber beygelegte und anſtatt Geldes eingerechnete Zettul declariret, ebenmäßig zu ziehen, oder bey ſolchen Umſtänden auf eine gelindere Strafe zu erkennen ſey, Unſere allergnädigſte Erklärung zu erwarten. Gleichwie aber angeregte Conſtitution diesfalls klare Maaſſe giebet, indem auch dieſer Ausflucht der untreuen Einnehmer vorzubeugen ausdrücklich darinnen diſponirt zu befinden, daß dem meineydigen Einnehmer die Ausflucht, daß er bey verübter Untreue das entwendete wieder zu erſetzen des beſtändigen Vorſatzes geweſen, wenn er auch ſolches eydlich, oder in der Tortur erhälten wollte, nicht zu ſtatten kommen ſollte ꝛc. Als befremdet Uns nicht wenig, wir ihr bey dem klaren Buchſtaben mehr erwehnter Conſtitution auf Suchung einer Erläuterung derſelben fallen, und dadurch zu allerhand üblen Conſequen-

tien Anlaß geben können. Begehren vielmehr ernſtlich, ihr wollet euch dergleichen unnöthigen Diſtinctionen in Zukunft enthalten, und in Sprechung derer Urtheile Unſere Geſetze und ausgelaſſene Verordnungen beſſer, als bishero, beobachten. Möchtens euch nicht bergen, und geſchiehet daran Unſer Wille und Meynung. Gegeben zu Dreßden den 13. Auguſt. 1708.

XV.

Sequeſter, ſequeſtratam pecuniam conſumendo, furtum committit.

Peccant iudices & ipſi furantur, qui pecunias apud ſe ſequeſtratas neceſſitate aliqua, non tamen extrema, inducti auferunt & conſumunt. Exemplum vide *in Specimine meo CLXXVI. de Depoſito, medit. ult.*

XVI.

Reſtitutio furi neque in tertio furto, neque in ſacrilegio, prodeſt.

Peccant ICti, qui reſtitutionem furibus etiam in tertio furto, item in ſacrilegio, prodeſſe putant. Pugnat hoc aperte cum *Conſtitutione criminali*, quæ *art.* 160. ſaltem in primo furto ad damnum, quod dominus patiatur, reſpici, tertium vero furtum in *articulo* 162. ſimpliciter ultimo ſupplicio puniri, in ſacrilegiis vero *articulo* 174. vulgares mitigationum cauſſas non attendi iubet. Sic igitur ICti Helmſtadienſes, me interprete, menſe Ianuario anni CIↃIↃCCXXIII. reſponderunt: Iſt Eickhof geſtändig und überführet, daß er bereits

Digitized by Google

bereits im Jahre 1718. wegen begemeſſenen Diebſtahls in dem Zucht-Hauſe geſeſſen, hierauf wieder im Jahre 1720. geſtohlner Geſang-Bücher halber in das Zucht-Haus gebracht, ferner im Jahr 1721. mit einem geſtohlnen Stücke Linnen ertappet, deswegen am Pranger geſtellet, und nach abgeſchwornen Urpfeden ewig verwieſen worden, nichts deſto weniger im Jahre 1723. wieder gekommen, in der Brüdern-Kirche ein Stück vom Altar-Tuch geſchnitten, in der Martins-Kirche ein Schränkgen aufgebrochen, daraus 2 Geſang-Bücher und eine Bibel geſtohlen, in der Aegidien-Kirche den Trichter vom Armen-Kaſten gebrochen und verkaufet, aus der Sacriſtey der Burg-Kirche 2 Geſang-Bücher entwendet; Nun möchte zwar zu ſeiner Entſchuldigung vorgewendet werden, es wären dieſe Diebſtähle gröſtentheils den Eigenthümern erſtattet, und kämen aus dem Schaden, der etwa übrig bliebe, keine fünf Specie-Ducaten heraus, mithin gehe die Lebens-Strafe allhier ab. Alldieweil aber Inquiſit nun ſchon dreymal geſtrafet worden, alſo ſonder Zweifel ein verläumdeter Dieb iſt, und vermöge der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 162. ſchlechterdinges am Leben geſtraft werden ſoll, hiernächſt die ohne dies in Rechten nicht gegründete Meynung einiger Rechts-Lehrer, ob ſey auch ein verläumdeter Dieb, wenn das Geſtohlne erſtattet wird, zu pardoniren, allhier um ſo viel weniger in Betrachtung kömmt, da Inquiſit einen drey- bis vierfachen Kirchen-Diebſtahl begangen, alſo nach Vorſchrift der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 147. die Barmherzigkeit, welche ſonſt in weltlichen Diebſtählen erwieſen wird, nicht verdienet; So wird Ludolph Chriſtoph Eickhof mit dem Strange vom Leben zum Tode gebracht.

XVII.

In furto per conſpirationem facto omnes, qui adfuerunt ſaltem, etſi nihil fecerint, ſuſpendi oportet.

Peccant iudices, qui in furto per conſpirationem a pluribus perpetrato illos conſcios & conſpiratores, qui adfuerunt ſaltem, ſed ipſi nihil fecerunt, a pœna ordinaria liberant. Sola conſpiratio omnes eos, qui ſaltem conſilii participes fuerunt, æquali crimine obligat. Clara eſt lex in *Conſtit. crim. art.* 148. ſecundum quam ICti Helmſtadienſes menſe Iulio anni CIↃ IↃ CC XIV. me interprete, reſponderunt: Iſt Andreas Wittekop wegen Kuh- und Pferde-Diebſtahls in Gefängniß und Inquiſition gerathen, auch dieſerhalben bereits zum Strange verdammet, ihm jedoch nochmalen auf ſein Verlangen eine Defenſion verſtattet worden, da denn nunmehr die Frage: wie viel er in ſolcher Defenſion ausgeführet? entſtehet. Nun bemühet ſich der Defenſor vornemlich zu zeigen, daß Wittekop bey dem Barmkeſchen Pferde-Diebſtahl nicht als ein wirklicher Dieb intereſſirt geweſen, ſondern erſt nach verrichteter That die geſtohlne Pferde angenommen und davon geritten, alſo mit der ordentlichen auf die Pferde-Diebe geſetzten Strafe nicht zu belegen ſey. Alldieweil aber aus ſeiner Antwort erhellet, daß er wegen des in Barmke vorzunehmenden Diebſtahls ſich mit ſeinen andern Diebs-Geſellen beredet, und ein Complot gemacht, ſolcher Diebſtahl auch wirklich erfolget, und denn die Rechte in dergleichen per conſpirationem begangenen Miſſethaten alle Beyſtände, ungeachtet ſie nicht insgeſammt Hand angeleget, der ordentlichen Strafe unterwerfen; So haben wir, von dem wider ihn geſprochenen Urtheil abzuweichen, nicht die geringſte Urſache gefunden. Adde *Specim. DXXXVI. de Furtis violentis, medit.* 14. & 15.

XVIII.

Digitized by

XVIII.

Fur, quamvis ante punitus non ſit, tamen ſuſpendi poteſt.

Errant ICti, qui furem ob primum furtum, etſi hoc magnum ſit, laqueo puniri poſſe negant, quum tamen hoc eis Carolus V. in *Conſtitutione crim. art.* 160. permittat, verbis: an Leib und Leben. Non peccaſſe ergo me puto, qui olim cum ICtis Helmſtadienſibus menſe Maio anni CIↃ IↃ CC XXI. furem, etſi nunquam punitum, & cuius adeo furta ſæpius iterata ex communi DD. opinione pro primo habebantur, ob extremam, quæ in oculos incurrebat, & incorrigibilis videbatur, malitiam ad laqueum damnavi: Hat Inquiſit, Engelhardt Heyer, geſtanden, daß er mit andern 2 Pferde von kleinen Schwülpſtädt, 4 Schweine von Bardorff, 14 Schweine von Querenhorſt, einen Stier und vier Schaafe von Dören, 14 Schweine von Weſterlingen, und 2 Schaafe von Mackendorf geſtohlen; Ob nun wol der ihm zugeordnete Defenſor erinnert, es wären alle dieſe furta, da Inquiſit noch wegen keines derſelben inhafftiret oder beſtraft worden, nach der eingeführten gemeinen Meynung pro primo zu achten, bey welcher Bewandniß es das Anſehen gewinnet, ob gehe allhier die ordentliche Strafe des Stranges ab, und finde nur eine auſſerordentliche ſtatt; Alldieweil aber die peinliche Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 160. dem Richter die Macht giebt, dem Befinden nach ſogleich den erſten groſſen Diebſtahl am Leben zu ſtrafen, welches denn in gegenwärtigen Fall bey einem vom Viehſtehlen gleichſam Profeſſion machenden, folglich der gemeinen Sicherheit, ſonderlich des Land-Mannes, höchſt ſchädlichen Menſchen nicht zu viel iſt; So wird Inquiſit, Engelhardt Heyer, mit dem Strange billig vom Leben zum Tode gebracht.

XVII.

In furto per conſpirationem facto omnes, qui adfuerunt ſaltem, etſi nihil fecerint, ſuſpendi oportet.

Peccant iudices, qui in furto per conſpirationem a pluribus perpetrato illos conſcios & conſpiratores, qui adfuerunt ſaltem, ſed ipſi nihil fecerunt, a pœna ordinaria liberant. Sola conſpiratio omnes eos, qui ſaltem conſilii participes fuerunt, æquali crimine obligat. Clara eſt lex in *Conſtit. crim. art.* 148. ſecundum quam ICti Helmſtadienſes menſe Iulio anni CIↃ IↃ CC XIV. me interprete, reſponderunt: Iſt Andreas Wittekop wegen Kuh- und Pferde-Diebſtahls in Gefängniß und Inquiſition gerathen, auch dieſerhalben bereits zum Strange verdammet, ihm jedoch nochmalen auf ſein Verlangen eine Defenſion verſtattet worden, da denn nunmehr die Frage: wie viel er in ſolcher Defenſion ausgeführet? entſtehet. Nun bemühet ſich der Defenſor vornemlich zu zeigen, daß Wittekop bey dem Barmkeſchen Pferde-Diebſtahl nicht als ein wirklicher Dieb intereſſirt geweſen, ſondern erſt nach verrichteter That die geſtohlne Pferde angenommen und davon geritten, alſo mit der ordentlichen auf die Pferde-Diebe geſetzten Strafe nicht zu belegen ſey. Alldieweil aber aus ſeiner Antwort erhellet, daß er wegen des in Barmke vorzunehmenden Diebſtahls ſich mit ſeinen andern Diebs-Geſellen beredet, und ein Complot gemacht, ſolcher Diebſtahl auch wirklich erfolget, und denn die Rechte in dergleichen per conſpirationem begangenen Miſſethaten alle Beyſtände, ungeachtet ſie nicht insgeſammt Hand angeleget, der ordentlichen Strafe unterwerfen; So haben wir, von dem wider ihn geſprochenen Urtheil abzuweichen, nicht die geringſte Urſache gefunden. Adde *Specim. DXXXVI. de Furtis violentis, medit.* 14. & 15.

XVIII.

Digitized by Google

XVIII.

Fur, quamvis ante punitus non ſit, tamen ſuſpendi poteſt.

Errant ICti, qui furem ob primum furtum, etſi hoc magnum ſit, laqueo puniri poſſe negant, quum tamen hoc eis Carolus V. in *Conſtitutione crim. art.* 160. permittat, verbis: an Leib und Leben. Non peccaſſe ergo me puto, qui olim cum ICtis Helmſtadienſibus menſe Maio anni CIↃ IↃ CC XXI. furem, etſi nunquam punitum, & cuius adeo furta ſæpius iterata ex communi DD. opinione pro primo habebantur, ob extremam, quæ in oculos incurrebat, & incorrigibilis videbatur, malitiam ad laqueum damnavi: Hat Inquiſit, Engelhardt Heyer, geſtanden, daß er mit andern 2 Pferde von kleinen Schwülpſtädt, 4 Schweine von Bardorff, 14 Schweine von Querenhorſt, einen Stier und vier Schaafe von Dören, 14 Schweine von Weſterlingen, und 2 Schaafe von Mackendorf geſtohlen; Ob nun wol der ihm zugeordnete Defenſor erinnert, es wären alle dieſe furta, da Inquiſit noch wegen keines derſelben inhafftiret oder beſtraft worden, nach der eingeführten gemeinen Meynung pro primo zu achten, bey welcher Bewandniß es das Anſehen gewinnet, ob gehe allhier die ordentliche Strafe des Stranges ab, und finde nur eine auſſerordentliche ſtatt; Alldieweil aber die peinliche Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 160. dem Richter die Macht giebt, dem Befinden nach ſogleich den erſten groſſen Diebſtahl am Leben zu ſtrafen, welches denn in gegenwärtigen Fall bey einem vom Viehſtehlen gleichſam Profeſſion machenden, folglich der gemeinen Sicherheit, ſonderlich des Land-Mannes, höchſt ſchädlichen Menſchen nicht zu viel iſt; So wird Inquiſit, Engelhardt Heyer, mit dem Strange billig vom Leben zum Tode gebracht.

XIX.

Furi advenæ ignorantia iuris ſingularis in loco, ubi furatur, non prodeſt.

Peccant ICti, qui ignorantiam iuris provincialis, ſuſpendii pœnam in certum furti genus ſtatuentis, furibus advenis patrocinari, pœnamque illorum mitigare credunt. Oſtendi hoc & exemplo illuſtravi in *Specimine CCLXXX. de ignorantia & errore, medit. ult.*

XX.

Hos etiam, qui res cuſtodiæ & adminiſtrationi ſuæ commiſſas intervertunt, ordinarie puniri oportebat.

Antiquiſſimis temporibus creditum fuit, famulos & ancillas, ſi quid furentur, a pœna ordinaria immunes eſſe, quod etiam *legi* 11. §. 1. *de pœnis* convenit. Sed animadverſum eſt deinde, hac opinione ſecuritatem domeſticam mire turbari, nec illum patremfamilias a familia ſua ſecurum eſſe. Movit hoc Electorem Saxoniæ Auguſtum, ut in *Conſtit.* 38. *P.* 4. furibus domeſticis laquei pœnam irrogaret. Idem ante aliquot annos in Electoratu nec non in Ducatu Brunſuicenſibus & Luneburgicis factum. Leges ſat claræ ſunt, & ſine diſtinctione loquuntur. At ICti more ſuo legislatoriam poteſtatem, quam ſæpe ſibi arrogant, hic quoque exercuerunt, variisque diſtinctionibus leges ſaluberrimas eludere tentarunt. Præcipua limitatio eſt, pœnam tunc locum non habere, quando res ſubtractæ famulorum cuſtodiæ & adminiſtrationi commiſſæ fuerunt. Vide *Schœpfferi Synopſin pand. t. t. de furtis n.* 60. Si veram legis rationem & cauſſam, quæ legislatorem movit, ſpectes, hoc caſu magis etiam dictandus erat laqueus, quia fidem horum hominum ſequi neceſſe eſt, adeoque, ſi res cuſtodiæ ſuæ commiſſas intervertere iis impune licet, omnium maxime ſecuritas

Digitized by Google

ſecuritas domeſtica turbatur. Interim ea diſtinctio in forum invecta eſt ſemel. Atque ipſe ſuffragiis collegarum ſuperatus menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XIV. ſic reſpondi: Es iſt Inquiſitin zur Genüge überführet, auch gröſtentheils geſtändig, daß ſie einen ihr von ihrem ehemaligen Brodt-Herrn, um auf die Poſt zu tragen, anvertraueten Brief eröfnet, 9 darinnen gelegene ganze, und 2 halbe Specie-Thaler herausgenommen, ſolche verwechſelt, und das Geld verpartieret, ingleichen, daß ſie 21 Gr. welche ſie einem Fleiſcher auf Befehl ihrer Herrſchaft zahlen ſollen, unterſchlagen, und das dafür erhandelte Fleiſch auf Borg anſchreiben laſſen. Ob es nun wol das Anſehen gewinnet, es hätte die Inquiſitin, nach Innhalt der Churfürſtl. allergnädigſten Befehle von Haus-Dieberey, am Leben geſtraft werden ſollen. Alldieweil aber Sr. Churfürſtl. Durchlaucht Intention bey der verordneten Todes-Strafe eigentlich, wie aus dem am 19. Jun. 1709. gegebenen Befehle erhellet, dahin gehet, daß einem jeden in ſeinem Hauſe wider ſolche Diebe Sicherheit geſchaffet, und die Haus-Dieberey verhütet werden möge, Inquiſitin hingegen keinen rechten Haus-Diebſtahl begangen, indem zu einem eigentlich ſo genannten Diebſtahl und der darauf geſetzten Todes-Strafe erfordert wird, daß der Dieb die Sachen aus dem Beſitze und Verwahrung des Herrn entwende, derjenige aber, welcher eine ihm anvertrauete Sache unterſchlägt, und in ſeinen Nutzen verwendet, zwar ein grobes Delictum begehet, jedoch nach der gemeinen Meynung der Rechts-Gelehrten als ein anderer Dieb am Leben nicht geſtraft werden kann, arg. *l.* 55. §. 1. *de admin. & peric. tut. Claſen. ad Art.* 170. *Conſt. crim. in fin. Tabor in Racemat. Def. Criminal. ad dict. art.* 170. §. 6. qui ambo de caſu agunt, ſi quis pecuniam ſibi, ut alio transferat, commiſſam intervertat; vide quoque *Carpzovium*, qui *P. IV. C.* 41. *Def.* 14. in genere aſſerit, ſubtractionem rerum fidei & cuſtodiæ alicuius concreditarum nunquam ſuſpendio, ſed arbitrarie ſemper

puniri; So haben wir der Inquiſitin zuförderſt die Erſtattung des entwendeten Geldes und Bezahlung der Proceß-Koſten auferlegt, nachgehends dieſelbe zum Werk- und Spinn-Hauſe verdammt.

XXI.

Ad certitudinem corporis delicti neceſſarium non eſt, ut de ſumma pecuniæ ablatæ indubie conſtet.

Dixi iam ſupra de corpore delicti in furtis & rapinis ad irrogandum ultimum ſupplicium vel decernendam quæſtionem neceſſario, ac improbavi niniam quorundam hac in parte ſcrupuloſitatem, qui indubiam ac infallibilem de quali & quanto certitudinem requirunt. Mirum. Ipſi illi in delictis, quæ vocant facti tranſeuntis, moralem & veriſimilem certitudinem admittunt. Cur ergo eadem in furtis non ſufficiat? Dantur profecto caſus, quibus iſtiusmodi indubia certitudo de quali & quanto per rerum naturam haberi nequit. Vt ecce: homines aliquot de ſacrilegio violento in arca eleemoſynaria commiſſo ſumme ſuſpecti omnia præfracte inficiabantur. Indiciorum ad torturam plus, quam ſatis, ſuppetebat. Sed de corpore delicti dubium erat. Sacerdos & antiſtites templi ſummam pecuniæ, quæ in arca fuiſſet, nunquam viderant, nec certo deſignare poterant. Dicebant ſaltem, tanto, quo illa clauſa fuiſſet, tempore viginti circiter thaleros colligi ſolere. Quid faciendum ergo? Rei ſuſpicionibus obruti ad iusiurandum purgationis ſine manifeſtiſſimo periurii metu admitti non poterant. Et ſi impune tantum crimen tuliſſent, alii fures arcas eleemoſynarias effringere tanto ſecurius auderent, quanto certius appareret, ad ultimum ſupplicium vel torturam ob deficiens corpus delicti deveniri non poſſe. Quamobrem eandem probabilem certitudinem, quæ in adulteriis, inceſtibus, ſimilibusve crimi-

criminibus ſufficit, hic etiam ex natura rei admiſerunt ICti Helmſtadienſes, atque ſic, me interprete, menſe Iulio anni CIↃ IↃ CC XV. reſponderunt: Werden Johann Poſt und Dierck Oelrich Pieper beſchuldigt, daß ſie einen Betteljungen durch das Schubfenſter in die Kirche zu Linden hinein geſteckt, von ſelbigem die Thüre vermittelſt eines geſtohlnen eiſernen Wagenſtocks eröfnen laſſen, darauf hinein gegangen, den Armen-Block mit beſagtem Stocke aufgebrochen, und das darinne gelegene Geld herausgenommen; Ob nun wol dieſelbe deſſen durchaus nicht geſtändig ſeynd, vielmehr zu ihrer Entſchuldigung einwenden, es ermangele an einem rechten corpore delicti, indem der Prediger die eigentliche Summa des geſtohlnen Allmoſens anzuzeigen nicht vermöge, wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob hätten Inquiſiten von der angeſtellten Inquiſition entweder ſchlechterdings, oder doch nach abgeſchwornem Reinigungs-Eyde losgeſprochen werden ſollen; Alldieweil aber, daß es allhier an einem richtigen corpore delicti ermangele, nicht geſaget werden mag, da der erbrochene Allmoſen-Stock ein ſattſames corpus delicti iſt, und die Summa des geſtohlnen Geldes, obwol nicht ganz eigentlich, dennoch ungefähr, wie es bey gegenwärtigen Umſtänden ſeyn kann, von dem Prediger zwiſchen 15 und 20 Thlr. angezeiget wird; So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel, daß beyde Inquiſiten vor unſchuldig nicht zu achten, ſondern nochmalen, jedweder abſonderlich, vor Gericht zu fodern und ernſtlich zu vermahnen ꝛc.

XXII.

In Saxonia pœna rapinæ certa eſt, extra Saxoniam incertiſſima.

XXIII.

De iure communi raptores, etiam in viis publicis, vix ad ultimum ſupplicium trahi poſſunt.

Peſſimum furtorum genus eſt rapina, in viis maxime publicis commiſſa. Ipſa hic ſecuritas & ſalus publica miſericordiam & indulgentiam omnem excludere videtur. Et in Saxonia quidem ultimum ſupplicium raptoribus irrogatur in *art.* 13. *lib.* 2. *Spec. Sax.* verbis: die einen Mann ſchlagen und fahen, oder berauben, den ſoll man allen die Häupter abſchlagen. At in reliqua Germania lex generalis non extat. *Conſtitutio criminalis art.* 126. idem hic, quod in adulterio, polygamia & multis aliis criminibus, facit, ut ad ius commune, die gemeine Kayſerlichen Rechte, obſcura ſæpe & incerta, provocet. Eſt vero ius commune hac in parte obſcurum maxime. *Legem* certiorem non habemus, quam 28. §. 10. *de Pœnis*, quæ graſſatores, qui prædæ cauſſa id faciunt, ſi cum ferro adgredi & ſpoliare inſtituerint, capite utique, ſi ſæpius atque in itineribus hoc admiſerunt, puniri, ſimplices autem raptores in metallum dari vel in inſulas relegari iubet. Multa ſecundum hanc legem concurrant oportet, ut capitis pœna locum inveniat. Quamobrem hoc unicum fere exemplum eſt, in quo interpretes & ICti lege ipſa duriores ſunt, dum ſimpliciter raptores ultimo ſupplicio damnant, contra clara legis verba. Ego vero hoc non audeo, atque adeo olim mente Auguſto anni CIↃ IↃ CC XVII. cum ICtis Helmſtadienſibus rapinam in via publica ſemel & ſine ferro commiſſam, quum reus ab alio collegio iam ad mortem damnatus provocaſſet, correcta priore ſententia, alternative vel fuſtium ictu vel addictione in opus publicum punivi: Es beſtehen des Inquiſiten hauptſächliche fundamenta defenſionis darinnen, daß er das ihm beygemeſſene Spolium nicht vorſetzlich, ſondern theils aus Trunkenheit, theils durch Verleitung des bey ihm geweſenen Soldaten, begangen, dabey kein tödtliches oder gefährliches Gewehr gebraucht, weniger den Straſſen-Raub zu mehrern mahlen wiederholet, dieſemnach vor keinen

boshaftigen Räuber, welche Qualität doch der 126. *artic.* der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung erfordere, gehalten, noch mit der daselbst gesetzten Lebens-Strafe belegt werden könne. Ob nun wohl die Rechte bey der auf die Strassen-Räuber gesetzten Todes-Strafe vornemlich das Absehen auf die Sicherheit der öffentlichen Wege richten, und denn diese Sicherheit durch den von Inquisiten gethanen Anfall, die dem Denuncianten zugefügte Schläge und Stösse, den ihm abgezwungenen Beutel und Geld, die ihm mit Gewalt ausgezogene Schuh höchlich violiret worden, hiernächst das Vorgeben, ob hätte Inquisit sich durch den Soldaten verleiten lassen, selbigen nicht sonderlich entschuldigen mag, indem die Abforderung des Geldes und Ausziehung der Schuhe von dem Inquisiten aus eigenem Triebe geschehen, ferner die obangezogene peinliche Hals-Gerichts-Ordnung keinen Unterscheid unter den Räubern macht, folglich die darinnen gesetzte Strafe auch wider die, welche den Raub ohne Waffen verrichten, *Beyer. ad Constit. crim. art.* 126. §. 5. und die selbigen nur einmal begangen, statt zu finden scheinet, *Berg. in Elect. Iurispr. Crim. p.* 65. also es das Ansehen gewinnet, ob sey Inquisit allerdings vor einen boshaftigen Räuber zu achten und am Leben zu strafen; Alldieweil aber der vorgemeldete art. 126. sich wegen Bestrafung der Räuber auf die gemeine Kayserliche Rechte beziehet, welche in *L.* 28. §. 10. *de Pœnis* nur auf die Grassatores, oder solche Leute, welche mit gewafneter Hand und öfters ausgeübter Räuberey die Strassen unsicher machen, die Todes- auf die übrigen hingegen eine ausserordentliche Strafe setzen, und denn Inquisit ganz keinen gefliessenen gefährlichen Strassen-Raub mit Gewehr begangen, noch diese That zum öftern wiederholet, sondern bey Gelegenheit der anfangs vorgehabten Werbung und dem Soldaten zu Gefallen, den Denuncianten angegriffen, und selbigem aus einer bäuerischen Freyheit und Unbesonnenheit das

Geld

Geld abgefodert und die Schuh abgenommen, auch in dem ganzen Handel keine eigentlich so genannte vis atrox vorgegangen, bey welchen Umständen, und da kein Wegelagern, und kein geflissener, gefährlicher noch wiederholter Strassen-Raub vorhanden, die Lebens-Strafe nach *Stephani*, *Zierizii*, *Gobleri* und *Remi ad hunc artic.* 126. ingleichen *Fabri in Cod. Lib.* 9. *tit.* 24. *def.* 7. Meynung hinweg fället, immassen auch die Magdeburgische Policey-Ordnung *Cap.* 4. §. 2. denjenigen, so einige Thätlichkeit auf den Wegen begehen, nicht schlechterdings das Schwerdt zuerkennt, sondern sie nach Befindung mit den in Rechten diesfalls verordneten Leib- und Lebens-Strafen zu belegen anbefiehlet; So haben wir es der Obrigkeit Gutbefinden anheimgestellet, Inquisiten entweder mit Staupen-Schlägen oder Vestungs-Bau zu bestrafen ꝛc.

XXIV.

Permutatio in itinere vi extorta vera rapina est, ac ultimo supplicio puniri debebat.

Vltimum supplicium, quod Saxones in rapinam publicam constituerunt, ICti ex benigna interpretatione tunc remittunt, quum permutatio per vim in via publica facta est. *Carpzov. qu. crim.* 91. *n.* 9. *Stryk. in Vsu moderno tit. Vi bonorum raptorum* §. 6. Iterum contra legis rationem & contra maiorum instituta. Ratio legis, ut ante dixi, securitas viarum publicarum est, quæ per violentas permutationes etiam turbatur. Maiores vero nostri, tantum abest,

Digitized by Google

eſt, ut iſtiusmodi permutatoribus veniam dederint, ut ne his quidem, qui rem commodato in viis publicis extorſerunt, pepercerint. Memorabile exemplum *Crantzius in Saxonia lib.* 10. *cap.* 30. habet, quod verbis eius adiiciam: *Henricus dux Luneburgenſis, iuſtitiæ tenax princeps, multa egit, ut vim & improbitatem latrocinantium excluderet, tam ſevere caſtigans improbitatem, ut de minimo quoque ſtatueret exempla iuſtitiæ. Præfectus in arce Tzelle, vir induſtrius, cum iret properanter in Luneburgum, adventuro principi parare neceſſaria, ventus aquilonaris penetrabat tenuiter, ut ſolent militares, indutum. Vidit in via mantellum arantis de propinquo ruſtici, accipiensque promiſit redditurum indubie, cum rediret. Quis non hoc permittat arcis præfecto, per omnem ditionem ditiſſimo? Agricola non aſſuetus reddi ab eius generis hominibus, quod attigere, reclamabat: quod ille parvi faciens ivit itinere ſuo properabundus. Poſt non multas horas ſequutus dux reperit ſtantem iuxta viam hominem, de ſua veſte querulantem: Et cum attentius loqueretur, audientiam poſtulans, dux ſletit ut audiret. Ille vero: Quid eſt, inquit, optime princeps, quod publicos inſidiatores viarum perſequeris? ipſe tuæ arcis præfectus, iam præteriens, veſtem mihi tulit pauperi nudolo, & ut vides algenti ſub brumam. Dux tacitus ſecum rem perpendit: & de veſte ſcrutinium faciens, reperit, ut diximus, reclamanti veſtem ſublatam. Cum autem rebus in oppido expeditis regreſſum dux faceret, ad locum ablatæ veſtis perveniens, iuſſit adeſſe præfectum: Cur, inquit, pauperi reclamanti veſtem abſtuliſti? tuo miniſterio perſequor hoſtes publicos: & tu es, qui non minora illis in meos patrafti? Multa parantem in ſui purgationem dicere, ipſe equi detracto capiſtro, alligatum in arborem appendit iugulandum. Mira ſeveritas iuſtitiæ, & zelus incredibilis in principe Saxoniæ: Vix fidem apud exteros habitura narratio.*

SPECIMEN DXXXVI.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVII. TIT. II.
DE
FVRTIS VIOLENTIS.

I.

In puniendis furibus mens legislatoris ſpectanda, non verba captanda ſunt.

II.

Conſtitutio Carolina, etiam ubi certas in fures pœnas ſtatuit, arbitrio iudicis & collegiorum iuridicorum locum relinquit.

III.

Poteſt ergo ſecundum circumſtantias aliquando durior, aliquando mitior pœna decerni.

IV.

Furtum primum, etiamſi non violentum, ultimo ſupplicio,

V.

Contra furtum violentum mitius puniri poteſt.

Optima eſt principum, qui leges aduerſus fures & latrones condiderunt, mens ac intentio, ut ſcilicet hi, qui furando adſueverunt, exterminentur, ii fures, in quibus emendationis ſpes ſupereſt, pœnis a criminis eius continuatione abſterreantur, & civium poſſeſſiones contra vim & fraudem muniantur. At vero hæc laudabilis intentio fere nullibi obtinetur. Cauſſas requirenti modo ipſa principum in diſpenſando pœnisque remittendis facilitas, modo magiſtratuum in requirendis ac cuſtodi-

Digitized by Google

cuſtodiendis reis negligentia, modo eorundem intempeſtiva miſericordia, modo improba collegiorum iuridicorum in interpretandis legibus cavillatio occurrit. Sed nihil tam iuſtitiæ nocet, quam ſuperſtitioſa verborum captatio & in alium, quam quem legislator voluit, ſenſum detorſio. Vident ſciiicet ICti & iudices, quis fuerit principum in condendis contra fures legibus animus. Illum vero ſusque deque habent, ac verba ſaltem ſcrupuloſiſſime aucupantur. Vidi ego aliquando ac multum miratus ſum acta, multis voluminibus comprehenſa, quæ tamen cognitionem ſaltem de uno fure continebant. Is fur artem aliam, quam furandi, non didicerat, ac in ea conſenuerat, & vel centies ſe, modo cum armis, modo inermem, modo cum effractione, modo ſolum, modo coadunatis hominibus, furatum fuiſſe, ipſe ingenue fatebatur. Alii quoque fures, paſſim in vincula coniecti, illum anteſignanum ſuum in plurimis facinoribns fuiſſe, dicebant. Potuiſſet ergo ex mente legislatoris primo ſtatim, poſtquam captus fuerat, menſe ad ſupplicium rapi. Sed ICti, ad quos acta aliquoties miſſa fuerant, ſemper aliquid in corpore delicti deſiderarant, atque modo, ut reus de quibusdam circumſtantiis accuratius interrogaretur, modo, ut furtum paſſi ad iurandum adigerentur, modo, ut, cui principi quibusve legibus loca, ubi furtum commiſſum, ſubeſſent, inveſtigaretur, modo ut confrontatio inſtitueretur &c. interlocuti fuerant, & tot interloquutionibus ſuis effecerant, ut reus ultra quinquennium in carceris ſqualore iaceret. In computatione eius quinquennii octodecim menſes numerabantur, per quos ICti acta in collegiis ſuis tenuerant. Nemo erat, qui de tanta tarditate non quereretur. Fur ipſe ſupplicium, quam longiorem carcerem, malebat. Magiſtratus moleſtias ſuas & ſumtus, qui ultra ducentos thaleros excreverant, enarrabat. Commentarienſis æternum hominis ſcelerati contubernium faſtidiebat. Ruſtici ſe frequentia ex-

cubiarum ad incitas redigi vociferabantur. Ad ſummam, inquiſitio plus mali effecerat, quam fur, ſi liber per luſtrum illud vagatus eſſet, furando facere potuiſſet. Iſta vero profecto non contingerent, ſi ICti ſententiam legis ſequi, quam verba captare, mallent, atque officium ſuum nobile, depoſito mercenario, exercerent. Hoc vero eſt, quod illi, ſibi licere, neſciunt, aut neſcire ſimulant. Et poterant tamen facile ſcire, ſi modo leges & inprimis conſtitutionem Carolinam cum cura legerent. Plerique eius articuli, etiam ubi certam pœnam conſtituunt, addunt tamen, arbitrio collegii iuridici locum fore, ſi dubiæ circumſtantiæ occurrunt. Poterit itaque aliquando gravior, aliquando mitior, quam quæ in lege ſtatuta eſt, pœna decerni, ſi res hoc poſcat. Gravioris pœnæ exemplum *in Meditatione* 17. *Speciminis DXXXV. de Iniuſta in fures indulgentia* attuli, oſtendique ex mente *Caroli V. in artic.* 160. poſſe furem, qui incorrigibilis & reipublicæ noxius apparet, ob primum etiam furtum ſine armis & effractione commiſſum laqueo puniri. Nunc aliud exemplum memorabo, ubi mitius ſine crimine iudicatum fuit. Statuta nempe eſt in furtum violentum laquei pœna per leges notiſſimas. Accidit autem in facto, ut tiro quidam recens lectus, qui ante militiam probitatis laude floruerat, decurioni, Corporalem vulgo vocant, homini peſſimo & latrociniis innutrito, ſubderetur. Is decurio tironem ad ſe allicit, corrumpit, comitem in furtis faciendis ſecum ducit, opera eius in effringendis ædibus utitur, & ſpolia cum eo partitur. Tiro tam bonum præceptorem nactus, & lucri dulcedine illectus, continuat laudabile inſtitutum, ac ſubinde poma, olera, lardum ſolus furatus, tandem cum decurione ſuo in flagranti delicto deprehenditur carcerique mancipatur. Advocatus fiſci ambos accuſat, & laqueum meruiſſe dicit. Sed ICti Helmſtadienſes menſe Octobri anni CIↃ IↃ CC XVIII. decurionem quidem ad laqueum damna-

damnarunt, sed tironi, libertate sibi a *Carolo V. in articulo* 159. data usi, pepercerunt: Es wird Inquisit, Christoph Sandvoß, daferne er bey seinem gethanen Bekänntnisse vor gehegtem hochnothpeinlichen Hals-Gerichte nochmalen verharret, mit dem Strange vom Leben zum Tode gebracht. Was hiernächst Carl Bossen belanget, so hat zwar derselbe gestanden, daß er Thiessen, Leusmann und Beimsten zugleich mit Sandvossen bestohlen, auch ausserdem unterschiedene Diebstähle allein verrichtet, wannenhero, und da ein grosser Theil derselben durch gewaltsamen Einbruch vermittelst des eisernen Wagen-Nagels geschehen, es scheinen möchte, ob müsse Bosse gleichergestalt mit dem Galgen bestrafet werden; Dieweil aber dennoch der articulus 159. der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung die Lebens-Strafe auf ein furtum violentum nicht schlechterdinges setzet, sondern des Richters Ermäßigung überlässet, nach Beschaffenheit der Umstände statt des Stranges eine andere schwere Leibes-Strafe zu dictiren, und denn allhier dergleichen Umstände vorhanden, welche etwas zur Mäßigung der Strafe beytragen, indem die Gewalt, in Ermangelung mördlicher Waffen, nicht pro atroci zu achten, ferner die gestohlene Sachen meistentheils nur in Eß-Waaren bestanden, ingleichen Inquisit, so viel aus den Acten zu ersehen, vorher noch nicht bestraft worden, also noch Hofnung zur Besserung bey ihm vorhanden; So wird Inquisit, Carl Bosse, mit 6 maligem Gassenlaufen durch die Spießruthen der ordinairen Haupt-Parade drey Tage nach einander bestrafet und nachgehends ein Jahr lang zum Vestungs-Bau oder anderer Arbeit bey Wasser und Brodt angehalten.

VI.

Furtum attentatum, quamvis effractio & arma intervenerint, ultimo supplicio non punitur.

VII.

Puniri tamen potest fustigatione & perpetua relegatione.

VIII.

Ad convincendum puniendumque furem propria confeſſio aut duo teſtes omni exceptione maiores præciſe non deſiderantur.

IX.

Fides teſtium, omni exceptione non maiorum, accedentibus gravibus indiciis ſuppletur, ut plenam probationem faciat.

Forma & eſſentia furti in contrectatione conſiſtit, §. 1. *I. de obligat. quæ ex delicto.* Itaque ſi hæc non acceſſit, quamvis conatus ad actum proximum pervenerit, tamen ultimum ſupplicium, quod in fures ſtatutum eſt, locum non invenit. De furto violento dubitari poterat, an non illud ſaltem, etſi perfectum non ſit, ordinarie puniri oporteat. Videtur hæc certe *Caroli V.* mens fuiſſe, dum in *articulo* 159. *Conſtitutionis ſuæ* ſolum ingreſſum hominis armati & animum furandi habentis ad furta violenta refert, verbis: zu ſtehlen eingehet. Sed tamen & hoc caſu uſus fori ultimum ſupplicium non irrogat; id quod facilius tolerari poteſt, quum & *Carolus V. in d. art.* 159. fures violentos alia, quam mortis, pœna adfici permittat. Vide *Carpzovium quæſt crim.* 79. *n.* 60. ubi fures in furto violento, antequam quid auferrent, deprehenſos relegatos fuiſſe memorat. Cave tamen credas, iudicem ultra progredi non poſſe. Poterit utique, & proximam morti pœnam imponere. Nam *Carolus V. in articulo* 178. qui Straf unterſtandene Miſſethat inſcribitur, rem totam iudicis arbitrio pleniſſime permittit verbis: wie die an Leib oder Leben. Quamobrem ICti Helmſtadienſes menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XVI. iſtiusmodi furem in conatu deprehenſum fuſtigari iuſſerunt. Sed operæ pretium eſt, reſponſum ipſum hic exſcribi, in quo hoc memorabile eſt, quod reum, etſi nec confeſſum, nec per duos teſtes omni exceptio-

Digitized by Google

ceptione maiores convictum, damnaverint. Species hæc erat: Dum ædes a tribus furibus intempeſta nocte effringuntur, dominus ædium ſtrepitu experrectus vicinos clamore excitat & cum his fures aufugientes perſequitur. Perſequentes in hominem incidunt ſclopeto minore armatum, vagabundum ceteroquin & ludendo quæſtum facere ſolitum. Is comprehenſus negat, ſe animum furandi habuiſſe, negat ſe quidquam de effractione ſcire, ſed, iter ſe ad proximas nundinas, ludendi artem in iis exerciturum, habuiſſe, ait. Tres ergo teſtes producuntur, ex quibus duo, ſe illum ante ædes effractas ſtantem & inde aufugientem conſpexiſſe, tertius, ſe eum ex fuga retraxiſſe, teſtantur. Reſpondet reus; priores duos nocte intempeſta certum quid videre nullo modo potuiſſe, præterea unum ex iis viginti annis minorem a teſtimonio in cauſſis criminalibus plane repelli, *L.* 20. *de Teſtibus*, tertii vero teſtimonium ſibi, qui deprehenſionem fateatur, ſed effractionem & furandi animum neget, plane non officere. Et profecto, ſi obiectiones has accurate conſideramus, teſtes inducti omni exceptione maiores dici non poterant. Erant ergo in collegio, qui remedio eruendæ veritatis ad extorquendam reo confeſſionem opus eſſe dicerent. Provocabant inprimis ad *articulum* 69. *Conſtitutionis Carolinæ*, quo confeſſionem ſaltem in caſu plenæ probationis neceſſariam non eſſe dicit, plenam vero probationem ex *præcedentibus art.* 66. & 67. deſcribebant, quæ per duos tresve teſtes omni exceptione maiores perageretur. At hi, qui reum iam tum plene convictum credebant, diſſentientes interrogabant, an non & ipſi in conſcientia ſua perſuaſi eſſent, reum tot indiciis oneratum ædes vere effregiſſe, atque id per mendacium nunc ſaltem negare. Ipſi hoc inficias non ibant, ſed tamen, hanc perſuaſionem ſuam ad reum condemnandum ſufficere,

cere, negabant. Tum vero iis reſcriptum Adriani ex *L.* 3. §. 2. *de Teſtibus* prælegebatur, in quo ſic Imperator: *Quæ*, inquit, *argumenta ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiunt, nullo certo modo ſatis definiri poteſt: Sicut non ſemper, ita ſæpe ſine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur, alias numerus teſtium, alias dignitas & auctoritas, alias veluti conſentiens fama, confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Hoc ergo ſolum tibi reſcribere poſſum ſummatim, non utique ad unam probationis ſpeciem cognitionem ſtatim alligari debere, ſed ex ſententia animi tui te æſtimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris.* Nempe circumſtantiæ & indicia clariora fidem teſtis, qui ſine illis plene non probaret, ſupplent. Vicit itaque hæc ſententia, atque ſic reſponſum fuit: Wird der Inquiſit Krentzel beſchuldiget, daß er mit einer geladenen Piſtole bewafnet, nebſt zweyen andern Kerlen, in Sebaſtian Löffelholtzens zu Pfaffſchwende Haus einbrechen wollen, auch bereits ein ziemliches Loch hinein gemacht, aber durch den von den Nachbarn gemachten Lerm verſtöret und auf der Flucht ergriffen worden; Ob nun wol derſelbe ſolches durchaus nicht an ſich kommen laſſen will, ſondern beſtändig vorgiebt, er ſey auf dem Wege nach dem Gerſtungiſchen Markte begriffen geweſen, alſo ganz unſchuldig zu dem Tumult, und folgends in Verhaft gekommen, anbey wider die ihn gravirende Zeugen angeführet werden möchte, daß die Ausſage der Töpferin, welche ihn bey der Nacht wohl in Augenſchein genommen und erkennet haben will, ganz nicht wahrſcheinlich ſey, teſte *Cocceio de fallacibus criminum indiciis ſect.* 2. §. 10. Martin Büchel aber mehr nicht, als daß er ihn auf dem Wege angetroffen und ſtille ſtehen heiſſen, deponiret, endlich der Lehr-Junge, ſo nur 16 Jahr alt, bekannter maſſen in peinlichen Sachen gar nicht zeugen

 könne;

könne; wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob müsse Inquisit entweder ganz losgesprochen, oder, da ja einiger Argwohn übrig bliebe, mit dem Reinigungs-Eyde beleget werden; Alldieweil aber ein Zeuge de visu nocturno alsdenn, wenn der Mond, wie um selbige Zeit gewöhnlich ist, geschienen, oder der Zeuge sehr nahe gestanden, nicht zu verwerfen ist, vielmehr auf des Richters Gutbefinden ankommt, wie viel Glauben er ihm bey darzukommenden andern Umständen geben wolle, *Stryk. de Iure Sensuum diff.* I. *cap.* 4. *n.* 42. 43. hiernächst Büchel, daß Inquisit Anfangs flüchtig gewesen, aussaget, welches mit seiner vorgegebenen Unschuld und Reise ganz nicht übereinstimmet, ferner der Lehrjunge, dessen Zeugniß, ob es gleich wegen der Jugend nicht omni exceptione maius ist, dennoch von dem Richter ex officio aufgenommen und in Betrachtung gezogen werden kann, arg. *L.* 3. §. 2. *de Testibus*, *Carpzov. Quæst. crim.* 114. *n.* 42. den Inquisiten, wie er davon durch den Garten, und über den Zaun gesprungen, eigentlich gesehen haben will, wozu weiter die Lebens-Art des Inquisiten kommt, welcher als ein Vagabund im Lande herum ziehet, und sich mit Spielen nähret, weshalben man sich der Missethat wohl zu ihm versehen kann, endlich sein Vorgeben, daß er bey Nacht gereiset, und gleich um die Zeit des Einbruchs und der Verfolgung nach Pfaffschwende gekommen, wenig Wahrscheinlichkeit hat; So ist Inquisit bey genauer Zusammenhaltung aller Aussagen und fürkommenden Umstände vor überzeuget zu achten, gleichwol, weil er an Ausübung des Diebstahls verstöret worden, mit der in der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung artic. 159. auf die geflissene gefährliche Diebe gesetzten Lebens-Strafe zu verschonen; dennoch aber nach abgelegten gewöhnlichen Urpfeden mit Staupenschlägen des Landes ewig zu verweisen; es wäre denn dasiges Orts gute Gelegenheit vorhanden, diesen Landstreicher und bösen Menschen zu Verhütung mehrern Unglücks und zu besorgenden Missethaten an einem sichern Orte zu verwahren, und daselbst bey mäs-

ſiger Koſt zur Arbeit anzuhalten, in welchem Falle die Landes-Verweiſung nach Gutbefinden der Obrigkeit in das Zuchthaus und Veſtungs-Bau verwandelt werden mag.

X.

Vt furtum violentum morte puniatur, vis ſeditioſa præciſe non requiritur.

XI.

Requiritur tamen vis atrocior.

XII.

Ergo ad irrogandum ultimum ſupplicium effractio manibus facta non ſufficit.

XIII.

Quin nec inſtrumenta, quæ fur effringendi animo non adportavit, ſed forte reperit, ſufficiunt.

Opinio nonnullorum plus iuſto miſericordium, qui laquei pœnam in furto violento non aliter locum habere autumant, quam, ſi vis ſeditioſa & coadunatis hominibus facta ſit, aperte cum verbis & mente legislatoris pugnat, quemadmodum *in Specim. DXXXV. de Iniuſta in fures indulgentia, med.* 8. & 9. oſtendi. Firmat quidem eam auctoritas *Carpzovii*, qui parum abeſt, quin pragmaticorum conſenſu in Accurſii, effatis ſuis leges ipſas olim vincentis, locum ſit ſuffectus. At nec iſta tamen Carpzovii auctoritas, ſi etiam per ſe maxima foret, ſatis firmum iſtius opinionis præſidium eſt. Nam, quod ille

Digitized by Google

ille in *Quæſt. crim.* 79. *n.* 19. de effractione ſeditioſa dicit, temperat deinde in *n.* 33. & 38. atque ad laquei pœnam ingentem & maximam vim, qua e. g. arca aut ciſta ferrea, vel alias bene ac fortiter munita, effringatur, ſufficere aſt. Animadverterunt hanc Carpzovii inconſtantiam Scabini Vitembergenſes apud *Bergerum in P. II. Supplem. ad Electa Iurispr. crim. pag.* 67. cum ipſo *Bergero pag.* 64. ac, reiecta vulgari ſententia, quæ vim ſeditioſam abſolute deſiderat, quamlibet violentam effractionem ultimum ſupplicium mereri iudicarunt, quibus ego eatenus adſentio, ut tamen nec totus a Carpzovio recedam, ſed ſaltem vim ingentem & ſtudioſe adhibitam requiram, nec quemlibet enixum conatum ſufficere credam. Facit, ut ſic ſentiam, ipſe *Carolus V.* qui in *art.* 159. verbis: ein gefliſſener gefährlicher Diebſtahl; utitur. Poterit ergo excuſari, quod Scabini Lipſienſes apud *Carpzovium in Quæſt.* 79. *n.* 36. 37. effractionem violentam manibus, nullis adhibitis inſtrumentis, factam ab ultimo ſupplicio exemerunt. Quin imo inſtrumenta etiam adhibita non ſemper vis atrox ſunt; tunc ſcilicet, quum fur ea effringendi animo non adportavit, ſed iisdem ibi, ubi furtum faciebat, forte repertis uſus eſt. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XIV. iudicarunt: Daß beyde Inquiſiten, Chriſtoph Sandroſt und Johann Heinrich Trutze mit Staupenſchlägen des Landes ewig zu verweiſen. Es ſtehet aber dem Herrn Obriſten, daferne er die Inquiſiten in Dienſten zu behalten vermeynet, frey, ſolche Strafe in eine militariſche der Spießruthen zu verwandeln. V. R. W. Rat. dec. Die bey den von Inquiſiten begangenen Diebſtählen vorkommende Umſtände machen ihr Delictum ziemlich ſchwer. Denn es ſcheinet die bey dem Aufbrechen gebrauchte Gewalt faſt ein furtum qualificatum, worauf ſonſten die Lebens-Strafe geſetzet iſt, zu machen, wenn nicht den,

Inquiſiten dieſes zu ſtatten käme, daß ſie keine gefährliche Inſtrumenta mit gebracht, und das Aufbrechen mit den Händen und einem im Hauſe gefundenen Eiſen verrichtet, alſo der Diebſtahl eigentlich vor einen gefliſſenen und gefährlichen nicht zu achten iſt. Demnach ſeynd wir bewogen worden, die Strafe des Staupenſchlages und ewigen Landes-Verweiſung zu erkennen. Jedoch, weil noch einige Hofnung zur Beſſerung vorhanden, ſo haben wir dem Herrn Obriſten frey geſtellet, die Inquiſiten in Dienſten zu behalten, und ſie mit militariſcher Strafe, etwa der Spießruthen, welche in Anſehung des Delicti zu ſchärfen wäre, zu belegen.

XIV.

Conſpiratio in furtum violentum conſpirantes omnes, etiam qui ipſi vim nullam adhibuerunt, furti violenti reos facit.

XV.

Ad conſpirationem conſenſus tacitus factis declaratus ſufficit.

XVI.

Solum ſilentium non ſufficit.

Conſpiratio omnes, quotquot conſpirant, facti eius, in quod conſpiratum fuit, participes correosque ac ſimili pœnæ obnoxios facit. Præcipit hoc recta ratio, & probat *articulus* 148. *Conſtitutionis Carolinæ* in crimine graviſſimo homicidii. Itaque res minus dubii habet in furto. Qua de re iam dictum in *Specim. DXXXV. de iniuſta in fures indulgen-*

Digitized by

dulgentia, medit. 16. Sed tunc tamen non ſatis explicatum fuit, quid per conſpirationem intelligatur. *Articulus* 148. quem commemoravi, verbis his utitur: mit fürgeſetztem und vereinigtem Willen und Muth. Et exemplum in *iſtu medit.* 16. adlatum de conſenſu expreſſis verbis declarato agit. Numquid vero conſenſus etiam tacitus ad conſpirationem ſufficit? Diſtinctione hic opus eſt. Tacitus nempe conſenſus vel factis vel ſolo ſilentio declaratur. Facta plus ſunt, quam verba. Ergo, qui faciendo concurrunt ad delictum, peccant magis, quam qui nudis verbis, & nequeunt adeo excuſari. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Octobri anni CIↃ IↃ CC XXI. iudicarunt: Daß beyde Inquiſiten mit dem Strange vom Leben zum Tode zu bringen ſeynd. V. R. W. Rat dec. Es geſtehen beyde Inquiſiten, daß ſie in Geſellſchaft dreyer andern Perſonen des Nachts nach der Grode zu ſtehlen gegangen, daſelbſt in zweyen Häuſern den Einbruch tentiret, aber verjaget worden, endlich in dem dritten durchgebrochen, daraus unterſchiedene Sachen geſtohlen, und unter ſich getheilet, hierauf die folgende Nacht in eben der Abſicht nach dem andern Loge gegangen, daſelbſt an zweyen Häuſern den Einbruch tentiret, jedoch darüber verſtöret und verjaget worden. Nun wird zwar zu ihrer Defenſion angeführet, daß Claſen, nach des Coinquiſiten eigenem Geſtändniſſe, bey dem Einbruche keine Hand mit angeleget; Alldieweil aber die Rechte in denjenigen Delictis, welche per conſpirationem verübet werden, nicht darauf, was ein jeder bey dem Handel gethan, ſehen, ſondern die ganze That vor einem Actu achten, und auf alle Conſpiranten eine gleichmäßige Strafe ſetzen, und denn Claſen dadurch, daß er bey Ausübung des Diebſtahls gegenwärtig geweſen, die ausgebrochene Steine von dem Onne angenommen, das geſtohlne Gut in den Sack mit hinein geſteckt, ſolchen weggetragen, und ſeinen Antheil davon empfangen, ſich alles deſſen, was bey dem ganzen Diebſtahl vorgegangen, theilhaftig

haftig gemachet; So iſt dem Inquiſiten mit allem Rechte der Strang zuerkannt worden. Sed quid de nudo ſilentio dicendum? Accidebat ſcilicet in facto, ut fur ob violentum furtum ad furcam damnatus provocaret, ſibique, qui in vim faciendam nec verbis conſenſiſſet, nec ipſe vim commiſiſſet, ſed ſaltem ſociis de vi facienda deliberantibus tacitus adſtitiſſet, iniuſte ſupplicium irrogari quereretur. Iudex illi defenſorem ex officio conſtituit, qui hæc magis etiam verbis exaggerat, multaque de ſilentio & conſenſu per hoc declarato ſubtiliter ac copioſe diſputat. ICti Vitembergenſes, actis ad ſe menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XXXI. delatis, adſenſerunt ei in theſi per omnia, ſolumque ſilentium ad condemnationem non ſufficere, facile largiti ſunt, gnari optime, ne quidem in civilibus cauſſis ſolum ſilentium pro conſenſu haberi, niſi vel lex vel factum accedat, c. 44. *de Regulis iuris in* 6. Sed iſta tamen omnis docta diſputatio reo non profuit. Apparebat ex actis, hunc faciendo ad furtum concurriſſe. Quam circumſtantiam omiſerat advocatus in defenſione & ſolum de ſilentio dixerat. Itaque ſententia condemnatoria confirmata fuit: Dieweil Inquiſit den wegen des ausgeübten gewaltſamen Diebſtahls gemachten Complot, und das dabey gefaſte Vorhaben, die Leute zu binden, nicht, wie deſſen Defenſor zu ſeiner Entſchuldigung vorſchützet, durch bloſſes Stilleſchweigen, ſondern durch wirkliche facta, und zwar anfänglich durch das Wachhalten, nachgehends durch die Theilnehmung an den geraubten Sachen approbiret, und ſich deſſen ſchuldig gemacht, mithin die allgemeine Ruhe und Sicherheit gekränket, ſo hat er in ſeiner Defenſion etwas, ſo ihm zu ſtatten kommen möchte, nicht ausgeführet, derowegen das in Actis fol. 333. befindliche Urthel an ihm billig vollſtrecket, auch die ferner weit verurſachte Unkoſten aus ſeinem Vermögen genommen werden.

XVII.

XVII.

Furtum cum armis commiſſum, etſi effractio non acceſſerit, ultimum ſupplicium meretur.

XVIII.

Armorum nomine etiam baculus venit.

Arma ſola furtum violentum facere, etſi effractio non accedat, *Carolus V. in articulo* 159. alternative loquens: oder mit Waffen, damit er jemand, der ihm Widerſtand thun wölte, verlegen möchte, zu ſtehen eingehet; ſat clare conſtituit. Vim certe faciunt & verbis, & menti legislatoris, qui utrumque coniunctim deſiderant. Refellit eos optime *Kreſſius ad art.* 159. *Conſtit. Carol.* §. I. *n.* 4. Feci idem ego *in Specimine DXXXV. de Iniuſta in fures indulgentia, medit.* 10. damnavique praxin, quæ effractionem ſine armis factam e numero furtorum violentorum eximit. Eadem prorſus, quin imo maior ratio in furto armato ſine effractione occurrit. Per hoc ſecuritas publica magis etiam, quam per ſimplicem effractionem, turbatur. Agnovere hoc Romani veteres, ac in lege XII. tabularum apud *Gellium Noct. Attic. lib.* II. *c. ult.* furem, qui telo ſe defendit, impune occidi permiſerunt. Recte ergo ICti Helmſtadienſes menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XIV. furem, qui deprehenſus tridente ſe defenderat, ad furcam damnarunt: Es iſt Inquiſit, Heinrich Meldau, zur Genüge überführet und ſelbſt geſtändig, daß er in Martin Lentzens Haus nebſt einem andern eingeſtiegen, allda Geld und andere Sachen weggenommen, und, da er darüber ertappet worden, ſich mit einer Miſtfurcke zur Wehre geſetzet, und Baſtian Lüncken hart auf den Kopf geſchlagen; Ob nun wol zu ſeiner Entſchuldigung angeführet wird, daß keines von beyden ihm beygemeſſenen furtis gewalt-

Digitized by Google

gewaltſam mit Waffen oder Einbrechen geſchehen; Alldieweil aber der letzte zu Ziepel vorgenommene Diebſtahl allerdings pro violento zu achten iſt, da Inquiſit mit Waffen, als wofür auch die Miſtfurcke gehalten wird, diejenigen, ſo ihm Widerſtand thun wollen, verletzet, bey welchen Umſtänden, und da des Inquiſiten Verbrechen mit allem Rechte pro furto violento geachtet wird, der gemeinſten Meynung nach, darauf, ob es groß oder geringe geweſen, nicht einmal zu ſehen iſt: So haben wir Heinrich Meldauen, als einem gewaltſamen, verläumdeten und incorrigiblen Diebe, von welchem noch mehr Schaden und Dieberey bey längerem Leben zu vermuthen wäre, den Strang zuerkannt. Et de tridente quidem, cui ferrum acutum & hominibus occidendis aptum præfixum eſt, dubitari nequit. Dubitatum fuit magis menſe Martio eiusdem anni de baculo, quo unus ex furibus armatus ante fores ſtabuli ſteterat, ac ſervulos, qui in eo cubabant, egredi & domino inclamanti opem ferre volentes abſterruerat. Vicit tamen ſententia eorum, qui, baculum etiam telum eſſe & furtum violentum facere, crediderunt. Nam & baculo homines vulnerari ac occidi poſſunt. Vide *L.* 9. & 11. §. 1. *Ad L. Iuliam de vi publica*, *L.* 54. §. 2. *de Furtis.* Sic itaque iudicatum eſt: Es wird Inquiſit, Hans Michael Körbel, im Fall er auf ſeinem gethanen Bekänntniſſe vor öffentlich gehegten peinlichen Hals-Gerichte verharren, oder deſſen ſonſt, wie recht, überführet werden ſollte, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht, und deſſen abgehauener Kopf, andern zum Abſcheu, öffentlich auf einem Pfahl, geſtecket. V. R. W. Rat. dec. Es ſcheinet zwar einiger Maſſen zur Entſchuldigung unſers Inquiſiten zu dienen, daß dieſes der erſte Diebſtahl, welchen er verüben helfen, wie es denn ohnedem das Anſehen gewinnet, ob könne gegenwärtiger Diebſtahl, ſo viel dieſen Körbel betrift, pro violento nicht geach-

geachtet werden, da derselbe kein Gewehr, wie die andern, sondern nur einen Stock geführet zu haben vorgiebt, worzu auch dieses kommt, daß er nur die Wache gehalten; Wannenhero allhier keine Lebens-Strafe, sondern höchstens der Staupenschlag, sammt ewiger Landes-Verweisung, statt zu finden scheinet. Alldieweil aber alsdann, wenn der erste Diebstahl gefliſſen oder gefährlich gewesen, der Dieb allerdings am Leben zu strafen ist, hiernächst die fürnehmste Species eines gefährlichen und gewaltsamen Diebstahls ist, wenn solcher gleichsam per conspirationem, coadunatis in hunc finem hominibus, geschiehet, da denn Inquisitem nicht helfen mag, daß er nur einen Stock in Händen gehabt, ingleichen, daß er nicht selbst mit in den Kammern gewesen, sondern nur auf dem Hofe vor dem Stalle gestanden, und den Ackerknechten den Ausgang verwehret, weil er gleichwol nicht läugnen kann, daß er bey der Theilung der geraubten Sachen über 80 Rthlr. empfangen, in welchem Fall derjenige, so unter währendem Raube die Wache gehabt, mit eben der Strafe, als die Räuber selbst, beleget wird, da zumal Inquisit bey solcher Wache nicht müßig gewesen, sondern gehindert, daß die Ackerknechte nicht heraus kommen und die übrige Räuber nicht verstöhren können; So haben wir, daß er mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu bringen, und der abgeschlagene Kopf auf einen Pfahl zu stecken sey, erkannt.

SPECIMEN DXXXVII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS

AD LIB. XLVII. TIT. II

DE

LEGITIMIS FVRVM EXCVSATIONIBVS

PVBLICE DEFENSVM

A

HENRICO AVGVSTO ROSENBACH

GRIMMENSI-MISNICO.

MENSE IANVARIO MDCCXXXIV.

I.

Summa neceſſitas ablationem rei alienæ non excuſat ſolum, ſed & iuſtam reddit.

II.

Ceſſat ergo tunc etiam in foro humanò omnis pœna.

Inter legitimas furum excuſationes refero extremam egeſtatem ac famem tam furis, quam familiæ eius. Sunt, qui cum *Grotio de Iure belli & pacis lib.* 2. *cap.* 2. §. 6. in ſumma neceſſitate redire priſtinam communionem, qua omnia quaſi in medio poſita occupanti cedant, credunt, atque adeo egenti ius etiam aliena rapiendi tribuunt, *van der Muelen in Foro conſcientiæ Part.* 3. *quæſt.* 7. *p.* 529. *Ludovici ad art.* 166. *Conſtit. Carolinæ* & alii. Equidem olim in diſputatione, quam pene puer *de Liberalitate neceſſaria, ſeu donationibus, ad quas iure obligamur*, ſcripſi, ac deinde *tomo* 6. *Meditationum mearum ad π.* inſeri, *in Specimine CCCCXXXIV. medit.* 19. Grotium refelli, furemque ne extrema quidem neceſſitate excuſari dixi. Et diſſentio etiam nunc a Grotio, non tamen amplius in re ipſa, ſed

Digitized by Google

ſed in rationibus, quibus Grotius utitur. Has Grotius longius arceſſit ac ſubtilius exponit, quam ſimplicitas & perſpicuitas iuris naturæ poſcit. Quid enim opus, primævam communionem, qualis vel nunquam fuit, obſcuriſſima & intricatiſſima ac lapſu tot ſæculorum oblitterata & nunc incognita eſt, excogitare aut reducere. Scilicet, ſi Grotii ſententia vera eſt, hominem de plebe, fame preſſum, antequam quid attingat, ſic ratiocinari oportebit: Tempore, quo proavorum meorum atavi vixerunt, omnia hæc, quæ ego nunc a locupletibus teneri video, totius generis humani fuerunt; & conſenſerunt quidem tunc maiores mei in eorum diviſionem, ſed diviſioni huic pactum taciti adiecerunt, ut, ſi in poſterum improviſa neceſſitas ingrueret, ſibi nepotibusque ſuis, a diviſione recedere & alterius poſſeſſiones invadere, liceret; utar ergo ego nunc libertate hac, & in bona, olim maioribus meis communia, poſtliminio revertar. Docte mehercule & argute! At unum ego metuo, ne famelicus ille, priusquam tam elegans ratiocinium conficiat atque ex priſcis annalibus de veritate primævæ communionis convincatur, inedia pereat. Videamus ergo, annon illi interim, dum ſyllogiſmus ille pulcher, ſed altiorem quæſtionem habens, operoſe ſtruitur, argumento quodam evidentiore, & cuius etiam ruſticus capax eſt, ſuccurri queat. Ego ſcilicet, ſi in ſummam neceſſitatem inciderem, ſic argumentarer: Deus animo ſtudium me conſervandi, & honeſtum erga me ipſum amorem indidit, hoc ſtudium, hic amor primum omnium actionum mearum principium eſt; hæc me parentesque meos, ut civitates iniremus, ut principi, & legibus nos ſubiiceremus, moverunt; hoc ergo mei ipſius ſtudium ſuprema mihi lex eſt; hæc obligationes reliquas omnes vincit; igitur, quum ſalvus aliter eſſe nequeam, non ſolum non pecco, ſed magis primo ac præcipuo officio meo ſatisfacio, ſi rebus, quamvis alienis, utor.

Sentiant alii, quod lubet. Mihi ratiocinium hoc ſcrupulum omnem eximit. Atque tale furtum etiam in foro humano impune eſſe credo. Quamvis enim ius canonicum in *c.* 3. *X. de Furtis* ei, qui propter neceſſitatem famis aut nuditatis furatus fuerit, pœnitentiam trium hebdomadum imponat, rectius tamen *Carolus V. in articulo* 166. magiſtratibus, fures iſtiusmodi ſine pœna dimittere, permittit. Cui impunitati tamen non aliter locum relinquo, quam, ſi neceſſitas furis vel familiæ eius extrema fuerit, ac ſine eius culpa ſupervenerit, & nulla alia ratione depelli poſſit. Exemplum mirificum talis neceſſitatis *Ianus Nicius Erythræus in exemplis virtutum & vitiorum cap. LXXXIV.* Romæ ſub Paulo V. pontifice maximo, contigiſſe refert, quod verbis eius narrabo: *Vir quidam honeſtus ac locuples, cum horam noctis circiter primam via ſacra iter faceret, exutus eſt pallio, quo tegebatur. Sed, quia locus ille eſt ab arbitris ſane remotus, quod a paucis habitetur, & quia vir ille gravitate prudentiaque præſtabat, non dedit ſe querelis & lamentationibus, non popularium fidem imploravit, ut vere fit in eiusmodi rapinis, ſed diſſimulavit, ac rem totam ſilentio ſuppreſſit; quod fortaſſe fuit etiam cauſſæ, cur ereptor ille non ſe in pedes coniiceret, ſed pene ocioſus inambularet; putabat enim, ex eo, quod nemo ſibi moleſtus eſſet, ſe lepide fuiſſe furatum. Itaque, animadvertente eo, qui pallium amiſerat, venit ille ad piſtoris tabernam, atque Iuliis tribus panes coemit, & quoniam præſens pecunia, quam daret, non aderat, pignori pallium oppoſuit; tum in vicum ſe contulit, turri proximum, quam Comitum vocant, &, aperto tabernulæ cuiusdam oſtiolo, panes illos ad pedes quatuor puerorum abiecit, qui una cum muliere ibidem ad tenue neſcio quod lumen ſedebant, ac, ſumite, inquit, hos panes, famemque ſedate, iam veſtra cauſſa, ſi ſemel deprehenſus fuero, pœnas collo perſolvam: His ſuismet oculis atque auribus acceptis, vir ille probus poſtridie mane recta ad piſtorem iter habuit, ac, Iuliis tribus perſolutis, pallium ſibi redemit;*

mit; tum in eam viciniam ſe contulit, ubi pauper ille degebat, ac percontatus vicinos, quid illic hominis eſſet, quoquo artificio ſe tueretur, invenit, pauperem eſſe hominem, uxore & quatuor liberis præditum, qui propemodum fame conficeretur, eo quod miſero nulla fere facultas in opus eundi daretur. Itaque domum profectus tantum tritici ac vini eidem miſit, quantum ſatis eſſet ad ſuam totiusque familiæ vitam quatuor menſibus ſuſtentandam; præterea ſcuta duodecim numerari iuſſit, ac nunciari, ne de pallio ſolicitus eſſet; nam Iuliis tribus, qui piſtori debebantur, perſolutis, illud a domino, cui eripuerat, fuiſſe redemtum.

III.

Vox lucri, quæ in definitione furti occurrit, explicatur.

IV.

Fur, qui honeſtum lucrum intendit, punitur, ſed mitius.

Animum lucri faciendi in fure deſiderant §. 1. *I. de obligationibus, quæ ex delicto & L.* 1. §. 3. *de Furtis.* Lucri vox generalis hic eſt, atque ſignificat non hoc ſolum, quo patrimonium noſtrum vere augetur, ſed &, quo illud ſaltem non imminuitur, aut quo qualecunque emolumentum nobis accedit, & conditio noſtra melior efficitur. Species lucri ſecundum Caium in *L.* 54. *pr. de Furtis* etiam eſt, ex alieno largiri, & beneficii debitorem ſibi adquirere. At quid dicendum tunc, quum emolumentum, quod fur intendit, honeſtum eſt & iuſtum. Fac, furari hominem miſericordem, ut pauperibus ſubveniat, religioſum, ut cultum divinum amplificet & ornet, ſtudioſum, ut ſumtus in addiſcendas diſciplinas faciat, militem, ut militiam ſuam boni publici cauſſa inſtruat. Fures hi omnes erunt tam de iure naturæ, quam civili, ut ex modo memorata *L.* 54. *pr. de Furtis* apparet. Quoniam tamen iſtud lucrum legitimum eſt quodammodo, furtum ipſum etiam improprium erit mitiusque punietur. Non poſſum non commemorare hic hiſtoriam, quam *Brantome memoires des Capitaines*

nes François tom. 4. pag. 303. narrat: *Philippe Strozzi n'eſtant que fort ieune, & nourry enfant d'honneur du petit Roy François II. eſtant Monſieur le Dauphin, ayant dire, qu'en Piedmont ſe faiſoient de belles guerres, il ſe derobe avec deux chevaux ſeulement, & ſon arquebuſe de Milan à l'arçon de la ſelle, s'y en alla, ayant pour guide le bon rompu Iean d'Eſt, Allemand qui lui conſeilla, pour faire le voyage, de dérober quelque baſſin, couppe & esguierre d'argent à Madame la Mareschalle ſa mere: ce qu'ayant ſceu Mr. le Marechall ſon pere & le ſuiet, pourquoy il l'avoit fait, dit, que, ſi c'euſt eſté pour autre choſe, que pour cela, qui eſtoit honorable & glorieux & pour voir de la guerre, qu'il l'euſt pendu, mais qu'il luy pardonnoit & luy pardonneroit, quand il en pourroit prendre davantage, mais que ce fuſt pour un ſi valeureux ſuiet.*

V.

Ablatio eſculentorum, quæ veſcendi animo fit, furtum non eſt.

VI.

Nec infamat.

VII.

Furtum omne, etſi minimum, infamat.

De furtis eſculentorum & potulentorum varie inter ICtos diſputatur. Aliqui ex *Conſtitutionis Carolinæ articulo* 167. inter ablationem nocturnam & diurnam; alii inter ablationem, quæ urgente neceſſitate, & quæ ſine neceſſitate fit, diſtinguunt, alii cum *Carpzovio in Quæſt. crim.* 83. *n.* 34. 35. omnem iſtiusmodi ablationem inter furta referunt, & hunc ſolum caſum excipiunt, quo quis eſculentum non aſportat, ſed ſtatim comedit. At ego aſportationem etiam, quæ non lucri faciendi animo fit, furtum non eſſe credo. Recte Paulus in *L.* 53. *pr. de Furtis: Maleficia*, ait, *voluntas & propoſitum delinquentis diſtinguit.* Veſcendi animus

mus ad furtum, quod lucri intentionem deſiderat, non ſufficit, quamvis eum, qui veſcendi animo edulia aufert, a delicto non liberem. Vide *Deuteron. XXIII*, 24. Sed exemplo rem illuſtrabo. Ferebantur ad me menſe Novembri anni CIↃIↃCCXXXI. acta, in quibus ſartor quidam alveare, necatis fumo apibus, expilaſſe & mel ſecum domum abſtuliſſe, & mellis partem iam comediſſe, partem adſervaſſe, convictus erat. Animum lucri faciendi reus non habuerat. Nec neceſſitas eum excuſabat. Gulæ cauſſa, ut mel ſcilicet liguriret, omnia fecerat. Itaque de pœna ipſa, quæ aliquot dierum carcerem excedere non poterat, dubium nullum erat. Vnicum hoc me angebat, quod reum poſt pœnam exantlatam e ſartorum collegio eiectum iri, atque ſic inpoſterum inutile civitatis membrum ac ſibi ſuisque alendis imparem futurum, præviderem. Furtum nempe omne infamat, *L.* 8. *C. Ex quibus cauſſis infamia*, non magnum ſaltem, ſed leve etiam & exiguum, ut *in Specimine LII. de Infamia, medit.* 4. contra *Carpzovium in Iurisprud. eccleſ. lib.* 2. *def.* 178. pluribus oſtenſum eſt. Lege modo *can. ult. cauſ.* 14. *quæſt* 6. item *can.* 9. *cauſ.* 3. *quæſt.* 5. At notum eſt, qua duritie opifices infamem omnem ex ſodalitate ſua eiiciant. Cogitabam quidem de fama illi in ſententia reſervanda. Sed obſtabat Marci effatum, qui in *L.* 63. *de Furtis: Non poterit*, ait, *præſes provinciæ efficere, ut furti damnatum non ſequatur infamia.* Optimum tandem viſum fuit, reum plane ex rationibus modo memoratis a crimine furti abſolvi: Mittag wird zuförderſt Krienitzen den zugefügten Schaden, welchen dieſer eydlich anzuzeigen hat, zu erſetzen, auch alle verurſachte Unkoſten zu bezahlen angehalten, überdies mit 6 Tage Gefängniß, oder vor jeden Tag mit 3 tägiger Arbeit, oder um 1 R. Schock beſtraft. Und weil aus den fol. 5. angeführten Umſtänden deutlich erſcheinet, daß Mittag nicht ſo wol animum lucri

cri faciendi gehabt, als vielmehr den Honig aus Lüſternheit entwendet, mithin das Haupt-Requiſitum eines Diebſtahls abgehet, ſo wird ihm ſeine Ehre bey obgedachter Strafe nicht unbillig vorbehalten.

VIII.

Depoſitarius, quousque depoſito ſine crimine uti poſſit, diſquiritur.

Depoſitarium, qui re depoſita utitur, furti ſe obligare, ſatis notum eſt ex §. 6. *I. de Obligat. quæ ex delicto, L.* 29. *pr. D. & L.* 6. *C. Depoſiti.* Excepi *in Specimine CLXXVI. de Depoſito, medit. ult.* caſum neceſſitatis, ſive publicæ ſive privatæ, non cuiuslibet tamen, ſed extremæ, cum ſalutis, vitæ, honoris periculo coniunctæ. Aliam limitationem ſuggerit *Pufendorffius de Iure naturæ & gentium lib.* 5. *cap.* 4. §. 7. *Quodſi*, inquiens, *per uſum rei nihil prorſus decedat, puta ſi poculum argenteum diſponatur in ornamentum conclavis, aut ut hoſpiti honoratiori propinetur, non video, quare hactenus poſſit eo uti depoſitarius: dummodo non peculiariter domini interſit, ne ab aliis depoſitum conſpiciatur, & depoſitarius ſciat, ſibi præſtanda fore quævis pericula, in quæ res depoſita ob eum uſum incidit.* Quæ Pufendorffii ſententia regulis iuris naturalis vix convenit. Nam qui depoſitum ſuſcipit, ſcit ſatis, ſibi hoc ſaltem cuſtodiæ cauſſa committi, ſcit, diverſiſſima inter ſe eſſe depoſitum & commodatum. Non debet ergo aliam in deponente mentem fingere, nec verba eius ex utilitate ſua aliter interpretari. Si id facit, quamvis non furetur, peccat tamen, & in re illicita verſatur. Quod ipſe videtur agnoſcere Pufendorffius, dum depoſitarium utentem quævis pericula præſtare iubet; quod profecto iniquum foret, ſi voluntas domini vere concurreret. Quidquid tamen ſit, Pufendorffio adſentit Pomponius

ponius in *L.* 76. *pr. de Furtis*, atque etiam longius progreditur, ut utentem quoque a præſtatione periculorum liberet, verbis: *furti non tenetur; ſed nec depoſiti ullo modo tenebitur.*

IX.

Depoſitum intervertens, etſi magiſtratus ſit, furtum committit.

X.

Qui depoſitum ex cauſſa debiti retinet, delinquit quidem, ſed furtum non committit.

Depoſitarius re depoſita utens, fur eſt. *L.* 29. *pr. D. & L.* 3. *Depoſiti*, §. 6. *I. de Obligationibus, quæ ex delicto.* Si intervertat, magis etiam fur eſt. *L.* 67. *pr. de Furtis.* Generaliter *Carolus V. in articulo* 170. Welcher, inquit, mit eines andern Gütern, die ihm in gutem Glauben zu behalten und verwahren gegeben ſeynd, williger und gefährlicher Weiß dem Gläubiger zum Schaden handelt, ſolche Miſſethat iſt einem Diebſtahl gleich zu ſtrafen. Itaque & magiſtratus, qui circa depoſitum iudiciale fraudem committit, fur eſt. Diſputatum hac de re fuit in collegio ICtorum Vitembergenſium menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XXXI. Emtor prædii, ſubortta cum venditore lite, pretium in iudicio per filium deponit. Interim, dum lis agitatur, accidit, ut filius, per quem pecunia depoſita fuerat, in delictum incideret & mulctam committeret. Quum reus ſolvendo non eſſet, magiſtratus ei, ut vel intra certum tempus mulctam & ſumtus ſolvat, vel deductionem ex depoſito patiatur, denunciat. Ceſſantem in iudicium vocat, eoque inſpectante & truſtra obloquente, ac patris, cuius pecunia eſſet, iura obtendente, pecuniam depoſitam ex arca publica publice depromit, reſignat, inde,

inde, quantum ſatis erat, depromit, reliquum recondit. Interiectis aliquot diebus, lis inter emtorem & venditorem componitur, veniuntque ambo in iudicium & pretium depoſitum depoſcunt. Profertur illud. At venditor, deductam ante a magiſtratu ſummam deeſſe, animadvertens recuſat reliquum accipere, litemque ſopitam ex nova hac cauſſa reſuſcitat. Deferuntur querelæ ad Regem, qui deciſionem earundem ad ICtos noſtros remittit. Et peccaſſe quidem magiſtratum, dubium nullum erat. Quamvis enim ille, pecuniam a filio proprio nomine depoſitam, diceret, contrarium tamen aperte ex actis liquebat. Sed finge etiam, hoc verum fuiſſe, peccarat nihilominus magiſtratus, dum id, quod deponens ſibi ex alia cauſſa debebat, ex depoſito detraxerat. Equidem ſcio optime, dominum, apud quem res propria deponitur, hanc retinere poſſe. *L.* 15. & 31. §. 1. *Depoſiti.* Verum de dominio hic lis nulla erat. Compenſatio intendebatur, quam depoſitum ne quidem in debito liquidiſſimo admittit per *L. ult.* §. 1. *in fine C. de Compenſationibus*, & depoſitum iudiciale ob intercedentem fidem ac ſecuritatem publicam etiam magis reſpuit. Supererat, ut de genere delicti, quod magiſtratus commiſiſſet, diſpiceremus. Et videbatur illud furtum eſſe, aut tamen proxime ad furtum accedere, in primis propter *articulum* 170. *Conſtitutionis Carolinæ.* Vicit tamen mitior ſententia, ac magiſtratum illum a furti crimine abſolvit, ex eadem ratione, ex qua Iuſtinianus in §. 7. *I. de Obligationibus*, *quæ ex delicto* eos, qui rebus commodatis aliter, quam dominus vult, utuntur, ſed dominum id ſibi permiſſurum credunt, furtum non facere, ait ſcilicet, *quia furtum ſine affectu furandi non committitur.* Peccarat magiſtratus ille non tam dolo, a quo fatua etiam cauſſa excuſat, quam ex iuris ignorantia. Quamobrem locum

inve-

inveniebat illud, quod Iuſtinianus in §. 1. *I. de Vi bonorum raptorum* dicit: *Qui aliquo errore ductus, rem ſuam eſſe exiſtimans, & imprudens iuris eo animo rapuerit, quaſi domino liceat etiam per vim rem ſuam auferre a poſſeſſoribus, abſolvi debet. Cui ſcilicet conveniens eſt, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit.* Placuit ergo, delictum magiſtratus huius ad quaſi delicta ſecundum *pr. I. de Obligationibus, quæ quaſi ex delicto* referri, atque illum ſaltem ad reſtitutionem ablatorum ac damnorum omnium, nec non ad ſumtus ferendos damnari: Dieweil ein Depoſitarius, die ihm anvertraute Gelder in ſeinen Nutzen zu verkehren, oder auf ſeine eigene Foderung zu rechnen und zu behalten, nicht berechtiget, dieſes auch bey gerichtlichen Depoſitis um ſo viel weniger erlaubet iſt, als dadurch die bey ſolchen Depoſitis nothwendige Sicherheit und fides iudicialis gekränket, und jedermann durch die Furcht, es werde die Obrigkeit unter dem Vorwande einer Schuld die bey ihr niedergelegte Gelder an ſich nehmen, von dergleichen Depoſito abgeſchrecket wird, hiernächſt Hans Adam Schülers Taubheit, und daß ſein Sohn ſeinetwegen erſcheine und handele, aus der gerichtlichen Regiſtratur Vol. 1. Fol. 1. der Unterſchrift Fol. 6. und den ganzen Actis erhellet, zudem dieſer Sohn vor und bey Zurückhaltung der deponirten Gelder, wie ſolche Gelder ſeinem Vater gehörten, deutlich angezeiget, ſo werden dieſe zurück behaltene Gelder vor allen Dingen ausgeantwortet, und die durch deren Vorenthaltung verurſachte Schäden und Unkoſten erſtattet, auch die fol. 66. Actorum ſub. ⊙ angeſchriebene Gerichts-ingleichen gegenwärtige Urthels-Koſten von Gerichts wegen übertragen. V. R. W.

XI.

Apes & favos ex alieno ſundo & arbore auferre, iure Romano licitum, ſed priſco iure Germanico furtum eſt.

XII.

Interpretes tamen horum iurium ius Germanicum ex Romano explicuerunt.

XIII.

Igitur hodie, qui apes & favos nondum occupatos eximit, puniri nequit,

XIV.

Dummodo arborem non lædat.

XV.

In Saxonia tamen, quod ad Electorales ſylvas, furtum apium & favorum committitur.

Variæ de apium furtis paſſim moventur quæſtiones, quas ego in præſens non decidam, unam tamen paucis attingam, quæ, quotidiana licet, dubia adhuc tamen & indeciſa eſt. Controvertitur nempe, an furtum committat is, qui apium examen in arbore aliena repertum eximit. Si ius naturæ ſpectas, apes pariter, ut aliæ feræ beſtiæ, non ſunt res nullius, ſed in eius, in cuius prædio vel arbore hærent, dominio, quemadmodum *in Specimine CCCCXL. de Feris beſtiis, medit.* 2. oſtenſum. Naturaliter itaque earum furtum committitur. Sed ius Romanum penitus hic a iure naturæ diſcedit, & ex principio, quod feræ beſtiæ res nullius ſint & ubivis occupanti cedant, apes includere, & favos, ſi quos fecerint, eximere cuicunque permittit in §. 14. *I. de Rerum diviſione, L.* 26. *de Furtis & L.* 5. §. 3 *de Adquir. rerum dom.* Maiores noſtri, Germani veteres, apium feram naturam eſſe, agnovere itidem im Weichbild *art.* 119. Inde concludunt iurium noſtrorum interpretes, ius Saxonicum cum Romano hac in parte accuratiſſime convenire, & in Saxonia quoque unumquemque fundum alienum ingredi, arborem alienam conſcendere, &, quod ibi receperit, apium

Digitized by Google

um examen tollere ac favum eximere impune posse. Ita *Carpzovius in Quæst. crim.* 81. *n.* 51. *Bergerus in Oeconomia iuris pag.* 230. & alii. At enim vero ista conclusio prisco iuri Germanico & compilatorum eius menti non est conformis. Nunquam prisci Germani feras bestias pro re nullius habuerunt, sed ius naturæ sequuti earum dominium iis adscripserunt, in quorum fundis vagantur & arboribus hærent. Ostendi hoc clarissime in *Specimine CCCCXL. de Feris bestiis, med.* 2. *& ex Iure provinciali Alemannico cap.* 352. §. 6. 7. 9. firmavi. Idque in apibus & avibus olim servatum fuisse, testatur vetus commentator *Weichbildi art.* 119. *n.* 11. Seynd, inquiens, die Bienen in einer Beuthen, (in einem Wald,) weß die Beuthe ist, deß sind sie; wer sie aber in einem Baum beschleust, deß sind sie auch, wer sie stehle, der wär ein Dieb; fliehen sie aber aus, und kommen in eines andern Mannes Gewehr, sie seynd des, dem sie entflogen seynd, ob er ihn auf den Fuß nachfolget, doch mag er ihn nicht folgen in eines andern Mannes Gewehr, ob ihm der Mann dahin zu folgen verbeutet. Dis ist auch zu vernehmen um die Vögel, die in eines Mannes Baum nisten, daß sie sein sind; werden sie aber pflück, und fliehen aus, sie werden jenes, der sie erwischet. Honig aber, das sie gebracht haben, folget nicht den Bienen, sondern es ist deß, der es in seiner Gewehr hat. Apum ergo & favorum, etsi nondum occupatorum, tamen ex mente & disciplina maiorum nostrorum furtum fit. Quia vero interpretes, ut dixi, contrariam opinionem in fora invexerunt, hæc opinio ex re illicita licitam efficit. Ergo si quis apes vel favum ex fundo alieno aufert, impune est, si modo arborem non lædat. Nam si hanc læserit, e. g. perforaverit, aut degluberit, punitur non ob apes ablatas, sed propter arborem cæsam. Sic mense Septembri anni CIↃ IↃ CC XXXII. iudicavi: Weil *Carpzovius* und andere Rechts-Lehrer dafür halten, es sey nicht allein nach den gemeinen Kayser-

lichen, ſondern auch den Sächſiſchen Rechten, jedwedem erlaubet, einen noch wilden Bienenſchwarm auch auf fremden Grund und Boden oder Bäumen, als eine rem nullius, auszunehmen, alſo das unterlaſſene Anmelden vor kein Verbrechen zu achten, wegen der an der Eiche verübten ſtrafbaren Gewalt aber kein genugſamer Verdacht iſt, ſo mag in dieſer Sache, bis wegen der beſchädigten Eiche nähere Anzeigungen einlaufen, weiter nichts vorgenommen werden, und ſeynd die angeſchriebene Unkoſten noch zur Zeit von Gerichts wegen zu übertragen. Sed hæc, quæ dixi, ſaltem ad privatos pertinent. Eas enim apes eosque favos, quæ in nemoribus principis reperiuntur, fiſco ſuo adſcripſit Auguſtus Elector in der Forſt- und Holtz-Ordnung vom 8. Sept. 1560. verbis: Ob auch in Unſern Wäldern und Vorhöltzern Bienen und Honig antroffen und funden, die ſollen in Unſer Amt gezogen, aber verkauft und das Geld davon verrechnet werden, und ſich die Förſtere noch jemands anders einiger Nutzung daran unterziehen.

XVI.

Ad furta impropria refertur, quando res animo lucri faciendi intervertitur quidem, ſed tamen ex poſſeſſione non aufertur.

XVII.

Nunquam ergo ordinarie puniuntur hi, qui res fidei ſuæ commiſſas intervertunt.

XVIII.

Nec hi, qui rem alienam amiſſam & inventam & beſtiam aberrantem non reſtituunt.

XIX.

In æſtimatione furti magni res interverſæ non æſtimantur, ſed ſaltem ablatæ.

Magna

Magna videtur inter ſe legum pugna ſuper rebus, quæ animo lucrifaciendi intervertuntur quidem, ſed tamen ex cuſtodia & poſſeſſione domini non auferuntur. Qui hoc facit, aliquando furti obſtringi dicitur, nonnunquam vero a crimine furti plane liberatur. Verum conciliatio iſtarum legum obſtantium difficilis non eſt, ſi modo diſcrimen inter furta proprie dicta & impropria tacias, atque ad hæc interverſionem rei, non tamen ex poſſeſſione & cuſtodia domini, referas. Sic explicari oportet *L.* 55. §. 1. *de Adminiſtr. & peric. tut. L.* 82. *pr. de Furtis*, *L.* 1. §. 15. *Si is, qui teſtamento liber* & infinitas alias. Diſtinctionis huius effectus hic eſt, ut, qui furtum improprium committunt, etſi læſo civiliter obligentur, ordinaria tamen furti pœna non adficiantur. Vide *Carpzovium quæſt. criminali* 85. Igitur ſi perfidus adminiſtrator aliquas res ex cuſtodia domini abſtulit, alias vero a ſe cuſtoditas ſaltem intervertit, in æſtimatione rerum furtivarum ad hoc ut conſtet, magnumne an parvum ſit furtum, facienda res interverſæ non computantur. Exemplo rem optime illuſtrabo, idque ex ſententia a ICtis Helmſtadienſibus menſe Aprili anni CIↃ IↃ CC XXVI. concepta petam: Daß vor allen Dingen die von Inquiſiten ſeiner Herrſchaft mitgenommene Sachen, auſſer den zu ſeiner Montirung gehörigen Stücken, und den beyden Windhunden, durch einen verſtändigen Mann nach ihrem wahrhaften Werthe zu ſchäzzen; Sollten alsdenn fünf Thaler heraus kommen, ſo wird Inquiſit mit dem Strange vom Leben zum Tode gebracht, wiedrigenfalls drey Jahr lang zur Veſtungs-Bau-Arbeit condemniret. V. R. W. Rat. dec. Inquiſit iſt des Haus-Diebſtahls geſtändig und überführet. Es kommt alſo lediglich darauf an, ob Inquiſit in die auf die Haus-Diebe durch das Edict vom Jahre 1714. geſetzte Lebens-Strafe verfallen. Dieſes zu erörtern, iſt zuförderſt der Werth der von ihm mitgenommenen Sachen auszumachen.

machen. Solches kann am füglichſten durch einen verſtändigen Mann, welchem dieſelbe in natura vorzulegen ſeynd, geſchehen. Nun ſcheinet zwar obgedachten Edicte nach die Intention des Legislatoris auf alle der Herrſchaft entwendete Sachen, folglich auch auf die mitgenommene Montur, nachdem ein Dienſt-Herr ſelbige ſeinem Diener nicht eigenthümlich, ſondern nur zum Gebrauche wehrenden Dienſtes übergiebt, alſo, da derſelbige vor der Zeit aus dem Dienſte gehet, wieder zurück nimmt und behält, gerichtet geweſen zu ſeyn. Alldieweil aber viel gedachtes ſcharfe Edict nur von ſolchen Sachen, welche ein Diener ſeinem Herrn aus deſſen Beſitz und Verwahrung nimmt, zu verſtehen iſt, geſtalt auch die gemeine Rechte mit einem Diebe, welcher die ihm anvertrauete Sachen unterſchläget, gelinder verfahren, und ihn nur auſſerordentlich beſtrafen, und denn ein Herr die Montirungs-Stükke dem Diener zum Beſitze und Verwahrung übergiebt, ſo haben wir bey vorzunehmender Aeſtimation ſelbige, ingleichen die von ſelbſt mitgelauffene Hunde, ausgeſchloſſen.

XX.

Famuli, tabellarii, aurigæ, ſi res, quas alio transferendas acceperunt, intervertunt, ultimo ſupplicio non adficiuntur.

XXI.

Ius tamen Electorale Saxonicum ultimum ſupplicium iis irrogat.

XXII.

Quæ lex optima ſubtilitatibus ac argutiis forenſibus eluditur.

Ex

Digitized by Google

Ex theſi iſta, quam Tryphonius in *L.* 55. §. 1. *de Admin. & peric. tut.* ſtabilivit, ac uſus fori recepit: quod ſcilicet rem fidei ſuæ commiſſam intervertens eam non tam invito domino contrectare quam perfide agere videatur; conſequitur porro famulos, tabellarios, aurigas, ſi res, quas alio transferendas acceperunt, intervertant, ultimo ſupplicio non adfici. Quæ theſis in locis, in quibus ius commune viget, dubium non habet. Vide *Claſen ad art.* 170. *Conſtit. crim. in fine*, *Taborem in Racemat. def. criminal. ad dict. art.* 170. §. 6. *Carpzovium P.* 4. *Conſt.* 4. *def.* 14. Commemorabo exemplum: Auriga quidam de parte mercium fidei ſuæ concreditarum interverſa accuſatus, maximisque ſuſpicionibus oneratus, tormentis ex ſententia collegii cuiusdam iuridici ſubdi debebat. Multum de iniquitate & duritie huius ſententiæ conqueſtus innocentiæ ſuæ probationem offerebat, & longius ſibi ad hoc ſpatium depoſcebat, atque, ut interim cautione præſtita ex vinculis dimitteretur, flagitabat. Quum neutrum obtineret, aliam ex conſilio advocati viam ingreditur. Tranſigit nempe ante omnia cum domino mercium & huic ſatisfacit, deinde in iudicio per litteras de innocentia ſua proteſtatur, addit tamen, ſe carceris & moræ pertæſum pro beneficio petere, ut confeſſus & convictus declaretur, ac confeſtim damnetur. Optimum id conſilium erat. Perfidiæ enim pœna tanta eſſe non poterat, ut ſqualorem carceris diuturnioris, cruciatus quæſtionis ac ſumtus defenſionis æquaret. Annuerunt igitur precibus eius ICti Helmſtadienſes, & menſe Iulio anni CIↃ ICC XV. hanc ſententiam conceperunt: Daß Inquiſit, Henning Löwer, nunmehr pro confeſſo und convicto zu achten, demnach 14 Tage lang im Gefängniſſe mit Waſſer und Brodt zu ſpeiſen, oder um 20 Thlr. zu beſtrafen, ingleichen alle auf dieſen Inquiſitions-Proceß ergangene Unkoſten und Gerichts-

richts-Gebühren zu erstatten schuldig sey. V. R. W. Rat. dec. Inquisit ist in Verdacht gekommen, ob habe er von der ihm nach Magdeburg zu führen anvertraueten blauen Farbe 337 Pf. diebslich entwendet, wannenhero ihm, da er solches beständig geläugnet, die Marter zuerkannt worden; dawider er zwar mit einer anderweiten Defension zugelassen, und indessen der gefänglichen Haft gegen Bestellung genugsamer Caution entschlagen zu werden, verlanget, das letztere aber nicht erhalten mögen, also endlich bewogen worden, sich durch Vermittelung guter Freunde mit seinem Denuncianten in der Güte abzufinden, da denn nunmehr die Frage entstehet, was ferner wider ihn fürzunehmen sey. Er selbst begehret Relaxation des Arrestes gegen Leistung eydlicher Caution, und Verstattung einer längern Frist bis nach den Erndt-Ferien zu Einbringung seiner weitern defension. Nun gewinnet es zwar das Ansehen, ob hätte diesem seinem Suchen statt gegeben werden sollen, um so viel desto mehr, da nach Abfindung des Denuncianten alles Privat-Interesse hinweg fällt, demnach die Strafe so gar hoch nicht kommen kann, überdies die Defensiones höchst favorabel und zu deren Einbringung noch wohl längere Fristen verstattet, ja dieselben zuweilen annoch nach Ablauf der gesetzten Frist zugelassen werden. Alldieweil aber Inquisit die ihm zur Defension gegebene 8 tägige Zeit bereits zweymal vorbey streichen lassen, hiernächst nicht wohl abzusehen ist, wie er die wider ihn vorhandene starke Indicia, wenn ihm gleich eine neue Defension zugelassen würde, ablehnen könne, ferner die zu Führung solcher Defension und Einholung eines andern Urthels erfoderte Kosten zu grösserer Beschwerung des Inquisiten gereichen würden; So seynd wir bewogen worden, seine letztere Offerte anzunehmen, und ihn pro confesso und convicto zu erklären, dabey aber in Ansehung, daß dergleichen an anvertraueten Sachen begangener Diebstahl etwas gelinder gestrafet zu werden pfleget, zudem das Privat-Interesse in gegenwär-

genwärtigem Falle hinweg fällt, mehr nicht als 14 tägiges Gefängniß, oder 20 Thlr. Strafe, zu dictiren. Et convenit quidem iſta ſententia iuri communi. At ipſum ius commune, ne quid diſſimulem, dum perfidos hos mitius punit, ſaluti & ſecuritati publicæ non ſatis conſulit. Si hanc ſpectas, gravius coerceri oportebat homines, quorum fidem ſequi neceſſe eſt. Nec iniuria illis fit. Fures enim ſimplex crimen, at hi duplex committunt, dum & rem alienam auferunt, & fidem datam frangunt. Quamobrem ſapientiſſimo conſilio Auguſtus, Elector Saxo, tam famulos quam tabellarios furantes in furcam agi iubet. *Conſtit. El.* 38. & 41. *Part.* 4. Quod Auguſti inſtitutum imitati ſunt alii quoque principes. Sic quoad famulos in Electoratu nec non in Ducatu Brunſvicenſibus & Luneburgicis idem ſancitum. Generaliter quidem leges iſtæ omnes loquuntur, generalemque rationem, ſalutem ſcilicet & ſecuritatem publicam, habent, cavillationes tamen ICtorum effugere non potuerunt, quibus efficitur, ut fere nunquam exerceantur. Namque primum, quod ad famulos, negant legem in iis locum habere, quando rem non ex domini cuſtodia, ſed ex ſua, cui ea a domino commiſſa fuit, auferunt. Parcunt ergo famulo, datas ſibi, ut alio deferret, litteras reſignanti atque numos inde eximenti, quemadmodum ex exemplo *Specimini DXXXV. de Iniuſta in fures indulgentia, medit.* 19. ſubiecto apparet. Porro quod ad tabellarios plures excogitatæ ſunt limitationes a Doctoribus, quarum potiſſimas enumerat *Carpzovius in Quæſt. Criminal.* 85. *n.* 85. *ſqq.* Vix ulla inter eas eſt, quæ non cum voluntate legislatoris generaliter loquentis pugnet. Atque tamen iis non contenti novas quotidie excogitamus, ſicque legislatoriam poteſtatem impune exercemus. Audacia hæc inexcuſabilis videri poterat, ſed veniam tamen propterea meretur, quod

mos a maioribus traditus, duorum pluriumve ſæculorum uſu firmatus, nec principi miniſtrisve eius incognitus, ex ſilentio eorum & patientia auctoritatem aliquam conſequitur. Conduxerat quis non ita pridem hominem, qui nuncii mercenarii munus quaſi publice exercebat, ut pecuniam ſibi ab amico, aliquot milliaria a ſe habitante, adportaret, perſolverat etiam mercedem & viaticum, abeunti vero permiſerat, ut, ſi quæ in via improviſa neceſſitas incideret, aliquid ex pecunia adportanda decerperet. Ille vero improbus mercedem & viaticum ante diſceſſum ſuum abligurit, abit deinde, venit ad amicum, ad quem miſſus eſt, accipit pecuniam obſignatam, ac cum hac in proximam popinam divertitur, reſignat faſciculum ſibi creditum, totamque ſummam paulatim potando, commeſſando, ludendo, hoſpites invitando abſumit. Revertitur tandem vacuus & in carcerem detruditur. Nulla ex iis, qus Carpzovius ſuggerit, limitationibus prodeſſe ei poterat. Scelus apertum & ſecuritas publica, ut exemplum ſtatueretur, poſcebant, denique lex ipſa verbis nullo modo ambiguis hominem damnabat. Sed fortior his omnibus erat miſericordia JCtorum, qui ex duplici cauſſa pœnam mitigarunt, primum, quod homo iureiurando fidem ſuam non obſtrinxiſſet, id quod *Elector in Conſtitutione* 41. ſupponere creditus eſt, deinde, quod mittens poteſtatem abeunti feciſſet, pauxillum ex pecunia adportanda in neceſſitates ſuas impendendi. Sic ergo menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XXXI. reſponſum fuit: Iſt Inquiſit ſowohl geſtändig als überführet, daß er die ihm, als einem abgeſchickten Bothen, anvertrauete 18 Thlr. mittelſt Erbrechung eines verſiegelten Paquets veruntrauet, und theils verſoffen, theils verſpielet, theils ſonſten durchgebracht; So wird er zwar in Anſehung, daß er zum Bothengehen nicht verpflichtet geweſen, überdies von dem, welcher ihn abgeſendet, Erlaubniß,

laubniß, das Geld bey einer ihm vorſtoſſenden Noth anzugreiffen, gehabt, mit der ordentlichen auf die Diebe geſetzten Strafe verſchonet, gleichwohl nach abgeſchwornen Urpfeden des Landes auf 2 Jahr verwieſen.

XXIII.

Ope & conſilio furtum committitur.

XXIV.

Conſilium ſolum, niſi factum aliquod, e. g. commodatio inſtrumentorum, comitatus &c. accedat, furem non facit.

XXV.

Obligat tamen ad damni reſtitutionem, & pœnam extraordinariam.

Furti teneri eum, cuius ope & conſilio furtum factum eſt, quamvis ipſe id non fecerit, Iuſtinianus in §. 11. *I. de Obligationibus, quæ ex delicto* edicit. Plerique eorum, qui *in hunc* §. commentantur, voces: ope & conſilio; non coniunctim ſed alternatim intelligi, adeo ut conſiliarius ſolus, ſi eventus ſequatur, fur ſit, exiſtimant, & ad *L.* 52. §. 19. *de Furtis* provocant. Verum hæc lex clare, neque verbo neque ſcriptura quem furtum facere, dicit; & clarius adhuc Iuſtinianus *in fine ſupra memorati* §. 11. *Qui nullam*, ait, *opem ad furtum faciendum adhibuit; ſed tantum conſilium dedit, atque hortatus eſt ad furtum faciendum, non tenetur furti.* Nec ſatisfacit mihi incognita legibus diſtinctio inter conſilium ſimplex ſeu generale vel monitorium, & ſpeciale ſeu inſtructorium vel directivum. Nam & ſpe-

Digitized by Google

ciale hoc, inſtructorium & directivum, ſi factum non concurrat, conſilium ſimplex manet, atque in verbis, quæ in furto non ſufficiunt, ſubſiſtit. Immerito igitur *Hoppius in uſu hodierno ad §. 11. I. de Obligationibus quæ ex delicto* reprehendit *Carpzovium*: *Quamvis*, inquiens, *Carpzovius Quæſt. crim. 87. n. 4. & 27. diſtinguat inter illum, qui conſilio & qui auxilio adfuit furi, & illum in caſu percepti lucri tantum fuſtigatione, hunc vero, ſi in ipſo actu præſtiterit auxilium, pœna demum ſuſpendii afficiendum eſſe, velit; non video tamen, cur non etiam prior illa pœna mortis ſit dignus, ſi, ut dictum, reiterata acceſſerit participatio: Mandans enim & mandatarius ad parem pœnam tenentur in delictis, præſertim ſi idem effectus delicti, ut hoc loco eſt participatio lucri, in utrumque redundet.* Carpzovius certe aperta Iuſtiniani, quæ modo memoravi, verba pro ſe habet. Nec poterat aliter, tanquam ICtus Saxo, ſentire. Nam *princeps Elector Saxo in Conſtit. 40. P. 4.* Iuſtiniani verba eodem modo interpretatus eſt, atque hos, qui conſilium dediſſent, ultimo ſupplicio adfici vetuit. Neque mutatum id eſt in *Edicto noviſſimo anni* CIↃ IↃ CC XIX. wider die Diebe und Räuber. Coniunguntur enim & ibi: zu Ausübung Räuberey und Diebſtahls Vorſchub thun, e. g. inſtrumenta commodare, comitari &c. und Anſchläge geben. Quæ autem Hoppius de mandato obiicit, ad conſilium, quod longiſſime a mandato differt, trahi non debent. Interim non nego, conſiliarium iſtiusmodi læſo ſaltem actione in factum ad damni reſtitutionem teneri, *L. 9. §. 3. L. 30. §. 3. ad legem Aquiliam*, qua de re memorabile exemplum vide *in Specimine CXLIX. de Condictione furtiva, medit. 3.* & ob fraudulentum conſilium extra ordinem puniri.

XXVI.

Opem ferens in furto non aliter ordinariam pœnam furti ſuſtinet, quam ſi in partem lucri venerit.

XXVII.

Digitized by Google

XXVII.

Sufficit tamen lucrum indirectum.

XXVIII.

Lucrum indirectum eſt, quum quis de ipſis rebus furtivis nihil accepit, ſed tamen occaſione earum emolumentum ſentit.

XXIX.

Ordinarie etiam punitur, qui operam ſuam furibus pro mercede locavit.

XXX.

Sufficit animus lucri faciendi, quamvis fur, antequam partem ſuam de lucro tulit, in vincula coniectus ſit.

Vox lucri, quæ in definitione furti ſecundum §. I. & II. *I. de Obligat. quæ ex delicto, L.* 1. §. 3. *de Furtis* ponitur, explicanda eſt recte. Conſtat nempe ex commentariis ICtorum, & *edicto Saxonico anni* 1719. wider die Diebe und Räuber; verbis: wenn ſie gleich von dem Diebſtahle directo ſelbſten nicht mit participiret; lucrum indirectum ſufficere, ut hi, qui opem furibus tulerunt, ſupplicio adfici queant. Explicandum ergo eſt, quid ſit lucrum indirectum. Eſt illud, quando quis ex ipſis rebus furtivis partem nullam accipit, ſed ſaltem occaſione furti emolumentum ſentit. Exemplum tale eſto. Latrunculi aliquot, conſpiratione de effringendis & expilandis ædibus alienis inita, ad hoc operam tertii cuiusdam certa mercede conducunt. Hic certior de illorum propoſito factus addicit operam ſuam, ſtat, dum illi furantur, in excubiis, peracto nobili facinore, exuvias avehit, deinde comprehenſus fatetur liberaliter factum; ſed negat, ſe furem eſſe; negat, ſe lucrum in furto tuliſſe; negat, ſe in partem rerum furtivarum veniſſe. Mercedula, inquit, mihi promiſſa eſt exigua, qualis famulis mercenariis ſolet, & hæc

nec

nec exſoluta quidem, nam ſtatim poſt furtum factum in vincula coniecti ſumus. At nihil miſero iſtæ excuſationes profuerunt. Damnavimus eum ad furcam, tanquam furti violenti & qualificati complicem, menſe Decembri CIↃ IↃ CC XXI. Merces, quam ſibi ſtipulatus fuerat, lucrum erat ſine dubio, quamvis indirectum. Iura vero lucrum ſolum deſiderant, nec addunt: de corpore rerum furtivarum. Quod porro mercedem promiſſam nondum, quum caperetur, accepiſſet, pœnam mitigare non poterat. Iura noſtra non lucrum ipſum requirunt, ſed lucri faciendi animum. *Lucri* Iuſtinianus in §. 1. *I. de Obligationibus quæ ex delicto* ait, *faciendi gratia.* Et clarius *Carolus V. in articulo* 160. in æſtimatione furti non ad lucrum ipſum, quod quisque furum actu tulit, ſed ad damnum, quod dominus paſſus eſt, wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtahl ſeyn mag, reſpici iubet. Quod tandem merces promiſſa infra quinque ſolidos fuerat, hoc in furto violento, & per conſpirationem facto, ubi æſtimationis nulla ratio habetur *per articulum* 159. *Conſtitutionis Carolinæ*, pœnam mitigare non poterat. Sed præſtat, ipſa reſponſi verba adiici: Hat Chriſtian Trümpelmann in Güte geſtanden, daß er Joel Löſern und Zabeln, gegen Verſprechung einer Belohnung, an den Ort, wo die Ochſen geſtanden, hingeführet, ihnen ſelbige angewieſen, unterdeſſen, da die obgedachte beyde Diebe zwey verſchloſſene Thüren aufgebrochen, und die Ochſen aus dem Stalle geholet, einige Schritt von dem Stalle ſtehen geblieben, nachgehends jedoch einen von den geſtohlnen Ochſen wegführen helfen. Nun möchte zwar zur Entſchuldigung des Inquiſiten angeführet werden, er habe bey dem Diebſtahl ſelbſt keine Hand angeleget, auch davon kein Theil genommen, ſondern blos auf den ihm verſprochenen Lohn, welchen er nachgehends nicht einmal erhalten, geſehen, und ſey folglich nicht als ein

Dieb

Dieb, ſondern nur als ein gemietheter Diener, zu betrachten. Dieſemnach ſcheinet es, ob ſey Inquiſit nur auſſerordentlich zu beſtrafen. Dieweil aber dennoch die gewaltſame Erbrechung der Thüren dieſen Diebſtahl zu einem *furto qualificato* und *violento* machet, folglich gar darauf nicht geſehen wird, wie viel die geſtohlne Sachen werth, oder was einer der Diebe davon genoſſen, hiernächſt bey dergleichen *Delictis*, welche von ihrer vielen *per conſpirationem*, mit fürgeſetztem und vereinigtem Willen und Muth, ausgeübet werden, nicht darauf zu ſehen iſt, was ein jedweder abſonderlich dabey gethan, ſondern das ganze *factum* allen *complicibus* insgeſammt *imputiret*, ihnen auch die ordentliche Strafe ohne Unterſcheid zuerkannt wird, ferner Trümpelmann, wenn man ihn ſchon nicht vor einen Dieb, ſondern nur vor einen Helfer halten wollte, gleichwol die Hülfe vor- in- und nach dem Diebſtahl, indem er Anfangs die beyde *complices* zu dem Stalle geführet und gebracht, währenden Diebſtahls auf der Wache geſtanden, und nach deſſen Vollſtreckung die Ochſen wegbringen helfen, dergleichen *ſpeciale* Hülfe, ohne welche der Diebſtahl nicht geſchehen können, vor einen wirklichen Diebſtahl geachtet und mit der ordentlichen Strafe beleget wird, *arg. L.* 15. *Ad. L. Corneliam de Sicariis*, vide *Claſenium ad art.* 177. *conſtit. crim. pag.* 746. *& quos ibi allegat*; So iſt Chriſtian Trümpelmann, daferne er bey ſeinem gethanen Bekänntniſſe vor gehegtem hochnothpeinlichen Hals-Gerichte verharret, mit dem Strange vom Leben zum Tode zu bringen.

COROLLARIA.

1. Qui rem apud ſe ex turpi cauſſa depoſitam intervertit, a deponente conveniri nequit, *L. 11. L. 12. §. 1. L. 76. § 1. de Furtis*, peccat tamen & a magiſtratu recte punitur. Exemplum vide in *Specimine CXLIX. de Condictione furtiva, medit. 1. 2.*

2. Qui alios ad furtum inimico ſuo faciendum non animo lucri faciendi ſed ex odio concitat, fur non eſt, punitur tamen & ad reſtituendum rerum ablatarum pretium convenitur. Vide *eiusdem ſpeciminis medit. 3.*

3. Dominus, qui furtum famuli ſui, quod impedire poterat, non impedit, furti obſtringitur. Vide *eiusdem ſpeciminis medit. 5.*

4. Sunt nonnullæ furti ſpecies, quas vulgus pro furtis non reputat & impune ſe latuſum ſperat, quæ tamen vera furta ſunt, ſed extra ordinem punienda. Huc pertinet, quando quis oblatam ſibi ab alio, qui ſe obligatum per errorem credit, rem indebitam ſciens accipit, *L. 18. de Condict. furtiva,* quando quis debitum ſibi a creditore invalide ceſſum exigit, *L. 38. §. 1. de Solut.* quando procurator ad exigendum debitum conſtitutus partem eius in uſus ſuos convertit, *L. 7. C. de Furtis,* quando quis rem ſibi datam, ut alteri donaret, donat quidem huic, ſed ſuo nomine, non lantis. *L. 25. de Donationibus &c.*

5. Negat *Hoppius ad §. 1. I. de Obligationibus quæ ex delicto,* furtum eſſe, quod per iocum committitur, allegatque *L. 53. pr. de Furtis.* Non intercedo quidem, addo tamen iſtiusmodi iocos liberales non eſſe, ſed homine honeſto indignos & fugiendos, atque etiam, ſaltem extra ordinem, puniendos. Memorabilem eiusmodi ioci, qui funeſtum exitum habuit, hiſtoriam narrat *Erythræus in Pinacotheca parte II. imag. 20. pag. 68. Phidias Porta,* inquiens, *magna vi ingenii præditus, potiſſimis litteris excultus, in agendo admirabilis, quum ſacram Pont. Max. pecuniam ſurripuiſſet, ac Venetias perſequeretur, ex fuga retractus, ſupplicio affectus fuerat, una cum aliis novem, amiciſſimis ſuis, haud obſcuro loco natis, non modicis opibus, doctis præterea viris, quorum alii erant iuriſconſulti, alii medici, alii philoſophi ac poetæ. Hi primum, animi cauſſa, cœperant noctu carnes, e feneſtris appenſas, ut hædos, pullos gallinaceos, melogrides, phaſianos ſurripere, ex eisque deinde convivium inſtruere, ac magno cum riſu celebrare; Sed paulatim, ad hoc aditu ianuaque patefacta progreſſi ſunt longius ac maximis ſeſe furtis impli-*

implicaverunt: quibus evicti magno cum suarum familiarum dedecore in ipso ætatis flore pœnas legibus dederunt. Quod adolescentibus præsertim debet esse exemplo, ne, ex sapientis consilio, minima contemnant, quod ex iis ad maiora aditus fiat.

SPECIMEN DXXXVIII.
MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVII. TIT. II.
DE
ACTIONE FVRTI PROHIBITI.

Actio furti prohibiti, quam Iustinianus ab usu recessisse dicit, poterit adhuc usum habere.

Candidatus, quem in conspectum publicum nunc produco, præside illustri viro, *Gebhardo Christiano Bastinellero*, in aula regis nostri consiliario, & in hac academia iureconsulto & professore, de pari turpitudine disputabit. Quæ ad argumentum hoc pertinere videntur, complexus est scripto admodum eleganti, in quo varias quæstiones utiles pariter ac iucundas excussit. Inter cetera etiam in veritatem dicti illius vulgaris, quo fur & receptator in pari turpitudine esse perhibentur: der Hehler sey so gut als der Stehler; inquisivit. Quæ dum lego, in mentem mihi venit ius vetus, adversus receptatores constitutum, cuius usum aliquando in forum reduci oportebat. Narrat scilicet Iustinianus *in* §. 4. *I. de Obligationibus, quæ ex delicto*, veteres actionem adversus eum, qui furtum quærere testibus præsentibus volentem prohibuerit, actionem dedisse, eamque furti prohibiti

Digitized by Google

appellaſſe, ſed hanc actionem in deſuetudinem abiiſſe. *Quum enim*, Imperator addit, *requiſitio rei furtivæ hodie ſecundum veterem obſervationem non fiat; merito ex conſequentia etiam præfatæ actiones ab uſu communi receſſerunt. Quum manifeſtum ſit, quod omnes, qui ſcientes rem furtivam ſuſceperint & celaverint, furti nec manifeſti obnoxii ſint.* At ego, poſſe adhuc hodie contingere, ut furti prohibiti actione opus ſit, credo. Commemorabo exemplum. Factum erat in villa furtum apud ruſticum. Implorat miſer fidem opemque vicinorum. Confluunt vicini, & requiſitionem per ſingulas domos iudicialiter, ut in vicis fieri ſolet, faciendam decernunt. Exſequutionem communis decreti ſolus moratur prætor, quem ſcultetum vocant, ante omnia mercedem operæ flagitans. Impudenti flagitationi obſiſtunt reliqui, & hominem iam ſatis ærumnoſum ſumtibus porro onerari inhumanum dicunt. Cedit ægre prætor, ſed cedit tamen ac in requiſitionem conſentit. Vadit ergo caterva primum ad ipſius prætoris ædes, excutitque ſedulo omnia. Reperiunt in illis conclave oppeſſulatum, idque recludi deſiderant. Recuſat hoc obſtinate prætor ſine omni cauſſa. Tum unus ex ruſticis: ni aperis, inquit, ſecurem ſumemus, & ianuam confringemus. Ego vero, reſpondet prætor, ei, qui ianuam vel digito attingere auſus fuerit, eadem ſecuri cerebrum diſpergam. Abſterriti his minis ruſtici abeunt, & reliquas in vico domos rimantur. Prætor quadrantem circiter horæ in ædibus ſuis moratus conſectatur veſtigantes & pervicaciam ipſi exprobrantibus: revertatur, inquit, unus ex vobis mecum; huic conclave reſerabo. Fit hoc, reſeratur conclave, nec quidquam furtivum in eo reperitur. Et quum in ceterorum ædibus etiam nihil repertum eſſet, furtum paſſus prætorem in ius vocat. Prætor id ſolum fatetur, ſe conclave

clave reſerare noluiſſe, cetera omnia negat, & iusiurandum purgationis offert. Tum actor tres teſtes adducit, ex quibus duo rem, uti geſtam retuli, narrant, tertius prætorem dixiſſe, ait, ſe mirari, quod ruſticus ſuppellectilem tam vilem & attritam, qualis illa deperdita fuerit, tantopere lamentetur. Mittuntur acta ad me menſe Auguſto anni ↀↃↃ cc xxxi. Hærebam in principio anceps. Prætor, quamvis ſuſpicionibus obrutus, convictus tamen non erat, nec ad iusiurandum ſine præſentiſſimo periurii metu admitti poterat. Torturam decerni, operæ pretium non erat, quum ſuppellex furto ſubtracta duobus tribusve thaleris æſtimaretur. Confugi ergo ad actionem furti prohibiti, & ſecundum eam reum condemnavi: Weil Straßbauer, die Cammer bey der Haus-Suchung zu öfnen, ſich ohne alle Urſache widerrechtlich, und ſogar unter harten Droh-Worten, verweigert, auch Hahnen erſt hernach, da immittelſt die Betten bequemlich weggeſchleppet werden können, hinein geführet, ferner gegen den fol. 11. abgehörten Zeugen nach der Zeit verdächtig geſprochen, folglich ihn bey ſo ſtarckem Argwohne zum Reinigungs-Eyde zu laſſen um ſo viel bedencklicher iſt, als er bereits in dem Verhöre die vor der ganzen Gemeinde vorgegangene Umſtände unverſchämt abgeleugnet, überdies auf ſolche Art einem jeden Diebe leicht fallen würde, die Haus-Suchungen zu eludiren; So wird gedachter Straßbauer Meyen die weggekommene Betten nach dem Werthe, welchen dieſer eydlich anzuzeigen hat, auch alle verurſachte Unkoſten und Zeugen-Gebühren, davon die angegebene ohne Abzug paſſiren, zu bezahlen angehalten, anbey wegen ſeiner ungebührlichen Widerſetzung 2 Tage mit Gefängniß, oder 6 Tage mit Arbeit, oder um 1 Alt Schock beſtraft. Damnatus de atrocitate ſententiæ quæritur, offert denuo iusiurandum, &, acta ad collegium ICtorum mitti, ex legis beneficio petit. Mittuntur ergo ad Vitembergenſe, in quo diu conſultatum,

annon iusiurandum purgationis decerni oporteret. Sed confirmata est tandem prior sententia mense Octobri anni CIↃ IↃ CC XXXI. Dieweil Straßbauer den ihn hauptsächlich gravirenden Umstand, die Erösnung der Cammer ohne Ursach verweigert zu haben, eingestehet, und mit nichts zu entschuldigen vermag, hiernächst die den Zeugen vorgeworfene Verwandt- und Schwägerschaft etwas weitläuftig, die Feindschaft aber nicht beygebracht ist, so bleibet es aus den in dem fol. 13. befindlichen Decisо angeführten Ursachen bey solchem billig, und ist Straßbauer die fernerweit verursachte Unkosten zu bezahlen schuldig. V. R. W. Iustinianus videlicet actionem furti prohibiti ideo ab usu recessisse ait, quod requisitio rei furtivæ hodie non secundum veterem observationem privatim, verum magistratus auctoritate fiat. Sed quid, si quis, uti hic, publicam requisitionem prohibeat, aut eludat? Puniri poterit, ait. Fateor. Sed publica pœna furtum passo nihil prodest. Huic etiam satisfieri, ius & fas est. Accedit, quod leges nostræ reum ex evidentibus etiam coniecturis damnari iubent. *L.* 6. *de Accusationibus*, *L.* 3. §. 2. *de Testibus*. *L.* 19. *C. de rei vindicat. L.* 20. &. 21. *C. de probationibus.* Qua de re copiosius actum est in *Specimine CCLVII. de Probatione artificiali.*

Sed satis de hoc argumento pro instituti ratione. Revertor ad candidatum nostrum, de quo ab initio dicere cœpi. Ei GODOFREDO GVILIELMO GERBERO nomen est, quod iam per se clarum ille virtute & meritis olim magis etiam nobilitabit. Quæ fata eius huc usque fuerint, ipsius verbis nunc narrabo: &c.

Hæc ille. Quæ nunc sequuntur, de meo sunt. Stetit candidatus noster egregie in colloquio, quod cum eo instituimus, certissimamque nobis spem fecit, fore, ut reliqua etiam specimina, quæ aditum illi ad summos honores pandent,

dent, consimili laude sit editurus. Inter ea specimina praecipuum est disputatio publica, quam, quemadmodum supra dixi, illustri *Bastinellero* praeside, habebit. Diem huic solenni statuimus VIII. Kalendas Iunias. Is dies potissimam lucem suam a vestra, rector magnifice, illustrissime comes, perillustres barones, patres academiae amplissimi, hospites venerandi, cives generosi & florentissimi, praesentia mutuabitur. Hanc ergo optamus, speramus, flagitamus. Date nobis hoc beneficium, & decertantem candidatum nostrum frequenter spectate. Erit olim dies, quo ille in maioribus dignitatibus positus gratiam vobis referet. Nunc habebit saltem. Sed & ego, si quid mei caussa benevole erga illum facitis, studio & officiis meis hoc compensabo. P. P. Vitembergae XVII. Kalend. Iun. anni ɔIↃ IↃ CC XXXIV.

SPE-

SPECIMEN DXXXIX.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVII. TIT. VIII.

DE

IVRE GERMANORVM ANTIQVO ET MODERNO CIRCA RAPINAS

PVBLICE DEFENSVM

A

IOANNE GODOFREDO Schwencke,

NVNC IVRIVM DOCTORE

MENSE AVGVSTO MDCCXXXII.

I.

Rapinam Romani veteres inter furta retulerunt, priſci Germania furto diſtinxerunt, ac furtum inhoneſtum, rapinam honeſtam crediderunt.

II.

Hæc Germanorum opinio non demum ſub Henrico IV. ſed iam ante Chriſtum natum cœpit.

III.

Magisque poſt receptam Chriſti religionem invaluit.

IV.

Rapinarum licentia ſub Maximiliano I. non penitus exſtincta eſt, ſed adhuc poſt Caroli V. obitum duravit.

De delicto agere conſtitui, quod an delictum ſit, maiores noſtri vehementer ac ſerio dubitarunt. De rapina loquor, quam iuris Romani conditores in *pr. I. de Vi bonorum raptorum*, *L.* 14. §. 12. *Quod metus cauſſa*, *L.* 2. §. 10.

Digitized by Google

§. 10. *& penult. de Vi bonorum raptorum* pro furti ſpecie, ſed peſſima & improbiſſima, reputarunt, atque propterea peculiari nomine a ceteris furtis diſtinxerunt, contra Germani veteres a furto ita disiunxerunt, ut furtum ſemper inhoneſtum & homine ingenuo indignum, rapinam honeſtiſſimam ac artem legitimam, & iuſtum virorum illuſtrium atque nobilium opificium crediderint. Sunt eius rei locupletiſſimi teſtes quotquot res ab antiquis Germanis geſtas ſcripſerunt. Originem teterrimi moris *Müller* im Reichs-Tags-*Theatro I. Vorſt. cap. VII.* §. 1. cum plerisque ad Henrici IV. tempora refert. At ego longe antiquiorem credo. *Latrocinia*, inquit *Cæſar de Bello Gall. lib. 6. cap. 23. apud Germanos nullam habent infamiam, quæ extra fines cuiusque civitatis fiunt. Atque ea iuventutis exercendæ ac deſidiæ minuendæ cauſſa fieri prædicant. Atque, ubi quis ex principibus in concilio ſe dixit ducem fore, ut, qui ſequi velint, profiteantur; conſurgunt ii, qui & cauſſam & hominem probant, ſuumque auxilium pollicentur: atque ab multitudine collaudantur: qui ex iis ſequuti non ſunt, in deſertorum ac proditorum numero ducuntur: omniumque rerum iis poſtea fides abrogatur. Hoſpites violare, fas non putant: qui quaque de cauſſa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent, ſanctosque habent.* Idem ſimilia de Svevis, gente Germanorum omnium longe maxima & bellicoſiſſima, narrat *lib. 4. cap. 1. 2. 3.* Neque mitigavit hanc feritatem receptus a Germanis Chriſti cultus, ſed, quod mireris, auxit etiam. Apparet hoc luculenter ex capitularibus Imperatorum Carolingicorum, conſtitutionibus Conradi I. Henrici I. Ottonis I. Henrici II. Conradi II. Henrici III. Friderici I. Philippi, Ottonis IV. quæ ſingulatim hic excerpi rationes inſtituti noſtri non patiuntur. Hic enim ſaltem de honeſtate rapinarum & infamia furtorum agere conſtitui, teſtemque inprimis advoco *Wernerum Rolevinckium*, Carthuſianum, *lib. 3. de Antiquorum Saxonum ſitu & moribus cap.* 10.

quo toto capite illam rapinarum licentiam, quantum in re manifeſte improba poteſt, excuſat, ac inter ceteros colores hoc etiam utitur, quod maiores horum nobilium, ſive ut ipſe eos vocat, domicellorum, qui nunc rapinas faciunt, veram religionem in Weſtphalia armis ſtabiliverint, hocque inſigni beneficio proli ſuæ impunitatem latrociniorum meruerint. *Eſt*, inquit, *prædicta infamia rapinarum magis ex neceſſitate, quam voluntate, magis ex palliata iuſtitia, quam debachante ſævitia. Vnde ei aliqualis venia debetur. Etſi non poteſt excuſari ex toto, poteſt tamen ex tanto. Si autem Patres illi cum ſancto Carolo huc non veniſſent, & animam ſuam in manibus ſuis non poſuiſſent, terra utique Weſtphaliæ in infidelitate permanſiſſet. Grates igitur reddamus ſanctis patronis noſtris, & proles ipſorum cum pia ſupportatione tractemus.* Nec reliqua argumenta, quibus Rolevinckius raptores hos purgat, meliora ſunt, verum etiam magis ridicula. Non iniucundum forte credo, aliqua eorum referri, ut, quam maiores noſtri boni fuerint ratiocinatores, vel ex hoc exemplo eluceat. Mirifica illi excuſationis cauſſa videtur, quod, ut ſupra dixi, raptores hi rapinas & furta ſolicite invicem diſtinxerint, & ab his quidem religioſiſſime abſtinuerint. Narrat, nepti ſuæ, ſeu potius avunculi ſui filiæ, nuptias grandes factas, illamque cum apparatu armorum propter prædonum pericula ad locum deſponſationis deductam fuiſſe, ſed in ipſis nuptiis in magna militum, domicellorum & ſervorum copia celebratis ſummam pacem ac plenam ſecuritatem regnaſſe. *Neptem*, ait, *noſtram aliquando cum apparatu armorum propter hanc deprædationum neceſſitatem alio duximus deſponſandam. Erat ſponſus eius mixtim de genere domicellorum atque maiorum. Nuptias grandes fecimus; militarium, maiorum, ruſticorum, non minima copia advocatur. Aliquanti etiam cives cum prædictis domicellis intererant. Verum enim vero, quod æquiſſimum eſt, infero; ſponſæ huius genitor, avunculus meus,*

longe

longe maiores nuptias in loco natali ſuo fecit, ubi ſumma pax colebatur, & multa, ut ſic dicam, clenodia a circumcurſantibus, quemadmodum putabatur, ablata perdidit, tanta tamen fidelitas ſervabatur, ut etiam fortuito amiſſa reſtituerentur, ſoror item mea ex incuria togam ſuam poſt ciſtam cadere permiſit, diu querendo velut furto ablatam, de ea rehabenda deſperavit. Iurantibus autem civibus, quod nequaquam ita credere deberent, ſed ſervi iſti nobilium fideliſſimi in hac parte eſſent, aſſenſum multi propter cultellos barbaricos & habitum, quem geſtabant, adhibere noluerunt, ſed recedentibus nobis, eadem toga, tanquam ſi apud legales & amicos hoſpitata fuiſſet, ad dominam ſuam relata eſt. Hæc breviter dixi, ut e vicino oſtendam, hos pauperes raptores non ita perverſos eſſe, ſicut a quibusdam iudicantur. Sciunt enim, quo in loco & contra quos, & quando & quomodo res talis peragenda ſit. Vnde non ſunt omnia ſemper in malam partem accipienda. Deinde inter excuſationes refert neceſſitatem, conſuetudinem, ſpem emendationis, ac denique vitæ æternæ. Sed audiamus illum: *De raptoribus parum annecto. Vitam ipſorum quaſi quiddam de mirabilibus mundi aſpicio. Sunt namque de generoſa proſapia, proceri ſtatura, viribus fortes, animo induſtrii, benevoli ex natura, cupidi honoris, apud ſuos fideliſſimi, ſolo neceſſitatis articulo violenti. Si ad ſolvendum ſymbolum reditus haberent, nunquam de taberna ob rapinas exirent; multa docet eos mala & impellit infauſta paupertas. Hæc verba proferunt ſemper: illic facile invenies, quæ alibi perduntur. Ibi Deus Dominum non habet. Ibi vertitur credo, & finitur pater noſter &c. Videres in eis non ſine lachrymis, ut puto, formoſos domicellos, pro vili victu & veſtitu quotidie agonizantes, patibulo & rotis ſe offerentes, ut inediam famemque repellant. Ipſis pro ſumma iuſtitia eſt, litteras diffidatorias vicinis quandoque mittere, & deinceps rata eſſe omnia ac ſummo honore digna, quæ patrent. Sanguinem non ſitiunt, dominia, uſuras; tornamenta, pompas ſumtuoſas neque faciunt,*

neque ſuper cor aſcendunt. Tantummodo victum obtinere ſupprema illis eſt ſalus. Si prævaluerint, bene eſt, ſi vero ſuſpendio interire cogantur, non magna cura. Principales autem domini, velut ex honeſtate, gladio reſervantur, aut, ſi tanta impietas eſt, rotis imponuntur. Hæc eſt hæreditas ſervorum huius ſeculi, qui patria voce canunt dicentes: Ruten, roven dat en is gheyn Schande, dat doynt die beſten van dem Lande; Latine ſic: Non eſt ſcandalum, armis vacare & rapinis undecunque ſe & familiam nutrire, rationem ſtulte allegantes, talia ſcilicet facere meliores de patria. Spero etiam, quod pluribus eorum dominus ſpiritum compunctionis & gratiæ dederit, ut errata in melius commutarent, aut religionem intrando, aut nudis per orbem pedibus peregrinando, aut contra infideles pugnando, aut aliis operibus bonis inſiſtendo, celebre exemplum ad poſteros transmitterent. Verum enim vero ut ad rem veniam, puto ipſe, quod, ſicut teſte Livio & Floro cives Romani olim, poſtquam orbem domuerant, & in urbem redierant, pauperesque facti agros dividendo civilia bella ſuſcitabant, ita Franci diviſam inter ſe Weſtphaliam, cum ſinguli ſua portio diminuta videretur, eadem diſcerpſerunt, & vicinus cum vicino comedere tentabat. Sed potentioribus forti præſidio ſe munientibus violentosque a ſe expellentibus, ad loca prædicta transmigrarunt, e quibus usque in præſens eruptiones multas fecerunt, veluti antiquam iniuriam vindicantes. Terra enim Weſtphaliæ tota ad agrarios reſpicit, neque ponderoſa telonia, neque flumina navalia, neque nundinas provinciales habet, aut ſimilia accidentalia, unde quæſtus varios conquirat; ergo deficiente ruſtico ſimiliter tota concidit. Maioribus itaque ſuas curias ex pacto retinentibus, cetera plebecula tantum numerum domicellorum nutrire nequivit: quare non mirum, ſi hereditaria paupertas apud quosdam invaluerit, præſertim apud illos, qui precioſe viventes cuncta, quæ ad manum ſunt, absque ſolicitudine conſumſerunt. Exemplum autem breve illis raptoribus hic offerendum cenſui, ne deſperent de venia. Sancta

quædam

quædam persona, in cœlum rapta, vidit animam quandam multis gaudiis perfusam, de qua intellexerat, quod esset minima inter omnes cœlicolas. Quæsivit igitur, cuius conditionis fuisset. Respondit illa, ego fui anima cuiusdam raptoris domicelli, & nunquam aliquid boni feci in tota vita mea, præter in ultimo exitu a corpore, tunc enim cœpi gemere cum proposito emendandi, si vivere licuisset. Ob hæc gratiam consequutus fui, reclusus tamen in purgatorio acerbissimo per centum annos. Peccavi autem magis ex consuetudine, sicut ab infantia edoctus fui, quam ex malitia. Rolevinckii dicta egregie confirmat *Henricus Bebelius*, qui in fine sæculi XV. & principio XVI. scripsit, *in Facetiis fol.* 103. & 104. ubi hæc habet: *Nunc gratia Dei præsertim nostra Suevia purgata est latronibus & prædonibus. Est tamen provincia Germaniæ, ubi etiam nunc nobiles citra infamiam volunt esse prædones. In ea autem provincia lis est inter duos natalibus insignes: quorum unus alterum furem criminabatur, quod ei non indicto bello gregem armentorum abegisset: alter iniuriam revocavit in animum, seque nihil alienum a probis moribus maiorum fecisse testatus. Res devenit ad arbitrum, principem quendam Marchionem Brandenburgensem. Ibi uterque sua cognatione frequenti, amicitia, atque clientela præsto fuit. Surrexitque prior furti criminatus, atque apud arbitrum summa instantia pro restitutione famæ laborat, atque alterum ad revocationem deposcit, quod nihil fecerit, nisi quod licitum fuerit semper in patria sua a maioribus usque in hunc diem habitum, quod nulli unquam in eadem causa irrogata fuerit infamia, atque in testes citat omnes, qui adfuerant frequentissimi, ita esse acceptum a patribus suis, ut nunquam infame aut criminosum habitum sit, dum aliquis adiuverit socium vel amicum, dummodo legitime bellum indixerit contra quemcunque, quod expressius ipsi dicunt, dum aliquis socio contra inimicum militanti servierit. Alter autem ita factum suum tuebatur, quod istum furem accusaverit non se iniuria fecisse, quod*

is fur iure habeatur, qui alteri invito & nescienti & quod improbus habeatur apud legum peritos, per vim res suas auferat, nullo bello indicto, aut ut ipsi dicunt, fama sua non conservata vel custodita per indictionem belli. Tandem post longas contentiones tale ego audivi fuisse principis arbitrium seu sententiam: Neutrum se infamem velle declarare, atque utrumque bene dixisse. Primo enim more & instituto veterum & maiorum licuisse facere, quod fecerit, nec sibi ipsi licere infringere penitus, quod maioribus placuisset. Nec secundum male dixisse, quod in taliter repertum possit iure optimo & quidem Cæsareo ultimo supplicio animadverti. Alius nobilis, quum videret legationem Venetorum ad Maximilianum tam splendide & magnifice quoddam oppidum præterire, dixit: O quam turpiter refrixit nunc omnis maiorum nostrorum virtus & fortitudo in nobilibus nostris; quod hi Veneti tot rebus pretiosis & equis phalerati per patriam nostram tuto ambulare debeant, an meis temporibus tam secure incessissent? Idem propterea, quod filii sui cessarent a bellis & prædationibus, dixit, esse homines nauci nulliusque bonæ frugis. Ego enim, inquit, priusquam in iuventute mea omnino ab istis rebus abstinuissem, indixissem vel alicui abbati bellum. Serio & per aliquot sæcula Cæsares cum imperii ordinibus in reprimenda hac grassatorum licentia laborarunt, sed diu frustra. Gloria confectæ huius rei adscribitur communiter Maximiliano I. Nec negari potest, aliquid ei deberi. Pax publica, der Land-Frieden, quam ille condidit, melior est & perfectior iis, quas anteceſſores eius Rudolphus I. Adolphus, Carolus IV. Fridericus III. de eadem pace promulgaverant, constitutionibus, in quibus omnibus multa adhuc antiquæ improbitatis vestigia reperiuntur, ut *Müllerus* im Reichs-Tags-*Theatro I.* Vorst. *cap.* 7. *rubr.* pacem publicam sub Friderico, Maximiliani patre, in comitiis anni 1442. confectam merito, einen noch ziemlich kriegerischen Land-Frieden, appellet. Attamen per Maximiliani I. legem

res

res penitus confecta non fuit. Adhuc ſub Carolo V. graſſatores iſti publici ad antiquam impunitatem ſubinde provocarunt. Scripſit unus ex illis, Götz von Berlichingen mit der eiſern Hand, vitam ſuam, quæ anno 1731. publice edita eſt, notis quibusdam adſperſa. Ipſe Gœtzii de vita ſua commentariolus, etſi rudi ac militari ſtylo ſcriptus, genium & mores iſtorum latronum publicorum mirifice pandit. Non diſſimulat Gœtzius, ſe ab ineunte ætate ad ſenectutem usque prædas egiſſe, ſibique a Caſimiro, Marchione Brandenburgico, obiectum fuiſſe, er leg immer auf der Bahn, quod notarum auctor p. 49. n. 106. non recte explicat, auf der Bären-Haut. Ac tamen nihil hac in parte a ſe peccatum credit, & in vincula coniectus *pag.* 149. *ſq.* acerbiſſime conqueritur, er wär in einer ehrlichen Vhedt betreten, und hätt ſich, wie einen frommen von Adel und Ritter-Mann wol anſtund, gehalten. Voce ſpoliare, rauben, quando de ſe & ſatellitibus ſuis loquitur, nunquam utitur, ſed eius loco vocem, niederwerfen, ponit, e. g. *pag.* 113. Euſtachius von Thüngen, ſein Vetter, habe den Biſchof von Bamberg 2 Franckfurther Schiffe ufm Mayn niedergeworfen, item *pag.* 119. er ſey ſo fromm geweſen, daß er von 95 niedergeworfenen Männern nur 30 heraus genommen. Quin imo adhuc poſt Caroli V. obitum veſtigia latrociniorum horum in turbis Grumbachianis, de quibus plura habet *Hortlederus* von den Urſachen des teutſchen Krieges, *lib.* 6. *c.* 26. & 28. quasque Auguſtus Elector Saxo prudentiſſime ſedavit, reperio.

V.

Pœna publica iure Romano in raptores ſtatuta incertiſſima eſt, ac infinitis cavillationibus obnoxia.

VI.

Nec ius Carolinum quidquam certi ſtatuit, ſed ad ius Romanum provocat.

VII.

VII.

Cauſſam huius fluctuationis in priſca Germanorum de rapinarum honeſtate opinione quæri oportet.

VIII.

Extra Saxoniam raptores, niſi circumſtantiæ omnes, quas lex 28. §. 10. *de Pœnis deſiderat, conveniant, morte puniri non poſſunt.*

Iure nec Romano nec Carolino certam in raptores pœnam conſtitutam eſſe, ex inſpectione *legis* 28. §. 10. *de Pœnis* & qui ſe ſimpliciter ad hanc refert, *artic.* 126. *Conſtit Carolinæ* confeſtim apparet. Lex modo memorata graſſatores, qui prædæ cauſſa id faciunt, ſi cum ferro adgredi & ſpoliare inſtituerunt, capite, utique ſi ſæpius atque in itineribus hoc admiſerunt, puniri, ſimplices autem raptores in metallum dari vel in inſulas relegari iubet. Nullus erit profecto raptor tam improbus, tam manifeſtus, qui in aliquo ex iſtis, quæ lex hæc effodit, latibulis refugium & receptum non inveniat. Modo ſe ferrum non adhibuiſſe, modo ſe non prædæ cauſſa, ſed animo commodandi, permutandi, ſuum repetendi, vim feciſſe, modo ſe rixam ſaltem, non graſſaturum, quas *lex* 16. §. 6. *de Pœnis* ſolicite invicem diſtinguit, exercuiſſe, modo, ſe ſemel aut bis, non ſæpius, peccaſſe, modo, ſe itinera publica non obſediſſe, modo, ſe ſimplicem raptorem eſſe, dicet. Vbi ergo ſecundum hanc legem iudicari oportet, quod in Germania omni præter Saxoniam faciendum eſt, raptores crucem meritiſſimam fere ſemper effugient. Qua de re conqueſtus iam eſt *Præſes in Diſſert. de Iniuſta in fures indulgentia, addit.* 16. Potuiſſet debuiſſetque hanc incertitudinem tollere *Carolus V.* nec ſuſtulit tamen, ſed auxit magis in ſupra memorato *articulo* 126. Cauſſam huius fluctuationis requi-

Digitized by Google

requirenti non alia ſuccurrit, quam inexpugnabilis illa priſcorum Germanorum de honeſtate rapinarum perſuaſio, de qua in principio dixi. Quam illa Germaniæ ordinibus cordi eſſet, paucos ante annos ſub Friderico III. in comitiis Norimbergenſibus anno 1467. luculenter oſtenderant. Deliberabatur nempe in his comitiis de confirmatione pacis publicæ, des Land Friedens, ſuperiore anno in aliis comitiis Norimbergenſibus confectæ, in cuius articulo quarto propoſita in raptores fuerat pœna criminis læſæ maieſtatis & banni imperialis; So ſolle geordnet, und geſetzt werden, welcher den andern darüber ohn Recht fürnehmen würde, der ſoll gefallen ſeyn in die Poen, zu Latein genannt *Crimen læſæ Maieſtatis*, und in Kayſerliche Acht und Aberacht. In conſultatione hac pœna iſta maximæ ordinum parti atrocior viſa eſt. Et civitates quidem Imperii, quarum tamen maxime intererat, pacem ſtabiliri, mitigationem enixe ſuadebant; wo aber die Poene *Crimen læſæ Maieſtatis* mit ziemlichen Mitteln etwas geringert werden möcht, lieſſen ſie ihn auch gefallen. Principes vero Electores, immunitates ſuas, conſuetudines & iura ſibi reſervari, flagitabant; des Friedes halben, wiewol ſie ihr Gutbedünckẽ vormals geöfnet hätten, wer doch ihr Meynung, den bis auf den benannten fürgenommenen künftigen Tag ruhen zu laſſen, wo aber das der K. M. Anwald nicht gemeynt, ſunder den Fried auszuſchreiben Wille ſeyn wolt, daß denn der ſolcher Maaß begreiffen, daß er wieder ihr Freyheit, Gewohnheit, Herkommen und Recht nicht, ſondern dem gemäß wäre. Pluribus hæc narrat *Datt de Pace imperii publica lib. I. cap. 28. n. 37. ſqq.* Et quamvis pœnam illam confirmarit deinde Fridericus, perſuaſionem tamen, animis Germanorum tenaciter inhærentem penitus evellere non potuit. Ipſe filius Friderici,

Maximilianus I. quamvis civium querelis fatigatus, confusas huc usque de pace leges ordinarit perfeceritque, ex animi tamen sui sententia hoc feciſſe vix videtur. Colligo hoc ex frigidiſſima reſponſione, quam aliquando mercatoribus Norimbergenſibus a nobilibus aliquot in itinere publico ſpoliatis ipſiusque opem implorantibus dedit, quam verbis Götzen von Berlichingen in ſeiner Lebens-Beſchreibung *p.* 130. *ſqq.* referam: So war Kayſerl. Majeſtät Maximilian deſſelbigen mahls zu Augſpurg, und wolten die Kauf-Leut nit anderſt wehnen, dann ich hätt den rechten Wagen angegriffen, da ſie ihr beſtes Gut auf hatten, und lieffen zum Kayſer gen Augſpurg, und fielen Ihrer Käyſerlichen Majeſtät zu Fuß, und verklagten mich auf das höchſte, wie daß ſie nehmlich verdorben Leute wären, und einen unüberwindlichen Schaden, den ſie und ihr Kind und Nachkommen nit überwinden kunten, empfangen hätten; Darauf ihnen der fromme Kayſer Maximilian geantwortet, und geſagt: Heiliger GOTT, Heiliger GOTT! was iſt das! Wie gehets zu! wenn ein Kaufmann einen Pfeffer-Sack verleurt, ſo ſoll man das ganze Reich uſmahnen, und ſo viel zu ſchicken haben, und wann Händel vorhanden ſeyn, daß Käyſerliche Majeſtät und dem gantzen Reich viel daran gelegen iſt, das Königreich, Fürſtenthum, Hertzogthum und anders antrifft, ſo kan euch niemand nacher bringen; welche Rede ich ungefährlich über 3 oder 4 Tage darnach bey eines Fürſten-Gewaltigen erfahren, den ſie durch die Poſt von Augſpurg aus zu wiſſen gethan, oder vielleicht zugeſchrieben worden, und gefiel mir ſolches von der Käyſerlichen Majeſtät ſo wohl, daß es mir im Hertzen eine Freud war. Ac perduravit iſta perſuaſio ad Caroli V. tempora, quemadmodum ex iis, quæ in prima obſervatione dixi, conſtat. Quapropter nemini mirum videri debet, quod com-

compilatores legum pœnalium a Carolo conſtituti circa raptorum pœnas fluctuarint. Equidem, qui fuerint iſti compilatores, inveſtigari nunc non poteſt, poſtquam, id fruſtra ſe feciſſe, *Thomaſius de occaſione, conceptione ac intentione conſtitutionis criminalis* §. 35. aperte, & *Kreſſius in præfat. Comment. ſuæ in Conſtit. crimin.* tacite fatentur. Non dubito tamen, quin nobiles viri inter compilatores fuerint. Atque hi forſan, veterem rapinarum impunitatem ac equeſtris ordinis licentiam recordati, contradixerunt ceteris, atrociorem pœnam in raptores decernentibus. Et quum convenire invicem non poſſent auctores, rem in ſuſpenſo relinquere & ad ius commune, cuius obſcuritatem ignorare non poterant, provocare maluerunt. Interim in iis locis, in quibus ius commune viget, raptores, niſi omnia illa, quæ *lex* 28. §. 10. *de Pœnis* deſiderat, concurrant, ultimo ſupplicio puniri nequeunt, ob clara *Conſtitutionis Carolinæ in artic.* 104. verba: Sonderlich iſt zu mercken, in was Sachen oder derſelben gleichen unſer Kayſerlich Recht keinerley peinlich Straf am Leben, Ehren, Leib oder Glieder ſetzen, oder verhängen, daß Richter und Urtheiler dawider auch niemand zum Tode oder ſonſt peinlich ſtrafen. Exemplum mitioris ſententiæ reperies in *Specim. DXXXV. de Iniuſta in fures indulgentia, medit.* 16.

IX.

In Saxonia lex vetus eſt, quæ raptores ſine reſtrictione ultimo ſupplicio punit.

X.

Cauſſa, ob quam Saxones hac in parte reliquis Germanis rigidiores fuerint, inveſtigatur.

Digitized by Google

XI.

In ordinariam rapinæ pœnam non incidunt, qui rem ſuam vel quam ſuam eſſe veriſimiliter credunt, rapiunt.

A Germanis ceteris, qui incerto iure circa raptorum pœnas utuntur, ſeparandi ſunt *Saxones*, qui in *Speculi ſui art.* 13. *lib.* 2. raptores capite truncari nulla exceptione addita iubent, magnamque hac in parte laudem merentur. Obſervarunt iam *Spenerus in hiſtoria Germaniæ Part. poſter. lib.* 1. *cap.* 7. §. 8. *Piſtorius* in den Hiſtoriſchen Nachrichten von den Fehden, §. 8. & alii, bella privata atque latrocinia, in Suevia, Franconia & ad Rhenum frequentiſſima, in Saxoniæ partibus minore licentia exercitā fuiſſe, quod duces, a quibus Saxonia regebatur, intolerandam ferociẽtium equitum arrogantiam ſaltem aliquantulum reprimerent, ac coërcerent. Habemus ergo in Saxonia legem, ſecundum quam raptores puniri oportet. Nec cavillationibus illam eludi decet. Hoc unicum tamen addo, rapinam intelligi non poſſe, niſi animus lucri faciendi adſit. Ergo, ſi quis rem ſuam eſſe, vel ſibi deberi perſuaſus eam auferat, peccare quidem hunc credo, at in rapinæ pœnam incidere nego. Vide *Specimen DVII. de Pœnis eorum, qui ipſi ſibi ius dicunt, meditat.* 13. Quamvis ergo talis vis in itinere publico facta ſit, mitius tamen agendum eſt cum reo. Memorabo exemplum: Tres equiſones in popina compotarant, chartisque luſerant. Duo ex his, poſtquam nummos ſuos omnes perdidiſſent, taciti abeunt &, conſpiratione facta, iter obſident. Interiecto horulæ ſpatio ille quoque, qui ludendo combibones vicerat, ex popina abit, ac nihil mali ſuſpicans in obſeſſores iſtos incidit, qui truſtra obnitentem in terram deiiciunt, marſupium eius, ut cum *Plauto* loquar, exenterant, nummos ſuos amiſſos inde auferunt, præter hos vero nec obolum eripiunt, ſed omnem, quæ ſpo-

ſpoliati ante luſum fuerat, pecuniam eidem relinquunt. Erant, qui in collegio ICtorum, ubi de pœna horum obſeſſorum menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XIIX. diſceptabatur, ultimum ſupplicium decernendum exiſtimarent, quod læſam viæ publicæ ſecuritatem mitius puniri poſſe negarent. Sed vicit maioris partis ſententia, ut rei ad palum deligati per aliquot horas ſpectaculo eſſent, ac deinde relegarentur. In ſequente anno hæc iterum ſpecies eidem collegio oblata eſt: Oppido cuidam ad Albim amnem poſito ius eſt, ex ſingulis, quæ vino onuſtæ prætervehuntur, navibus amphoram tollendi. De hac vero amphora litigant invicem cives eius oppidi & magiſtratus, illis, ſibi hanc amphoram potandam relinqui debere, contendentibus, magiſtratu eam ſibi adſcribente. Pendente lite navis adpellitur. Mittit ad hanc confeſtim magiſtratus, poſcit amphoram, accipitque & per ſervulos ſuos ad curiam vehi curat. Animadvertit hoc quidam de plebe homo, convocatisque ſodalibus impetum facit in ſervulos, iis poſt levem & incruentam pugnam vinum aufert et in forum delatum ſolemniter epotat. Tum fiſci advocatus hominem corripit, de rapina accuſat, ac ad ultimum ſupplicium abſtrahi flagitat, vim publice, coactis hominibus, in itinere ad curiam apparitoribus magiſtratus a cive illatam atrociſſimam appellans. Iureconſulti actis ad ſe perlatis, poſtquam omnia, & inprimis probabilitatem iuris, quod cives ſe in amphoram habere dicebant, conſideraſſent, mitiorem longe pœnam reo irrogarunt: Daß peinlich Angeklagter 14 Tage lang im Gefängniß mit Waſſer und Brodt zu ſpeiſen, oder um 14 Thaler zu beſtrafen, auch alle durch dieſen Proceß verurſachte Koſten peinlichem Ankläger, nach vorhergehender Liquidation und richterlicher Ermäßigung, zu erſtatten ſchuldig. V. R. W.

XII.

Raptorum ſimplicium pœna exacerbari non poteſt.

XIII.

Tunc tamen exacerbatio locum habet, quando circumſtantiæ factum adgravantes concurrunt.

De crimine rapinæ eiusque pœna *Carpzovius integra Quæſtione criminali* 90. agit, atque inter ceteras dubitationes hanc *n.* 14. proponit: *Illud*, inquit, *in dubium vocari poteſt, quo iure poſt exſecutionem peractam cadavera punitorum rotæ affigantur. Fateor equidem, hoc nullibi diſpoſitum reperiri, nec manifeſta ſanctione Imperiali vel Electorali probari poſſe; introduxit tamen hoc ſupplicii augmentum obſervantia diuturna atque vetuſta, ſententiis Scabinorum infinitis approbata, nec ratione urgente ac probabili deſtituta.* Addit porro *n.* 20. *Hocque in foro Saxonico uſus ac obſervantia adeo confirmavit, ut id nemo amplius in dubium vocare audeat. Quin & Scabini, extra ditiones Saxonicas ſecundum morem & obſervantiam hancce ſæpius pronunciare, nil quicquam dubitavere.* Ego quidem, utrum iudicibus & ICtis pœnam lege determinatam in ſimplicibus raptoribus exaſperare liceat, dubius hæreo, quod iura magiſtratum lege duriorem eſſe diſtricte vetant. Vide *art.* 104. *Conſt. Carolinæ.* Itaque exaſperationem hanc aliter non permitto, quam ſi ad ſimplicem rapinam circumſtantiæ dolum adgravantes concurrunt. Atque tunc raptoris cadaver non rotæ ſaltem adfigi, ſed præterea ſupplicium alio modo exacerbari, e. gr. reum crati impoſitum iumentis per plateas trahi poſſe ſecundum *art.* 193. *Conſtit. crim.* exiſtimo. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XIV. reſponderunt: Daß Inquiſit, Johann Simon Poppe, durch unvernünftige Thiere nach der Gerichtsſtatt zu ſchleifen, allda mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu richten, und

Digitized by Google

und ſein entleibter Körper andern zum Abſcheu auf dem Rade zu flechten ſey. V. R. W. Rat. dec. Nachdem der gefangene Poppe endlich bekannt, daß er freywillig und ungezwungen den Hakkiſchen Diebſtahl, wie nicht weniger den Altenrodiſchen begangen, das Brech-Eiſen ſelbſt mitgebracht, die Cammer-Thüre, ingleichen Käſten und Schränke aufgebrochen, den von Hacken mit dem Brech-Eiſen geſtoſſen und mit Stricken gebunden, bey der Theilung der geraubten Sachen 160 Rthlr. bekommen, und ſolche gröſten Theils durchgebracht, ſo iſt billig, ihn nach Anleitung der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 126. mit dem Schwerdte zu richten, weil aber die dabey vorkommende Umſtände, da Inquiſit nicht allein gewaltſam eingebrochen, ſondern auch an den von Hacken ſelbſt Hand geleget, ihn verletzet und gebunden, dergeſtalt beſchaffen, daß ſelbige wegen ihrer Abſcheulichkeit die Strafe des Rades wol zu verdienen ſcheinen; So haben wir dafür gehalten, daß wenigſtens Inquiſitens entleibter Körper, wie bereits dem vor ihm wegen eben dieſes Raubes gerichteten Witzel geſchehen, auf dem Rade zu flechten ſey. Jedoch da bey Poppen noch dieſe Umſtände, welche ſich bey Witzeln nicht gefunden, hinzukommen, daß derſelbe auch wegen andrer Diebſtähle berüchtiget, wie er dann den zu Altenroda bey Brandinen begangenen ſelbſt geſtehet, hiernächſt von denen zu Timmerode geſtohlenen Geldern, von welchen Witzel nichts bekommen, 160 Rthlr. empfangen, und durchgebracht, überdies die begangene Miſſethaten lange geläugnet, auch ſein Geſtändniß öfters wiederrufen, und dadurch, nicht weniger durch Angebung anderer unſchuldigen Leute, eine groſſe Halsſtarrigkeit und Bosheit ſpühren laſſen; So ſeynd wir die dem Poppen dictirte Strafe, durch Schleifung auf die Richtſtatt, zu erhöhen bewogen worden.

COROL-

COROLLARIA.

1. Rapina, etſi ſub ſpecie commodati & permutationis veletur, vera rapina atque ultimo ſupplicio digna eſt. Vide *Specimen DXXXV. de Iniuſta in fures indulgentia, medit. ult.*
2. *Carpzovius in Quæſt. crim. 90. n. 3.* robbatores ſeu raptores deſcribit, qui in ſtrata publica furantur ſine interfectione. At enim vero quid opus eſt addi *in ſtrata publica?* Raptores ex conſtitutione priſci iuris Saxonici, generaliter loquentis, ſunt etiam hi, qui in alio loco homines, maxime in ædibus eorum propriis, ſpoliant.
3. Quando violentia probata eſt, ſed de quantitate & æſtimatione rerum ablatarum non conſtat, iureiurando eius, qui vim paſſus eſt, ſimpliciter ſtatur, *c. 7. X. de his quæ vi metusve cauſſa.*

SPECIMEN DXL.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS

AD LIB. XLVII. TIT. VIII.

DE

TVRBA.

I.

Leges, quæ turbam, cœtum, tumultum ſimpliciter inhibent, ex recta ratione temperandæ ſunt.

II.

Non peccant, qui pro ſe vel innocente adverſus vim iniuſtam tuendo turbam concitant vel congregantur.

III.

Miſericordiam provocare tuendi cauſſa licet, non vero ulciſcendi cauſſa.

Titu-

Digitized by Google

Titulus VIII. libri XLVII. Pandectarum *de Vi bonorum raptorum & de turba* inſcribitur, atque huius tituli *lex* 4. quid ſit turba, & quousque turbam concitans delinquat, pluribus exponit. In qua lege inprimis memorabilis eſt §. 6. ubi ſic ait Vlpianus: *Si quis adventu ſuo turbam concitavit vel contraxit, vel clamore vel facto aliquo, vel dum criminatur aliquem, vel dum miſericordiam provocat: ſi dolo malo eius damnum datum ſit, etiamſi non habuit conſilium turbæ, tenetur.* Subſtiti ſæpe in lectione *huius* §. atque Vlpianum duritiæ inſimulavi, quod doli mali & turbæ reum facit, qui, dum miſericordiam provocat, turbam concitat, ſeu, ut idem Vlpianus *in fine eius* §. loquitur, ad cuius miſericordiam turba contracta eſt. Nec adhuc Vlpianum plene abſolvo. Etſi enim verba eius commoda interpretatione molliri poſſe infra oſtendam, generalius tamen, quam oportebat, loquutum fuiſſe credo. Nam profecto ſi quis vim patiens, dum magiſtratus auxilium in promtu non eſt, fidem & miſericordiam populi implorat, ac ab eo opem poſcit, ſed, dum hoc facit, turbam concitat, hunc id nec dolo facere nec teneri exiſtimo. Venit mihi in mentem thema, quod *Seneca lib.* 3. *controverſia* 8. proponit: *Lex: Qui cœtum & concurſum fecerit, capitale ſit. Thema. Victa Olyntho, cum filio adoleſcente Olynthius ſenex Athenas venit. Athenienſes omnibus civitatem Olynthiis decreverunt. Invitatus ad cœnam ab adoleſcente luxurioſo cum filio venit. Ibi quum de ſtupro filii mentio eſſet, pater profugit. Filius retentus eſt. Pater flere ante domum cœpit: incenſa eſt domus. Decem adoleſcentes perierunt, & filius Olynthii. Accuſatur pater, quod cœtum concurſumque fecerit.* Inter argumenta, quæ deinde pro defenſione rei proponit, hoc mihi fortiſſimum videtur: *Miſero ſi flere non licet, magis flendum eſt.* Etiam Vlpiano hoc obſtat.

Profecto ſi miſero ac omni ope deſtituto, cui omnia tentare lex naturalis permittit, pro vi & iniuria, quam patitur, depellenda, miſericordiam provocare impune non licet, deflenda eſt eiusmodi legum, quæ adflictis adflictionem addit, aſperitas, &, ut ex animi ſententia loquar, crudelitas. Adeone hominibus interdictum, quod natura etiam bruta animalia docuit, ut in anguſtias redacta, ſi nullum effugium videant, eiulatum, gemitum, fremitum, edant. Ipſa nos humanitas, ne Vlpiano hac in parte adſentiamus, retinet. Quin imo hanc Vlpiani mentem fuiſſe, ut miſeris ultimum perfugium prorſus obſtrueret, nec perſuadere quidem mihi poſſum. Iurium certe noſtrorum conditores aliis in locis in neceſſaria defenſione turbam concitare permittunt. Generaliter Florentinus in *L.* 3. *de Iuſtitia & iure: Iure*, ait, *hoc evenit, ut, quod quisque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur.* In *L.* 5. *C. de Metatis* plebi committitur facultas metatorem expellendi. Deinde *lex* 5. *C. de Iure fiſci* ſancit, licere univerſis, quorum intereſt, obiicere manus his, qui ad capienda bona alicuius venerint. Porro *Carolus V. in articulo* 150. permittit, pro defendendis innocentis corpore, vita, bonis, aggreſſorem occidere, magis ergo permittit innocenti huic, auxilium convocare. Taceo alias leges, quibus omnibus, ut & ipſi naturæ, contradicere videtur Vlpianus. Vt tamen eius exiſtimationem conſervemus, diſtinctio adhibenda eſt, quam *lex.* 45. §. 4. *in fine ad legem Aquiliam* ſuggerit, dicendumque, miſericordiam tuendi duntaxat, non etiam ulciſcendi cauſſa implorari poſſe. Ac ſecundum hanc diſtinctionem etiam alias leges, quæ tumultus & turbas inhibent, atrociſſimasque pœnas in auctores eorum ac ſatellites ſtatuunt, e. g. *L.* 38. §. 2. *de Pœnis*, *L.* 1. §. 1. *Ad L. Iuliam maieſtatis*, *L. ult. C. de ſeditioſis*, *art.* 127. *Conſtitutionis Carolinæ* explicari oportet. Idem faciendum in Saxonia noſtra, ubi

ante

ante paucos annos lex ſapientiſſima wider das Auflaufen und Tumultuiren promulgata eſt. Iniuriam facit legislatori optimo ac humaniſſimo, ſi quis ei hanc mentem adfingit, ut omnes hominum conventus ad ſe, vel innocentem, qui aliter ſervari nequit, contra vim iniuſtam tuendum coactos damnarit. Nihil hac opinione indignius. Aliter longe de benigniſſimo Principe ſentiunt ICti Vitembergenſes. Quare quum milites regii adverſus leges publicas noctu in pagum quendam irruiſſent, iuvenes aliquot ingratiis in militiam lecturi ac vi abducturi, ſed a ruſticis cœtu facto repulſi eiectique eſſent, ruſtici vero deinde de turba ac tumultu accuſarentur, ICti noſtri menſe Septembri anni CIↃ IↃ CCXXX. ruſticos illos abſolverunt, ac hos ſolos, qui modum exceſſerant, levi pœna adfecerunt: Dieweil in den ganzen Acten ſich nicht die geringſte Spur eines gemachten Complots, um ſich den rechtmäßigen nach Vorſchrift der Königlichen Befehle vorzunehmenden Werbungen zu widerſetzen, findet, hingegen die Soldaten daran, daß ſie ohne Vorwiſſen der Obrigkeit des Nachts in die Häuſer gefallen, und die Leute weggenommen, offenbarlich wider die Königlichen Befehle gehandelt, und eine verbothene Gewaltthätigkeit begangen, dawider Schutz und Hülfe bey der Obrigkeit zu ſuchen weder Zeit noch Gelegenheit geweſen, und dann einer ſolchen Gewalt zu widerſtehen, dem Nothleidenden beyzuſpringen, dieſerhalb, wenn man die Gefahr vorher ſiehet, Abrede zu nehmen, Zeichen zu geben, zuſammen zu kommen, und auf allen Fall einen Stock zu ſeinem Schutze in Händen zu haben, ſowohl in den natürlichen als geſchriebenen Rechten, *L.* 5. *C. de Metatis*, *L.* 5. *C. de Iure fiſci*, *L.* 5. *C. de Exſecutoribus*, vergönnet, auch in dem allergnädigſten Königlichen Mandate wider das Auflaufen und Tumultuiren nicht verbothen iſt; So werden Hans Locher, George Kramer, und Jacob Haaſe mit aller Strafe verſchonet, hingegen Hans Schreiber und Hans Adam Locher nur mit derjenigen, welche ihnen bereits Vol. II. fol. 7.

zuerkannt worden, Aegidius Kemnitz und Simon Kerner aber, wegen des unnöthigen Nachlaufens, jeder 2 Tage mit Gefängniß, oder 6 Tage mit Arbeit, oder um 1 alt Schock bestraft, und alle 7 zu Bezahlung der angeschriebenen Gerichts-Gebühren und baaren Verlags angehalten. V. R. W.

SPECIMEN DXLI.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB XLVII. TIT. IX.
DE
INCENDIARIIS.

I.

In Incendiarios iudicem duriorem esse oportet, quam in alios delinquentes.

II.

Suspecti de hoc crimine torqueri possunt, etiam ex aliis, quam quæ in articulo 41. Constitutionis Carolinæ recensentur, coniecturis.

Equidem generaliter ad officium iudicis pertinet, curare, nec delicta maneant impunita. Atque adeo indulgentia vel misericordia magistratuum erga maleficos semper improbanda est. Magis autem improbatur in iis delictis, quæ quietem & securitatem publicam aperte lædunt. In his ego crudelitatem & rigorem nimium magistratuum facilius, quam lenitatem, excuso. Crudelitas enim uni forsan alterive innocenti nocere potest, lenitas omnibus, aut saltem plerisque. Inter delicta vero, quibus securitas publica turbatur, nullum est periculosius crimine incendiariorum. Atque tamen eius investigatio omnium difficillima est. Incendiarii enim facinus suum sem-

Digitized by Google

ſemper fere ſoli ſine ſatellitibus, nemine conſcio, ac plerumque noctu, perpetrant, & ſi modo paulum ſagaciores ſunt, provident, ne quod indicium exſtet. Ita fit, plerique atrociſſimum ſcelus ſuum impune ferant, ac impunitate hac illecti porro incendiis contra inimicos ſuos graſſentur. Quod deinde alii ſimili ſpe inducti imitantur. Vident id & cohorreſcunt boni omnes, ac vix ſervulum contumacem caſtigare, aut homini de fece plebis inſolentius ſe efferenti animoſius reſpondere audent. Vindictam enim metuunt, & paratam ſibi extremam calamitatem, ſi offenſus igne uti velit, norunt. Quæ quum ita ſint, oportebat profecto & in inveſtigando & in puniendo hoc crimine ferreum eſſe, bonum publicum ob oculos habere, ac, quia ex coniecturis damnari nemo poteſt, ſi tamen paulo evidentiores coniecturæ ſint, tormenta decernere. Ais forſan, ſupervacaneum eſſe hoc monitum noſtrum; quum hoc ante nos iam providerit *Carolus V.* atque in *articulo* 41. ipſe indicium, quod quæſtioni locum faciat, deſignarit. Fateor hoc, at ſimul metuo, ne, dum preſſe ſequimur Carolinam legem, incendiarii plerique e manibus noſtris elabantur. Narrabo exemplum. Muliercula, quæ maritum ſuum adulterii cum vicini ancilla inſimulabat, omnia tentarat, ut vel maritum ab illa abſtraheret, vel ancillam ipſam e vicinia amoliretur. Nihil tamen profecerat furore hoc ſuo, niſi quod a marito egregie vapulaſſet. Inter hoc horreum vicini, qui ancillam alebat, incendio conflagrat. Nulla cauſſa, quæ flammam intempeſta nocte in loco, in quo ignis haberi non ſolet, ſuſcitarit, apparet. Igitur muliercula illa ab omnibus auctor incendii deſignatur. Surrexerat illa paulo ante, quam incendium oriretur, de lecto & e domo prodierat, ac deinde reverſa ignem prima conſpexerat. Multa quoque & ante & poſt incendium ſuſpicio-

ſiſſime effutierat. Coniicitur igitur in vincula, ſed interrogata negat facinus. Mittuntur acta ad ICtos menſe Iulio anni CIↃ IↃ CC XVII. Refero ex iis collegium, ac, in tot tamque gravibus coniecturis equuleo ad eruendam veritatem opus eſſe, ipſe concludo. Contradicit maior collegii pars, magnum quidem coniecturarum illarum pondus eſſe, non negans, ſed id ſolum, quod deſignata in ſupra memorato *articulo* 41. coniectura non appareret, opponit. Reluctans ergo, ſed numero victus, iusiurandum decrevi hunc in modum: Würde Inquiſitin in Gegenwart eines Geiſtlichen, und nach vorhergehender deſſen ſcharfen Warnung vor der ſchweren Strafe des Meineydes, ſich eydlich reinigen, und, daß ſie das in der verwittweten Inſpectorin Scheuer entſtandene Feuer nicht angeleget, noch ſonſt verurſachet, ſchwören, ſo wird ſie der gefänglichen Haft erlaſſen, und von der angeſtellten Inquiſition entbunden, gleichwol aber die durch dieſen Proceß verurſachte Unkoſten zu erſtatten angehalten. V. R. W. Rat. dec. Die wider Inquiſitin vorhandene Indicia beſtehen darinnen, daß ſie 1) gegen der Inſpectorin Kinder-Mädgen geſaget, ſie ſolle die Tiedin abſchaffen, oder ſie wolle was thun, daß Inſpectorin die Hände über den Kopf ſchlagen ſolle, daß ſie 2) kurtz vorher, ehe der Brand entſtanden, ſich mit ihrem Manne wegen dieſer Emerenzen Tiedin, als der Inſpectorin Magd, heftig gezancket, und von ihm geſchlagen worden, daß ſie 3) nach dem Brande zur Inſpectorin geſaget, die Scheune ſey um dieſer Tiedin abgebrannt, und könnte ihr das Hauß und der Stall auch noch um derſelben willen abgebrannt werden, daß ſie 4) zu der Tiedin eben dieſes, es ſey um ihrer willen die Scheune abgebrannt, geſprochen, daß ſie 5) in der Nacht, worinnen das Feuer entſtanden, aus dem Hauſe geweſen, und von der Spinſterin, die bey ihr im Bette gelegen, vermiſſet worden, das ſie 6) das Feuer zum erſten geſehen, daß ſie 7) als ihr Mann die Inſpectorin

beſla-

beklaget, geantwortet, es wäre nichts daran gelegen, und daß sie 8) ihrem Manne, mit dem sie sich vorher auf das heftige erzürnet, alsobald, nachdem er ihr den Brand vorgeworfen, gute Worte gegeben, und gesaget, sollte sie nun auf ihre alte Tage verbrannt werden. Welche Indicia zusammen einen grossen Verdacht wider die Inquisitin erwecken, und zu Anlegung der peinlichen Frage hinlänglich zu seyn scheinen. Alldieweil aber diejenige Anzeigungen, welche in dem 41. Artickel der peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung vor genugsam zum heimlichen Brande geachtet werden, allhier nicht befindlich, und niemand die Inquisitin, mit ungewöhnlichen, verdächtigen und gefährlichen Feuerwercken umgehen sehen, hingegen 1. die angegebene Drohung gegen ein Mädgen von 13. Jahren, welche in criminalibus kein Zeugniß ablegen darf, ausgesprochen seyn soll, hiernächst 2. der Zanck mit ihrem Manne ein sehr weit gesuchtes Indicium ist, immassen auch 3. und 4. die gegen die Inspectorin und die Tiedin geführte Reden nach dem Brande, in Ermangelung stärckerer Indiciorum, einen gar schwachen Verdacht machen, ferner 5. die Zeit, da Inquisitin aus dem Hause gewesen seyn soll, um 9 Uhr angegeben wird, das Feuer hingegen um Mitternacht entstanden, wie denn ohnedes die Zeugin, daß sie lange weg gewesen. nicht sagen können, also ihr Vorgeben, daß sie nur das Wasser abgeschlagen, ganz wahrscheinlich ist, dann 6. dieses, daß sie das Feuer zum ersten erblicket, gar wol unversehens geschehen seyn kann, weiter 7. ihres Mannes, mit dem sie in stetigem Hader lebet, Zeugniß sie wenig graviret, überdies nicht viel zur Sache thut, daß sie die Inspectorin nicht beklagen wollen, endlich 8. auch ein Unschuldiger, dem ein hartes Delictum aufgebürdet wird, furchtsam werden, und sich dergestalt, wie Inquisitin, erzeigen kann; So halten wir dafür, es sey Inquisitin durch die angeführte Indicia remota höher nicht, als zum Reinigungs-Eyde, graviret. Sie muß aber

doch,

doch, wenn ſie ſelbigen abſchwöret, die auf die Inquiſition, welche ſie durch ihre verdächtige Reden ſich ſelbſt zugezogen, verwandte Koſten bezahlen. Quam bene alii iudicent. Ego cum *Kreſſio* ſentio, qui *in Commentario ad iſtum art.* 41. *not.* 5. *Totus*, ait, *articulus videtur loqui de incendiariis famoſis*; Von öffentlichen Mordbrennern. *Nam, qui ſemel ex odio, iracundia, vel alio affectu flammam ſubiiciunt alienis ædibus, vix his talibus artificioſis machinis, vel inſtrumentis utuntur, verum per indicia communia v. c. inimicitiam, præſentiam in loco delicti, minas & ſimilia regulariter produntur.* Idem *Cruſius de Indiciis part.* 2. *cap.* 38. *n.* 28. & *Frölich in Comment. ad legem Carolinam part.* 2. *lib.* 1. *tit.* 12. dicunt, ac varias præter eam, quam Carolus deſignavit, coniecturas, quæ tormentis locum faciant, enumerat. Et ipſe profecto *Carolus* nobis adſentit. Sic enim ille *in articulo* 25. So man der Anzeigung, die in viel nachgeſetzten Artickeln, atque adeo etiam in articulo 41. gemeldt, und zu peinlicher Frag genugſam verordnet ſind, nicht gehaben mag, ſo ſoll man Erfahrung haben nach den nachfolgenden und dergleichen argwöhnlichen Umſtänden, ſo man nicht alle beſchreiben kan.

III.

Exemplum incendii per ſcholaſticum ex metu caſtigationis ſuſcitati narratur, & de pœna diſquiritur.

Miram funeſtiſſimi incendii ex futili cauſſa ſuſcitati hiſtoriam verbis *Ekkehardi Iunioris in libro de caſibus monaſterii S. Galli in Alemannia cap.* 6. apud *Goldaſtum in Rerum Aleman-*

Alemannicarum ſcriptoribus tom. I. p. 34. ſq. narrabo: *Monaſterium crematum eſt ita: Erant diſciplinæ loci, ut ſemper, & tunc ſeveræ non modo in clauſtro; ſed & in ſcholis exterius. Erat dies S. Marco ſolemnis, &, ut ſolent ſcholaſticuli diebus feſtis, ut cras vapulent, ſæpe mereri, veniam per precatores vel inducias, ut verius ſcribam, ſecunda feria habuerant. At tertia feria exactoribus, quos circatores vocamus, culpas eorum Magiſtro rememorantibus, omnes exuere iubentur. Mittitur unus vapulandorum in ſuperiora domus pro virgis, ibi repoſitis, deferendis. At ille, ut ſe & ſocios liberaret, titionem de fornacula quadam citiſſime rapiens aridis lignis tecto proximis infixit, & quantum ocii erat conflavit. At exactoribus illum, cur tardaret, inclamantibus domum ardere vociferans reclamavit. Sicque tegulis aridis aquilone quoque flante incendia rapientibus, domus tota flammis colluxit. Reveſtiti dicto citius omnes Magiſtro ſpreto proſiliunt, tecta conſcendunt, tegulas disiectas cum igne aquilo rapuit, & in turris cuiusdam culmine eccleſiæ S. Galli proximæ volantes portavit. Poſt alia ambuſtorum infortunia fratribus nec tecta nec victualia per ſpatia aliqua temporum habentibus fit occaſio temptationibus. Per montes enim & valles proximasque villas quaqua poterant fratres, dum loca manendi quærere non erat inhiberi, tum veræ tum falſæ, ut fit, oriuntur infamiæ.* Ekkehardus tamen, qua pœna tantum facinus ſit coercitum, non addit. Nec facile profecto eſt de hac pœna iudicium. Expromam tamen meam de ea ſententiam. Si ex animo loquendum eſt, ego, qui cum *Quintiliano* præceptores iſtos, qui lubentius verberant, quam docent, peſſime odi, ægre manus a plagoſo illo Orbilio abſtineo. Videtur is ſua in caſtiganda duritie teneras diſcipulorum mentes ad deſperationem adegiſſe. Notum vero eſt ex *L. 6. ad L. Aquiliam*, præceptoris nimiam ſævitiam culpæ adſignari. Soleo itaque hoc ex Ekkehardo exemplum iſtiusmodi Orbiliis narrare, ut, quam crudelitas ſua infelices poſſit exitus habere, intelligant.

Digitized by Google

gant. Sed illum quidem mos ſæculi ſui, quem Ekkehardus magnis laudibus effert, tuetur. Solus ergo incendiarius reſtat. Quem ego, ſi maior XXV. annis fuit, ut in antiquis temporibus ſæpe ſcholaſtici eſſe ſolebant, igne, ſi minor fuit, gladio, denique, ſi impubes, fuſtibus & perpetuo exilio puniri debuiſſe cenſeo. Maiorem enim metus caſtigationis, quippe vanus, excuſare nulla ratione poteſt. In minore miſeratio ætatis iudicem ad mediocrem pœnam producere poteſt. *L. 37. §. 1. de Minoribus.* Quæ lex impuberi magis adhuc prodeſt.

IV.

Auctor incendii in ignem coniici impune non poteſt.

Quod *Damhouderus in Praxi rerum criminalium cap 106. n. 3.* ait: *Diſſimulant iudices & connivent, ut is vicinus, qui ex vicini incendio paſſus ſit gravem rerum ſuarum iacturam, ob iuſtum dolorem, in ipſa animi commotione poſſet alterum vicinum ſuum, unde ortum eſt incendium, impune in ignem coniicere: ſiquidem in eo ipſo animi commoto furore comprehendi poterit;* hoc priſci Saxones iuris quodammodo eſſe crediderunt. Ita enim *Gloſſator* des Sachſen-Spiegels *lib. 2. artic. 51.* wiſſe auch allhie, daß, bey welchem Mann bey nächtlicher Weile ein Feuer auskommt, und es der Wirth zum erſten gewahr würde, und verſchwiege es aber, und ſchrye nicht, er würde gleich davon flüchtig oder nicht, weil er den Schaden verſchwiegen hat, welches dann bey Leib und Gut verboten iſt, ſo ſollt man ihn, alsbald ihn jemand ergreift, in das Feuer werfen, ohne allen Wandel oder Ausrede. Verum noſtri ſæculi diſciplina huiusmodi furori veniam non dabit, ſed hos, qui auctorem incendii in ignem conie-

coniecerint, puniet utique, mitius tamen, ob iuſtum quoddammodo dolorem, cuius ratio etiam in homicidiis habetur. *L. 3. §. 3. de S. C. Silan.*

V.

Qui in incendio auxilium non fert, punitur, ſi civis aut incola ſit, non item ſi extraneus.

Memorabile eſt Nicomedienſe incendium, de quo hæc narrat *Plinius lib. 10. epiſt. 42: Nicomediæ vaſtiſſimum incendium multas privatorum domos & duo publica opera, quamquam via interiacente, Geruſiam & Iſſon, abſumſit. Eſt autem latius ſparſum, primum violentia venti, deinde inertia hominum, quod ſatis conſtat, otioſos & immobiles tanti mali ſpectatores perſtitiſſe: & alioqui nullus uſquam in publico ſipho, nulla hama, nullum denique inſtrumentum ad incendia compeſcenda.* Quæro, num puniri potuerint iſti ſpectatores. Dubium inde naſcitur, quod auxilium ferre officium ſaltem humanitatis atque adeo imperfectum ſit. Verum in cive & incola, ſuppetias civitati incendio laboranti ferre, perfectum officium, ſeu, ut *Beyerus in Specim. Iuris Germ. cap. 14. n. 8.* loquitur, munus civium eſt, cuius intermiſſio pœnam meretur. Extraneus vero, imperfecte ſaltem obligatus, iniuriam talem impune feret.

VI.

Cura magiſtratus circa ignem quatuor complectitur.

Cura circa ignem inprimis ad magiſtratus officium pertinet, & quatuor complectitur, ſollicitudinem nempe de incendiis 1) præcavendis, *L. 3. §. 4. de Officio præfecti vigilum,* 2) arcendis, per ruinam ſcilicet ædium adhuc intactarum, *L. 7. §. 4. Quod vi aut clam,* 3) reſtinguendis, *L. 1. de Officio præfecti vigilum,* 4) puniendis. *L. 4. de Officio præfecti vigilum.* Et apud Romanos quidem peculiaris ma-

Digitized by Google

giſtratus hanc curam gerebat, quem præfectum vigilum vocabant, de quo ſingularem librum ſcripſit Paulus, ex quo nonnulla paſſim in pandectis excerpta ſuperſunt. Ad noſtros mores pertinent *Spekhahnii de Cura & culpa circa ignem*, item *Friedliebii de Igne nocente* commentarioli, in quorum priore utilia quædam interſperſa reperies, in poſteriore nihil omnino, quod lectu dignum ſit.

VII.

Magiſtratus, qui inſtrumenta compeſcendis incendiis idonea tempori non paravit, punitur.

Pars huius, de qua dixi, curæ circa ignem conſiſtit in parandis inſtrumentis ad compeſcenda incendia idoneis. Quam officii ſui partem ſi negligat magiſtratus, puniri poteſt. Puniri ergo potuiſſet magiſtratus ille Nicomedienſis, in cuius civitate nullum uſpiam inſtrumentum ad compeſcenda incendia repertum fuiſſe narrat *Plinius lib. 10. ep. 42.*

VIII.

Inſtrumenta hæc ſunt ſipones, hamæ, harpagones & dolabræ.

Inter inſtrumenta compeſcendis incendiis apta *Plinius lib. 10. ep. 42.* ſipones & hamas refert. Idem Vlpianus in *L. 12. §. 18. de Inſtructo vel inſtrumento* facit & in §. 21. harpagones, Paulus vero in *L. 3. §. 3. de Officio præfecti vigilum* dolabras addit. Ergo ſipones Feuer-Sprützen, hamas Feuer-Eymer, dolabras Aexte und Beule, harpagones Feuer-Haken interpretor. Et de ſiponibus, ſeu ſiphonibus, dolabris & harpagonibus conſentiunt mecum omnes. De hamis ſaltem dubitatur. *Cuiacius lib. 13. obſerv. 30.* hamas uncos ferreos, quibus ædes diſturbatæ ſint, fuiſſe credit, cui *Gothofredus ad L. 3. §. 3. de Officio præfecti vigi-*

gitized by Google

vigilum lit. f. & Salmaſius in notis ad Iuvenalis Satyram XIV. verſu 305. adſentiunt. *Briſſonius* vero *in Selectarum antiquitatum lib. 2. cap. 8.* in tanta obſcuritate nihil certi ſtatuere audet. At ego nec obſcuritatem ullam, nec dubitandi cauſſam animadverto. Scriptores veteres omnes de hama tanquam de vaſe aquario loquuntur. Clariſſimus inter eos eſt *Columella.* Is in commentariis *de Re ruſtica lib. 10.* qui de cultu hortorum inſcribitur, de cucurbita agens,

- - - Sobolem, inquit, *dabit illa capacem*
Naryciæ picis, aut Actæi mellis Hymetti,
Aut habilem lymphis hamulam, Bacchove lagænam.

Abſonum foret, hamulam lymphis habilem de unco interpretari. Deinde *Cato de Re ruſtica cap. 135.* hamas aperte inter vaſa refert. Ait nempe, hamas, urnas olearias, urceos aquarios, urnas vinarias, alia vaſa ahenea Capuæ optime emi. Porro *Vetus Scholiaſtes* ad hos *Iuvenalis in Satyra XIX verſus:*

Diſpoſitis prædives hamis vigilare cohortem
Servorum noctu Licinus iubet;

ſic commentatur: *Per translationem diſciplinæ militaris, Sparteoli Romæ, quorum cohortes in tutelam urbis cum hamis & cum aqua vigilias conſuerunt curare vicibus.* Coniungit ergo hamas & aquam.

IX.

Vt culpoſum incendium fuſtigatione puniri poſſit, tria deſiderantur.

X.

Qui cum læſis tranſigit, etſi eis plene non ſatisfaciat, mitius punitur.

Incendii culpoſi pœna ad fuſtigationem usque extendi poteſt. *L. 3. §. 1. de Officio præfecti vigilum.* Animad-

Digitized by Google

verto autem, ICtos nunquam ad eam devenire, nisi tria ista concurrant, ut 1) incendium excitatum sit per lasciviam aut aliam culpam latam, 2) damnum per id datum grave fuerit, 3) auctor incendii damnum hoc reparare non possit. Quod si unum ex his deficiat, auctor incendii modice saltem, carcere scilicet aut mulcta, castigatur secundum *L. 28. §. 12. de Pœnis.* Sufficit autem ad damni reparationem transactio cum læsis. Recordor exemplum. Adolescens ignes volatiles petulantissime in medio oppidulo iecerat, ac sic iocando oppidulum incenderat. Deflagrarat id totum cum templo. Auctor igitur calamitatis publicæ ad pœnam deposcitur. Nec poterat levior fustigatione exspectari. Nam patrimoniolum rei nec vicesimæ damni dati parti respondebat. At reus per amicos & cognatos cum templi curatoribus & civibus, qui suum perdiderant, agit, imparem se damno plene resarciendo ostendit, singulis tamen pauxillum offert, atque ita rem totam solutis duobus millibus decidit. Quo facto, acta ad ICtos Vitembergenses mittuntur, qui transactione hac potissimum commoti reum ad carcerem vel mulctam damnarunt.

XI.

Pœna ignis in incendiarios statuta non illis solum, qui ædificia, sed & qui alias res, e. g. sylvam, incendunt, infligitur.

XII.

Præscriptio vicennalis etiam incendiariis prodest, nisi delictum continuarint.

XIII.

Pœna ignis eis etiam, qui ipsi non incendunt, sed per alios hoc fieri curant, infligitur.

Pœna ignis, quam *Carolus V. artic. 125.* in incendiarios statuit, delicto huic convenientissima, nihil crudelitatis habet, atque adeo non facile temperanda est. Miror ergo,

Digitized by Google

ergo, quam ſint aliqui ICti in effodiendis latibulis, quæ incendiarios adverſus ignis pœnam tueantur, laborioſi. Vide inter alia *Theodorici Criminalia cap. 7. aph. 8.* Ille parva incendia non curat, contemnit caſas & tuguria. Narrat *n. 11.* ICtos Ienenſes, quorum ipſe præſes ordinarius erat, cuidam incendiario ſimplici, qui ignem fœnili ſuppoſuerat, quo id una cum aliis duobus proximis fœnilibus conflagraret, ignis ſupplicium imponere veritos fuiſſe. Crediderunt illi forſan, incendii crimen non niſi in palatiis digne committi poſſe. Cogitare tamen debebant, Caroli legem generaliter de incendiariis, von boßhaftigen überwundenen Brennern, agere. Cuius obſervantior *Bergerus in Electis Iurisprudentiæ criminalis pag. 119.* *Pœnam ignis,* ait, *obtinere in quibuslibet incendiariis, ſive ſint ſeditioſi & famoſi,* Mord-Brenner, *ſive ſimplices,* Brenner ohne Mord: *neque intereſt, maſculus ſit, an femina; nobilis, an plebeius; neque an incendium factum ſit in urbe, an extra urbem; neque: utrum in ædificiis, iisdemque ſive ad inhabitandum, ſive ad alios uſus, comparatis, ſive propriis, ſive alienis; an in aliis rebus, ut acervo frumentorum, lignis & ſimilibus; nec denique: utrum incendium magnum ſit, an parvum; propter delicti atrocitatem.* Et Scabini Lipſienſes apud *Carpzovium Quæſt. crim. 38. n. 37.* ad ignem damnarunt hominem, qui ſylvas cæduas inflammarat. Quod idem fecerunt ICti Vitembergenſes menſe Novemb. anni CIↃ ƆCC XXXII. Binas quidem incendiarius ille excuſationes adferebat; primum præſcriptionem, quod incendium ante viginti annos factum eſſet, deinde, ignem non a ſe, ſed a puero, cui ipſe id mandarat, ſuppoſitum fuiſſe. Neutrum autem ei profuit. Nam, quamvis exceptio viginti annorum ad omnia crimina, etiam atrociora, niſi quæ nominatim excipiantur, pertineat, *L. 12. C. Ad L. Corneliam de falſis,* atque adeo *in Speci-*

mine

Digitized by Google

mine DXV. de Præſcriptione triminum, med. 11. probarim, factum ſupremæ curiæ Burdegalenſis, quæ apud *Bœrium dec. 16.* mulierculam incendiariam, quæ in duabus ædibus ignem ante XIV. annos poſuerat, a iudice inferiore capitis damnatam, ſed appellantem, correcta ſententia, abſolvit; attamen in eo, qui ICtis Vitembergenſibus offerebatur, caſu incendiarius continuarat poſtea crimen, atque adeo miſericordiam non merebatur. Deinde nec hoc reum iuvabat, quod ipſe manum non admoviſſet, ſed alterius opera uſus eſſet. Nota eſt iuris tam naturalis, quam civilis & canonici, regula: *Qui facit per alium, eſt perinde, ac ſi faciat per ſe ipſum, cap. 72. de Regulis iuris in 6. L. 152. §. 1. L. 169. de Regulis iuris.* Quin imo, ſi rectam rationem ſpectas, magis peccat, qui auctoritate alterum ad peccandum inducit, atque adeo hunc ſimul corrumpit, quam qui ſolus facinus admittit. Itaque ſic iudicatum fuit: Hat Martin Heydemüller in Güte geſtanden, daß er die Merſeburgiſche Heyde vor 20 Jahren an einem Orte, und wiederum vor 6 Jahren an vier Orten angeſtecket, ingleichen im Jahr 1719 durch ſeines Bruders Sohn, Hans Heydemüller, die Coyne anſtecken laſſen, demſelben auch ein Brennglaß, um mehrere Bränd̃e zu erregen, zugeſtellet, und es hat ſich bey diesfalls eingezogener Erkundigung gefunden, daß an ſolchen Orten zu den angegebenen Zeiten wirkliche Feuers-Brünſte geweſen, und ſehr groſſen Schaden verurſachet. Ob nun wol der erſte oder ſogenannte alte Brand durch die Verjährung gehoben zu ſeyn ſcheinet, hiernächſt Inquiſit wegen des neuen Brandes in der Merſeburger Heyde die Unwiſſenheit der auf die Brenner in den Rechten geſetzten harten Strafe vorſchützet, und bey dem Brande in der Coyne ſelbſt keine Hand angeleget, überdies bey allen dieſen Bränden kein Haus oder menſchliche Wohnung angeſtecket, oder durch die Flamme verzehret worden, folglich es das Anſehen gewinnet, ob gehe die auf die boshafte Brenner

ner geſetzte ordentliche Strafe allhier ab. Alldieweil aber Inquiſit das Mordbrennen beſtändig fortgeſetzet, und faſt zu einem Handwercke gemacht, alſo die Verjährung, wenn ſolche auch bey dieſem atrociſſimo delicto ſtatt fände, nicht vor ſich anführen kann, nächſtdem die peinliche Hals-Gerichts-Ordnung die Strafe des Feuers ſchlechterdinges auf die boshaftige überwundene Brenner ſetzet, alſo diesfalls kein Unterſcheid, ob der Brand in- oder auſſer der Stadt, an Gebäuden oder andern Sachen erreget worden, zu machen, auch die Unwiſſenheit der Strafe in einem wider die natürliche Rechte laufenden Verbrechen niemanden zu ſtatten kommt, weiter der Umſtand, daß Inquiſit ſeinen jungen Vetter zum Brennen verführet, und ſelbigen gleichſam zum Inſtrumento gebrauchet, ſeine Sünden und die darauf geſetzte Strafe keinesweges mindert, ſondern vielmehr vergröſſert, dann die Wiederholung eines ſo groben Land-verderblichen Delicti nothwendig andern zum Abſcheu, und, zu Erhaltung gemeiner Sicherheit, mit einer eclatanten den Leuten in die Augen fallenden Strafe beleget werden muß; So wird Martin Heydemüller, daferne er auf ſeinem Anfangs gedachten Bekänntniß vor öffentlich gehegtem peinlichen Hals-Gerichte nochmals freywillig verharret, oder des ſonſt, wie recht, überführet wird, mit dem Feuer vom Leben zum Tode gebracht.

XIV.

Ob minorem incendiarii ætatem pœna ignis mitigatur, atque plerumque gladius ſubſtituitur, nonnunquam vero ultimum ſupplicium plane remittitur.

Minoris, qui incendium conflavit, pœnam temperari poſſe, extra dubium eſt. Tribuunt etiam hanc poteſtatem iudicibus ſine delictorum diſcrimine iura in *L.* 37. §. 1. *de Minoribus*, *L.* 16. §. 3. *de Pœnis*, *L.* 108. *de Regulis iuris*, *art.* 179. *Conſtit. Carolinæ.* Et exſtant apud *Carpzovium Quæſt. crim.* 39. *n.* 13. *ſqq.* decem iſtiusmodi

temperationis exempla, inter quæ tamen nullum infra gladium deſcendit. Et videtur utique tam criminis commiſſi atrocitas, quam exempli ſtatuendi neceſſitas poſcere, ut minor, ſi non comburatur, ſaltem ad ultimum ſupplicium abſtrahatur & gladio feriatur. At vero, quum lex nihil certi præſcribat, nos quoque iudicis officio arctiores cancellos ponere non audemus. Et video, iam tum IC-tos Vitembergenſes apud *Bergerum in P. I. Supplemen. ad Elect. Iurisprud. crim. pag.* 112. animadverſo præter ætatem inſigni rei ſtupore, in gladii locum fuſtigationem & perpetuam relegationem ſubſtituiſſe. Iidem menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XXXII. etiam infra hanc pœnam deſcenderunt. Puer nempe quindecim annorum, ipſe nullo lucro, nec offenſa inductus, ſed a patruo ſuo, homine facinoroſiſſimo, iuſſus ſylvam incenderat, poſtea innocentiſſime vixerat, ac artem honeſtam didicerat, ſed, interiectis duodecim ab incendio annis, in ſuſpicionem patrati facinoris venit, correptusque ac in iudicium ductus fatetur confeſtim omnia, ſed minorem ætatem ſuam, iuſſum ac auctoritatem patrui, diuturnitatem temporis ac factam vitæ emendationem prætexit. Et ſufficere hæ cauſſæ viſæ ſunt, ut ſic iudicaretur: Es wird Hans Heydemüller, welcher ſich von ſeinem Vetter zu Anſteckung der herrſchaftlichen Coyne verführen laſſen, in Anſehung ſeines damaligen geringen Alters, von etwa 15 Jahren, des von ſeines Vaters Brudern dieſerhalb bekommenen Befehls; und der nachgehends freywillig geänderten und verbeſſerten Lebens-Art, nach vorgängiger Züchtigung mit Ruthen im Gefängniſſe, 5 Jahr des Landes verwieſen.

XV.

Qui futurum incendium ſcit, nec indicat, punitur.

XVI.

Qui præteriti incendii auctorem novit, nec indicat, non punitur.

Mul-

Multum intereſt inter conſcientiam facinoris perpetrandi & ſcientiam perpetrati. Illa, ſiquidem conſcius indicando ſcelus avertere potuit, per ſe delictum eſt, quamquam conſcius nihil ipſe fecerit, atque etiam factum diſſuaſerit. Credunt vulgo, hoc ſingulare eſſe in criminibus maieſtatis, falſæ monetæ & parricidii, quod conſcii etiam puniantur per *L.* 5. §. 6. *C. Ad legem Iul. mai. Nov.* 117. *c.* 8. §. 1. *& c.* 9. §. 1. *de Falſis*, *L.* 6. *&* 7. *Ad L. Pomp. de parricid.* At ſi quid forte in his delictis ſingulare eſt, hoc erit, quod conſcii ordinaria pœna adficiantur. Id vero ad omnia delicta pertinet, quod, ſi quis indicando damnum a republica avertere potuit, nec tamen avertit, boni civis officium violet, ac ſaltem arbitrarie puniatur. Vide *L.* 50. *de Regulis iuris.* E contrario ſcientia perpetrati delicti, utcunque atrocis, impunis eſt, quum invitus agere nemo cogatur. *L. un. C. Vt nemo invitus agere.* Confirmabo hæc reſponſo ICtorum Vitembergenſium menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XXXII. exarato: Es wird Hans Ziegler, welcher Hans Heydemüllers Vorſatz, die Coyne anzuſtekken, vorher gewuſt und verſchwiegen, in Anſehung ſeiner Minderjährigkeit zu Zeit des Brandes, 3 Wochen mit Gefängniß, oder um 3 M. Schock beſtrafet. Dahingegen iſt wider die übrige, welche die begangene Miſſethat gewuſt, und nicht eher angegeben, weiter nichts vorzunehmen.

COROLLARIA.

1. Incendiariorum crimen publicumne ſit, an privatum, dubitari poteſt propterea, quod pœna eius & in *libro pandectarum XLVII.* qui totus de privatis delictis agit, & *in XLVIII.* in quo delicta publica recenſentur, ſanciatur. Ego publicum id credo ob *L.* 1. *pr. & L.* 10. *Ad L. Corneliam de ſicariis*, *leges* vero 9. *&* 12. §. 1. *de Incendio* fugitivas & non ſuo loco poſitas, ſed fortuito inſertas eſſe.

2. Quod in *Dec. Elect. Sax. 79.* conſtitutum eſt, ne paterfamilias de incendio, quod familia eius in expediendis ipſius negotiis occupata excitavit, reſpondere cogatur, iuribus priſco Germanico & Romano convenire, pluribus oſtenditur in *Specimine XLVII. de Transactionibus irritis, medit. 9. & Specim. CXIII. de Noxali actione, medit. 1.*

SPECIMEN DXLII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS

AD LIB. XLVII. TIT. X.

DE

PIETATE AC IVSTITIA REMEDIORVM CONTRA INIVRIAS

PVBLICE DEFENSVM

A

FRIDERICO OTTONE MENCKENIO

LIPSIENSI

BONARVM ARTIVM MAGISTRO, ET NVNC IVRIVM DOCTORE

XIV. KALENDIS OCTOBRIBVS ANNI CIↃ IↃ CC XXXIII.

PRAESES

CANDIDATO SVO

SALVTEM.

Arctiſſima, quæ inter Vitembergam noſtram & Lipſiam [illegible]m intercedit, neceſſitudo non uno ſed pluribus vinculis conſtringitur. Communis parens, princeps & altor, idem ſolum, ſimilitudo ſtudiorum, pactum fœdus, ut eosdem hoſtes exulesque habeamus, commercium quaſi quotidianum, id iam diu effecerunt, ut ambæ academiæ non ſorores ſaltem eſſe videantur, ſed unum corpus eademque perſona. Quæ quum ita ſint, tu, Candidate nobiliſſime, etſi in patriæ tuæ ſinu educatus optimisque ſtudiis nutritus, nobis tamen alienus

Digitized by Google

nus non es, ſed alumnus etiam & cives noſter. Ergo, quod reſpublicæ & civitates ſumme amicæ in ſignum concordiæ & coniunctionis ſuæ facere ſolent, ut altera alterius cives honoribus & ornamentis, quæ exquiſitiſſima habet, decoret, id eo lubentius in te facimus, quem, ut dixi, inter noſtros collocamus. Equidem ſubvereri poteramus, ne Lipſa & nobis & tibi ſuccenſeat, quod, quæ ipſa tibi libens tribuiſſet, a nobis ſuſcipis. Verum non iuſta hæc indignatio, ſed invidia foret, quæ in magnos animos non cadit. Et, ne quid diſſimulem, optarem ego, ut ſubiraſceretur tibi patria, teque, quod olim in Zieglero, qui in carminibus ſuis, ſe negligi queritur, fecit, ad nos extruderet. Eſt hæc academiæ Lipſienſis laus præcipua & gloria peculiaris, quod ſumma ingenia non aluerit ſolum & doctrina perpoliverit, ſed & tanquam colonos in alias academias ablegarit. Paucæ ſunt profecto aut nullæ in Germania & Belgio academiæ, quæ non inter lumina & ornamenta ſua alumnum Lipſienſem, vel vivum adhuc, vel defuncti imaginem, oſtentent. Sed nulla magis, quam Vitemberga noſtra, exuviis veſtris collocupletata eſt. Id ipſum, quod ego nunc gero, præſidis ordinarii in collegio iureconſultorum munus, qui olim maxime exornarunt, Lipſienſes fuere, Zieglerus, Bergerus, Wernherus. *Omitto alios nominare, ne adulari videar. Quam vellem ergo, ut & te auferre ac noſtro choro inſerere liceret. Extorquerem profecto te patriæ, & ingratiis eius ad nos adtraherem, ſi quid ponderis preces meæ & commendationes in aula, & ſuffragium in hac academia haberent. Nunquam mihi Candidatus in conſuetis apud ordinem noſtrum colloquiis plenius ſatisfecit. Verſavi te in omnes iuris, tam publici, quam privati, partes, quæſtiones quoque ex elegantiore literatura immiſcui. Et, quum ad omnia mirifice reſponderes, deſtiti tandem cunctis audientibus hoc epilogo:* Nusquam te hoſpitem reperio. *Non eris ergo, quod de adoleſcentibus magnæ ſpei ex illuſtri gente oriundis*

dis augurari ſoleo, ſed es iam Menckenius, *nec opus habes, ut tibi* Ovidianum *illud ingeram:*

Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legendus avus.

Prope eos iam conſequutus es, &, ſi veſtigia paulo urges, æquabis. Ceterum ſcriptum hoc, quod me præſidente tueberis, elogio meo non indiget. Ambo in eo elaboravimus, diſſenſimus etiam in nonnullis capitibus, ac per literas invicem diſputavimus. Suggeſſi ego inprimis iudicata & reſponſa, ſed tamen in quibusdam tibi ceſſi, aut explicationem admiſi. Gratulor ergo hoc ſpecimen, optoque, ut per id etiam laudes tuæ amplificentur. Vale. Vitembergæ XI. Kl. Septemb. anni CIↃ IↃ CC XXXIII.

I.

Actiones & delationes iniuriarum, quæ ex ulciſcendi animo proficiſcuntur, iniuſtæ, atque ab ipſis idolorum cultoribus, qui tolerantia ſua patientiam Chriſtianorum fere ſuperarunt, improbatæ ſunt.

Fuerunt ſemper ac ſunt etiam nunc ICti, qui actiones, item delationes ſeu denunciationes iniuriarum damnant penitus, atque iniuſtas ſine exceptione vocant. Omitto antiquos, ac ex recentioribus *Huberum* nomino, qui *in Prælect. ad π. de Iniuriis* §. I. *Vusquam*, inquit, *iurisprudentia magis a philoſophia, loquor etiam maxime de Chriſtiana, quam in vindicandis iniuriis, diſcrepat. Quæ enim hæc alto animo ſperni iubet, illa ſerio perſequitur, & cuſtodiendæ paci in populo, qui non capit philoſophiam, perſequi debet.* Longius vero progreditur, quem ego *Hubero* multum antepono, ac cum *Zieglero* noſtro æquo, *Bœhmerus*, Hallenſis, in diſſertatione, quam iuvenis olim ſcripſit, deinde vero vir factus paſſim in libris ſuis allegavit probavitque, *de Iniuſtitia actionum iniuriarum, cap. 3. §. ult.* ubi ſic ait: *Puto, actiones iniuriarum indoli Chriſtianismi, legibus*

Digitized by Google

legibus divinis, regulis philoſophiæ, præceptis prudentiæ, rectæ rationi, ipſis philoſophorum ethnicorum ſententiis, praxi primitivæ eccleſiæ, & denique toti ſacræ ſcripturæ adverſari, omniaque argumenta, quæ pro illis excuſandis adduci ſolent, eſſe petita ex pſeudopatientia & funeſta perſuaſione vulgi. Exſequitur hæc deinde ſingulis capitibus eleganter & docte, ut ſemper ſolet. Ego illi eatenus adſentio, ut tolerantiam virtutem eſſe credam, & actiones iniuriarum, quæ huic tolerantiæ adverſantur & ad ultionem tendunt, penitus damnem. Agnoſco etiam veritatem eorum, quæ *Bœhmerus* in capitibus 7. & 8. oſtendit, ſcilicet tolerantiam hanc non ſaltem ex Chriſti præceptis hauriri, nec tantum chriſtianorum inſtitutis convenire, ſed actiones iniuriarum ut plurimum veræ quoque philoſophiæ adverſari, ſapientum ac ethnicorum traditis & exemplis repugnare. Quin imo, ſi dicendum, quod res eſt, philoſophi aliique ethnici cordatiores, ſolo rectæ rationis lumine colluſtrati, tam luculenta patientiæ in iniuriis ſpecimina ediderunt, ut maiora a Chriſtiano exſpectari non poſſint. Parum ſunt illa, quæ *Bœhmerus* memorat, exempla. Pleraque eorum ſuperbiam, non modeſtiam, ſapiunt, aliqua etiam animum vindictæ cupidum ac ægre ſe continentem, & ſaltem in verba ſalſa erumpentem, manifeſte produnt. Huc pertinet, quod Cato apud *Senecam de Conſtantia cap.* 14. quum illi os percuſſum eſſet, nec vindicavit iniuriam, nec remiſit, ſed factum negavit; quod idem Cato apud *Senecam lib.* 3. *de Ira cap.* 38. quum cauſſam agenti in frontem mediam, quantum poterat, attracta pingui ſaliva, inſpuiſſet Lentulus, ille factioſus & impotens, abſterſit faciem, & affirmabo, inquit, omnibus, Lentule, falli eos, qui te negant os habere; quod Antiſthenes, neſcio apud quem auctorem, (nam nec *Valerius Maximus*, a *Bœhmero* allegatus, nec

Dio-

Diogenes Laertius, qui tamen copioſe de Antiſthene agit, & omnia eius memorabila dicta refert, nec *Heſychius*, nec *Suidas*, nec *Stobæus*, quos omnes pervolutavi, id habent,) maledicta ab aliquo paſſus: *Ego*, ait, *non curo, quia auditus lingua debet eſſe robuſtior, quum ſingulis hominibus linguæ ſint ſingulæ, ſed aures binæ, aliquatenus tamen curo, quia eo me ipſo ſuperiorem facio, quum ſuperioris perſonæ uſus, hoc pati, inferioris vero, facere; gauderem proinde, niſi urgente humanitate comparerer infelici;* quod Diogenes apud *Senecam lib. 3. de Ira cap. 38.* quum illi de ira maxime differenti adoleſcens protervus inſpuiſſet: *Non quidem*, inquit, *iraſcor, ſed dubito tamen, an iraſci oporteat.* Exilis his exemplis virtus ineſt. Maiora ac meliora adferri poſſunt. Demonax philoſophus apud *Lucianum in vita Demonactis tom 2. pag. 571.* quum ei athleta quidam lapide caput percuſſiſſet, ut ſanguis effluereret, adſtantibus, qui factum indignati, illum, ut ad proconſulem iret, hortabantur: nequaquam, reſpondit, ad proconſulem, quin multo magis eamus ad medicum. Pericles, Athenienſis, princeps civitatis, apud *Plutarchum in Vita Periclis* ab homine impudentiſſimo convitiis in loco publico per totum diem laceſſitus, ſilentio id pertulit, ac interim negotia ſua peregit, ſub noctem vero tranquillus domum rediit, quumque maledicus ille eum ſequeretur, & per omnem viam probra ingereret, nihil conturbatus, poſtquam ad oſtium ſuum veniſſet, & maximas tenebras animadverteret, uni ex ſervulis, ut inimicum hunc, accepto lumine, domum deduceret, præcepit. Bion Boryſthenites apud *Plutarchum in lib. quomodo quis ſuos in virtute profectus ſentire queat*, amicis ſuis & diſcipulis inculcavit, ut ſe tunc demum veros in virtute profectus feciſſe crederent, ſi eadem animi tranquillitate convitia, qua laudes & blanditias, audirent. Monachus quidam Mahometanus apud *Saadi in Arboreto Perſico*

lib,

lib. 4. cap. 22. cui homo tumulentus caput chely, mit einer Geige, percuſſerat, venit ad hunc altero die, oblatisque numis: fregiſti, inquit, heri caput meum, ac chelyn tuam; ſed caput quidem meum perſanatum eſt, chelys vero tua ſine numis reparari nequit. Quæ dum conſidero, venit mihi in mentem, quod *Wernherus Rolevinckius de antiquorum Saxonum ſitu & moribus lib. 1. cap. ult.* dicit: *Prior ætas paganorum in moralibus virtutibus, quoad aliqua, longe præſtantior fuit quibusdam chriſtianis.* Sed tamen ætas noſtra non prorſus ab hac maiorum virtute degeneravit. Extant etiam hodie egregia hominum, qui iniurias ſibi illatas generoſe contemſerunt, exempla, ex quibus unicum magiſtratibus maxime imitandum proponam, auctore *Gayot de Pitaval dans la Bibliotheque des gens de cour Tom. IV. pag.* 233. Mulier litem ſuam in ſenatu ſummo Gallico perdiderat, ac furore percita Seguierium, Galliarum cancellarium, convitiis atrociſſimis inceſſebat. Immotus vero Seguierius ad maritum mulierculæ converſus: tuane, inquit, hæc uxor eſt? &, annuente illo: quam ego, ait, vicem tuam doleo! *Que ie vous plains!*

II.

Sola ultio iniuriarum damnatur, non etiam vindicta, inter quæ duo multum intereſt.

Occurrendum nunc eſt iis, qui, dum præcedentes obſervationes noſtras legunt, actiones & delationes iniuriarum penitus a nobis damnari, ſibi perſuadent. Errant, qui hoc credunt, & errant magis, qui ipſi eas damnant & e civitate bene conſtituta exterminant. Tantum abeſt, ut cum iis ſentiamus, ut magis homines ad accuſandas & deferendas iniurias obligari credamus, &, qui id negligunt, officium ſuum negligere, ac in ſe & ſuos, & alios, & in ipſam rempublicam peccare exiſtimemus.

Damnamus accuſationes & delationes iniuriarum, ſed eas ſolas, quæ ulciſcendi cauſſa fiunt. Hoc ergo explicari oportet. Explicabitur autem optime verbis *Puſendorffii*, qui in libello *de officio hominis & civis cap.* 6. §. 13. *Damnatur*, inquit, *naturali lege vindicta, quæ nullum alium finem habet propoſitum, quam ægre facere illis, qui nos læſerunt, eorumque dolore noſtrum animum ſatiare.* At, ais, iniuriarum perſequutio ſemper ad vindictam tendit. *L.* 7. §. 1. *de Iniuriis*, *L.* 2. §. 4. *de Collat.* Ita eſt; ſed non ſemper ad ultionem. Differunt nempe inter ſe vindicta & ultio, ut genus & ſpecies. Vltio nihil aliud intendit, quam ut animum dolore eius, a quo offenſi ſumus, paſcat. Hæc impia eſt ſemper, atque etiam a legum civilium conditoribus damnatur in *L.* 45. §. 4. *Ad legem aquiliam.*

Minuti
Semper & infirmi eſt animi exiguique voluptas
Vltio.

Ergo, ſi caſum ſupponas, ut iniuriæ perſequutio nullum alium fructum, quam improbam iſtam animi voluptatem, ſit adlatura, accuſatorem vel delatorem a limine iudicii repelli oportet. Vindicta autem, etſi aliquando ultionem contineat, poteſt tamen etiam ſine ea eſſe, atque ſaltem famam & quietem privatam, atque ſecuritatem publicam perſequi.

III.

Actiones & delationes iniuriarum, ſi ulciſcendi animus deſit, non permittuntur ſaltem, ac cum præcepto Chriſti & apoſtolorum conciliantur, ſed præcipiuntur etiam, atque hi, qui eas negligunt, obiurgantur.

Tranſibimus nunc ad reliquas vindictæ ſpecies, quæ ſcilicet non hoc intendunt, ut iis ægre fiat, qui nobis ægre fecerunt, ſed ut exiſtimatio noſtra ſalva ſit, ut impo-

Digitized by Google

posterum a simili offensa tuti præstemur, ut familiæ & posteris nostris nihil obiici queat, & ut securitas publica impunitate talium flagitiorum non turbetur. Qui, dum iniuriarum agunt, hoc spectant, non solum non peccant, sed peccant etiam, ac in se aliosque crudeles sunt, si non agunt. Obiicietur mihi forsan, istos vindictæ fines ad curam & officium magistratuum pertinere. Debebant utique pertinere. Et utinam magistratus officium suum hic facerent, atque iniurias, quæ passim inferuntur, & magis sollicite inquirerent, & severius punirent. At magistratuum hac in parte negligentia aliquam lacessitis necessitatem, ut famæ suæ, ex communi hominum opinione læsæ, quomodocunque succurrant, & ex retorsione, verberatione, singulari certamine, cæde, assassinio remedium quærant, imponit. Vide *Baylii Dictionaire historique & critique art. Rohan (Renée de) lit. B.* Plerique calumniatores scelus suum impune ferent, si hi, quos calumnia tangit, sileant. Oportet ergo hos queri, accusare, deferre, si famam suam vindicare volunt. Hoc vero ut faciant, securitas & bonum publicum, nec non officii erga se ipsum ratio exigit. Frustra nobis obiicis, existimationem per iniurias vere non lædi. Læditur utique, quum in opinione hominum consistat. Atque hæc læsio, ni reparetur, non his solum, qui dignitate conspicui sunt, sed de infima plebe hominibus funesta esse potest. *Strykius in notis ad Lauterbachium pag.* 666. *Sinistra*, inquit, *opinio tunc præcipue oritur, si speciale quoddam delictum alteri obiectum: Huius enim vindicationem si quis negligat, eiusdem delicti reus præsumitur. Et hoc sensu verum est vulgatum illud: Crudelis est, qui famam negligit. Inde etiam in inquisitionibus contra sagas pro indicio reputari solet, si fœmina sæpius ab aliis publice venefica*, eine Hexe, *appellata fuerit, nec tamen de hoc apud iudicem querelam moverit.* Exemplum aliud mense

Maio anni CIↃ IↃ CC XXXII. mihi ex præfectura Vitembergenſi adlatum eſt. Muliercula, lavando & nendo victum quærere ſolita, ac ſolertiæ laudem adepta, deſtituitur ſubito ab his, qui ope eius hucusque uſi fuerant. Fame confecta cauſſam tantæ calamitatis requirit, reperitque, aliam mulierculam, infenſam ſibi, monuiſſe eos, quorum domos hucusque frequentarat, caverent ſibi a furaciſſimis eius manibus. Obſecro nunc vos, patientiæ chriſtianæ exactores aſperrimi, quid conſilii miſeræ dediſſetis? Duæ ſolum viæ ei patebant; ut vel læſæ exiſtimationis reparationem per magiſtratum impetraret, vel inedia periret. Tertiam non video. Illa ergo priorem elegit, ac per adverſariam publice innocens declarata, famam ac vitæ ſuſtentationem ſibi neceſſariam recuperavit. Quin aliquando ſilentium in convitiis & calumniis religioni ipſi & veritati grave damnum adferre poſſe, exemplo oſtendit *Bayle in Dictionaire art. Bertelier lit. D. & F.* Supereſt, ut Chriſto & apoſtolis, qui vindictam omnem toties vetant, ac remittere iniurias, beneficiis complere inimicos, percutienti alteram etiam maxillam offerre iubent, *Roman. XII*, 19. 20. 21. *Matthæi V*, 39. 40. 1. *Corinth. IV*, 12. *Lucæ VI*, 27. 28. 29. 1. *Pet. III*, 9. reſpondeamus. Plerique ex his, qui id ante nos fecerunt, nodum hunc gordium ſecant magis, quam ſolvunt. Audiamus unum ex multis, *Bayerum* noſtrum, qui in programmate quodam, anno 1709. propoſito, ſic ait: *Nec multum negotii nobis faceſſent ſacrarum literarum oracula, noſtræ ſententiæ obiecta, ubi ab initio obſervandum, vel Servatorem noſtrum Apoſtolis plantandæ eccleſiæ deſtinatis multa eximiam perfectionem indicantia iniunxiſſe, & quædam alias facile toleranda prohibuiſſe; vel verba, prout iacent, non crude accipienda, ſed certis conditionibus & circumſtantiis temperanda, ne, ubi talia promiſcue neceſſaria aut illicita dicimus, vitæ civilis rationem turbemus. Qualia præ-*

cepta

cepta ſi univerſalem vivendi regulam continerent, neque calceos, neque peram, neque panem, aut edulia, vel binas veſtes peregre abeunti ſecum ferre liceret. Marc. VI, verſ. 8. ſqq. Luc. X. verſ. 4. Durior nobis hæc reſponſio videtur, qui Chriſtum & apoſtolos non ὑπερβολικῶς, ſed veriſſime, loqui credimus. Diverſa itaque ratione incedimus, ac Chriſti veſtigiis preſſe inſiſtentes, eos etiam, quos boni publici cura & propriæ ſalutis tuendæ neceſſitas, ad accuſandum & deferendum cogit, diligere tamen & beneficiis ornare obtrectatores ſuos, ac porro in ſe inſultantes æquo animo ferre iubemus. Nec eſt, ut quis, conſiſtere hæc ſimul non poſſe, dicat. Poſſunt utique. Si enim magiſtratus maleficos punire, miles in bello hoſtem reipublicæ interficere, carnifex decretum ultimum ſupplicium exſequi ſine odio & animi acerbitate poſſunt, quidni privati iniurias ſibi illatas, ubi neceſſitas id poſcit, in iudicio perſequi mente ſedata & tranquilla poterunt? Trahi huc debet, quod Ateius Capito in *Taciti Annali III. cap.* 70. Tiberio præcipit: *lentus in ſuo dolore eſſet, reipublicæ iniurias ni largiretur.* Scilicet, ſi quis vel maxime in ſe ipſum & ſuos crudelis eſſe ac famam ſuam negligere velit, tranquillitas tamen reipublicæ eum ſilere non ſinit. Iraſcor ego ſæpe illis, qui a ſervulis ſuis vel aliis compilati, ex intempeſtiva miſericordia impunitos dimittunt, ac impunitate hac, ut porro in alios graſſentur, invitant. Par vero & maior etiam eſt ratio iniuriarum, quam furtorum, quum bonus quilibet malit exiſtimationem ſuam, quam patrimonium, adverſus improbos muniri.

IV.

Indulgentia magiſtratuum in iniuriantes maximorum malorum cauſſa eſt.

Dixi in præcedentibus, negligentiam & indulgentiam magiſtratuum in requirendis & puniendis iniuriis magnorum

gnorum malorum, rixarum, verberationum, vulnerationum, cædium & aſſaſſiniorum cauſſam eſſe. Solus mœror, quem ex famæ ſuæ imminutione concipiunt homines, ita eos ſæpe conficit, ut contabeſcant, & præmatura morte exſtinguantur; cuius rei exemplum ipſe recordor. Et, ſi antiquis auctoribus credimus, fuerunt, quos dolor ex iniuriis adverſus ſe ſcriptis conceptus ad ſuſpendium adegit. De Bupalo & Anthermo, clariſſimis ſculptoribus, hæc narrat *Plinius lib.* 36. *Natural. hiſt. cap.* 5. *Hippomachi notabilis fœditas vultus erat: quamobrem imaginem eius laſcivia locorum ii propoſuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compuliſſe.* Poliagrum, in comœdia quadam iniurioſius tractatum, ſe ipſum ſtrangulaſſe, *Aelianus lib.* 6. *variar. hiſtor. cap.* 8. memorat. Archilochus poëta ſatyra quadam virulentiſſima Lycamben cum tribus filiabus ad ſuſpendium adegit, ſecundum *Anthologiam lib.* 3. *cap.* 25. *Miltonus*, notiſſimus regicidii Anglicani defenſor, *in defenſione* 2. *pro populo Anglicano, pag.* 11. necem Salmaſii, adverſarii ſui, ſibi imputari, ſuosque nimis acriter ſtrictos aculeos Salmaſium repugnando altius ſibi infixiſſe, & recordatione amiſſæ famæ ac exiſtimationis, triennali tandem mœſtitia animi magis ægritudine, quam morbo, confectum obiiſſe, vaniſſime gloriatur. Mala iſta omnia avertunt magiſtratus, ſi ex officio, de exiſtimatione civium ſuorum ſoliciti, iniurias perquirant & ſevere puniant.

V.

Magiſtratus & procuratores fiſci iniurias privatas ex officio, invita quamvis utraque parte, perſequi debent, privatam tamen ſatisfactionem urgere nequeunt.

Equidem dubitatum fuit olim, liceretne magiſtratibus in iniuriis, tanquam delicto privato, officium interponere,

ponere, &, nemine agente, cauſſam tractare ac pœnam infligere. Verum, ſi omnia probe conſidero, nulla genuina dubitandi ratio ſubeſt. Nam, quæ ex natura delictorum privatorum deſumitur, concidit facile. Iure Romano antiquiſſimo non potuiſſe magiſtratus pœnam in delictis privatis decernere, fateor lubens. At hoc mutatum deinde a Romanis ipſis, ut ex *L. ult. de Iniuriis* aperte conſtat. Igitur, ſi ius Romanum ſpectas, ſicut id ad nos pervenit corpore Iuſtinianeo comprehenſum, nullum in eo delictum ſimpliciter privatum eſt, verum omnia privata crimina mixtam naturam habent, atque eatenus, quatenus privatus ſibi ſatisfieri vel aliquid adiudicari flagitat, privata manent, quatenus vero publicam pœnam perſequuntur, ad publica delicta quodammodo referuntur. Non opus itaque habuit *Carpzovius in Quæſt. crim 96 n. 3.* iuri civili conſuetudinem hodiernam opponere. Ea enim conſuetudo hodierna cum iure civili amiciſſime conſpirat. Id ſaltem præcipiendum eſt magiſtratui, aut procuratori fiſci, ne, dum ex officio agit, cauſſæ publicæ fines transgrediatur, atque privatam immiſceat. Poterit ſcilicet, quamvis privatus non queratur, pœna publica, non etiam revocatio aut deprecatio, peti vel decerni. Inſigne exemplum habet *Huberus in Prælect. ad tit. π. de Iniuriis §. 6. Heſſelius Wringerus, ſcriba ſecretarius in Barradeel, calumniatus erat D. Iohannem a Sande, Supremæ curiæ Senatorem, quod in quodam conventu amicorum Quæſtoris Bootſema, ſui affinis, peculatus rei, conatus eſſet teſtem pecunia corrumpere non modica, decem millibus florenorum, quam enormem calumniam nullo modo probare poterat. Sandius ipſe noluit agere, ne quid iraſcendo agnoviſſe videretur; ſed Procurator Generalis Wringerum accuſavit, poſtulavitque inter alia, ut ſolenniter revocare cogeretur: quod ſi unquam, maxime in ea cauſſa fieri debuiſſet, ſed iudicatum eſt, eius pœnæ exactionem ad officium*

officium Procuratoris Generalis non pertinere, ſed a Sandio ipſo petendam fuiſſe. Reus ab officio, quod habebat, remotus eſt, nihil ultra, cum expenſis. Similiter ICti Helmſtadienſes menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XX. reſponderunt: Immaſſen wir auch des Anklägers Suchen, der entwichenen Grundmannin Satisfaction zu geben, vor unſtatthaft halten, indem dergleichen Privat-Sachen ad officium publicum des Raths Anwaldes nicht gehören, ſondern von dem Beleidigten ſelbſt getrieben werden müſſen. Quapropter quum ſæpe contingat, ut duo ſe mutuis iniuriis proſcindant, ac deinde metu pœnæ muſſitent ambo, nullusque eorum iudicis opem imploret, recte tamen iudex ex officio intercedit, atque ambos punit. Idem Iudex, ſi, eum, qui olim actionem iniuriarum inſtituit, nunc tergiverſari, animadvertat, immiſcere ſe ex officio, & iudicium, quantumvis id per aliquot annos quieverit, continuare poteſt, partibus tamen, ut ſibi mutuo ſatisfaciant, quum neutra id flagitat, imponere nequit. Et ſic iudicarunt ICti Helmſtadienſes menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XV. Daß das am 23ſten Decembr. 1710. eröfnete fol. 54. befindliche Urthel, der eingewandten Leuterung und geführten Defenſion ungeachtet, zu beſtätigen, auch die Wolfframmin alle durch ſolche Leuterung verurſachte Unkoſten zu bezahlen ſchuldig ſey. Doch ſtehet einem jeden Theile frey, dem andern die gerichtliche Erklärung zu erlaſſen. V. R. W. Rat. dec. Nachdem durch der Leuterantin und Deducentin Verſchleiffungen die Sache ſo viele Jahre zurück gehalten, und die Einholung eines rechtlichen Erkenntniſſes verhindert worden, ſo iſt die Obrigkeit wol befugt geweſen, da das Intereſſe fiſci wegen der dictirten Strafe darzu kommt, auch ohne Anhalten einer Parthey, die Endigung des Proceſſes zu urgiren, und zu ſolchem Ende die Acten zu verſchicken. Was nun die Sache ſelbſt betrift, ſo beſchweret ſich die Wolfframmin darüber, daß wegen bloſſer Privat-Iniurien die Inquiſition angeſtellet wor-

worden. Alldieweil aber der Obrigkeit Amt iſt, auch in Privat-Delictis und Iniurien, wenn dadurch ein öffentliches Aergerniß gegeben wird, zu procediren, und die Verbrecher zu ſtrafen, dieſemnach allhier, da die Partheyen auf öffentlicher Gaſſe, bey ſtarkem Zulaufe des Volks, mit vielem Geſchrey ein ander crimina vorgeworfen, der Magiſtrat wider ſeine Pflicht gehandet hätte, wenn er ſolches ungeahndet hingehen laſſen, demnach haben wir keine Urſach gefunden, die dictirte Strafe zu lindern, und hat vielmehr die Wolfframmin, welche ohne ſattſames gravamen geleutert, in die Unkoſten verdammet werden müſſen. Doch weil ſie vorgiebt, daß ſie ſich mit ihrer Widerſacherin bereits verſöhnet, ſo haben wir die in dem Urthel enthaltene Erklärung angehänget. Non poſſum hic non commemorare prudentiſſimum divi *Auguſti Guilielmi*, Brunſvicenſium ducis, reſcriptum de 9. Mart. anni 1724. datum: Laſſen Wir Euch zu Eurer Verhaltung hiemit wiſſen, daß, wenn ein Iniuriat den Iniurianten, ratione ſatisfactionis privatæ, nicht belangen will, ſondern nur die ihm zugefügte verbal- oder real-Iniurien der Obrigkeit zur Ahndung und Beſtrafung anmeldet, Ihr denſelben zu keiner ordentlichen Iniurien-Klage, welche, wenn ſie auf eine Privat-Rache abzielet, mit den Regeln des Chriſtenthums ohnedem incompatible iſt, zu verweiſen, ſondern, da in der Landes-Ordnung auf Iniurien eine gewiſſe Strafe geſetzet, den Iniurianten, wenn er confeſſus, oder convictus iſt, ex officio darnach zu richten habet; Sollte auch der Iniuriat mit dem Iniurianten wegen ſeines Privat-Intereſſe ſich vergleichen, ſtehet Euch ebenmäßig frey, dieſelbe nichts deſtoweniger zur Strafe zu ziehen.

VI.

Idem in Saxonia olim obtinuit, ſed hodie quodammodo mutatum fuit.

Sed iſta omnia iuris communis ſunt, atque olim etiam in Saxonia noſtra obtinuerunt. Nam, quod *Bœhmerus de Iniuſtitia actionum iniuriarum* §. 23. 24. in Saxonia iudicibus

poteſtatem in cauſſis iniuriarum ex officio inquirendi ademtam credit, inde eſt, quod legem Saxonicam, quam male etiam allegat, non inſpexit. Reperitur illa in der *Reſolution* und Erledigung der Gebrechen vom Jahre 1612. *tit. Iuſtitien-Sachen, §. 5. in Corpore Auguſteo tom. I. pag.* 174. Perlege modo integrum hunc §. & videbis, iudicibus non adimi poteſtatem ex officio in cauſſis iniuriarum inquirendi, ſed dari magis, atque id ſaltem præcipi, ne ſolemnes iſtas, ſumtuoſas ac ignominioſas inquiſitiones facile decernant, neque eum, qui iniuriarum egit, viam, quam ſemel elegit, relinquere, atque actionem ſuam in delationem mutare ſinant. Quidquid ſit, hodie etiam in Saxonia res extra dubium poſita, atque in notiſſimo illo *mandato*, wider die Selbſt-Rache, §. 22. iudicibus facultas confirmata, cauſſas iniuriarum ex officio cognoſcendi. Duo tamen noviter ac contra ius commune in hoc mandato conſtituta ſunt; primo, ut privati inpoſterum iniuriarum plane non agere, ſed ſaltem iniurias ſibi factas magiſtratui deferre, eique vindictam ſuam permittere debeant; deinde, ut iudex, etiamſi ex officio procedat, ſimul tamen deprecationem, declarationem, vel recantationem petenti delatori adiudicare teneatur.

VII.

Intereſt reipublicæ, ne iniuriæ & alia crimina mollius puniantur.

Porro reipublicæ intereſt, ut hi, qui iniuriis alios adficiunt, non puniantur ſolum, ſed & graviter puniantur. Mites pœnæ homines præfractos a delinquendo haud abſterrent, ſed obſtinatiores reddunt, & aliquando ad delinquendum invitant. Memorabile exemplum *Gellius lib.* 20. *Noctium Atticarum c.* 1. habet: *Quod dixi, videri quædam* (in legibus nempe XII. tabularum) *eſſe impendio molliora, nonne tibi quoque videtur eſſe dilutum, quod ita de iniuria punienda ſcriptum eſt: Si iniuriam alteri faxit, viginti quinque æris pœnæ ſunt.*

Quis

Quis enim erit tam inops, quem ab iniuria facienda viginti quinque asses deterreant? Itaque quum eam legem Quintus quoque Labeo vester in libris, quos ad duodecim tabulas conscripsit, non probaret, inquit, L. Neratius fuit egregie homo improbus, atque immani vecordia, is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suæ palma verberare. Eum servus sequebatur, crumenam plenam assium portitans, &, quemcunque depalmaverat, numerari statim secundum duodecim tabulas quinque & viginti asses iubebat. Exstant etiam in Germania nostra passim antiquæ huiusmodi leges, in vetere auri argentique penuria latæ, quæ hodie ad reprimendam hominum audaciam non sufficiunt. Vidi aliquando missa ex oppido Anhaltino acta, in quibus inquisitio ob percussum in officii expeditione, bey Besichtigung der Feuer-Stätte, fuste consulem decreta fuerat. Deprecabatur hanc reus, negabatque delictum inquisitione dignum esse, ex hac potissimum ratione: weil die Stadt-Statuta, daß, wer einen Bürgermeister in seinem Amte prügelt, 33 Thlr. 8 gl. büssen soll, klar verordneten. Idem fere Saxones, quamdiu apud eos certa mulcta, XXX. nempe solidorum, in iniurias constituta fuit, experti sunt, ut Augustus Elector Saxo eam mulctam in *Constit.* 42. *P.* 4. abrogare necessum habuerit Sed tamen, & postquam pœna iniuriarum arbitraria facta fuit, dum iudices permisso sibi arbitrio molliter nimis uterentur, parum profectum est. Animadverti aliquando ex actis, rusticum, quem a rixa & convitio alii dehortabantur, ac malum cavere iubebant, impudenter respondisse, expertum se iam olim esse, omne id maleficium quinque thaleris lui posse, atque hos quinque thaleros se iam, antequam convitium faceret, a reliquo patrimonio segregasse. Et indignati sunt sæpe olim ICti cordatiores, pugnas repentinas, provocationes, singularia certamina durissimis pœnis coercita, hos vero, qui iniuriis alterum lacessiverant, & ad pugnandum

atque verberandum coëgerant, impunes fere abiiſſe. Medelam tamen iſti malo attulit rex noſter in mandato ſaluberrimo wider die Selbſt-Rache, atque graviores pœnas in irriſores & convitiatores ſancivit. Ceterum quam in aliis quoque delictis vilitas mulctarum contemtum legum excitet, exemplum Demadis comprobat, de quo hæc narrat *Plutarchus in vita Phocionis:* Demades ingentes divitias, ſicuti quæſivit turpiter, ita luxurioſe profudit. In quo quidem non neceſſitas, non ratio, non honeſtas, ſed ſola libido modum ſumtibus ſtatuebat, qui ſibi laudem ex impenſis non modo turpibus, verum etiam patria lege vetitis, quæritabat. Nam quum Athenis eſſet lex, quæ peregrinum vetaret publice in theatro ſaltare, & mille drachmarum pœna indiceretur ludi præfecto, qui ſaltatorem eiusmodi iuduxiſſet, Demades, quum ludos ipſe pararet, tam pœna, quam lege neglecta, centum & eo amplius magno undique ſtudio conquiſitos advenas ſaltatores in theatrum admiſit, millenasque pro ſingulis exſolvit drachmas.

VIII.

Eruditorum vividæ inter ſe diſputationes, & iudicia ſalſiora ac ſcripta aculeata tolerari, nec tanquam iniuriæ vindicari debent; maledicentiâ tamen recte punitur.

Nondum ex hominum animis exceſſit memoria infeliciſſimorum temporum, quibus inter nobiles honeſtasque perſonas ſumme ignominioſum habebatur, de iniuria ſibi facta apud magiſtratum queri. In ipſis adeo academiis, ſi quis ex ſtudioſis iuvenibus a commilitone petulantiſſime laceſſitus & vexatus rectoris opem imploraſſet, digito ab aliis monſtrabatur, & a circulis & compotationibus excludebatur, tanquam turpiſſima macula adſperſus. Sed iſti quidem malo medicinam aliquam attulere ſeveriſſimæ regum principumque nonnullorum adverſus iniurias & ſingularia certamina leges, vulnus tamen nondum plene perſanarunt.

Quin

Quin inter eruditos etiam ſunt, qui, refugium hoc ad iudices & iudicia inhoneſtum viro litterato eſſe, ſibi peſuadent. Certe, quem ego in republica litteraria inter principes viros colloco, *Baylius* aperte litteratis præcipit, ut ſe ad nobilium opinionem conforment, & infamem reputent, qui cauſſam, quam ferro vel ſtylo decidi oporteat, ad tribunalia trahat. Ita enim ille *in Dictionaire hiſtorique & critique art. Tomas lit. D. II. eſt moins honteux à un dialecticien de faire la faute, qu'on apelle* μετάβασις εἰς ἄλλο γένος donner le change, abandonner la queſtion, & ſe ietter à travers champs pour ſe ſaiſir d'une autre difficulté, *qu'il n'eſt honteux à un bel Eſprit, qui s'eſt batu quelque tems avec ſa plume, de la quitter pour ſe ſervir des armes du Magiſtrat. C'eſt viſiblement lâcher le pied, quitter le champ de bataille, ietter ſon bouclier & ſon épée, pour gagner plus promptement un aſyle, pour s'aller cacher avec plus de diligence derriere un autel. Je m'étonne, que Coſtar, qui avoit tant de lumieres, n'ait point prevu, que ſa conduite ſeroit ainſi interpreté, & qu'on la compareroit pour le moins avec celle d'un gentil-homme, qui dans une querelle d'honneur auroit ſon recours au iuge du lieu, & non pas à ſon épée.* Clarius adhuc & ſignificantius idem *Bayle in art. Scioppius lit. P.* poſtquam factum aliquod Scioppii his *Iani Nicii Erythræi in Pinacoth. I. pag.* 241. verbis narraſſet: *Cum de ſingulis, detrahendi gratia, maledice contumelioſeque loqueretur, Caſparem vero Scioppium, qui in litteraria Rep. in primis ordinibus numeratur, imi ſubſellii virum, atque inter litteratos proletarios, ut ita dicam, referendum eſſe aiebat; quem ille Scioppium, quoniam in quodam libello ſua tempora, quaſi litteratis viris non amica, modeſte reprehenderat, cœpit contumeliis omnibus lacerare, atque palam eum infantem, rudem, & omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum aſſerere, minitarique, ſe libro edito eius inſcitiam palam omnibus facturum. At Scioppius miſit illi, qui diceret, ſi ſibi amplius moleſtus eſſet, non*

ſe pugnaturum cum eo eloquentiæ doctrinæque armis, ſed dictis teſtium, ac ſententiis iudicum, in publicas tabulas relatis, quibus Bononiæ malorum facinorum argutus, victus, ac condemnatus fuiſſet; his ſe armis curaturum, ut eius proiecta ad detrahendum bonis viris audacia infringeretur ac retunderetur. His auditis, a ſcribendi contra illum ſententia deſtitit, ſeque tantum intra verba continuit; ſic de eo iudicat: *On peut regarder cela comme une disgrace bien mortifiante pour Scioppius. A proprement parler Zoilus Ardelio triomphade lui; car dès qu'un homme de lettres dans une diſpute d'érudition a recours aux Magiſtrats, aux ſergens, & aux procureurs, c'eſt une marque, qu'il ſe defie de ſa plume, & de ſa ſcience. Il change l'état de la queſtion, il fuit le combat, il n'oſe aller ſur le pré avec ſon antagoniſte.* Ego quidem vanitatem gladiatoriæ iſtius opinionis inter armatos receptæ agnoſco & improbo, eruditos vero, qui in certaminibus litterariis ad magiſtratus recurrunt, gloriæ ſuæ plerumque officere, ipſe credo. Rixæ profecto eruditorum nec inutiles ſunt, nec indecoræ. Egregie *Cicero in Tuſculanarum diſputationum lib.* 2. *cap.* 2. *Tantum*, inquit, *abeſt, ut ſcribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus: in ipſa enim Græcia philoſophia tanto in honore nunquam fuiſſet, niſi doctiſſimorum contentionibus diſſenſionibusque viguiſſet.* Hunc ego Ciceronis de philoſophia locum ad theologiam & iurisprudentiam trahere ſoleo, ac, ſcripta πολεμικά in ſcholis & academiis non recte prohiberi, credo. Immiſcentur quidem illis nonnunquam aculei & dentata verba. Sed nec hoc prorſus indecorum eſt, ſi modus ſervetur. Iam olim ipſe *in diſſert. de Logomachiis in iure* §. 11. in doctis concertationibus modum inter frigidam modeſtiam & furioſam maledicentiam ſervari, mediamque viam teneri iuſſi, ne dum nimis modeſtiæ

Digitized by Google

ſtiæ ſtudes, in ſtuporem incidas. Abſona dixi ſcripta, quæ nullo prorſus adſpergantur ſale, & frigida illa ingenia magnarum rerum incapacia cenſui. Conſentit *Cicero lib.* I. *de Finibus cap.* 8. *Diſſentientium*, inquiens, *inter ſe reprehenſiones non ſunt vituperandæ. Maledicta, contumeliæ, tum iracundiæ, contentiones concertationesque in diſputando pertinaces, indignæ mihi philoſophia videri ſolent.* Quæ quum ita ſint, diſputationes eruditorum etiam falſiores a magiſtratibus tolerari poſſe, exiſtim , ac *Baylio* in eo adſentior, quod diſputator de aculeatis adverſus ſe libellis querelas ad magiſtratum deferre confeſtim non debeat, &, ſi id faciat, in ſupicionem diffidentiæ de ſe ipſo incidat. Nolim tamen, quis autumet, me maledicam doctorum quorundam in litteratis litibus procacitatem probare. Damno hanc, & iudici ultionem ex officio præcipio, quin & parti læſæ querelam in iudicio permitto; dummodo ipſa in ſocietatem criminis non venerit. Nulla forſan fuit fœdior unquam in orbe litterato pugna, quam quæ inter *Pufendorffium* & adverſarios eius ac ſatellites pugnata fuit. Sic enim ille & hi, qui contra ipſum ſcripſerunt, in ſe invicem debacchati ſunt, ut omnem convitiandi, obiurgandi, maledicendi materiam exhauſiſſe videantur. Omnia ſibi ſcelera, quæ excogitari poterant, veneficia, adulteria, latrocinia, inſidias vitæ ſtructas obiecerunt. *Moechos* ſe, *carnatos diabolos*, *ſicarios*, *Aſinos*, *tenebriones*, &c. vocarunt. Nec ingenioſa omnia erant. Ex trivio & gynæceo abiectiſſimas loquendi formulas petierunt; quibus ſuam uxorumque ſuarum famam invicem laceſſerent. Ac ne quid lutulentis his & ſpurcis diſputationibus deeſſet, confugit utraque pars ad tribunalia, & proſcriptiones, interdicta, pœnas in inimicos popoſcerunt obtinueruntque; recte forſan, ſi ea, quæ hoc impetravit, ipſa a maledictis abſtinuiſſet.

IX.

Digitized by

IX.

Retorſiones iniuriarum meliores ſunt & utiliores actionibus iniuriarum, atque etiam iudicialiter fieri poſſunt, ſed in Saxonia noſtra recte abolitæ fuerunt.

Retorſiones iniuriarum rex noſter ſapientiſſime ſuſtulit ac prohibuit *in Mandato* wider die Selbſt-Rache, §. 22. Neque enim iis opus eſt amplius, poſtquam hi, quorum fama per iniurias læditur, ſine omni ſumtu & moleſtia per ſimplicem delationem id conſequuntur, quod olim longa ac ſumtuoſa actione flagitabatur, & ægre tamen obtinebatur. At enim vero in iis locis, in quibus cauſſæ iniuriarum ſecundum veterem iudiciorum formam magnis ambagibus & impenſis tractantur, remedium retorſionis utiliter ac pie adhibetur. Certe retorſionem iniuriarum legitimum aliquod defenſionis genus eſſe, Io. Georgius II. Elector Saxo in *Deciſione* 85. credidit, ac iuſtitiam eius & utilitatem multi, quorum nomina & argumenta operoſe collegit *Struvius de Vindicta privata toto capite* 10. tuendam ſuſceperunt. Inter quorum argumenta tamen non reperio id, quod mihi præcipuum videtur, nempe, ut verbis *Vlpiani in L.* 4. §. 1. *de Alienatione iudicii mutandi cauſſa* utar, verecundam cogitationem eius, qui lites exſecratur, non eſſe vituperandam. Scilicet, qui iniurias eo animo retorquet, ut exiſtimationem ſuam contra convitiatorem ſine lite & moleſtia iudicii tueatur, nec, ſi fileat, apud alios in ſuſpicionem agnitæ contumeliæ veniat, aliquo modo excuſari poteſt, atque ſaltem adverſario ſuo magis parcit, quam, qui iniuriarum agit. Profecto ſi quid etiam ultionis huic remedio ineſt, minus tamen ineſt, quam ordinariæ actioni iniuriarum. Ceterum, qui retorſionis noſtræ iuſti-

Digitized by G

iuſtitiam defendunt, id tamen deſiderare ſolent, ut ea extraiudicialiter fiat. Quod cur deſiderent, non video. Mallem ego, ut retorſio, ubi permiſſa eſt, ſemper iudicialiter fieret, hoc eſt, iudici inſinuaretur, & per hunc porro alteri parti ſignificaretur. Facit, ut ſic ſentiam, Paulus, qui in L. 176. *pr. de Regulis iuris: Non eſt*, inquit, *ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publice poſſit fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi.* Quare recte ICti Vitembergenſes menſe Auguſto anni 1695. Io. Conrado Schaden reſponderunt: Es hat derſelbe darinnen, daß er die Retorſion vermittelſt gerichtlicher Inſinuation eingegeben, nicht verſtoſſen.

X.

Delator iniuriarum liti ſe immiſcere ſumtusque ferre obligatus non eſt, tunc tamen, quando iudici idonea ad inquirendum argumenta non ſuppeditat, ad utrumque cogitur.

Quod ſupra in §. V. dixi, poſſe ac debere iudicem delatas ad ſe iniurias ex officio cognoſcere & punire, eousque verum eſt, ut delator invitus, cauſſæ ſeſe immiſcere & ſumtus ferre, cogi non poſſit. Neque enim video, quamobrem delator in cauſſis iniuriarum deteriore loco eſſe debeat, quam in aliis, in quibus eum ab impenſis liberant DD. apud *Ludovici* in der Einleitung zum peinlichen Proceß, *cap.* I. §. 10. qui tamen *in cap.* 12. §. 20. limitationem addit, niſi delator ſuo periculo & ſumtu inquiri petierit. Quæ limitatio dubium vix habet. At aliam magis neceſſariam addi oportuiſſet, nempe, dummodo delator delationem ſuam ſatis inſtruxerit iudicique idonea ad inquirendum argumenta ſuppeditarit. Quodſi enim id non fecit, magiſtratus illum liti immiſcere & parte quoque ſumtuum onerare poteſt. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Februario anni

CIↃ IↃ CCXVIII. reſponderunt: Iſt bey Sr. Hochgräfl. Gnaden, im Namen der Schneider- und Leineweber-Innungen, eine Iniurien-Klage wider den Inſpectorem übergeben, und darinnen, als ob er ſie öffentlich pro concione Diebe genennet, denunciiret worden. Entſtehet demnach die Frage, ob beyde Innungen ſich bey Proſequirung ihrer Denunciation per Syndicos zu legitimiren ſchuldig ſeynd. Wenn nun gleich vorgeſchützet werden möchte, es ſey durch die geſchehene Denunciation die Sache einmal dem Gräfl. Conſiſtorio übergeben, mithin ſelbiges ſchuldig, ſolche ex officio fortzuſetzen, und könne Denuncianten, den Proceß zu proſequiren, und ſich dabey zu legitimiren, nicht angemuthet werden. Alldieweil aber die Denuncianten bey der vermeyntlichen Denunciation gar nicht ſolche Argumenta und Zeugniſſe an Hand gegeben, daß daraus die Sache ex officio inſtruiret und proſequiret werden könnte, ſich mithin dieſelbe ordentlich fortzuſetzen, und den Grund ihrer ohnedes auf Privat-Satisfaction gerichteten Supplique zu erweiſen nicht entbrechen mögen, demnach die übergebene Denunciation vielmehr vor eine wirkliche Iniurien-Klage zu halten iſt, inmaſſen ſie auch von dem Hochgräfl Conſiſtorio in der That dafür angenommen, und deshalben Herr Denunciate mit dem Gegentheile darüber zu handeln vorgeladen worden; So müſſen beyde Innungen ſich bey Proſequirung ihrer Denunciation per Syndicos legitimiren. Neque aliud in Saxonia obtinet. Quamvis enim in dem *Mandat* wider die Selbſt-Rache §. 23. conſtitutum ſit: der *Denunciant* ſoll mit Verlegung einiger Unkoſten nicht beſchweret werden; hic §. tamen ſeſe ad præcedentem refert, in quo hæc habentur: Eine bloſſe *Denunciation* von Seiten des *Iniuriati*, mit Anführung nöthiger Umſtände, auch Beyfüg- und Anziehung derer zur Sache dienenden Schriften, oder Benennung der Zeugen, ſo mit zugegen geweſen, oder ſonſt davon Wiſſenſchaft haben.

SPE-

SPECIMEN DXLIII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVII. TIT. X.

DE

SATISFACTIONE PRIVATA IN INIVRIIS.

I.

Privatæ ſatisfactionis tres ſunt gradus, revocatio, deprecatio & declaratio, ad quarum priorem perſonæ illuſtres & ſuperiores in iniuriis atrocioribus ægre quidem, ſed tamen aliquando, compelluntur.

Iniuriam paſſi plerumque honoris ſui reparationem exigunt, id quod pietati chriſtianæ & iuſtitiæ etiam convenit. Eius reparationis tres gradus fecerunt ICti, quorum primus recantatio, ſeu revocatio, alter deprecatio, tertius declaratio honoris vocatur. Quem ex iis decerni oporteat, certis regulis comprehendi nequit, ſed ex arbitrio iudicis pendet. Ipſe ego iuvenis adhuc ex illuſtri ICto quæſivi, quid in collegio, cui ille præſidebat, ſpectari ſoleret, ac reſponſum tuli: ſolere collegium, ſi actor dignitate ſuperior, reus inferior ſit, revocationem, ſi ambo pares, deprecationem, ſi reus actorem dignitate antecedat, declarationem honoris decernere. Quæ obſervantia etſi ſæpe locum inveniat, perpetua tamen eſſe nequit, quum circumſtantiæ, quæ quotidie in factis intervenium, iudicem ſubinde ab illa recedere cogant. Profecto reus, qui ſumma dignitate eminet, difficulter ad deprecationem, nedum ad revocationem, adigitur. Satius ergo eſt, ſimplicem eius declarationem accipere, quam irritis

conatibus, nos ei cogendo impares esse, ostendere. Equidem, si *Ludewigio in Auream Bullam tit.* 1. §. 24. *lit. b.* credimus, illustrissimum recantationis exemplum Carolus Ludovicus Elector Palatinus dedit, qui Electori Boico legatoque eius, in cuius os vas atramento plenum in consessu Electorum coniecerat, sic satisfecerit. At enim vero illa, quæ Palatino a collegis præscripta fuit, formula nihil, quod recantationem sapiat, continet, ac vix deprecatio dici potest. Excerpemus eam ex *Theatri Europæi tomo VIII. pag.* 433. Nachdem die Chur-Bayerischen Gesandten, auf genugsame *Legitimation*, sich erklärten, daß die Chur-Bayerische *Reprotestation* keine andere Meynung und Verstand gehabt, als der Chur-Pfälzischen *Protestation* zu begegnen, und Chur-Bayern und Dero Chur-Hauses Recht zu schützen, also bey der *Reprotestation* keinen *animum iniuriandi* gehabt haben; Als vermeynen die übrigen Herrn Chur-Fürsten, und die Chur-Brandenburgische Gesandten, daß Chur-Pfalz, ohne *Præiudiz.* Dero *Reputation*, sich folgendergestalt erklären könne: Daß, nachdem Chur-Pfalz dafür gehalten, daß die Chur-Bayerische *Reprotestation* zu ihrer Verschimpfung gemeynt gewesen sey, nun aber vernähme, daß Chur-Bayern eine solche Meynung nicht gehabt; So seye Ihro leyd, was ihres Theils vorgegangen, und begehrten mit Chur-Bayern in Freund-Vetterlichen Verständniß zu stehen, wann Dieselbe dergleichen thun. Alio exemplo, quam difficulter, quamque ambiguis verbis soleat a principibus viris deprecatio extorqueri, *Grammondus historiarum Galliæ lib.* 8. *in fine pag.* 407. *sq.* ostendit: *Inter Cardinalem Guisium & Ducem Nivernum controversia erat in magno (quod vocant) Consilio. Nivernus defensionis caussa suo libello quiddam de Cardinale Guisio adscripserat, unde offensum se Cardinalis indignatus, obvium forte adversarium in domo Guineti (is iudex & relator erat) primum verbis aggreditur,*

tur, excipientem fortiter pugno cædit coram iudice: Ioinvillius, Cardinalis Guiſii frater, (is tum forte aderat) vagina ferrum exerit, Mareſcotumque, libellorum ſupplicum in regia magiſtrum, Niverni negotia ex regis permiſſu procurantem, enſe ferit, ludibrio magis, quam cædi. Diluendæ iniuriæ parabat Nivernus ſingulari certamine cum Ioinvillio experiri, cum rex, legitimus inter principes arbiter, ſuprema auctoritate intercedens, finem diſſidio facit inter cognatos principes: in Mareſcotum offenſa diluitur, proloquente coram arbitris Ioinvillio, in hæc ipſamet verba: Domine Mareſcote, contemplatione Ducis Niverni doleo, quod te percuſſerim, oro, ut facti obliviſcaris, meque tibi amicum fore credas ex perſona eiusdem Ducis. Principum per ea tempora ſumma erat ratio, affectabantque diſtingui ab omni ordine, prærogativa ſanguinis. Per iniuriam Ioinvillius percuſſerat magiſtratum, & ait, dolere ſe ex perſona Niverni, quod percuſſerit, quaſi adeo infra poſitus, in quem collata offenſa, ut gratis cædi poſſet. Erat hæc labes eius ætatis. Quæ tamen in principibus ac illuſtribus viris occurrit difficultas, minor in aliis, quantumvis læſo ſuperioribus, reperitur. Itaque ICti Vitembergenſes menſe Aprili anni CIↃ IↃ CCIX. Licentiato cuidam, civi tamen, a magiſtratu ſuo calumnioſe laceſſito, contra hunc ad recantationem agere permiſerunt: Hat der Rath wider den Herrn bey Königl. Majeſt. unterſchiedene Schreiben eingegeben, ihn auch darinnen mit ſehr harten Bezüchtigungen und Iniurien angegriffen. Wannenhero er. ob der Rath dieſerhalben dem Herrn durch öffentlichen Wiederruf Satisfaction zu thun könne angehalten werden, berichtet ſeyn will. Alldieweil nun der Rath in den ſub. l. K. L. beygefügten Schreiben den Herrn ſehr harter delictorum, als Verläumdung, Unverſchamheit, Aufwiegelung des Volcks, Lügen, die der Lügen-Teufel nicht ärger ausſinnen könne, bezüchtiget und aber, deſſen Vorgeben nach, nicht ein

Wort davon behaupten kann; So mag der Herr den Rath zu Gottendorff, daferne ſie die in dem beygelegten Schreiben enthaltene Beſchuldigungen nicht erweiſen mögen, auf Wiederruf wol belangen.

II.

In deprecationibus iure communi procurator tam ex parte actoris, quam rei, quin & ſcriptura aliquando, admittitur, ſed in Saxonia rei præſentia deſideratur.

Finita in cauſſis iniuriarum per ſententiam lite, exſequutio ipſa decretæ recantationis, deprecationis vel declarationis, novam litem ſuſcitare ſolet. Controvertitur nempe, an & quousque præſentia tam actoris, quam rei, neceſſaria ſit. Et ex parte actoris quidem facilius procurator admittitur, qui tamen ſpeciali ad recipiendam iſtiusmodi ſatisfactionem mandato inſtructus ſit, oportet. Generale ad totam iſtam cauſſam datum non ſufficit, arg. *L.* 86. *de Solutionibus.* Acrior eſt controverſia de reo. De hoc *Wernherus P.* 1. *Obſerv. forenſ.* 30. *n.* 1. *Regulariter*, inquit, *declaratio non minus ac deprecatio, nec non palinodia, ab illo ipſo, qui iniuriam intulit, in perſona, ut loquuntur, facienda eſt, ut is, qui iniuriam paſſus eſt, de mutato alterius animo, melioreque de ſe opinione, hoc certior reddatur, atque adeo facilius rancorem dimittere, ac animum ſuum tranquillare poſſit.* Ego, ſi quid mihi licet, contra: Regulariter, inquam, reus, niſi vel lex ſingularis, vel ſententia iudicis præſentiam eius deſideret, per procuratorem & revocare, & deprecari, & declarare poteſt. Ipſe me, ut ſic ſentiam, movet *Wernherus*, dum *ſq. n.* 2. fatetur, id, quod de perſonali comparitione dicit, lege expreſſa cautum non eſſe. Et poſtea quidem in Saxonia reſcripto regio ad collegia iuridica

iuridica 17. Novembr. anni 1719. dato deprecationem per mandatarium interdictam fuiſſe, *Krauſius in proceſſu iudiciario lib.* 2. *cap.* 1. §. 22. te tatur. Vbi vero iſtiusmodi lex non adeſt, in regula iuris, quæ in cauſſis privatis, etiam famoſis & maximi momenti, procuratores admittit, *L.* 1. *An per alium cauſſæ appellationum*, *L.* 26. *C. c.* 5. *X. & cap. ult. in* 6. *de Procuratoribus*, manemus. Sed, ais, neceſſaria deprecantis aut declarantis præſentia eſt, ut iniuriam paſſus de mutato alterius animo melioreque de ſe opinione hoc certior reddatur. Optimus hic finis eſt, qui tamen per præſentiam partium tantum abeſt ut obtineatur, ut potius ſubmoveatur. Plurimis revocationibus & deprecationibus a iudice decretis exactisque interfui. Vix ulla ex iis animo vultuque liberali facta eſt. In plerisque reus, poſtquam ſubterfugia omnia ſibi obſtructa vidit, fecit tandem, quod facere neceſſum erat, cantavitque formulam ſibi præſcriptam, ſed oculis furore ardentibus, averſa facie, ac lingua balbutiente, ut odia aucta, non imminuta, luculenter apparerent. Ego itaque ex hac ipſa ratione mallem, ut procurator in deprecationibus & declarationibus ſemper adhiberetur. Vera profecto cauſſa, propter quam actores, iniuriam paſſi, procuratorem adverſarii admittere tanta contentione detrectant, eſt, quia adverſarium, qui ipſe comparere cogitur, magis adfligi ac dolere credunt. Cui intentioni an ſit indulgendum, ex iis, quæ ſupra diximus, haud difficile apparet. Quibus probe conſideratis, ICti Helmſtadienſes menſe Octobri anni CIↃ IↃ CC XXIV. deprecationem etiam in ſcriptis admiſerunt: Daß es zwar, der eingewandten Leuterung ungeachtet, bey dem am 21. May 1722. erdfneten Urthel zu laſſen, Beklagtem jedoch die Abbitte und Ehren-Erklärung ſchriftlich zu thun vergönnet ſey. V. R. W.

III.

III.

Liberi in parentes iniurii iure veteris teſtamenti, quod in novo repetitum, morte, ſed apud nos mitius puniuntur, ac ſaltem, ut genibus nixi deprecentur, adigendi ſunt.

Rex in dem *Mandate* wider die Selbſt-Rache nonnullis casibus deprecationem, poſitis in terram genibus, fieri iubet. Non eſt quidem inter hos caſus iniuria parentibus illata. Attamen non erraverit iudex, qui filium in parentes iniurium ad hoc adegerit. Factum id per ſententiam a Scabinis Lipſienſibus animadverti, ac ipſe ſubinde decidendo imitatus ſum, non ſolum quum re, ſed & quum verbis iniuria facta fuit. Omnis quippe iniuria parentibus illata a *Iuſtiniano in §. 9. I. de Iniuriis* inter atroces refertur. Nec potuit aliter chriſtianus imperator. Atrociſſima eſt, ac mortis pœnam meretur. Certe, ne quid diſſimulem, ſæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem, liceatne magiſtratibus ac ICtis, ultimum ſupplicium, ad quod ius divinum liberos parentibus iniurios damnat, remittere? Equidem ad loca veteris teſtamenti, *Exod. XXI*, 16. *Levit. XX*, 9. *Deuter. XXI*, 18. *ſqq.* facilis reſponſio eſt, iſtas leges ad ſolam Ebræorum rempublicam pertinuiſſe. At enim vero Chriſtus illas *Matthæi XV*, 4. repetiit & renovavit. Grave hoc dubium ſic removent theologi lenenſes apud *Grubelium in Appendice nova Conſiliorum Dedekenno-Gerhardinorum pag.* 783. Was das Geſetz von der Strafe, ſo den ungehorſamen Söhnen verordnet, anlanget, ſo hat es mit demſelbigen, weil es im neuen Teſtament zwar von Chriſto *repetiret*, und wider ſeine Feinde die Schriftgelehrten und Phariſäer angezogen, aber darum nicht der Obrigkeit zu halten anbefohlen wird, ebenmäßige Beſchaffenheit, wie mit den andern Moſaiſchen Policey-Ordnungen. Adquieſcam facilis.

facilis. Vnicus tamen ſcrupulus ſupereſt. Chriſtus nempe Phariſæis *verſ.* 3. & 6. quod legem hanc Dei negligant ac eludant, exprobrat, atque adeo eam non allegat ſaltem, ſed etiam probat.

IV.

Reus revocationem vel deprecationem detrectans carcere, & ſi nec ſic contumacia frangatur, durioribus remediis cogitur.

Quamvis in perſonis vilioribus facilior videatur ad recantationem & deprecationem condemnatio, difficillima tamen nonnunquam exſequutio redditur, reo ſumma obſtinatione ſatisfacere recuſante, & extrema potius ſubire parato. Remedium pro tanta contumacia coërcenda carcerem ſqualidiorem præcipit rex noſter glorioſiſſimæ memoriæ im *Mandate* wider die Selbſt-Rache, §. 3. nec tamen alia æque commoda excludit. Certe aliquorum tanta pervicacia eſt, ut nec carcere frangatur. Tum durioribus adhuc remediis opus. Sic ergaſtulum decerni poſſe, non dubito, quod ICti Vitembergenſes menſe Maio anni CIↃ IↃ CC IX. in muliere pertinaciſſima adhibuerunt: Daß Sabina Langin, geſtalten Sachen nach, zu Leiſtung der ihr zuerkannten gerichtlichen Abbitte und Ehren-Erklärung durch Arbeit im Zucht-Hauſe billig anzuhalten. B. R. W. Et ICti Helmſtadienſes menſe Septembri anni CIↃ IↃ CC XXII. ruſticum, qui magiſtratum ſuum calumniatus erat, ut os ſibi ipſe verberaret, ac detrectante eo, carnifex id faceret, damnarunt: Hat ein Bauer, Namens Petrus, den beendigten Richter zu Breſenhauſen, daß er ſich von ſeinem des Petri Contrapart, dem Paulo, beſtechen laſſen, beſchuldiget, ſolches aber nicht allein im geringſten nicht erwieſen, ſondern Paulus hat noch darzu

Digitized by Google

das Contrarium eydlich bestärcket, und der Richter sich zum Eyde offeriret, wannenhero zu wissen verlanget wird, wie Petrus wegen solcher Beschuldigung zu bestrafen sey; Weil nun das dem Richter beygemessene Delictum von grosser Wichtigkeit ist, und vom Hertzog Iulio mit unter die peinliche Fälle gerechnet wird, folglich diese Beschuldigung eine der gröbsten verbal-Iniurien ist, und durch die Qualitæt des Iniuriati, als der Obrigkeit vom Iniurianten, nicht wenig aggraviret wird, auch andern obrigkeitlichen Personen daran gelegen ist, daß dergleichen Calumnianten durch eine etwas eclatante Strafe von solchen ungegründeten Beschuldigungen abgeschrecket werden; So wird Petrus vor öffentlichem Gerichte gestellet, und durch Bedrohung, daß es sonst der Scharf-Richter thun solle, sich selbst auf das Maul zu schlagen und seine ausgestossene Schmähungen zu wiederrufen, angehalten, überdies drey Wochen lang im Gefängniß mit Wasser und Brodt gespeiset, auch zu Erstattung aller verursachten Unkosten angehalten.

V.

Vaga privatæ satisfactionis in libello petitio a iudice secundum iura communia non, bene tamen hodie in Saxonia attenditur.

Equidem in causis iniuriarum iudex officium suum etiam non imploratus interponit, ac iniuriam facientes punit. Id quod tamen ad privatam satisfactionem non pertinet, quam iudex nunquam, nisi requisitus, adiudicat, quemadmodum supra in *Observatione V.* dixi. Sed intricatior est quæstio, utrum sufficiat imploratio generalis, e. g. si actor simpliciter satisfactionem privatam petat. Locus tunc legibus, quæ iudicem supplere, quæ desunt,

L. un.

Digitized by

L. un. C. Vt quæ deſunt advocatis partium, &, intentionem ambiguam, qua actor uſus eſt, ex utilitate eius interpretari, *L.* 66. *de Iudiciis*, nec non concluſionem ineptam ſuſtinere, *Receſſus Imperii de anno* 1551. §. 32. iubent, eſſe videtur. Verum hæ non aliter locum inveniunt, quam ſi certus ſit iudex, quid actor velit. Itaque ſi tam vaga ac incerta ſit petitio, ut iudicem de intentione actoris dubium relinquat, nihil hic adiudicare poteſt. Adeſt vero talis incertitudo ac obſcuritas, quando ſimpliciter ſatisfactio privata petitur. Neſcit nempe iudex, utrum deprecationem, an æſtimationem; quæ etiam privata ſatisfactio eſt, actor velit. Si hanc voluit, oportuit certum quid deſignare, §. 7. *I. de Iniuriis.* Ergo ſi non fecit, omiſſa privata ſatisfactione, ſaltem pœna decernitur. Fecerunt id ICti Helmſtadienſes menſe Februario anni CIↃ IↃCCXXV. ex his rationibus: Zwar hat Denunciant auch privat Satisfaction gebeten, ſein petitum jedoch, wie bey privat Intereſſe jederzeit nöthig iſt, auf nichts gewiſſes gerichtet, weshalben wir denn auch auf dieſen Punct nichts erkennen mögen. In Saxonia tamen noſtra aliud hodie obtinet. Poſtquam enim rex actionem æſtimatoriam prorſus ſuſtulit, privata ſatisfactione ab actore petita, dubium iudici eſſe nequit, quin deprecatio vel declaratio exigatur. Adde ſupra §. VI.

VI.

Auctor rixæ, ſi laceſſitus modum exceſſit, ſatisfactionem eatenus, quatenus patrimonium eius vere imminutum eſt, petere, depretationem vero & æſtimationem dolorum ac operarum poſcere non poteſt.

Digitized by Google

Auctor rixæ, ſi regulam & analogiam iuris ſpectas, nullam plane ſatisfactionem privatam petere poſſe videtur. Nam quod quis damnum ſua culpa ſentit, non ſentire intelligitur. *L.* 203. *de Regulis iuris*, *L.* 1. §. 11. *Si quadrupes pauperiem.* At enim vero ius canonicum in *c.* 12. *in fine X. de Reſtitutione ſpoliatorum* regulæ huic exceptionem addit, niſi laceſſitus defendendo modum exceſſerit; quam exceptionem etiam ius Romanum in *L.* 52. §. 1. *in fine ad L. Aquiliam* comprobat. Quousque tamen iſta ſatisfactio extendenda ſit, non ſatis clare exprimitur. Ipſa recta ratio & æquitas auctori rixæ tantum, quantum ſine culpa ſua offenſo, adiudicari non ſinit. Optimum itaque eſt temperamentum *in Specimine CXII. de Damno iniuria dato, medit.* 3. memoratum, ut auctori rixæ id ſolum præſtetur, quo patrimonium eius per immoderatam defenſionem vere imminutum fuit, contra id omne denegetur, quod aliquam lucri rationem habet. Sic nuper adhuc menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XXXII. ICti Vitembergenſes auctorem rixæ, verberibus magnifice exceptum, nihil pro dolore, nihil pro operis, quibus caruerat, aut cariturus erat, poſcere poſſe, reſponderunt, verberantem tamen pretium medicamentorum & mercedem medico ac chirurgo ſolvere coëgerunt. Et ICti Helmſtadienſes laceſſitum, qui modum in defendendo exceſſerat, a petita deprecatione abſolverunt, ſimul tamen in expenſas litis damnarunt. Reſponſum hoc vide *in Specimine LXXXIX. de Condemnatione victoris in expenſas, medit.* 10. Eandem *Regis* noſtri mentem fuiſſe, ex *Mandato* eius wider die Selbſt-Rache §. 11. aperte conſtat.

VII.

Mutuas iniurias & iure communi, & in Saxonia compenſari oportet, quæ tamen compenſatio pœnam utriusque litigatoris non tollit.

Com-

Compenſatio mutuorum delictorum, iure communi in *L.* 10. *pr. & §.* 2. *de Compenſationibus*, *L.* 36. *de Dolo malo*, *c. ult. X. de Adulteriis* ſtabilita, multum æquitatis habet, ac lites inutiles amputat. Nec video, quamobrem ab hac generali regula iniurias mutuas excipi oporteat. Eadem profecto in his ratio eſt. Contrariorum argumentorum levitatem agnovit iam olim *Carpzovius Quæſt crim.* 97. *n.* 44. ſed tamen *n.* 45. eadem uſu fori comprobata, addit. Sed hunc uſum fori ad ſolam Saxoniam reſtringit *Bergerus in Reſponſo* 194. *Part.* 2. Quod idem *in Specim. CLXXIII. de Compenſationibus*, *medit.* 1. probavi ac, mutuas iniurias extra Saxoniam quotidie compenſari, oſtendi. Addo nunc ſaltem, contrariam, quam Carpzovius teſtificatur, praxin nec extra electoratum Saxoniæ extendi debere. Nam quod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias, *L.* 14. *de Legibus*. Quamobrem ICti Helmſtadienſes a magiſtratu Quedlinburgenſi menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XVI. ut in cauſſa mutuarum iniuriarum ſecundum iura Saxonica reſponderent, rogati huiusmodi ſententiam conceperunt: Daß Beklagter von der angeſtellten Klage zu entbinden, Klägerin auch 6 Thlr. Strafe zu erlegen ſchuldig, die beyderſeits verurſachte Unkoſten aber gegen einander aufzuheben ſeynd. V. R. W. Rat. dec. An der Zeugen Depoſition iſt nichts auszuſetzen. Aus ſelbiger erhellet nun, daß Klägerin den Beklagten zuerſt für einen Spitzbuben, hundsföttiſchen Mühlen-Jungen und Schelm geſcholten, worauf dieſer ſie wieder eine alte Donner-Hure genennet: Da alſo Klägerin den Beklagten provociret, und dieſer nur mit gleichen Schelt-Worten, als gegen ihn ausgeſtoſſen worden, retorquiret; So hat Klägerin den Iniurien-Proceſs wider allen Grund wider ihn erhoben, und wird demnach billig damit abgewieſen, auch wegen des auf öffentlicher Gaſſe angefangenen ärgerlichen Zanckes mit einiger Strafe beleget, jedoch mit Erſtattung der Unkoſten, weil gleichwol Beklag-

ter ziemlich ſtark retorquiret, verſchonet. Quin imo hodie in ipſo Saxoniæ electoratu compenſandas eſſe mutuas iniurias, exiſtimo. Loquor ſcilicet de eo, quod litigantium intereſt. Nam pœnæ publicæ ne quidem iure communi compenſantur, ſed utrique parti imponuntur; ut iam *in alleg. Spec. medit.* 3. dictum. Mutua autem revocatio, deprecatio, reſtitutio expenſarum ceſſat utique. Clara ſunt potentiſſimi legislatoris verba in §. 11. des *Mandats* wider die Selbſt-Rache, qui §. 11. etſi ad ſolas illuſtres perſonas pertinere videatur, ratio tamen ad omnes pertingit, ac merito ad omnes extenditur, quod contraria opinio cum lege ſcripta pugnat, & fere in ſolo Carpzovii teſtimonio nititur. Accedit, quod *titulus* 6. §. 2. der erläuterten Proceß-Ordnung ſolam reconventionem, non etiam compenſationem, in cauſſis mutuarum iniuriarum excludit.

VIII.

Spontanea honoris declaratio in atrocibus iniuriis, quales aliquando & verbales ſunt, non admittitur, in levioribus vero reum liberat, ſed tamen, quamvis ab actore recepta fuerit, ad reſtitutionem expenſarum obligat.

Infimus ſatisfactionis privatæ gradus eſt ſpontanea declaratio, quæ in ipſo primordio litis fit, atque huius ingreſſum, aut potius progreſſum, impedit, declarantem tamen ad reſtitutionem expenſarum obligat. Equidem *Bergerus in Oeconomia iuris p.* 800. *n.* 9. declarantem tunc ab expenſis liberat, quando actor in facta declaratione conquieſcit, atque a lite deſiſtit. At indignum hoc eſt profecto, ut actori ſua humanitas noceat, obſtinatio proſit. Itaque Bergeri diſtinctionem exploſi iam *in Spec. LXXXIX. de Condemnatione victoris in expenſas, medit.* 10. Illam vero *Carpzovii in P.* 4. *Conſtit.* 42. *def.* 11. *n.* 14. doctrinam, quod huiusmodi declaratio in iniuriis valde atrocibus non iuvet, probant omnes. *Quodſi*, inquit *Mevius in Conſil.* 13. *n.* 49. *convitia atrocia*

atrocia ſint, nunquam admittitur, aut operari quidquam valet quævis, etiamſi iurata eſſet, bonæ aut honorantis mentis explicatio. Quænam vero ſunt iniuriæ atroces? Reales pleræque atroces ſunt. Sed etiam verbales atroces eſſe poſſe, ex *L.* 9. *pr. de Iniuriis* conſtat. Supereſt tamen incertitudo. Quam ego ſic tollo: Simplex convitium nunquam atrox eſt, niſi perſonæ qualitas aut locus æſtimationem augeat. At ea convitia, quibus delictum grave ac infame obiicitur, ſemper atrocia ſunt, atque adeo declaratione ſpontanea non diluuntur. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Decemb. anni CIↃ IↃ CC XIII. in caſu, quo reus magiam obiecerat, & actores, Hexe, Hexenpack vocarat, reſponderunt: Was Beklagte von ihrer ante litem conteſtatam geſchehenen Erklärung einwendet, ſolches kommt allhier, da die Iniurien allzu heftig ſeynd, in keine Betrachtung.

IX.

Iniuria ſacerdoti illata per ſe atrox eſt, atque, ſi per eam ſacra turbata fuerunt, ultimo ſupplicio punitur, ſi ſcandalum ſaltem excitatum, pœna ſolito graviore coërcetur, ac reus læſo publice ſatisfacere cogitur.

Atroces iniurias vel ex facto, vel ex loco, vel ex perſona æſtimari *Iuſtinianus* §. 9. *I. de Iniuriis* ait. Inter perſonas, ex quarum dignitate æſtimatio iniuriæ creſcit, ſine dubio ſacerdotes ſunt, quorum ſanctum munus ipſos quodammodo ſanctos & inviolabiles reddit. Itaque ius Romanum in *Novella* 123. *cap.* 3. ſimplicem iniuriam clerico ſine ſacrorum conturbatione illatam verberibus exilioque punit, & Innocentius II. P. M. in *can.* 29. *cauſ.* 17. *Quæſt.* 4. eum, qui, ſuadente diabolo, in clericum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo, cuius ſolvendi facultatem ſolus pontifex habeat, ſubiicit. Quem canonem quoties lego, ſemper in mentem venit ridicula cavillatio, qua, referente *Lancellotto*, reus quidam ex *can. iſto* accuſatus negavit, ſe in pœnam cano-

canonis incidiſſe, quod ſponte ſua, non ſuadente diabolo, clericum percuſſiſſet. Quamvis autem iniuriæ ſacerdotibus illatæ per ſe atroces ſint, creſcit tamen hæc atrocitas tunc, quum religio ipſa per iniuriam læditur. Fit hoc inprimis, quando ipſa ſacrorum adminiſtratio Deíque cultus turbatur; cuius rei exemplum memorat *Clarius in Chronico S. Petri Vivi* apud *d' Achery in Tomo II. Spicilegii p.* 474. *Mortuo*, inquiens, *Frotmundo, Senonum Comite, ſucceſſit ei Rainardus, filius eius nequiſſimus, qui perſequutionem intulit Eccleſiis Chriſti, & Leotherico Archiepiſcopo, in tantum, ut etiam, quod dicere & audire horribile eſt, quando ille divinum officium celebrans, vultumque dans populo, ſalutabat, ille vultum avertens in poſterioribus ſuis ei pacem offerebat: nonnunquam in faciem eius ſpuebat.* Crimen hoc ſacrilegium appellatur, & capite punitur in *L.* 10. *& Auth. Sed novo iure C. de Epiſcopis & clericis.* Et exſtant pœnæ huius inflictæ exempla apud *Carpzovium Quæſt. crim.* 44. *n.* 53. qui tamen *in antecedente n.* 52. quatuor ad pœnam capitis infligendam, nimirum ut 1) *offendatur perſona eccleſiaſtica*, 2) *in loco eccleſiæ*, 3) *eo tempore, quo tractantur divina, &* 4) *per hoc divina turbentur*, requirit, unoque ex his requiſitis deficiente, ad pœnam mortis perveniri poſſe, negat. Qua in re ipſi facile adſentio, ſed hoc ſaltem addo, tunc etiam, quando ſacra quidem turbata non fuerunt, ſed tamen publicum aliquod ſcandalum excitatum, e. g. exiſtimatio ſacerdotis apud auditores ſuos imminuta, ipſeque in odium, invidiam aut contemtionem adductus, graviorem coërcitionem & pleniorem ac publicam ſatisfactionem decerni oportere. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Martio anni CIↃ IↃ CCXXVI. reſponderunt: „Hat der Paſtor und Senior Baum zu Burgunt dem Diacano daſelbſt M. eröfnet, es habe der Supernumerarius ordinatus Caius, wie ihm, dem Diacono, entſetzliche Dinge, daß er nemlich bey einem Viehe gelegen, nachgeredet würden, geſagt, ſich auch deßfalls auf den

Candi-

Candidaten Meyer berufen. Als nun weder der Supernumerarius Caius, noch der Candidatus Meyer deſſen geſtändig ſeynd, und die Sache bereits an das Conſiſtorium gediehen, ſo entſtehet die Frage, ob Herr M. befugt ſey, wider die Iniurianten, ſonderlich Herr Baumen, actione criminali, nach Anleitung des 110. Artickels der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung, *L. ult. C. de Accuſationibus*, und §. 9. *I. de Iniuriis* zu verfahren. Nun gehen zwar die in angeführtem 110. Artickel auf die Pasquillanten geſetzte Strafe, und in *L. ult. C. de Accuſationibus* den calumnieuſen Anklägern gedrohete ſimilitudo ſupplicii allhier, da weder ein eigentlich Paſquill, noch eine Anklage vorhanden, ab. Dahingegen bleibt ſonder Zweifel eine atrox iniuria übrig, als wofür vorkommenden Umſtänden nach dergleichen einem Diener Gottes und ſeiner Kirchen aufgebürdete entſetzliche Beſchuldigung nothwendig zu achten iſt, indem dadurch nicht allein ſeine Perſon geſchimpft, ſondern ſein heiliges Amt ſelbſt gekränket und geſtöret, auch ſeine Zuhörer ſtutzig und abwendig gemachet werden. Dieſemnach iſt Herr M. wohl befugt, ſeine Iniurianten, ſonderlich Herr Baumen, nach Anleitung des §. 9. *I. de Iniuriis*, actione criminali zu belangen, und fürnemlich zu begehren, daß durch eine etwas eclatante Satisfaction der gegebene ärgerliche Anſtoß und ſeinem heiligen Amte zugefügte Nachtheil wiederum gehoben, und der begangene Irrthum von den Iniurianten ſogar auf öffentlicher Cantzel erkannt und wiederrufen werde.

COROLLARIVM.

Quod *Horatius* ait:

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus:

Commode trahi poteſt ad actiones iniuriarum æſtimatorias, in quibus ſæpe iudex æſtimationem actoris maximam ad minimum redigit. Sic e. g. ICti Helmſtadienſes menſe Iulio anni CIↃIↃCCXVI: Daß Beklagter der Klägerin wegen der wider ſie gebrauchten Iniurien

iurien 4 Thlr. als so hoch die von ihr gefoderte 2000 gemäßiget werden, jedoch seinen Ehren unbeschadet, zu erlegen, anbey die durch diesen Proceß verursachte Unkosten zu erstatten schuldig sey. V. R. W.

SPECIMEN DXLIV.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVII. TIT. X.

DE TEMPORE ET LOCO INIVRIARVM.

I.

Tempus & locum iniuriæ illatæ in libello exprimi oportet.

II.

Cauſſæ, propter quas hoc neceſſarium eſt, recenſentur.

III.

Aliqua facta & dicta, etſi per ſe iniuria, propter locum & tempus plene excuſantur.

Qui iniuriarum agunt, tempus & locum factæ iniuriæ deſignare iubentur, ni libellum ſuum tanquam ineptum reiici velint. Et hoc quidem, ſi criminaliter agatur, dubium non habet propter *L.* 3. *pr. de Accuſationibus.* Sed pragmatici, qui id etiam ad actionem iniuriarum civilem extendunt, ſine lege loquuntur. Nam, quam huc trahunt, *lex* 7. *pr.* & §. 4. *de Iniuriis* nihil de loco & tempore dicunt, ſed ipſam ſaltem iniuriam

Digitized by Google

iniuriam clare designari iubent. Igitur *Textor Dec. Palat.* 100. *not.* 1. ex usu iudiciorum, non ex iure communi, esse ait, quod libellus in actione iniuriarum civili requirat locum & tempus. Quidquid sit, praxis certa est, ac nec disputationes amplius parit. Ex multis exemplis unum adferam. Sic ICti Helmstadienses mense Novembri anni CIↃ IↃCC XIV. responderunt: Beklagtem ist unbenommen, Klägern hinwiederum wegen der von ihm ausgestossenen Iniurien absonderlich, jedoch mit Ausdrückung der nöthigen Umstände von Zeit und Ort, zu belangen. V. R. W. Rat dec. Die Nachklage betreffend, so hätte Beklagtem, die nöthige Umstände der angegebenen Iniurie auszudrücken, obgelegen. Da er nun solches nicht gethan, so hat Kläger sich darauf einzulassen nicht nöthig gehabt. Wenn also Beklagter diese Reconvention fortsetzen will, so muß er solches vermittelst eines absonderlich nach den Rechten eingerichteten Klag-Libells thun. Probo etiam, quod ICti Hallenses apud *Strykium in Dissertationum iuridicarum Hallensium volum. II. disput.* 19. *disq.* 16. libellum iniuriarum, in quo dies & tempus omissa fuerant, reiecerunt, quamvis actor iurare paratus esset, se circumstantias illas nec nosse, nec investigare posse. Et sunt eius rei causæ sat graves. Communiter hæ adferuntur, quod primo atrocitas, atque adeo etiam pœna iniuriæ, ex loco & tempore æstimetur, *L.* 7. §. 8. *L.* 9. §. 1. *de Iniuriis*, deinde actio ipsa anno exspiret, *L.* 5. *C. de Iniuriis*, denique reus defensionem suam sæpe in loco & tempore ponat. Quod ultimum lucidius explicari oportet, quam vulgo ab interpretibus fit. Multa nempe sunt facta & dicta, aperte & per se iniuria, quæ locus & tempus plenissime excusant, nec ullo modo vindicari permittunt. Apud veteres Romanos convitia festa in usu erant, quemadmodum *Mornacius in L.* 1. §. 1. *de Iniuriis* ex *Brissonio* docet, atque huc inprimis dicta iocularia, quæ in novum maritum

nuptamque iaciebantur, refert. Chorus apud *Senecam in Medea tragœd. actu I:*

Festa dicax fundat convitia Fesceminus
Solvat turba iocos;

& *Lucanus:*

- - nec more Sabino
Excepit tristis convitia festa maritus.

Pertinent huc deinde triumphalia carmina, iocique militares, ut a *Plinio lib* 19. *nat. hist. cap.* 8. vocantur, quibus milites in ipsa triumphi pompa imperatorem suum consectabantur. Erant illa sæpe contumeliosissima, ut ex binis, quæ *Suetonius in vita Cæsaris cap.* 49. & 51. adfert, exemplis patet, atque tamen impune ferebantur. Ita certe *Martialis lib.* 1. *epigr.* 5. ad Domitianum:

Consuevere iocos vestri quoque ferre triumphi,
Materiam dictis nec pudet esse ducem.

Iidem Romani in theatro ludisque ac spectaculis publicis dicteria liberiora tolerabant. Narrat *Suetonius in vita Titi c.* 8. ipsum sæpe Titum in theatro cum populo & voce & gestu cavillatum esse, seu, ut *Grævius in notis* id explicat, iocularia scommata in diversam factionem iecisse & falsе risisse. Explicatius hæc proponit *Cassiodorus lib.* 1. *variarum epist.* 27: *Ne*, inquiens, *forsitan magnificos viros loquacitas popularis offenderit, præsumtionis huius habenda discretio est. Teneatur ad culpam, quisquis transeunti reverendissimo senatori iniuriam protervus inflixit, si male optavit, quum bene loqui debet. Mores autem graves in spectaculis quis requirat? Ad circum nesciunt convenire Catones. Quicquid illic gaudenti populo dicitur, iniuria non putatur. Locus est, qui defendit excessum. Quorum garrulitas si patienter accipitur, ipsos quoque principes ornari monstratur.* De comœdorum & poëtarum in maledicendo & vitiis arguendis libertate multa collegit *Aerodius Rerum iudicatar. lib.* 6. *cap.* 3. *Seneca lib.* 5. *controv.*

controv. 8. legem memorat, qua candidato in competitorem, quæ vellet, dicere licebat. Sed venio ad noſtra tempora. In diebus canicularibus Itali inter varios, quibus ſe oblectant, ludos hunc pro innocentiſſimo reputant, quo ſcriptum aliquod multo ſale adſperſum & aculeatum, ſed ſimul ridiculum, publice diſputandum proponunt, quo tamen nemo ſe offendi poſſe credit. Narrabo rem verbis *Labati in tomo V. des voyages en Eſpagne & en Italie pag.* 11. *ſq. On craint extremement en Italie les ardeurs de la Canicule. Les gens de tout étage prennent toutes les precautions imaginables pour empêcher, qu'elle ne les echauffe, & ne leur porte à la tête. Une longue experience leur a appris, que rien n'étoit plus propre pour empêcher ce mal, que d'eloigner tout ce, qui peut cauſer du chagrin, ou faire de la peine. Entre pluſieurs divertiſſimens, que i'ai vu pratiquer, en voici un, qui a ſon merite. On fait courir dans toute la Ville des Theſes, dont les propoſitions les plus abſurdes ſont tournées d'une maniére ingenieuſe, & l'on nomme pour ſoutenant une perſonne, dont on veut ſe divertir: on lui donne un Preſident, & des argumentans à peu prés de même Sphere, & on marque pour le lieu de la diſpute l'endroit le moins propre pour une action publique. En un mot les propoſitions, les lieux, les heures, les perſonnages, tout eſt dans le genre le plus comique, & touiours dans le ſyſteme, que la Canicule, qui produit les fols, a travaillé fort heureuſement ſur les cervaux de ceux, qu'on a marqués dans la Theſe. Perſonne ne ſe fâche de ſe voir dans ces ſortes d'ecrits: on ſçait, que ce ſont des ieux d' Eſprit, dont les Auteurs ne ſe ſont point connoitre; & d'ailleurs quand on ſe ſent piqué trop vivement, on a une reponſe toute prete & touiours bien reçue, en diſant, que la Canicule a travaillé bien vite ſur l' Eſprit de l' Auteur de la Theſe.* Addam bina exempla, quæ ipſe vidi. Quum in Angliam primum veniſſem, atque cum ſociis itineris, nobilibus aliquot Germanis & Iudæo mercatore, Tameſi amne Londi-

num adnavigarem, prope urbem navis mihi obviam fiebat, quæ homines bene veſtitos vehebat. Hi nos avide primum intuebantur, deinde vero ſalutationis loco tota convitiorum plauſtra in nos coniiciebant. Obſtupeſcebamus omnes, atque rem ad arma ſpectare credebamus. Solus mercator Iudæus, qui tamen potiſſimum laceſſebatur, imperterritus ſtabat, ac ſcommata omnia riſu excipiebat, nates ſubinde oſtentans, &: hic, inquens, amici, lautiſſima vobis cœna parata eſt. Poſteaquam convitiatores abiiſſent, Iudæus conſternationi noſtræ illudebat, atque, maledicos hos nihil inſolitum, nihil contra bonos mores feciſſe, affirmabat; eſſe hoc ius omnibus in Tameſi navigantibus, ut mutuis ſe maledictis ſine iniuria inceſſere liceat; ipſum regem talia æquo animo laturum. Et accepi deinde ex aliis, Iudæum nobis vera dixiſſe. Teſtatur idem *Benthemius* in dem Engelländiſchen Kirch- und Schulen-Staat *cap.* 25. §. 8. memoratque, Carolum II. regem mirificam ex his altercationibus voluptatem cepiſſe, ipſumque ſe illis immiſcuiſſe. Simile quid in caſtris cæſareis ad Ateſin amnem prope Veronam in Italia animadverti. Stabat totus in armis exercitus, quum repente femina primariæ nobilitatis præterveheretur. Conclamant omnes maxima voce: En ſcortum! Hure! Hure! At nec matrona, nec duces, qui aderant, minimum indignationis ſignum edebant. Ego ſolus iraſcebar, non ſine riſu adſtantium, qui me monebant, caſtrenſem hanc licentiam iam diu longa conſuetudine ex numero iniuriarum expunctam eſſe, ac exemplum reginæ cuiusdam, iſtiusmodi feſtiva acclamatione exceptæ, memorabant, quæ nihil aliud repoſuerat, quam: Eſtis omnes filii mei; alle myne Söhne. Denique in ſummo tribunali Pariſienſi, quod parlamentum vocant, uſu invaluiſſe perhibent, ut poſt publicationem ſententiæ parti, contra quam iudicatum eſt, bilem ſuam in continenti evomere, ac contra iu-

dices

dices & adverſarium, quæ libet, dicere impune liceat.

Sed nolo de hoc argumento plura præfari. Moneo ſaltem, occaſionem id pertractandi mihi inde natam eſſe, quod vir nobiliſſimus literatiſſimus, *Fridericus Otto Menckenius*, bonarum artium magiſter, iurisconſulti ac doctoris honores ab ordine noſtro accepturus, de iuſtitia & pietate remediorum adverſus iniurias publice diſputare conſtituit. Cui inſtituto quum præfari more maiorum oporteat, magnificus vir, *Iohann Georgius Krauſius*, academiæ rector, & ordinis noſtri Decanus, infinitis laboribus maximisque de bono publico curis diſtentus, ſuas hac in parte vices mihi mandavit. Quas ego tanto lubentius ſuſcipio, quod & viro optime de nobis omnibus merenti, mihique a prima iuventute amiciſſimo, gratificari, &, quam honorifice de candidato noſtro ſentiam, publice declarare diſcupiam. Equidem hic candidatus noſter laude mea non eget. *Menckenius* eſt; quod nomen longi carminis inſtar eſſe poteſt. *Menckeniæ* gentis immortale decus, paterna ac avita virtus, agnatorum gloria, poterant eum, ſi ipſe per ſe nihil adferret, nobis commendare. At enim vero domeſticis his ornamentis ipſe de ſuo egregia multa adiecit propriisque meritis aditum ſibi aperuit ad id faſtigium, in quo collocati olim pater & avus reipublicæ literariæ quodammodo iudices & diribitores fuerunt. Sed ipſe fata ſua breviter ac eleganter deſcripſit. Quam deſcriptionem, uti accepi, hic inſeram: &c.

Hæc ille. Agnoſcimus modeſtiam de ſe ipſo reſtricte, etſi ampliſſime potuiſſet, loquentis, atque adeo digni, qui ab aliis ornetur. Feci id ego, ſed nec hoc tamen plene, ne integerrimi candidati pudorem onerarem, in epiſtola ſpecimini, quod in lucem nunc edit, ſuffixa, & quam bene in ſolemnibus colloquiis ſteterit, quantumque in iſto ipſo ſpeci-

Digitized by Google

ſpecimine præſtiterit, indicavi. Reſtat, ut Vos, Rector magnifice, illuſtriſſimi ac perilluſtres Comites & Barones, Patres academiæ, eiusdemque Amici & Fautores ampliſſimi, nec non cives ornatiſſimi, ad ſolemnem, in quo ſpecimen illud matutinis & poſtmeridianis horis tuebitur, conflictum invitem. Erit is XIV. Kl. Octobribus. Adeſte benevoli, atque a nobis mutua officia exſpectate. P. P. Vitembergæ Idibus Septembr. anni CIↃ IↃ CC XXXIII.

SPECIMEN DXLV.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVII. TIT. X.

DE

SANNIS

PVBLICE DEFENSVM

A

IO. CHRISTOPHORO GVNTHERO

ROCHLICIENSI

D. XII. SEPTEMBR. ANNI CIↃ IↃ CCXXXIII.

I.

Sanna deſcribitur.

II.

Sannarum apud veteres ſeptem genera fuerunt, ciconia, aures aſininæ, lingua exſerta, oris depravatio, imitatio, cornua protenſa & porrectio digiti.

Sanna vox in corpore noſtro iuris non occurrit, aque adeo inter ICtos parum frequentatur, ſed tamen bonæ notæ eſt, & a priſcis auctoribus Latinis uſurpatur. Definiunt ſannam *Caſaubonus ad Suetonium* & ex eo *Faber in Lexico*

Digitized by Google

Lexico art. Sanna irriſionem, quæ fit, cum geſtu aliquo mimico exprimimus id, quod volumus obiicere ei, quem irridemus. Poſſes brevius ſannam geſtum ignominioſum deſcribere. De ſannis plures egerunt, ſed, ut verum dicam, nemo adhuc accurate: Pertinebat hoc ad officium *Octavii Ferrarii in diſſert. de Pantomimis & mimis.* Ille vero unicum §. 27. huic operæ impendit, atque in hoc etiam tam negligens eſt, ut egregium Ciceronis locum nec tangat quidem, præterea definitionem & duo præcipua ſannarum genera omittat. Supplebo ergo paucis, quæ ille non habet. Notiſſimi nempe ſunt *Perſii* verſus *in Satyra I.*

O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinſit,
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas,
Nec linguæ, quantum ſitiat canis Apula, tantæ.
Vos, o patricius ſanguis, quos vivere ius eſt,
Occipiti cæco, poſticæ occurrite ſannæ.

Quod ſic explicat vetus ſcholiaſtes: *Tria genera ſannarum: aut manu ſignificare ciconiam, aut, oppoſita temporibus pollice, auriculas aſininas, aut linguam ſitientis canis. Sanna autem dicitur os diſtortum cum vultu, quod facimus, quum alios deridemus;* paulo aliter vero *Hieronymus in epiſtola 4. ad Ruſticum monachum: Qui te,* inquiens, *adulationibus foverint, & quodammodo impotem mentis effecerint, ſi ſubito reſpexeris, aut ciconiarum deprehendes poſt te colla curvari: aut manu auriculas agitari aſini: aut æſtuantem canis portendi linguam.* Non tamen ſcholiaſtæ nec Hieronymi mens eſt, tria ſaltem ſannarum genera facere. Plura fuerunt ſine dubio. Ipſe hoc agnoſcit Scholiaſtes, atque tribus Perſianis quartum ſubiicit, os ſcilicet diſtortum cum vultu, quod facimus, quum alios deridemus. *Cicero lib. 2. de Oratore n. 252.* oris depravationem vocat & in-

dignam oratore esse ait. Labiorum ductu id inprimis fiebat, de quo *Plautus in milite glorioso actu* 2. *scena* 1. *vers.* 14. *sqq. Is deridiculus est, quaqua incedit, omnibus. Itaque hic meretrices labiis dum ducant eum, maiorem partem videas valgis faciis*, h. e. ut *Scaliger* verba illa explicat, labris distortis. Similiter *Gellius lib.* 18. *Noctium Atticarum cap.* 4. *Ille*, ait, *rictu oris labiorumque ductu, contemni a se ostendens & rem, de qua quæreretur, & hominem ipsum, qui quæreret.* Idem sannæ genus corrugato naso fiebat. Sic *Persius Satyra V. vers.* 91.

Disce, sed ira cadat naso rugosaque sanna.

Fiebat etiam roncho per nasum ducto. Hinc *Iuvenalis satyra VI. vers.* 305. impudicam Tulliam, dum veterem pudicitiæ aram præterit, sanna æra sorbere, i. e. ut *vetus Scholiastes* explicat, revocato naribus spiritu, ac per hoc ronchis ductis, pudicitiam irridere dicit. Memorat quintum sannarum genus *Cicero lib.* 2. *de Oratore n.* 251. morum scilicet alienorum imitationem, quam *n.* 252. admodum ridiculam esse fatetur, & oratori etiam suo, sed furtim & cursim, permittit. Eumulpus apud *Petronium: Et me pueri quidem, velut insanum, imitatione petulantissima illudebant.* Sextum sannarum genus ex *Ferrario* sumo, quo scilicet impudicarum mariti duobus digitis corniculorum instar erectis denotantur, id quod vetus iam esse, tum ex *Lucilii græco epigrammate in grammaticum* κεραςφόρον, sive cornutum, tum ex *Artemidoro* probat, qui hæc *lib.* 2. *cap.* 12. narrat. Fuit quispiam somniorum interpres, qui cuidam, qui sibi visus fuerat in somnis desidere super ariete, & ex ipso ex anteriori parte cecidisse (erat autem procus, puellamque desponsatam habens, illis diebus nuptias celebraturus) hoc somnium sic exposuit: Vxor tua scortabitur, &, quod dici solet, cornua tibi faciet. Atque sic evenit. Ille ob somnii præsagium recusatis nuptiis vix post multum tempus ab amicis

amicis perſuaſus duxit illam, quæ erat deſponſata. Verum præ ſomnii metu uxorem cuſtodiebat. Et illa quidem poſt annum ſine probro deceſſit. Quum autem aliam duxiſſet, ratus ſomnii minas prætergreſſas, in infortunium incidit. Hæc enim ad ultimam ſcortationem progreſſa eſt. Septimum ſannarum genus, veteribus maxime uſitatum, digiti porrectio eſt, de quo & Ferrarius & ceteri plerique ſilent. Auguſtus tamen apud *Suetonium in vita eius cap.* 45. Pyladem, quod aliquem digito demonſtraſſet conſpicuumque feciſſet, urbe atque Italia ſubmovit. *Martialis lib.* 2. *epigramm.* 28. Sextillum eos, qui ipſum convitientur, ridere atque medium in eos digitum porrigere iubet. Et *Iuvenalis Satyra X. verſu* 52. Democritum minaci fortunæ inſultaſſe ac medium digitum oſtendiſſe, ait. Pleraque ex his ſannarum generibus adhuc hodie in uſu ſunt, digitorum inprimis porrectio, quæ tamen varias formas recipit, & pro diverſitate morum ac regionum admodum diverſa eſt. Illuſtrem de ea controverſiam in ſequentibus narrabo.

III.

Aliquando leviſſimæ viliſſimorum hominum iniuriæ maximi in cauſſis publicis ſunt momenti.

IV.

Exempli loco lis in conventu Traiectenſi inter legatos Gallicum & Belgicum narratur.

V.

Sannæ, hoc eſt, geſtus ignominioſi, veræ iniuriæ ſunt.

Privatas viliſſimorum hominum inter ſe iniurias funeſtiſſimos totique terrarum orbi pernicioſos effectus habere poſſe, vix quisquam crediderit. Sed exſtat tamen eius rei in hoc ipſo noſtro ſeculo exemplum, quod dignum relatu

eſt. Recens adhuc triſtiſſimi belli, quod maximam Europæ, atque aliquam etiam Aſiæ, Africæ, & Americæ partem vaſtavit, vel tamen adflixit, memoria eſt. Eius componendi cauſſa conventus ſolennis anno 1712. Traiecti ad Rhenum inſtituebatur. Sed vix ille cœperat, quum improviſus leviſſimis ex cauſſis ortus caſus res omnes turbaret, & ſpem pacis fere abrumperet. Servuli nempe unius ex legatis Hollandicis, Comitis de Rechteren, apud dominum ſuum queruntur, ſe cum ipſo in rheda domum legati Gallici, Menagerii, prætervectos ab huius ſervulis riſu & ſannis exceptos, digitoque monſtratos fuiſſe. Comes adſcito collega, Moermontio, cuius famuli ſe ſimilem iniuriam paſſos dicebant, querelam ad Menagerium defert, qui, ſe quidem, an legatis, ſe iſtiusmodi ineptiis immiſcere, conveniat, dubitare, velle tamen noxios Comiti atque Moermontio dedere, petere ſaltem, ut, quum ſui factum negent, vel legati ipſi eos, a quibus facinus committi viderint, deſignent, vel famuli ipſorum hoc probent, reſpondet. Legati Hollandici, ſe ipſos rem vidiſſe, negant, ſed ſervulos ſuos, in quos inſultatum fuerit, teſtes offerunt. Regerit Menagerius, horum, tanquam actorum, teſtimonium plane nullius momenti eſſe, &, ſi eos admitteret, totam cauſſæ cognitionem in altercationes & mutuas criminationes abituram. Paulo poſt Rechterus, Menagerio in publica ambulatione obviam factus, hunc iterum interpellat, ac ſatisfactionem poſcit, ſed, accepto eodem reſponſo, ſe ipſum cum ſuis contumeliam ulturum, minatur. Vertit deinde ſe ad famulos ſuos, eisque veniam ſe ulciſcendi impertitur. Diſcedunt illi pauliſper. Sed, parva mora interiecta, accurrunt Menagerii ſervuli, ſibique a Rechteri ſervulis colaphos impactos vociferantur. Interrumpit illorum ſermonem Comes, ac, ſuos recte feciſſe, ſeque eos, ni ſic egiſſent, domo expulſurum fuiſſe, ait. Menagerius rem

rem geſtam regi ſuo refert, qui graviter offenſus ſummo Belgarum concilio, quod Hagæ comitum reſidet, denunciat, rupturum ſe inſtitutos conventus ac bella renovaturum, ni ipſi ſe de Rechteri facto apud legatos Gallicos purgent, & Rechterum Traiecto avocent. Tum Rechterus ſe apud concilium per litteras excuſat, culpam ſibi imputatam, quantum poteſt, depellit, attamen, boni publici cauſſa ſe ſponte Traiecto abiturum, & munus oratoris depoſiturum, addit. Acceptis his litteris, concilium ad legatos ſuos Traiectum ſcribit, nolle ſe in iuſtitiam cauſſæ maxime ancipitis inquirere, ſed nec tamen Rechteri factum ſuum facere, omnia, ſe inſciis, ab illo geſta, ſe regem in ipſo bello veneratos eſſe, hancque venerationem etiam inpoſterum conſervaturos, ſe quoque ex deſiderio & amore pacis Rechteri opera porro in conventibus his non uſuros, ſed alium in eius locum ſuffecturos. Quæ poſtquam per legatos Belgicos Gallis expoſita fuerunt, Galli ſibi ſatisfactum rati tractatus continuarunt. Vide *Acta*, *Memoires & autres piéces authentiques concernant la paix d'Utrecht tom. II. pag.* 262. *ſqq.* Ego quidem litem compoſitam non renovabo, nec ſententiam, quam prudentiſſimus Belgarum ſenatus ferre non auſus, dicam. Peccatum forſan eſt ab utraque parte. Oportuiſſet profecto Menagerium, quod unice flagitabat Rechterus, non ſuos ſolum, ſed & Rechteri ſervulos audire ac ambos invicem conferre, & in mutuum conſpectum producere, verumque ſerio exquirere. Quodſi ſic nihil effeciſſet, poterat tunc ſuos cum aliqua ſpecie iuſtitiæ abſolvere, ac ſaltem: nihil probatum; pronunciare. Sed per hoc, quod pleniorem cauſſæ cognitionem detrectabat, merito offendebatur Rechterus, qui tamen & ipſe iuſto animoſior vindictam ſervis ſuis committere & geſtus verberibus compenſare non debebat. Poterat levem iniuriam, tanquam rem longe infra ſe poſitam, generoſe contemnere,

Digitized by Google

ſuisque, ut idem facerent, præcipere, aut, ſi dignitatem ſuam læſam credebat, poſtquam a Menagerio nihil æqui obtinebat, rem ad dominos ſuos referre, ac per hos apud Galliarum regem de denegata iuſtitia queri. Verum quidquid eorum ſit, ego in præſens quæſtionem excutiam, quam Menagerius tanquam præiudicialem movet. Dubitat ille ſcilicet, an geſtus huiusmodi ſervulorum invicem iniuriæ ſint. Sic ſcilicet ille *p.* 277. ait: *Mr. Menager ne veut point entrer dans l'examen, ſi des grimaces ou des geſtes faites de loin par des laquais à d'autres laquais, en paſſant derrière le Caroſſe de leur Maitre, ſont des inſultes aux termes du Reglement.* Refert ſe hic Menagerius ad pacta, in principio conventuum Traiectenſium inter legatos inita, *le Reglement établi pour l'ouverture & la methode des Conferences à Utrecht*; quorum *articulus* 8. hunc in modum conceptus eſt: *Si quelque Domeſtique des Plenipotentiaires faiſoit inſulte ou querelle à quelque Domeſtique d'un autre Plenipotentiaire, l'aggreſſeur ſera auſſitot remis au pouvoir du Maitre de celui, qui aura été attaqué ou inſulté, & il en fera iuſtice, comme il le iugera à propos.* Frivolum certe eſt hoc Menagerii dubium. Etiam, ubi legem ſcriptam non habemus, recta ratio, quidquid in contemtum alterius fit, iniuriam eſſe, oſtendit. At geſtus tales in contemtum utique tendunt. Romani veteres iam diu ante Iuſtinianum hoc iniuriarum genus agnovere. Sannas appellabant, de quibus in antecedentibus ſatis dixi. Ii ignominioſi geſtus in iure quoque Romano inter iniurias referuntur. *L.* 15. §. 1. & 27. *de iniuriis.* Comprobat hæc praxis memorabili exemplo apud *Theſaurum in Deciſione Pedemontana* 229. Similem in modum ICti Helmſtadienſes menſe Decembri a. CIↃ IↃ CC XV. reſponderunt: Es erhellet deutlich genug, daß die Wolfmannin, ungeachtet ſie die Peinemannin nicht genennet, dennoch durch das viele Lachen und ſpöttiſche Reden vom Mäntelchen dieſelbe zu ſchimpfen geſuchet, indem einer auch per

geſtum

geſtum den andern iniuriiren kann. Et ICti Vitembergenſes menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XXXII. iniuriarum damnarunt ſtudioſum, qui, dum publice diſputatur, præſidi, theſes contemtim volutando, ridendo ac geſtiendo, voce tamen nulla edita, inſultarat.

SPECIMEN DXLVI.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVII. TIT. X.
DE
INIVRIIS OBLIQVIS
PVBLICE DEFENSVM
A
IOHANNE FRIDERICO LEYSERO
CELLA-LVNEBVRGICO
MENSE DECEMBR. ANNI MDCCXXXIII.

I.

Heres actionem ex iniuria defuncto, dum hic vivebat, illata non habet, bene vero ex ea, quæ poſt mortem infertur.

Inter hos, qui per alios iniuria adficiuntur, memorandi ſunt inprimis heredes, in quos iniuria defuncto illata redundat & ius agendi confert. Claræ ſunt ſatis *L.* 1. §. 4. & 6. & *L.* 27. *de Iniuriis*, quas tamen ſæpe aut non intelligunt, aut ſe non intelligere ſimulant pragmatici. Formant hi nonnunquam heredibus libellos pro vindicandis iniuriis, quas defunctus, dum viveret, perpeſſus eſt. Inepte, & contra *L.* 13. *pr. de Iniuriis.* Omnem iniuriarum vindictam mors tam eius, qui inſultavit, quam qui inſultatus eſt, perimit. Verum ſi quis mortuum laceſſit, non hunc, qui non eſt amplius, ſed heredem, qui una cum illo

illo persona est, lædit, atque ab hoc magis ex propria quam aliena offensione convenitur. Distinxit hæc iam olim satis accurate *Schneidewinus ad §. Non autem l. de Perpet. & tempor. act. n.* 1. item nuper mense Aprili anni CIↃIↃCCXXXII. ego, sic iudicando: Dieweil die gerügte Iniurien noch bey Stracks Lebzeiten geschrieben und vorgebracht worden, mithin durch dessen Tod erloschen seynd, auch die Rechte einem Erben, die seinem Erblasser bey dessen Leben zugefügte Iniurien zu rächen, verbiethen, und nur solche Iniurien, welche nach seinem Tode, folglich zu Beschimpfung des Erben selbst, als der sodann vor eine Person mit dem Erblasser zu achten, vorgebracht werden, zu vindiciren erlaubet; So werden die Strackin und Steinhardtin mit ihrer Rüge abgewiesen, und zu Bezahlung aller dadurch verursachten Unkosten angehalten.

II.

Successor in officio saltem ex iis iniuriis, quæ decessor intuitu officii passus est, actionem habet.

III.

Iniuriæ intuitu officii illatæ dicuntur, per quas officium ipsum, non persona saltem, contemtui exponitur.

IV.

Iniuria personalis occasione officii illata successori actionem non tribuit.

Legebam nuper in *Lynckeri Resolutione* 385. successorem in officio actionem iniuriarum non continuare solum, sed & ex integro instituere posse. Mirum id ab initio &, ne quid dissimulem, paradoxon, multumque inter heredem, a quo Lynckerus argumentum ducit, & succes-

rem

Digitized by Google

rem in officio intereſſe videbatur. Sed, re deinde rectius cogitata, Lynckeri ſententiam, ſi modo temperetur, rationi convenire, animadverti. Temperamentum ipſe ſuppeditat verbis: Weil das Amt geſchimpfet worden; item: *reſpicit ad contemtum magiſtratus avertendum.* Scilicet actionem iniuriarum nemo habet, niſi quem contemtus tangit, cuiusque peculiariter in vindicta intereſt. Dico: peculiariter; ne quis forſan obiiciat, omnium hominum intereſſe, ne iniuriæ maneant impunitæ. Fac ergo, magiſtratum a cive contumeliam pati. Hæc iniuria non magis perſonam patientem, quam munus ipſum in contemtionem adducit, ac, ſi inulta dimittitur, ſucceſſores omnes eidem ludibrio exponit. Igitur, ut parvis magna componam, quemadmodum, obſervante *Tacito hiſtor. lib.* 1. *cap.* 40. qui principi interfecto ſuccedit, ſi ſapit, necem deceſſoris graviſſime ulciſcitur, exemplum metuens, ita & magiſtratus, ſi ſapit, iniurias deceſſori ſuo illatas impunitas non relinquit, ſed officium ſuum iuſta ultione adverſus inſultantes munit. Trahi huc poteſt *lex* 76. *de iudiciis*, quæ iudicium & collegium, quanquam mutatis membris omnibus, idem tamen manere dicit. Adde *Carpzovium lib.* 2. *Reſponſo* 65. Vidimus noſtra ætate legatos ignominioſe tractatos, ſed vel morte præventos, vel a principe ſuo revocatos iniuriam perſequi non potuiſſe, ſucceſſores vero eorundem hoc acriter feciſſe. At ſi quis munus publicum gerens iniuriam accipit, quæ muneri ipſi nec damnoſa nec periculoſa eſt, exceptio, tua non intereſt, ſucceſſorem in officio repellet. Oppugnabat quis aliquando actorum publicorum fidem, atque ſcribam publicum, qui ea confeciſſet, falſi inſimulabat. Deceſſerat is iam diu. Sed ſucceſſor in officio tanquam de iniuria ſibi facta querebatur. Repulerunt eum ICti Vitembergenſes menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XXXI. ex his rationibus: Weil Denunciant zur Zeit,

da der Rolutus ab actis genommen ſeyn müſte, ſeinem eigenen Geſtändniſſe nach, nicht Actuarius, alſo ſich die vermeynte Iniurie anzuziehen, oder ſeines Vorfahren im Amte anzunehmen nicht befugt geweſen. Ais, fuiſſe tamen iniuriam intuitu officii illatam. Nego. Iniuria quidem erat occaſione officii, non vero intuitu officii, illata. Intuitu officii illatam iniuriam dicimus, per quam officium ipſum vileſcit, atque deſpicatui eſſe incipit. Hoc vero actuario metuendum non eſt, quamvis quis dicat, deceſſorem eius aliqua in re fidem fefelliſſe. Perſonalis hæc iniuria erat, ex qua heres defuncti actuarii agere potuiſſet, non etiam ſucceſſor in officio.

V.

Iniuria famulo in negotiis dominicis occupato facta, domino actionem tribuit.

VI.

Nihil tamen hic in famulis ſingulare, ſed idem ad extraneos quoque, qui intuitu negotii ſibi commiſſi iniuriam patiuntur, pertinet.

Patremfamilias ex iniuria ſervo ſuo mercenario facta agere poſſe, ſiquidem hæc in ipſius patrisfamilias contumeliam tendat, iam tum iure Romano conſtitutum eſt, §. 6. *I.* & *L.* 15. §. 48. *de Iniuriis.* Cenſetur vero iniuria tunc maxime in contumeliam domini facta, quando famulus circa herile negotium occupatus eam patitur. At enim vero ita nihil circa famulos ſingulare eſt. Generalem regulam fieri oportebat: quoties alicui alienum negotium expedienti propter hoc ipſum negotium iniuria infertur, dominus negotii actionem iniuriarum habet. Ipſa hoc æquitas & iuris noſtri ratio oſtendit. Fac itaque, advocato & procuratori hoc modo iniuriam fieri. Cliens & mandans

recte

recte iniuriarum agent. Sic principes iniurias miniſtris ſuis legatisve illatas tanquam proprias ulciſcuntur. *L.* 5. *C. Ad L. Iuliam maieſtatis.* Dabo aliud exemplum: Eques peregre abiens liberorum ſuorum præceptorem cuſtodem prædii & ſupellectilis reliquerat. Abſente illo, alius prædium intrat, poſſeſſionem occupat, ac contradicenti præceptori fuſtum ferrumque minitatur. Non poterat præceptor inter famulos mercenarios poni. Atque tamen ICti Vitembergenſes equiti actionem iniuriarum menſe Novembri anni CIↃ IↃ CCIX. dederunt: Hat Marcus den Beſitz des Gutes B. in des Herrn Abweſenheit eigenmächtig ergriffen, die Victualien und Hausrath hinweg genommen, und den Informatorem, ſo zur Verwahrung der Sachen beſtellet geweſen, unter Bedrohung von prügeln und erſchieſſen fortgejaget; So mag der Herr Marcum wegen der erwieſenen Beſchimpfungen Iniuriarum abſonderlich belangen.

VII.

Pater iniuriam liberis ſuis factam remittens ſibi & liberis non etiam publico præiudicat.

Exſtat apud *Bergerum in Parte II. Supplementorum ad Electa diſc. for. pag.* 169. *ſqq.* ICtorum Vitembergenſium de actionibus patri ob iniurias liberis factas competentibus reſponſum ſatis doctum. Hæreo tamen in illis reſponſi verbis, quæ *pag.* 177. habentur: nach gemeinen Wahn derer Rechts-Lehrer, einem Vater ordentlich *actionem iniuriarum filiof. competentem* zu *remittiren* nachgelaſſen. Adeone DD. non ſciunt, ſed autumant ſaltem, patrem actionem iniuriarum filiis competentem remittere poſſe. Nonne id ſatis clare in *L.* 17. §. 12. *de Iniuriis* conſtitutum eſt? Eſt utique. Equidem omnia, quæ obiici poſſint, novi; videlicet, non oportere alteri per alterum iniquam conditionem inferri, patrem ius filii, hoc invito, remit-

tere non poſſe, duo eſſe & diverſa invicem iudicia, quo pater ſuam & quo filii iniuriam perſequitur. *L.* 41. *de Iniuriis &c.* Novi ego hæc omnia, iisque nihil aliud, quam hoc ſolum: ſic tamen lex ſcripta eſt; repono. Sed quidquid ſit de remiſſione patris, hæc certe reipublicæ non nocet, quæ pœnam ſibi per *L. ult. de Iniuriis* debitam nihilominus perſequitur. Et ſic ICti Helmſtadienſes menſe Iunio CIↃ IↃ CC XII. iudicarunt ex his rationibus: Wir haben es bey der dem Beklagten zuerkannten Strafe der 2. R. Schock gelaſſen. Was aber die Abbitte betrift, ſo kann Kläger ſolche nicht fodern, weil er, ſeines eigenen Zeugen Ausſagen nach, ſich, daß er nicht klagen wolle, erkläret, alſo die ihm angethane Iniurie remittiret. Deſſen Söhne aber können dergleichen viel weniger prætendiren.

VIII.

Prolatio ſecreti alieni iniuria eſt.

IX.

Qui litteras familiares in detrimentum amici divulgat, iniuriarum tenetur.

Videmus, paſſim in vita communi iniurias fieri, quæ vulgo pro talibus non reputantur, ac tamen in iure noſtro ad iniurias referuntur. Pertinet huc prolatio ſecreti. Claræ ſunt *L.* 41. *pr. Ad L. Aquiliam & L.* 1. §. 38. *Depoſiti*, quæ, etſi de teſtamento ſaltem agant, tamen ob ſimilitudinem rationis ad alia ſecreta, quorum prolatio alteri moleſta vel ignominioſa eſt, extenditur. Inprimis autem huc referimus publicationem eorum, quæ amicus ad amicum per litteras familiariter ſcripſit. Quam ſit hoc inhoneſtum, nemo melius oſtendit *Cicerone*, qui ſic *in Philippica II. cap.* 4. *At etiam*, inquit, *litteras, quas me ſibi miſiſſe dicit, recitavit homo & humanitatis expers, & vitæ communis*

nis ignarus. Quis enim unquam, qui paulum modo bonorum conſuetudinem noſſet, litteras ad ſe ab amico miſſas offenſione aliqua interpoſita, in medium protulit palamque recitavit? Quid eſt aliud, tollere in vita vitæ ſocietatem, tollere amicorum colloquia abſentium? Quam multa ioca ſolent eſſe in epiſtolis, quæ prolata ſi ſint, inepta videantur? quam multa ſeria, neque tamen ullo modo divulganda? Sit hoc inhumanitatis tuæ. Inhumanitatem hoc vocat, non iniuriam, Cicero, quod eius temporibus nulla adhuc lex ſcripta prolationem ſecreti vindicaret. At *Dominicus Baudius*, iurium Doctor, hoc ignorare non debebat. Is tamen *in epiſt. 56. centur. 2. pag. 241.* dum in Lydium, qui familiares Lipſii litteras non ſine Lipſii ignominia in vulgus edere volebat, invehitur: *Sibi*, ait, *ſumit eam licentiam, ut faciat, quæ ſint contra morem bonorum, contra fas gentium, contra ius humanitatis.* Nihil Baudius de iniuria, nihil de actione forenſi. Minatur ſaltem, ſe publice contra Lydium ſcripturum, & cauſſam amici, & quondam doctoris, ſtylo defenſurum. Ego vero, etiam actionem iniuriarum locum habere, argumento legum ſupra memoratarum concludo, atque hac in parte adſentientes habeo ICtos Helmſtadienſes, qui ſic menſe Iunio anni CIↃIↃCCXIX reſponderunt: Es iſt eine Iniurie, des andern ihm anvertrauete Briefe zu erbrechen, und deren Inhalt zu entdecken.

X.

Qui iurisdictionem ſibi in alterum non ſubiectum arrogat, iniuriarum ab hoc conveniri poteſt.

XI.

Vſus & conſuetudo in re per ſe non illicita ab actione iniuriarum liberat.

Arrogarat quis, cui iurisdictio nulla competebat, hanc ſibi in alterum, & quaſi iure magiſtratus mulctam im-

poſuerat exegeratque. Mulctatus actionem negatoriam & iniuriarum inſtituit. Et in priore quidem facilem victoriam obtinet, ac liber ab actoris iurisdictione declaratur. Sed quod ad poſteriorem, varia dubia movebantur. Negabant aliqui, privatam iniuriam ſubeſſe, quando quis, qui magiſtratus non eſt, iura magiſtratus exercet. In principem ſaltem & rem publicam peccari, atque maieſtatem quodammodo lædi, ſed privatis contumeliam nullam fieri, aiebant. Verum ſit utique etiam privato, qui contra iura alienæ poteſtati ſubiicitur, iniuria. Vide *L.* 20. *de Iniuriis.* Præter hanc tamen alia melior excuſatio adferebatur. Exercuerat videlicet actor ante litem motam aliquot actus iurisdictionis, atque adeo ſolitus iam erat id, quod nunc fecerat, facere. Non poterant hi actus ei iurisdictionem, quam non habebat, adquirere, ſed dolum tamen abeſſe indicabant. Equidem hoc ſolum, quod quis ſolitus eſt quid contra ius vel rationem facere, eum plane non excuſat, nec a culpa liberat. *L. pen. pr. de Act. emti.* Si tamen id, quod fecit, in ſe impium & iniuſtum non eſt, uſus & conſuetudo ſaltem a dolo excuſat, *can.* 7. *cauſ.* 32. *qu.* 4. Itaque ſic iudicatum fuit menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XVII. Daß Beklagte zwar ſich des Erkenntniſſes, Strafe und Pfandung in den das Cram-Amt und deſſen Statuta und Gerechtſame betreffenden Angelegenheiten zu enthalten ſchuldig, ſonſten aber, was die gebetene Satisfaction betrift, von der angeſtellten Klage zu entbinden. Die beyderſeits verurſachte Unkoſten werden gegen einander aufgehoben. V. R. W. Rat dec. Dieweil Beklagte kein Exempel anzuführen vermögen, daß ſie oder ihre Vorfahren bey dergleichen Deputirten-Wahl das Ius cognoſcendi, mulctandi und pignorandi ruhig exerciret, unterdeſſen wegen der vielen faſt gleichförmigen Actuum, davon die Nachricht in ihren Büchern und des Raths Protocollis gefunden,

ſehr

sehr wahrscheinliche Ursach zu glauben gehabt, daß ihre Gewalt sich auf den casum, der zu der Schlägerey und dem gegenwärtigen Processe Gelegenheit gegeben, erstrecke, bey welcher Bewandniß der dolus, folglich auch die prætendirte Strafe und Satisfaction, hinweg fällt; So seynd wir, als in unserm Urthel enthalten, zu sprechen bewogen worden.

XII.

Alterum, cui dignior locus debetur, antegredi, iniuria est.

Pro explicatione huius positionis sufficiet responsum a ICtis Helmstadiensibus mense Martio anni CIↃIↃCCXVIII. exaratum: Ist ein Gräflicher über etliche Dorfschaften gesetzter Amtmann bey einer Leich-Procession einem Doctori Iuris, welchen doch der Leydtragende gewöhnlicher massen aufgerufen, vorgetreten, und hat dadurch verursachet, daß dieser Doctor sich des Conducts mit Protestation geäusert. Entstehet demnach die Frage, ob der Doctor wider den Amtmann iniuriarum zu klagen berechtiget sey. Wiewol nun auf Seiten des Amtmanns angeführet werden könnte, es komme ihm als einem herrschaftlichen Bedienten und zugleich obrigkeitlichen Person der Rang über die, welche in keinem öffentlichen Amte stehen, zu, hiernächst sey dasjenige, was er gethan, wenn es auch unrecht gewesen, nicht animo iniuriandi, sondern lediglich in der Absicht, seinem ihm von der Herrschaft aufgetragenen Character nichts zu vergeben, geschehen, folglich falle die intendirte Iniurien-Klage gäntzlich hinweg. Alldieweil aber die Doctores nach den Reichs-Gesetzen in *Ordinat. Polit. de anno* 1530. *tit.* 15. & *de anno* 1548. *tit.* 12. iura nobilium, also zugleich das dem Adelstande anklebende Vorzugs-Recht vor Personen bürgerlichen Standes haben, nächstdem eine herrschaftliche Bedienung keine Præcedenz vor die Doctores giebet, indem sonsten auch geringere Bediente sich eben dergleichen anmas-

anmaſſen würden, ferner die dem Amtmanne zuſtehende Iurisdiction, deren der Doctor nicht einmal unterworfen, denſelben gleichfalls nicht über die Doctores erhebet, da zumal nicht ungewöhnlich, daß obrigkeitliche Perſonen ſo gar denjenigen, welche ihrer Iurisdiction unterworfen, nachgehen müſſen, *L.* 14. *de Iurisdictione*, dann berühmte Rechts-Collegia den Doctoribus den Rang ſo gar vor Churfürſtl. Amtleuten zuerkannt, wovon unterſchiedene Exempel bey dem *Carpzovio P.* 2. *Deciſione* 110. und *Hornio de Iure proœdriæ Dec.* 2. *quæſt.* 4. zu finden, worzu noch dieſes kommt, daß dem Anführen nach des jetzigen Amtmanns Vorfahre niemalen die Hand vor dem Doctore prætendiret, demnach dieſer bereits in Poſſeſſion der Præcedenz ſtehet, und derſelben privata auctoritate nicht entſetzet werden ſollen, übrigens der von dem Amtmanne öffentlich begangene Actus eine Verachtung des Doctoris, welche ohne animo iniuriandi nicht ſeyn kann, angezeiget, zu geſchweigen, daß nach *Mevii P.* 5. *Dec.* 258. *n.* 4. Doctrin die bloſſe Entziehung des einem zuſtehenden Ehren-Tituls pro iniuria geachtet wird; So halten wir dafür, es ſey viel beſagter Doctor den Amtmann iniuriarum zu belangen wohl befugt.

XIII.

An & quousque famulis adverſus heros iniuriarum agere liceat, diſquiritur.

XIV.

Herus, qui iratus famulo ſuo perperam facienti crimen famoſum obiectat, iniuriarum non tenetur.

XV.

Digitized by Google

XV.

Tenetur tamen, ſi animus deliberatus aut perſeverantia apparet,

Ius emendationis domeſticæ cuilibet patrifamilias quaſi a natura datum legibusque civilibus firmatum eſt, *L. un. C. de Emendatione propinquorum*, ac in eos etiam, qui perſonas operasque ſuas alicui per locationem addixerunt, extenſum. *L.* 13. §. 4. *Locati.* Eſt itaque hero permiſſum, ſervos ſuos mercenarios convitiis, verberibus, quin & carcere privato coercere. Servulus itaque, etiam paulo durius caſtigatus, actionem iniuriarum non habet. Sic menſe Martio anni CIↃ IↃ CCXXXIV. herum, qui famulum iuſſibus ſuis refragantem vulgari convitio, einen Hundsvoigt, appellarat, eidemque verbera minatus erat, abſolvi. A duobus tamen dominum cavere iuſſi *in Specimine XVI. de Liberis & ſervis, medit.* 4. primum, ne famam, deinde ne valetudinem ſervi lædat. Et quod ad poſtremum quidem, dubium non eſt, quin ſervus mercenarius herum ob acceptum in caſtigando vulnus ex locato convenire poſſit, *all. L.* 13. §. 4. *Locati.* Sed quod ad verba & convitia, temperamento opus eſt. Dixi, famam lædi, quum crimen, in quod leges famæ amiſſionem conſtituerunt, obiicitur. Probavi igitur iudicium, quo *Mevius in Iur. Lubec. P.* 3. *tit.* 8. *art.* 10. *n.* 16. matremfamilias, quæ ancillam ſuam meretricem, eine Schand-Hure, vocarat, iniuriarum damnatam fuiſſe, memorat. Quod ipſe olim imitatus ſæpiuscule heros herasque damnavi. Sed effecit tandem improbitas famulorum, ut aliquid de hoc rigore remitterem. Animadverti ſcilicet, famulos, etiam impuriſſimos, poſtquam nequitia ſua iram domini provocaſſent, atque hic calore elatus eos paulo acerbius obiurgaſſet, confeſtim apud iu-

Digitized by Google

dicem de iniuria ſibi facta queri, &, obtenta victoria, aliis exemplo eſſe, ut & ipſi inertia vel flagitio maledictum a domino eliciant, idque deinde actione iniuriarum ulciſcantur. Dici non poteſt, quam hæc res tranquillitatem pacemque domeſticam turbet. Excitat hæc accuſandi deferendique licentia quaſi ſervile bellum, ut cum *Plinio in Panegyrico cap.* 42. *n.* 3. loquar. Damnarunt eam iam olim Romani in *L.* 20. *C. de his, qui accuſare non poſſunt*, ubi famuli huiusmodi conductitii familiares appellantur, atque ſi eius, cuius familiaritati inhæſerunt, exiſtimationem, caput atque fortunas cuiuscunque criminis delatione petierint, gladio feriri iubentur. Et profecto, ſi omnia conſidero, iſtiusmodi convitia, quæ dominus in calore iracundiæ profert, exiſtimationem ſervi nihil aut parum lædunt. Egregie *Paulus in L.* 48. *de Regulis iuris: Quidquid*, inquit, *in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quam ſi perſeverantia apparuit, iudicium animi fuiſſe.* Quamobrem deſivi iam dudum, dominos a ſervulis ſuis iniuriarum conventos promiſcue damnare; ſed diſtinguo. Si dominus ſerio ac animo deliberato famulum criminis inſimulat, aut etiam criminationem, quæ forte irato excidit, ſedato ardore ratam habet & continuat, tum ſervo exiſtimationem ſuam etiam in iudicio vindicare permitto. At ſi quæ voculæ paulo duriores ex ore domini ira incenſi elabuntur, tantum abeſt, ut famulum iniuriarum agentem audiam, ut ipſum ſæpe actorem, ſiquidem nequitia ſua aut ignavia dominum concitavit, condemnem. Feci hoc menſe Octobri anni CIↃ IↃ CC XXX. in caſu, quo pater ancillulæ, quam audacius obloquentem herus eiusque liberi criminoſe, ut fit, meretricem furemque appellando, obiurgarant, iniuriarum agebat: Weil ſo wohl aus des Zeugen fol. 6. gethanen Ausſage, als der jun-

gen

gen Ziegerin eigenem fol. 10. befindlichen Geſtändniſſe erhellet, daß ſie von ihrer Herrſchaft übel und unanſtändig geſprochen, und denn die emendatio domeſtica einer jeden Dienſt-Herrſchaft zuſtehet, ſolche auch im gegenwärtigen Falle nur in Schelt-Worten beſtanden, und zu keiner rechten Thätlichkeit gekommen, hiernächſt eine Sache von übler Folge ſeyn, und die häußliche Sicherheit nicht wenig ſtöhren würde, wenn man dem Geſinde erlaubte, alle was hart gegen ſie ausfallende Worte der Obrigkeit zu denunciiren, und ihre Herrſchaft oder deren Kinder, in Strafe und Unkoſten zu bringen, ſo wird Daniel Zieger mit ſeiner ungegründeten Denunciation ab- und ſeine Tochter wegen ihres ungezogenen Mauls zu züchtigen angewieſen, auch zu Bezahlung aller Unkoſten angehalten.

XVI.

Ipſa iniuriarum actio, ſi iniuſte inſtituatur, iniuria.

XVII.

Quin is etiam, qui iuſte iniuriarum agit, ſed pœnam atrociorem, quam par eſt, petit, ipſe iniuriarum reus fit.

Actionem iniuriarum, ſi iniuſte inſtituatur, calumniam eſſe, & pœnam in calumniatores ſtatutam mereri, ex *L.* 43. *de Iniuriis* patet. Adde *Iulii Pauli ſent. lib.* 5. *tit.* 4. Dubium ergo non eſt, quin reus iniuriarum per calumniam conventus, ſi abſolvatur, actorem iniuriarum reconvenire poſſit. Et ſic ICti Helmſtadienſes menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XXVIII. reſponderunt: Iſt im Namen der Schneider- und Leineweber-Innungen zu St. eine Injurien-Klage wider den Inſpectorem daſelbſt übergeben, und darinnen, als ob er ſie öffentlich pro concione Diebe genennet, denunciiret worden. Entſtehet demnach die Frage, ob wider die Denuncianten zu inquiriren und ſie zu einer gerichtlichen Abbitte anzu-

halten seyn; Nun haben sich dieselbe zwar noch so ziemlich vorsichtig in Einrichtung ihres Klag-Schreibens aufgeführet, und nur blos gemeldet, es wären Anzüglichkeiten und Personalia nach der bekannten Kirchen-Ordnung bey Strafe der Suspension, ja Remotion, verbothen, solche Strafe jedoch an Herrn Denunciaten zu exsequiren nicht gebethen, und möchten folglich eben nicht zur Inquisition gezogen werden können. Allein, wenn sie doch die ihrem Herrn Beicht-Vater und Seelsorger beygemessene Iniurien nicht erweisen, also in ihrer Denunciation unterliegen sollten, so würden sie deshalb, daß sie durch dergleichen ungegründete Denunciation einen rechtschaffenen Mann, und vornehmen Geistlichen zum Iniurianten zu machen gesuchet, und einer Ueberschreitung seines Amts beschuldiget, mithin seine Reputation nicht wenig gekränket, dem Herrn Inspectori eine gerichtliche Abbitte zu thun billig angehalten. Quin imo, si quis iuste etiam iniuriarum agat, sed plus, quam par est, flagitet, e. g. ob leve convitium convitiantem fustibus cædi, in exilium mitti, dignitate sua spoliari, ordine moveri &c. petat, actio iniuriarum locum habebit.

COROLLARIA.

1. Definitionem iniuriæ obliquæ in principio omissam hic supplebimus. Est nempe iniuria obliqua dictum factumve in se vel ratione eius, qui quæritur, non iniuriarum, sed quod tamen vel a lege inter iniurias refertur, vel ducto argumento, aut propter interpositam personam tanquam iniurium vindicatur.

2. Exemplum iniuriæ obliquæ reperitur in dem Sächsischen *Mandat* wider die Selbst-Rache *de anno 1706. §. 18.* verbis: Mit welcher Strafe auch diejenigen zu belegen, welche die andern in ihren Jagden, Gehölzen, Triften, Gräntzen und bey ihrer *Possessi* und Gewehr zur Ungebühr *turbiren*, oder sich rechtmäßigen Pfändungen gewaltsamer Weise

Weiſe widerſetzen. Convenit hoc cum *L. 13 §. ult. de Iniuriis.* Deeſt in his factis directus iniuriandi animus. Sed lex tamen ea tanquam iniurias punit.

3. Inter iniurias mediatas *Guido Papa in deciſione 464.* recte refert iniuriam membro collegii aut univerſitatis illatam, atque collegio actionem iniuriarum tribuit, ſiquidem talis ſit actus, in quo contumelia reſpiciat univerſitatem.

4. *Idem ibidem* in ſimili caſu magiſtratui ratione civis, & domino ratione vaſalli actionem iniuriarum recte dat, atque *ca. 4. de Privilegiis in 6.* quod obſtare videtur, reſpondet, id reſtringi oportere ad caſum, quo iniuria tangit duntaxat ſubditum.

5. *Matthæus in annot. ad dictam deciſionem Guidonis Papæ* iniuriam, uni ex conſanguineis factam, reliquis illatam cenſeri autumat, atque ad *L. 5. pr. de Iniuriis* provocat. Verum contrarium ex *§. 2. I. & L. 1. §. 3. & L. 2. D. de iniuriis* patet ſcilicet actionem iniuriarum iis ſaltem, qui aliquem in poteſtate habent, vel quibus defenſio eiusdem competit, dari. *Lex 5.* autem id ſaltem dicit, non poſſe quem iudicem eſſe in iniuriis, quæ propinquo eius illata fuerunt. Itaque extra caſum, quem *Hubertus in prælect. ad tit. D. de Iniuriis §. 1.* de convitio ipſi familiæ facto habet, conſanguineus ex conſanguinei iniuria actionem non conſequitur.

6. Inter exempla frivolarum de iniuriis actionum hoc etiam ex *Macrobio lib. 2. Saturn. cap. 9.* collocari animadverto: *Hortenſius vir alioquin ex profeſſo mollis & in præcinctu ponens omnem decorem; fuit enim veſtitu ad munditiem curioſo, &, ut bene amictus iret, faciem in ſpeculo ponebat; ubi ſe intuens, togam corpori ſic applicabat, ut rugas non forte ſed induſtria locatas artifex nodus conſtringeret, & ſinus ex compoſito defluens nodum lateris ambiret.* Is quem-

gitized by Google

quondam, quum incederet elaboratus ad ſpeciem, collegæ de iniuriis diem dixit, quod ſibi in anguſtiis obvius offenſu fortuito ſtructuram togæ deſtruxerat, & capitale putavit, quod in humero ſuo locum ruga mutaſſet. Et egit utique frivole Hortenſius, quod offenſa fortuita eſſet. At, ſi collega togam eius conſulto deſtruxiſſet, actio iuſtiſſima erat.

7. Etiam Iudæus iniuriarum agere poteſt. *L. 14. C. de Iudæis.* Ad *§. 3. I. de Iniuriis & L. 32. de Regulis iuris,* quæ obſtare videntur, in conflictu reſpondebitur.

PRAESES

RESPONDENTI SVO

SALVTEM

Quæ intra paucos dies illucebunt, tertiæ idus Novembris, iucundiſſimam illuſtris fratris tui imaginem & memoriam animo meo repræſentant. Hic ipſe ſcilicet dies eſt, quo ego ante viginti annos illum, me præſidente, de odio advocatorum fiſci merito ac immerito in academia Iulia diſputaturum, publice per litteras allocutus ſum. Exſtant adhuc eæ litteræ, commentariolo, quem dixi, ſuffixæ. Relego ego illas ſubinde, ac, quoties id facio, mirifica voluptate perfundor. Nunquam videlicet veriores cuipiam laudes impertivi, nunquam certius auguratus ſum, nunquam Deo pro amici ſalute felicius ſupplicavi. Scripſi, dediſſe ei naturam, ingenium promtum & acre, iudicium politum & ſincerum, mirificam eloquendi vim & copiam; has naturæ dotes egregie auxiſſe ſanctiſſimam venerandi

Digitized by Google

nerandi patris educationem, fidam celeberrimorum doctorum institutionem, suam denique eximiam industriam, qua in discendis bonis artibus sit versatus, his adminiculis adeptum eum esse doctrinam non vulgarem, & in illis litteris, quas elegantiores communiter vocant, & inprimis in iure nostro, cuius omnes partes ea, qua par fuerit, diligentia pervolutarit; nec tamen illum superstitioso obsequio cuncta, quæ a magistris tradita sint, accepisse, sed multa meditatione ac commendatione in veritatem eorum inquisivisse, laudabili consilio, quippe nihil magis præstandum esse homini cordato, quam, ne pecorum ritu sequatur antecedentium gregem, pergens, non qua eundum est, sed qua itur; his omnibus accessisse iucundos mores & vitæ elegantiam, quibus sibi omnium facile animos conciliet, cum quibus vivendum est. Gratulatus sum doctum specimen, quo edito matura iam studia sua in lucem proferret, atque in usum deduceret. Auguratus sum, non defuturos patronos, qui viam ei ad dignitates patefacerent. Prædixi, multas eum in primo ad honores itinere difficultates reperturum. Hortatus sum, animum ne abiiceret, sed cogitaret, honores consequi, sæpe fortunæ opus esse, mereri, semper virtutis; efficeret itaque, ut mereretur saltem dignitates, ceterorum curam Deo immortali committeret. Tandem Deum supplex veneratus sum, ut ipsius auxilio frater in optimo patris solatium & gentis nostræ ornamentum diu viveret & magis indies efflorescceret. Vides, agnate suavissime, nihil eorum, quæ tunc dixi, & prædixi, & precatus sum, vanum fuisse. Evectus nunc est frater optimus ad id fastigium, quod virtus eius meretur, factusque gentis nostræ lumen & ornamentum. Quem tu, charissime agnate, laudabili æmulatione sequuturus, & simile doctrinæ tuæ specimen editurus, in publicum

blicum nunc prodis. Omnem illam libertatem, quam ſibi prima iuventus in florentiſſimis maximisque ingeniis ſumere ſolet, depavit iam matureſcens indies ætas, innata virtus, & cogitatio acceptæ a maioribus claritatis. Erit olim tempus, quo tu, ut nunc in fratre fit, poſteris noſtris exemplum, quod imitentur, propones. Enitere ſaltem, ut id propediem fiat. Et fiet profecto, ſi ſic, ut cœpiſti, pergis, ac fratri porro æmularis. Edis nunc ad exemplum eius publiceque tueberis lucubratiunculam, cuius prima pars de iniuriis obliquis a me profecta, altera de perduellione obliqua tota tua eſt. De quo labore tuo idem iudico, quod olim de fratris tui commentariolo iudicavi: ita te ſcilicet argumentum tibi propoſitum explicuiſſe, ut, niſi ex amore erga te plane hallucinor, in hac ætate melius potuiſſe non videaris. Nec diſſimulabo, me in meditationibus tuis, quas cenſuræ meæ ſubieciſti, multa reliquiſſe, quæ ipſe forſan, ſi earum auctor eſſem, accuratius feciſſem, ſed quæ a iuvene viro, qui non adeo multos in iurisprudentia annos conſumſit, exquiſitiora deſiderari non potuerunt. Plura in præſens non addo, ſed ſtudia tua atque incolumitatem Deo immortali commendo. Vale & me ama. Vitembergæ nonis Octobribus anni CIↃ IↃ CC XXXIII.

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DXLVII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVII. TIT. X.

DE

CONVITIIS ADVOCATORVM

PVBLICE DEFENSVM

A

GODOFREDO ANDREA WIRSICH
SCHWEINIC. SAXONE.

D. XX. DECEMBR. ANNI MDCCXXXII.

I.

Advocati honorificentius & indulgentius, quam vulgo fit, tractandi sunt.

II.

Advocato licet convitiari, siquidem litium utilitas hoc poscit.

III.

Salsa advocatorum dicta & scripta iniuriæ non sunt.

IV.

Talia ergo vel dissimulanda sunt, vel simplici admonitione coercenda.

Vulgata est & quotidiana querela de improbitate & imperitia advocatorum. Nolo ego eam depellere penitus, sed dicam saltem, eos ipsos, qui maxime queruntur, huic querelæ suæ caussam & occasionem dare. Est nempe advocatorum professio honestissi-

ſtiſſima, dignaque iis, quibus Iuſtinianus eam in *L.* 14. *C. de Advocatis diverſorum iudiciorum* ornat, elogiis. At has meritiſſimas laudes eis non ſolum non tribuunt, ſed detrahunt etiam ac tollunt & vulgus hominum, & hi, quos altius ſapere oportebat. Nullum fere nunc ſcriptum editur, in quo, ſi advocatorum forte mentio fit, convitiis illi non onerentur. Deinde dignitas eis nulla relinquitur. In conviviis ad infimum ſubſellium reiiciuntur, in ſolemnibus infra ſcribas, argentarios, publicanos amandantur. Denique magiſtratus, in aliorum criminibus indulgentiſſimi, advocatorum leviſſima errata ſevere puniunt, ac frequentibus mulctis eos fere ad incitas redigunt. Quæ dum vident cordati doctique viri, non poſſunt non abhorrere ab eiusmodi vitæ genere, in quo omnem ſibi ad honores viam intercluſam credunt. Vel itaque dedignantur advocati officium, vel, ſi id olim ſuſceperunt, elaborant modis omnibus, ut honoratiori muneri admoti ex dedecore emergant. Ita fit, ut ſi paucos excipias probos doctosque viros, qui contemtis magno animo vulgi voculis forenſem operam continuant, non niſi viles & ad alia negotia inepti homunculi advocationem ambiant. Honeſtemus vero, ut par eſt, nobiliſſimam artem, ornemus eos, qui illam profitentur, atque digniore loco ponamus, conniveamus in levioribus eorum peccatis. Et videbimus, Cicerones, Hortenſios, Servios Sulpicios, qui ſummam ſibi gloriam olim advocando pepererunt, nec noſtræ ætati defuturos. Sed hæc forſan alio tempore ſigillatim perſequemur. In præſens nimium iudicum & collegiorum iuridicorum in puniendis advocatorum iniuriis rigorem coarguemus. Nullum fere liberius dictum inultum impunitumque dimittitur. Reſecantur omnia ad vivum, ac ſæpe innocentiſſima verba a ſuſpicioſo magiſtratu pro iniuria imputantur.

Crepan-

Digitized by Google

Crepantur notiſſimæ leges, quæ libidinem convitiandi in advocatis compeſcunt. Legi ego eas omnes, atque memoria teneo. At vero leges non omnem convitiandi libertatem advocatis adimunt, ſed aliquam utique relinquunt, quam nempe litium utilitas poſcit. Ita clare Imperatores in *L.* 6. §. 1. *C. de Poſtulando.* Deinde non omnia, quæ acriter & ſalſe dicuntur aut ſcribuntur, confeſtim iniuriæ ſunt. Adpoſite Ennius apud *Ciceronem lib.* 2. *de Oratore cap.* 54. *n.* 222. *flammam*, ait, *a ſapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat, hæc ſcilicet bona dicta, quæ ſalſa ſint; nam ea dicta appellantur iam proprio nomine.* Et ipſe *Cicero ibidem: Multum*, inquit, *in cauſſis perſæpe lepore & facetiis profici vidi.* Adſentio hac in parte Ennio ac Ciceroni, fateorque, me ſcripta advocatorum ſale aliquo adſperſa maiore cum voluptate legere, quam abſona illa & nullo aromate condita. Nanciſcitur ſæpe advocatus vel iudicem ineptum, vel adverſarium tam aperte nugantem, ut, quemadmodum *Iuvenalis Satyra* 1. *verſu* 30. loquitur, difficile ſit, ſatyram non ſcribere. Nuper admodum acta vidi, in quibus oppiduli cuiusdam ſcriba, qui olim etiam in academiis fuerat, conquerebatur, ſe a iudice in citatione non dignis titulis ornatum, ſed nobilem virum ſimpliciter appellatum fuiſſe, quum tamen iudex cogitare debuiſſet, ſibi cum *polygrapho* & litterato viro, qui *ingenio laboraret*, rem eſſe. Querelam hanc refutarat adverſarii advocatus acute ac facete, nec pepercerat homini, ſed ignarum, quid ſit polygraphus, quid ingenio laborare, non ſine aculeo docuerat. Quærebatur, an recte feciſſet? Tum ego tacitus mecum reputare cœpi, quid ipſe, ſi eius loco fuiſſem, dixiſſem ſcripſiſſemve. Et profecto frigidus ſit oportet, qui adverſarium talem iocoſe non ludat. Igitur ea, quæ paulo liberius

dicta ſcriptave ſunt, plerumque diſſimulantur; aut, ſi iudex vel adverſarius coërcitionem nimis rigide flagitet, admonitio ſaltem decernitur ad exemplum ICtorum Vitembergenſium, qui menſe Auguſto anni CIↃ IↃ CC XXXII. ſic Gorlitiam reſponderunt: Uebrigens wird Kläger ſich in ſeinen Schriften und Einbringen aller Beſcheidenheit zu bedienen wiſſen. V. R. W. Rat. dec. Wir haben davor gehalten, daß Kläger den in *L.* 6. §. 1. *C. de Poſtul.* vorgeſchriebenen Modum, ne advocatus ultra, quam litium poſcit utilitas, convitietur, nicht ſonderlich überſchritten, dieſemnach eine bloſſe Erinnerung hinlänglich ſey.

V.

Verba nonnulla, per ſe iniurioſa, in ore tamen & ſcriptis ICtorum & advocatorum innocentia ſunt.

VI.

Talia ſunt: diffamare; ſpolium; in fraudem.

Equidem ICti verba in eadem, quam vulgus recepit, ſignificatione adhibere, nec ab uſu, *quem*, ut cum *Horatio de Arte poetica* v. 72. loquar, *penes arbitrium eſt, & ius, & norma loquendi*, recedere debebant. Faciunt tamen hoc nonnunquam ex uſu ipſis peculiari, atque vocabula quædam alio prorſus ſenſu, quam qui vulgo uſurpatur, ponunt. Cuius rei luculentum exemplum hic adferam. Sunt nempe aliquæ voces, ſi nativam ſignificationem ſpectes, per ſe duræ & iniurioſæ, ſed a ICtis uſu ſic mollitæ, ut in ore ſcriptisve noſtris nihil contumelioſi contineant, ſi ab alio adhibeantur, actionem iniuriarum pariant.

Digitized by Google

ant. Sic diffamare vulgo eſt famam alicuius calumniando vel per occultos ſuſurros violare. At ICti hac voce indifferenter utuntur, ut diffamatio ſine omni calumnia & iniuria innocentiſſime fieri poſſit, quemadmodum pluribus *in Spec. LXXXI. de Proceſſu provocatorio, medit.* 1. 2. oſtenſum. Porro *ſpoliare, ſpolium* communiter in mala ſignificatione accipiuntur. Recordor itaque, virum primariæ in aula dignitatis actionem iniuriarum contra advocatum, qui ipſi in iudicio ſpolium obiecerat, paraſſe. Sed errabat vir optimus. Actio ſpolii & interdictum unde vi, quæ fere conveniunt, non infamant. *L.* 13. *de Vi & vi armata.* Nam, ut *Martini in Proceſſu tit.* 11. §. 5. *n.* 27. oſtendit, ſpolium & vis etiam bona fide & ſine dolo committi poſſunt, dum quis ſcilicet ſe legitime poſſidere & rem ſuam non tam auferre quam tueri credit. Addam tertium exemplum: Debitor pignus, quod creditor in tertium quendam transtulerat, a poſſeſſore vindicabat, atque, translationem iſtam in fraudem reluitionis factam, in libello dixerat. Reus e veſtigio illum actione iniuriarum reconvenit, fraudem ſibi iniurioſe obiici ratus. Sed repulerunt eum ICti Helmſtadienſes menſe Iulio anni CIↃIↃCCXVIII. hunc in modum: Es hat die unternommene Wieder-Klage nicht ſtatt. Rat. dec. Es ſtellet Beklagter wegen der in die Klage eingefloſſenen Worte: *in fraudem* dieſer *Reluition;* Wieder-Klage ex capite iniuriarum an. Nachdem aber das Wort *in fraudem* nach dem Juriſtiſchen Stylo nicht eben iniurieus iſt, ſondern ſo viel, als zum Nachtheil, in præiudicium, bedeutet; So haben wir die Reconvention gäntzlich abgeſchlagen.

VII.

Advocatus de iis, quæ ex mandato clientis pro eius defenſione ſcripſit, iniuriarum non tenetur, quamvis ea falſa fuerint.

Nominationem auctoris in iniuriis non iuvare; vulgata est regula, & in *L.* 11. §. 3. *de Iniuriis* firmata, sed quæ in advocato locum vix invenit. Non equidem ignoro, dissentire a me *Carpzovium lib.* 2. *Responso* 62. *Hertium in Paræmia iuris* 98. rubr. Wehrmann oder Gewehrs-Mann haben, hilft nicht, §. 3. aliosque multos, & advocatum, qui ex mandato clientis convitium facit, simpliciter condemnare. At profecto duriter nimis. Advocati officium est factum narrare, prout id ei a cliente narratur. Poterit, si quid demit, causſæ magnopere nocere, ac clienti irreparabile damnum inferre. Vt in veritatem ante inquirat, tempus non patitur, nec conditio ipsius permittit. Ridiculus erit advocatus, qui, antequam nomine clientis quid profert aut scribit, probationem luce meridiana clariorem requirit, testes iuratos sibi sisti, documenta indubia exhiberi flagitat. Bis modo hoc vel ter faciat, & deseri se a clientibus videbit. Quid faciat ergo miser! Scyllam ei charybdimve propono. In alterutram ruat, necesse est. Aut nempe clientem suum indefensum relinquat, & potissima eius argumenta, siquidem offendere tertium quendam possunt, omittat; aut, si officium suum facere vult, actionem iniuriarum & existimationis suæ imminutionem metuat. Vide, in quas angustias communis opinio advocatos redigat. Sed eam non probant ICti cordatiores, verum advocatum, qui ad clientis sui mandatum & relationem quædam pro causſæ, quam defendendam suscepit, utilitate profert, tametsi in tertium iniuriosa, tametsi etiam falsa sint, si convitiandi animus abfuit, ab actione iniuriarum absolvunt. Fecerunt hoc ICti Helmstadienses mense Februar. anni CIↃ IↃ CC XXVI. Es kann dem Defensori hierunter nicht das geringste verarget werden, daß er auf Verlangen seines Clienten dasjenige, was dieser zu seiner Entschuldigung fürgebracht, auf eine gantz respectueuse

euſe Art vorgeſtellet, maſſen ein Advocat, wenn er in ſolchem Fall allezeit eine fiſcaliſche Unterſuchung befürchten müſte, überaus übel daran ſeyn, und faſt nichts ohne Furcht und Zittern hinſchreiben könnte: & Vitembergenſes menſe Iulio anni CIↃ IↃ CC XXXI: Dieweil die beyde Sterzelinnen eingeräumet, den Inhalt der in ihren Namen gefertigten Schreiben Dr. Priebern angegeben zu haben, und denn ein Advocat, die von den Partheyen vorgeſagte Umſtände den von ihnen verlangten Memorialien einzurücken, ſich nicht entbrechen mag, Dr. Prieber auch ſich in den eingereichten Schreiben keiner weitern ungebührlichen Expreſſionen gebrauchet; So iſt gegen ihn weiter nichts vorzunehmen, und die Bezahlung der verurſachten Gerichts-Koſten den beyden Sterzelinnen aufzuerlegen. V. R. W. Pari modo iidem menſe Octobri anni CIↃ IↃ CC XXXII. iudicarunt: Daß Heyens Suchen, weil bey einem Advocato, welcher Iura clientum, und die ihm von ſelbigen erzählte facta auf deren fidem in gehörigen terminis proponiret, animus iniuriandi nicht præſumiret wird, auch dieſerwegen actio iniuriarum deſto weniger ſtatt findet, da ſonſten niemand partes advocati ohne Gefahr übernehmen könnte, folglich per indirectum allen inculpatis die Defenſion abgeſchnitten würde, maſſen auch derſelbe die dißfalls verurſachte Unkoſten zu erſtatten ſchuldig. V. R. W.

VIII.

Animus defendendi advocatum convitiantem, etſi cliens hoc non iuſſerit, excuſat.

IX.

Non aliter tamen, quam ſi convitium verum ſit.

X.

Nam ſi falſum eſt, convitianti nec proteſtatio, quod iniuriandi animus abſit, prodeſt.

Vulgare advocatorum, qui iniuriarum conveniuntur, refugium eſt, dixi hoc ad clientis mei defenſionem. Nec inane

inane prorſus. Poſcit profecto litium utilitas, ut ea, quæ ad clientis iura tuenda faciunt, ſi vel maxime cum opprobrio adverſarii, tertii vel iudicis coniuncta ſint, in medium proferantur. Ergo hoc impune eſſe debet. Verum abutuntur nonnunquam hac impunitate advocati, atque, ut clientes ſuos tueantur, omnes vulgi rumuſculos, ſive veros, ſive falſos, aucupantur, exponunt in iudicio, verbisque amplificant, ac tandem in fine adiiciunt, nihil a ſe in cuiusdam iniuriam, ſed omnia defendendi animo, dici ſcribive. Hanc proteſtationem herbæ betonicæ æquiparant, ac non minus, quam clauſulam ſalutarem libellorum & codicillarem teſtamentorum vitia, iniurias omnes ſanare credunt. Ego vero proteſtationi iſti nihil virtutis tribuo, ſed ad id ſolum reſpicio, utrum verum ſit, quod defendendi animo obiicitur, an falſum. Si verum eſt, convitii veritas advocatum, quantumvis non proteſtatus ſit, ſimpliciter excuſat. Si falſum, proteſtatio facto contraria convitiantem non iuvabit, quemadmodum non iuvatur, qui dixit: mentiris, ſalvo honore tuo; ut recte monent *Gailius lib.* 2. *Obſerv.* 101. *& Gothofredus in nota* 2. *ad L.* 21. *pr. de Aquir. vel omitt. hered.* Sic itaque ICti Helmſtadienſes menſe Auguſto anni CIↃ IↃ CC XXIII. reſponderunt: Iſt dem Herrn von Bolfras in einem wegen einer gewiſſen Præbende geführten Proceſſe von dem Gegentheile vorgeworfen worden, es habe die Durchlauchtigſte Herrſchaft die ſtreitige des Herrn von Bolfras Vatern und ihm ſelbſt conferirte Exſpectanz nachgehends ob factum proviſi, & quia ille ſe non dignum præbuerit, einem andern gegeben; Wannenhero zu wiſſen verlanget wird, wie der Herr von Bolfras ſolcher Beſchuldigung halber Satisfaction erlangen ſolle. Nun wird zwar der Gegentheil zu ſeiner Entſchuldigung ſonder Zweifel anführen, es ſey in Rechten vergönnet, zu Behuf ſeines Proceſſes dem Contrapart etwas, welches

welches ſonſt privatim pro iniuria zu achten wäre, vorzuwenden, arg. *L.* 6. §. 1. *C. de poſtulando*, ibi: *Litium poſcit utilitas*, hiernächſt fehle es auch an dem animo iniuriandi, da zumal der obgedachten vor iniurieus aufgenommenen Paſſage ſofort angehänget worden, man führe dieſes lediglich in ſui defenſionem und zu keines Præiudiz an. Alldieweil aber die Erlaubniß, ſich in einem Proceſſe zu ſeiner Defenſion harter und des Gegentheils Ehre angreifender Worte zu bedienen, der geſunden Vernunft nach von keinen andern, als wahrhaften Beſchuldigungen verſtanden werden kann, hingegen ſeinen Contra-Part mit unwahrhaften Bezüchtigungen zu belegen, und in dergleichen falſchen Ehrenrührigen Vorgeben ſeinen Vortheil und Defenſion zu ſuchen, eine verbotene Iniurie iſt, und denn laut Bericht-Schreibens weder dem Herrn von Bolfras ſelbſt, noch deſſen Herrn Vater einiges Factum, wodurch ſie ſich der Expectanz unwürdig gemacht, beygemeſſen werden kann, mithin die angehängte Proteſtation tanquam facto contraria zur Entſchuldigung nicht hinlänglich iſt; So wird der Herr von Bolfras am beſten thun, daß er actionem iniuriarum anſtelle, und ſein Petitum dergeſtalt, als in ſolchen Proceſſen gewöhnlich, einrichte.

XI.

Exceptio veritatis advocatum non ſolum in iis, quæ adverſario vel teſti, ſed &, quæ iudici obiicit, excuſat.

XII.

Neceſſe tamen eſt, ut obiectio verbis in factum temperetur.

Vulgata eſt regula: veritatem convitii iniuriantem non iuvare. At ea ſemper fere in advocato convitiante officium ſuum perdit. Is enim, ut ſæpe ex *L.* 6. § 1. *C. de Poſtulan-*

ſtultando dixi, convitiandi libertatem habet, quatenus id litium utilitas poſcit. Poſcit vero harum utilitas ſæpiuscule, ut crimen adverſario vel teſti, quin imo aliquando iudici, obiiciatur. Quod quum fit, locum invenit reſponſum Auguſtorum in *L.* 5. *C. de Iniuriis: Si non convicii conſilio te aliquid iniurioſum dixiſſe probare potes: fides veri a calumnia te defendit.* Id tamen inprimis circa iudicem obſervet advocatus, ne duriter nimis ſcapham appellat, ſed verba in factum temperet, &, quam poteſt, leniſſime verum dicat. Dummodo hoc obſervarit, nihil ei metuendum eſt. Exemplum hoc eſto. Advocatus reum defenſurus fidem regiſtraturæ in dubium vocarat, dixeratque, clientem ſuum ea paulo aliter, quam iudicis iuſſu conſignata eſſent, proloquutum fuiſſe. Non eſt hoc per ſe iniurioſum. Accidere enim poteſt, ut iudex bona fide longas & tædioſas partium diſputationes, quas ad litteram excipi tempus ipſum non patitur, in breve contrahat ſicque conſignari iubeat, mentem tamen proloquentis accurate non adſequatur, ſed in voce aliqua labatur. Id tunc contigiſſe, advocatus dixerat. Hanc vero obiectionem impatientiſſime tulerat iudex, illuſtris vir, falſum ſibi imputari ratus, ac fiſci procuratori vindictam commiſerat. Verum ICti Helmſtadienſes, advocatum abſolvendum eſſe, menſe Februario anni CIↃ IↃCC XXVI. reſponderunt: Wird zu wiſſen verlanget, ob der Defenſor mit dem gedroheten fiſcaliſchen Anſpruche zu verſchonen ſey. Nun würde freylich der fiſcaliſche Anſpruch wider Denunciaten und deſſen Defenſorem ſtatt finden, daferne ſie den Herrn Regierungs-Rath Eugenium und den Regierungs-Secretarium eines Falſi beſchuldiget hätten. Allein Denunciat hat ſich nebſt ſeinem Defenſore ausdrücklich erkläret, er beſchuldige den Herrn Eugenium keines Falſi und Doli, ſondern führe nur an, daß die regiſtrirte Worte nicht dergeſtalt,

Digitized by Google

gestalt, wie sie registriret, aus seinem Munde gefallen, sondern das, was Melchior von sich gesprochen, wegen Eilfertigkeit und Kürtze der Zeit generaliter von beyden hingeschrieben worden. Dieses nun greifet des Herrn Regierungs-Raths Ehre gantz nicht an, sonderlich, da es sich auf Art und Weise, wie wir bey voriger Frage angemercket, vermuthlich zugetragen, und der Herr Regierungs-Rath weiter nichts, als was in allen Gerichten gewöhnlich ist, gethan hat, da nemlich die Obrigkeit bey blossen recessiren und mündlichen Verhören das weitläuftige Vorbringen und Zancken der beyden Theile nicht von Wort zu Wort niederschreiben läst, als welches ganze Tage wegnehmen würde, sondern in die Kürtze fasset, und mit Worten begreifet, gestalt die Nothwendigkeit, alles von Wort zu Wort nieder zu schreiben, nur bey Antworten auf inquisitional-Artickel, Zeugen-Verhören, Torturen, Litis-Contestationen und dergleichen höchstwichtigen Actibus erfordert wird, in Verhören aber und gütlichen Vergleichen, da ein Wort das andere giebt, und oft einer dem andern in die Rede fället, fast unmöglich ist. Diesemnach findet der fiscalische Anspruch wegen der unter dem 19. Ianuar. dieses Jahres übergebenen Schrift weder gegen den Denunciaten noch dessen Defensorem statt.

XIII.

Pœnæ advocatorum convitiantium sunt interdictio advocationis, carcer, mulcta.

XIV.

Lex Saxonica §. 3. Edicti wider die Selbst-Rache, *pœnam in eos, qui magistratus iniuriis lacessunt, sanciens, saltem ad magistratus illustres, non etiam ad alios pertinet.*

Digitized by Google

XV.

Magiſtratus ſcriptum advocati, gravioribus adverſus ſe iniuriis refertum, per carnificem recte comburit.

Fruſtra advocati convitiis abſtinere iubentur, ni ſancitis ſimul pœnis abſterreantur. Quas pœnas, ut advocati eas revereantur, non leves nimis eſſe oportet. Promtiſſima eſt interdictio advocationis; quæ tamen, quum tribunal iudicis interdicentis non egrediatur, *L.* 9. §. 2 *de Pœnis*, ſæpe parum movet advocatos, qui aditum ſibi ad alia iudicia ſic non intercludi norunt. Magis metuunt carcerem, quem inprimis *lex Saxonica* wider die Selbſt-Rache §. 3. omnibus, quotquot cavillationibus & calumniis magiſtratus inceſſunt, minatur. Verum *iſte* §. ex ipſa regis interpretatione ad illuſtres ſaltem magiſtratus, qui nempe *in præcedente* §. 1. recenſentur, pertinet, non ad ſimplices præfectos, conſules, iuſtitiarios. Patebit hoc ex reſponſo ICtorum Vitembergenſium menſe Auguſto anni CIↃ IↃ CC XXXII. exarato: Dieweil Königl. Majeſt. unſer allergnädigſter Herr, in einem unterm 17. Nov. 1719 an die Juriſten-Facultät zu Wittenberg abgelaſſenen allerhöchſten Reſcripte alsdenn, wenn ein Beamter intuitu officii angegriffen wird, nicht dem dritten, ſondern dem 18ten §. des Mandats wider die Selbſt-Rache gemäß zu ſprechen, und nur, befundenen Umſtänden nach, auf Erhöhung der Gefängniß-Strafe zugleich mit zu reflectiren, anbefohlen, hingegen die allhier vorkommende und von Carolo in ſeiner Defenſion ausgeführte Umſtände dergleichen Erhöhung nicht, ſondern vielmehr eine Milderung der gewöhnlichen Strafe an Hand geben, ſo wird jetzt gemeldter Carolus ſtatt des erkannten Gefängniſſes um 5 Thaler beſtraft. Supëreſt mulcta, quam aliquando non curant advocati, præſertim ditiores, ſed exemplum L. Neratii apud *Gellium lib.* 20. *Noct. Attic. cap.* 1. pro delectamento habent, libere dicere

Digitized by Google

dicere ac ſcribere, quæ volunt, iſtamque libertatem modica pecunia libenter redimunt. Deinde difficilis ſæpe eſt exſequutio, dum is iudex, ſub quo habitat advocatus, quanquam requiratur, non vult ſubinde aut differt tamen operam ſuam commodare magiſtratui læſo. Denique mulcta iſtiusmodi non ſemper ſatisfacit plene læſo, nec auctoritatem eius adverſus alios in tuto collocat. Igitur acriore remedio opus eſt, præſertim ſi iniuriæ graviores fuerunt. Poterit tunc locum invenire combuſtio ſcripti iniurii per carnificem. Atrox quidem hæc vindicta eſt, ſed atrocitati delicti reſpondet, quum iniuria magiſtratui illata per ſe atrox ſit. *L.* 7. §. 8. *de Iniuriis.* Quapropter ſic reſponderunt ICti Helmſtadienſes menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XIV. Als über die Frage, ob der Rath zu Civitavecchia, den beygelegten Extract einer von einem daſigen Advocato gefertigten und zu Verkleinerung beſagten Raths gereichenden Schrift durch den Büttel an dem Pranger öffentlich verbrennen zu laſſen, wohl befugt ſeye, unſere in den Rechten begründete Meynung ꝛc. Ob nun wol daher nicht geringer Zweifel entſtehet, daß beygelegte Schrift, weil deren Concipient ſeinen Namen nicht verhelet, eigentlich vor kein Paſquill oder libello famoſo, ſondern nur pro iniuria ſcripta zu achten, folglich es das Anſehen gewinnet, als ob die darinnen enthaltene Iniurien mit den ordentlichen in Rechten vorgeſchriebenen remediis zu vindiciren, keinesweges aber auf ſo ungewöhnliche Art, als das öffentliche Verbrennen, zu beſtrafen wären: Alldieweil aber ein Advocat ſich derjenigen Obrigkeit, vor welcher er practiciret, zugleich unterwirft, und ſolche vor die ſeinige erkennet, dergleichen Iniurien auch, ſo wider die Obrigkeit ausgeſtoſſen werden, eine viel härtere Ahndung und Beſtrafung verdienen, ſonderlich, wenn ſolche, wie in gegenwärtigem Falle, zu Aufwiegelung der übrigen Unterthanen und Bürgerſchaft gereichen, hiernächſt, dem

Angeben nach, der Rath, wenn er nicht des Advocaten ausgestoſſene Schmähungen auf die vorgeſchlagene Art beſtrafet, anderer Geſtalt ſchwerlich zu ſeiner Satisfaction gelangen möchte, gleichwol höchſt nöthig und billig, daß dieſes harte Delictum nicht ungeſtraft verbleibe, im übrigen bekannten Rechtens, daß eine Obrigkeit die ihr ratione officii zugefügte Iniurien ſelbſt beſtrafen könne; So iſt der Rath zu Civitavecchia, den beygelegten Extract durch den Büttel an dem Pranger öffentlich verbrennen zu laſſen, wohl berechtiget.

XVI.

Iudex iniurias ſibi in ſuo iudicio ab advocatis illatas recte vindicat.

XVII.

Eas tamen iniurias, quæ contra eum in iudicio ſuperiore vel apud principem proferuntur, perſequi nequit, niſi princeps hoc ei committat.

Certi & expediti iuris eſt, poſſe iudicem iniurias ſibi ratione officii illatas ipſum vindicare debitisque pœnis afficere. Id quod iam iure Romano licuiſſe, ex *L. un. pr. ſi quis ius dicenti non obtemperaverit* colligimus, ubi omnibus magiſtratibus ſecundum ius poteſtatis ſuæ conceditur, iurisdictionem ſuam defendere pœnali iudicio. Sed clarior eſt longe iuris canonici diſpoſitio in *cap.* 1. *de pœnis in ſexto.* Neque vindicta hæc magiſtratibus ſaltem in eos, qui domicilium ſub ipſis habent, permittitur, ſed in extraneos quoque, qui in eorum iudiciis vel litigant ipſi, vel cauſſas alienas tuentur. Neque moramur diſſentientes, qui ex *L.* 1. *C. Vbi de criminibus* ſatis refelluntur, & quibus operoſe iam reſpondit *Mevius P.* 9. *Dec.* 108. Id quod in Saxonia noſtra minus dubii habet propter *Deciſionem Electo-*

zed by Google

Electoralem 89. Non poſſum tamen hic, quin vulgarem errorem redarguam. Accidit nempe interdum, ut advocati de iudice inferiore apud ſuperiorem querantur, iniuſtitiam eidem obiiciant, aut alias criminationes immiſceant. Tum iudex inferior, ſimulac ſupplicationem iſtam reſciſcit, advocatum vel clientem eius ad ſe in ius vocat, interrogat & fatentem punit. Ego vero, hoc iudici inferiori licere non puto. Ait quidem Papinianus in *L.* 15. §. 29. *de Iniuriis*, iniuriarum agendum eſſe, ſi quis libello principi dato famam alienam infectatus fuerit. Verum non de actione ipſa, ſed de foro, in quo illam inſtitui oporteat, lis eſt. Eſt hoc forum ſine dubio ipſum principis conſiſtorium, ſeu ſummum tribunal, cui ſcilicet libellus datus fuit. Nam in hoc delictum commiſſum fuit, quemadmodum *Berlichius in P.* 2. *Deciſ.* 181. oſtendit. Ais forſan, eſſe tamen apud iudicem inferiorem forum domicilii, aut ſaltem deprehenſionis. Aſt utrique huic foro obſtat exceptio, tum litis in iudicio ſuperiore pendentis, tum propriæ cauſſæ. Nam querela de iudice inferiore ad iudicium ſuperius delata litem pendere facit. *L.* 1. *C. Quando libellus principi datus.* Ergo iudex inferior de veritate eius querelæ cognoſcere, ac querentem, antequam princeps cauſſam deciderit, & querelam reiecerit, punire nequit, arg. *L.* 10. *C. de Iniuriis.* Deinde, ſi princeps vel maxime querelam reiiciat, obſtabit adhuc exceptio propriæ cauſſæ. Ius enim illud ſingulare, quod magiſtratibus iniurias adverſus ſe in ſuis iudiciis prolatas ulciſci permittit, ad integritatem iudiciorum pertinet, nec ad iniurias alibi prolatas proferendum eſt. Quamobrem iudex iſtiusmodi iniurias, ni princeps hoc ei committat, nec cognoſcere, nec vindicare poteſt. Ita menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XXX. præfecto cuidam reſpondi: Es wird

der

der von Annen Männichin angegebene Maltzahn umständlich vernommen, und seine Aussage sodann zu weiterer Verordnung allerunterthänigst einberichtet, auch, weil eine Unter-Obrigkeit, wenn sie nicht vor ihrem eigenen Gerichte, sondern bey dem Superiore iniuriiret oder fälschlich beschuldiget wird, solche Iniurie nicht selbst strafen kann, sondern die Bestrafung dem Superiori anheim geben muß, in vorgedachtem Bericht zugleich gebührend angefraget, wie Anna Männichin deshalb, daß sie sich zu der in das Supplicatum fol. 26. eingeflossenen, und, nach Maßgebung der Acten, ungegründeten Beschuldigung bekennet, anzusehen sey. Adde *Specimen LXVIII. ad ff. de Iudice in propria cauſſa, med.* 8. Imo vero nec de iniuriis, privato cuidam in libello principi oblato illatis, cognoscere posse magistratum, nisi ex mandato ipsius principis, patet ex rescripto in cauſſa A. W. & decurionum Schweinicensium ad præfectos Schweinicenses dato: Liebe getreue ꝛc. Nachdem euch aber, über Iniurien, so in denen an uns gerichteten Supplicatis enthalten, ohne unser Vorwissen, Cognition anzustellen, nicht gebühret ꝛc. Als wird euch solches hiermit ernstlich verwiesen, begehrende, ihr wollet euch dessen in Zukunft gäntzlich enthalten, mit fernerm Verfahren anstehen, vorerwehnten Raths-Membris hingegen die ungebührliche Schreib-Art nachdrücklich verweisen. Datum Dresden am 30. Iulii 1731.

XVIII.

Iniuriæ, quas advocatus nomine clientis dixit ſcripſitve, huic, ſi eas ignoravit, non imputantur.

XIX.

Ignorantia tamen inveriſimilis, adfectata itidem & ſupina clientem non exuſat.

Nunc

Digitized by G

Nunc, quousque clientes ex advocatorum ſuorum convitiis obligentur, inveſtigandum eſt. Hic ipſa recta ratio ſpectari iubet, an & quousque cliens in ſocietatem delicti venerit. Sæpe ille conſcius plane non eſt, ſed advocatus his, quæ nomine eius dixit, vel ſcripſit, contumelias inſeruit, ac vel odia ſua privata exercuit, vel maledicendi libidinem explevit. Nihil tunc imputandum clienti. Nam mandatum, quamvis pleniſſimum ſit, & omnia, quæ lubeat, agendi facultatem complectatur, ad turpia tamen extendi non debet. *Peccata*, inquiunt Imperatores in *L.* 22. *C. de Pœnis*, *ſuos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum.* Ad regulam vulgarem, quod factum dictumve advocati ſit factum dictumve clientis, atque quod errores etiam advocatorum clientibus imputentur, quamvis hi eos non mandaverint; facilis eſt reſponſio, ſcilicet hanc regulam ſaltem ad ea pertinere, quæ advocatus, præſente, tacente & ſilentio ſuo probante cliente, profert, *L.* 1. & 3. *C. de Errore advocatorum*, *L.* 79. *de Verborum obligationibus*, non ad ea, quæ, abſente cliente, ultra fines mandati proponuntur. *L.* 5. *pr. Mandati.* Quamobrem ſic iudicarunt ICti Vitembergenſes menſe Martio anni CIↃIↃCCIX. Es wird der auf Intervenientins Erbegelder, Iura und Actiones gelegte Arreſt billig relaxirt, derſelben Anwald aber wegen gebrauchter Anzüglichkeiten um 5 Thlr geſtrafet, auch dieſerhalben die letzt übergebene Schrift von deſſen Acten gelaſſen. V. R. W. Rat. dec. Was die von Intervenientins Anwalde gebrauchte Anzüglichkeiten betrift; Ob zwar Beklagtens Advocat, weil ſolche fürnemlich gegen ihn gerichtet, dieſerhalben auf Intervenientins Vermögen Arreſt erlanget; Alldieweil aber aus den Umſtänden deutlich erſcheinet, daß Intervenientin ſelbſt an den ausgeſtoſſenen Iniurien unſchuldig, indem derſelben Advocat ſich nur bloß ihres Namens bedienet, ſeine Animoſität gegen Beklagtens-Anwald auszulaſſen; So

haben wir auf Relaxation des Arreſts erkannt. Verumtamen excuſatio ignorantiæ non aliter admittenda eſt, quam ſi veriſimilis ſit. Prætexit enim nonnunqnam cliens ignorantiam, quum tamen, conſcium atque etiam auctorem illum fuiſſe, ex circumſtantiis eluceat. Commemorabo exemplum. Pater filium propterea, quod graves illi & inhoneſtas iniurias ingeſſiſſet, exheredem ſcribit. Defuncto patre, filius contra heredem inſtitutum de inofficioſo agit, negatque, veram eſſe cauſſam a patre adlatam. Heres, probare iuſſus, acta publica in medium profert ſuper lite inter patrem & filium olim ventilata. Tota illa criminationibus in patrem referta erant, ut vix folium ab iis purum eſſet. Integrum vitæ paternæ curriculum contumelioſiſſime deſcriptum erat. Reſpondet filius, omnia hæc advocati eſſe, nihil a ſe ſcriptum, nihil ſubſcritum, nihil ſe præſente dictum. Et apparebat facile, paratum eſſe filium, ut hereditatem retineret, omnia cum iureiurando diffiteri. Noluerunt vero eum ad iurandum admittere ICti Helmſtadienſes, quod manifeſte, conſcium illum quin & auctorem iniuriarum fuiſſe, viderent. Erat ſupra omnem fidem, advocatum, cuius in cauſſa ipſa nihil intererat, tam veſanum fuiſſe, ut ex ſuo ingenio fictis criminibus clientis ſui patrem per integra acta maledice exagitaret, nec quidquam eorum cum cliente communicaret. Sed fac, clientem illa omnia vere ignoraſſe. Erit hæc ignorantia deperditi & nimium ſecuri hominis, quæ nemini prodeſt. *L.* 3. §. 1. *L.* 6. *de Iuris & facti ignorantia.* Sic itaque menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XVI. reſponſum fuit: Hat Chriſtoph Remling in ſeinem hinterlaſſenen letzten Willen ſeine Wittwe und den Aſſeſſorem D. S. zu Erben eingeſetzet, dagegen aber ſeinen Sohn Joachim, und ſeine Tochter Annen Judith enterbet, worauf obbeſagten Erben, die von dem Teſtatore angegebene Urſachen der Enterbung zu erweiſen, anbefohlen worden. Nachdem ſie alſo

ſo dieſen Beweis unternommen, ſo entſtehet anjetzo die Frage, ob ſelbiger gebührend vollführet, und ſo viel, daß die Enterbung rechtmäßig geſchehen, beygebracht ſey. Nun erinnern zwar die Kinder, was den Sohn beträfe, ſo könne wider ſelbigen weiter nichts angeführet werden, als daß er bey einem mit dem Vater vor dieſen geführten Proceſſe unterſchiedene Paſſagen einflieſſen laſſen, welches er doch dem Advocaten, der ſich ſolcher Expreſſionen ohne ſein Wiſſen und Willen bedienet, beymiſſet; Alldieweil aber der Vorwand, ob ſey der Advocat gantz allein daran Schuld, nicht den geringſten Glauben verdienet, da ja eine pur lautere Unmöglichkeit iſt, daß der Sohn, welcher Proceß mit groſſer Animoſität wider ſeinen Vater lange Jahr geführet, ſo viel in ſeinem Namen verfertigte Schriften ſelbſt übergeben, und gleichwol die darinnen faſt auf allen Blättern befindliche Schmähungen und ſeines Vaters Leben, Wandel und Haushaltung betreffende iniurieuſe Umſtände weder angegeben, noch, daß der Advocat ſolche eingerücket, gewuſt und approbiret; So halten wir dafür, daß die eingeſetzte Erben die vom Vater im Teſtament angeführte Enterbungs-Urſache hinlänglich erwieſen.

XX.

Cliens iniurioſum advocati ſcriptum ſubſcribens iniuriarum tenetur.

XXI.

Nec ſimplicitas illum plene excuſat, ſed tamen pœnam mitigat.

XXII.

Tunc vero ſimplicitas plene excuſat, quando iniuriæ ſupra captum eius ſunt.

Solent advocati cautionis loco, ſi quod ſcriptum paulo durius exhibent, ſubſcriptionem clientis exigere, ut ſic vel omnem culpam vel potiſſimam ſaltem in hunc derivent. Et obtinent quidem ſubſcriptionem facile ab hominibus agreſtibus, vel alias incautis ac incallidis; qui, quum poſtea conveniuntur, exceptionem ſimplicitatis ſive, ut in iure noſtro vocatur, ruſticitatis obtendunt, atque, ſe ſcriptum vel non legiſſe, vel non intellexiſſe, contendunt. Et oportet utique aliquam huius ruſticitatis rationem haberi, cum diſtinctione tamen. Si iniuriæ ita comparatæ ſunt, ut ab homine agreſti etiam & illiterato intelligi potuerint, ſubſcribens, quamvis ſcriptum vel plane non relegerit, vel lectum inconſiderate ſubſcripſerit, punitur. Nam, dum ſubſcripſit, conſenſit in omnia, *L.* 8. §. 15. *Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur*, & diſſoluta negligentia non relegentis aut non conſiderantis prope dolum eſt, ut cum Vlpiano in *L.* 29. *pr. Mandati* loquar. Ruſticitati tamen eatenus ſecundum *L.* 2. §. 1. *Si quis in ius vocatus & L.* 1. §. 5. *de Edendo* parcitur, ut pœna mitigetur. Sic ICti Vitembergenſes menſe Martio anni CIↃ IↃ CC X. iudicarunt: Daß George Doſt und Conſorten in ihrer Defenſion etwas, ſo ihnen zu ſtatten kommen möchte, nicht ausgeführet. Derowegen es bey dem fol. 62. befindlichen Urthel, jedoch dergeſtalt, daß die darinnen geſetzte 14 Tage Gefängniß, oder 2. Mß. Strafe, auf 8 Tage oder 1 Mß. zu vermindern, billig verbleibet. V. R. W. Rat. dec. Obgleich Beklagte mit den in ihrer vorigen Defenſion gebrauchten harten Expreſſionen, daß der Gerichts-Herr von den Unterthanen das Frohn- und Schutz-Geld erpreſſen wollen, ingleichen, daß es bey dieſem erhobenen Proceſſe nur auf Erſtattung der Unkoſten angeſehen ſey, ſich etwas vergangen, auch die Entſchuldigung, ob wären ſolche Worte ohne ihr Wiſſen von dem Concipienten gebraucht worden, nicht genugſam, indem ihnen, da

da ſie die Defenſion unterſchrieben, obgelegen, derſelben Inhalt genauer anzuſehen, folglich, da ſie dieſes unterlaſſen, ſich aller darinnen enthaltenen Iniurien theilhaftig gemachet, und alſo ohne Zweifel einige Strafe verdienet; Alldieweil aber die obangeführte anzügliche Worte dergeſtalt beſchaffen, daß ſelbige einem einfältigen Bauers-Mann nicht eben alſofort in die Augen fallen, ſondern von ihm leicht überſehen, oder nicht genau überleget werden können, und aber die Rechte in caſum ruſticitatis ſelbſt gelindere Strafen verordnen; So haben wir gleichfalls, die in dem Urthel geſetzte Strafe in etwas zu mäßigen, vor billig erachtet. Quodſi autem verba adhibita altiorem indaginem habuerunt & captum clientis exceſſerunt, ſubſcriptio ei plane non nocet, ſed pœna omnis remittitur. Nam & in *d. L.* 8. §. 15. *Quibus modis pignus* ſubſcribens excuſatur, ſi manifeſte appareat, deceptum eſſe. Adde *L. ult. C. Plus valere quod agitur.* Sic iidem ICti menſe Octobri anni CIↃ IↃ CC XXXI. reſponderunt: Dieweil die in dem ad Acta gegebenen Schreiben gebrauchte Anzüglichkeiten über den Verſtand eines Bauers oder andern gemeinen und ungelehrten Mannes, mithin demſelben, wenn ſie gleich in deſſen Namen von einem Advocaten vorgebracht worden, nicht beyzumeſſen ſind; So wird Wölffel mit aller Strafe, auch Erſtattung der Unkoſten, verſchonet.

COROLLARIA.

1. Maiores noſtros operas advocatorum magni æſtimaſſe, apparet ex decreto comitiorum Weiſſenſeæ ſub auſpiciis Wilhelmi Saxoniæ ducis anno 1446. habitorum; cuius decreti ſub titulo: **Ewige Satzunge, Ordnunge und Regierunge des Landes zu Döringen, und der Orte des Oſterlandes und zu Franken, von den Grafen, Herrn, Ritterſchaften und Steten, darinnen geſeſſen, uſſgegangen;** editi ſummaria exhibet *Tenzelius in Supplementis reliquis hiſtoriæ Gothanæ pag. 679. ſq.* inter quæ hoc quartum eſt: **Einem Vorſprechern ſoll man von**

jedem Gericht einen Groſchen zu Lohn geben. Merces hæc, quæ noſtris temporibus exigua videtur, in illa argenti penuria ſatis ampla erat, & docto viro digna. Sed idem decretum plenius apud *Schilterum de Libertate eccleſiarum Germaniæ lib. 6. cap. 7. §. 8* reperio, ex quo integram, quæ ad advocatos pertinet, & priſcam illorum conditionem mirifice ob oculos ponit, legem excerpam: Item, auch ſoll kein Vorſpreche nymande ſyn Wort vor Gerichte ſprechen, her ſy danne in der Pflege geſeſſen, und man ſoll demſelben nicht mehr von einem Gerichte denne eyn nüwen Groſchen zu Verdienſte geben, der das kann, ſoll das auch von eyme jeglichen, deme das noth iſt, nemen, und nicht verſagen, oder wegern, welcher das verbreche, der aber mer gebe, oder mer neme, und auch der bey Gerichte were, und eyme ſyn Wort zu ſprechene weggerte, und nicht thun wolte, der ſolde jeglicher dem Gerichte die höchſte Wette verfallen ſyn. Vides iam tum illo tempore advocatorum munus publicum, nec omnes promiſcue ad id admiſſos, præterea eos, qui ultra ſtatutam ſummam quid accepiſſent, mulctatos fuiſſe.

2. Facilius hodie in iudiciis ſine advocato quis comparere poteſt, quam olim in Saxonia poterat. Hodie enim, ſi quis ſine advocato quid perperam dixit ac erravit, ſimplicitati, ſeu, ut cum lege loquar, ruſticitati venia datur. At priſci Saxones lapſo nihil indulgebant, nec errorem corrigere permittebant. Clara ſunt *Speculi Saxonici lib. 1. art. 60.* verba: Ohne Vorſprechen mag ein Mann wol klagen und antworten, ob er ſich des Schadens erwegen will, der ihm davon kommen mag, als ob er ſich verſpreche, daß er ſich deß nicht erholen darf.

3. Poteſt aliquando iudex advocatum, qui iniuriis & verbis contumeliosis in ſuis ſcriptis uſus eſt, ſine prævia reſponſione, (ohne Vernehmung) arbitrarie punire. Wernher Vol. 5. Part. 7. Obſ. 207. p. 403.

4. Quan-

Digitized by Google

4. Quando dubium eſt, utrum advocatus iniuriandi, an reum defendendi animo aliquid ſcripſerit, iusiurandum decerni poteſt. Idem Vol. 4. Part. 5. Obſ. 104. p. 157.

SPECIMEN DXLVIII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS

AD LIB. XLVII. TIT. X.

DE

CONVITIIS CONCIONATORVM

PVBLICE DEFENSVM

A

IOHANNE DAVID FISCHERO

GRIFFSTADIENSI THVRINGO.

MENSE APRILI ANNI MDCCXXXIII.

I.

Non omne convitium iniuria eſt.

II.

Vox convitii apud bonos auctores modo bonam, modo malam, aliquando etiam indifferentem, ſignificationem habet.

III.

Convitium iuſtiſſimum honeſtiſſimumque eſſe poteſt.

IV.

Digitized by Google

IV.

Convitium nec vociferationem, nec cœtum requirit.

V.

Quin & in ſcriptis fieri poteſt.

De convitiis concionatorum diſputaturis utile, quin neceſſarium, videtur, pauca de vocibus convitium & convitiari præfari. Scilicet quum non ita pridem de convitiis advocatorum publice diſputaretur, plerique eorum, qui ſcriptum oppugnabant, in eo diſſentiendi materiam quærebant, quod, convitium & iniuriam ſynonyma eſſe, ac convitii vocem ſemper in malam partem accipi, crederent. Vtrumque oppido falſum. Labeonis tamen auctoritas, qui in *L.* 35. §. *de Iniuriis*, convitium iniuriam eſſe, ſimpliciter ait, eos tuebatur, & reſponſionem ad ipſorum dubia difficiliorem reddebat. Igitur operæ pretium videtur, difficultates has accuratius extricari. Convitii vox mediæ naturæ ac quaſi genus eſt, cui iniuria verbalis tanquam ſpecies ſubeſt. Recte dixeris: omnis iniuria verbalis convitium eſt; ſed non viciſſim. Nam convitium etiam reprehenſionem & obiurgationem legitimam complectitur. Infinita mihi ex priſcis auctoribus loca ſuppetunt, in quibus convitii vox in bonam, immo aliquando in optimam, partem accipitur. *Cicero in Orat. pro P. Sextio cap.* 55. Clodium conciones ſuas cantorum convitio celebrare ſolitum ait. Quem locum a pleriſque interpretibus, inprimis a *Verburgio*, qui nitidam latis operum Ciceronianorum editionem ineptis obſervationibus inquinavit, atque id maxime ſpectaſſe videtur, ut

ex

Digitized by Google

ex notis variorum peſſimas, omiſſis melioribus, congereret, non intellectum mirifice explicat auctor *defenſionis veterum ICtorum adverſus Laurentii Vallæ reprehenſiones ad cap.* 52. *An putas*, inquiens, *tam inſulſum fuiſſe Clodium, ut cantores ſubornaret, qui ſibi concionanti convitium facerent, ac non potius, qui ex more populi Romani acclamarent, bene, præclare, belle, feſtive, ut ex Quintiliano, & Lib. III. de Oratore colligere licet?* Idem *Cicero in Orat.* 3. *in Piſonem cap.* 25. *& in lib.* 10. *epiſt. fam.* 16. ei, quem ſenatus legitime obiurgat, convitium fieri dicit. Porro *Cicero*, ſi auctori *dictæ defenſionis* fidem habemus, pueri aures pædagogi convitio adſuefactas memorat; quem locum ego tamen in Cicerone non invenio. De feſtis convitiis, quorum *Seneca & Martialis* mentionem faciunt, alibi dicetur. Omnium maxime huc pertinet, quod *Cicero lib.* 12. *ep. fam.* 25. ſuo iuſtiſſimo honeſtiſſimoque convitio effectum dicit, ut Cornificius ſuam dignitatem ſumma ſua virtute teneret, & quod *in lib.* 1. *epiſt. ad Atticum* 14. ait: *Roſtra Cato advolat, convitium Piſoni Conſuli mirificum facit; ſi id eſt convitium, vox plena gravitatis, plena auctoritatis, plena denique ſalutis.* Denique convitii vox apud bonos auctores aliquando neque bonam neque malam ſignificationem habet. Sic *Phædrus lib.* 3. *fab.* 16. cantum cicadæ convitum vocat. Tranſeo ad ius Iuſtinianeum, in quo convitii vox ſimpliciter poſita plerumque iniuriam ſignificat, ut in *L.* 42. *de Iniuriis*, atque hinc, convitium iniuriam eſſe, *Labeo in L.* 15. §. 3. *de Iniuriis*, ſine exceptione ait. At enim vero, Labeonem non de omni convitio, ſed de eo ſaltem, quod adverſus bonos mores fit, agere, atque poſſe convitium ſecundum bonos mores fieri, *Vlpianus in eadem L.* 15. §. 5. annotat. Et ex *L.* 6. §. 1. *C. de Poſtulando*, quæ advocato, quousque id litium utilitas poſcit, convitiari permittit, lucide apparet, non omne convitium malum eſſe.

Ceterum, quod *Vlpianus in L.* 15. §. 11. *&* 12. *de Iniuriis* ait, convitium non eſſe, niſi vel cum vociferatione vel in cœtu dicatur, falſum eſſe, ac convitium moderata voce & extra cœtum fieri poſſe, congeſtis multis bonorum auctorum locis oſtenderunt *Valla lib.* 6. *Elegantiarum cap.* 52. &, qui Vallam adverſus *Alciatum* docte defendit, *Franciſcus Floridus Sabinus.* Quibus ego ipſius Vlpiani auctoritatem addo. Is in *L.* 3. *pr. de liberis & poſthumis*, convitium in ſcriptura etiam fieri poſſe, dicit. Ait enim, filium cum convitio exheredari in teſtamento poſſe.

VI.

Sacerdotes vitia paulo acerbius perſtringentes, quamdiu privatos adfectus non immiſcent, iniuriarum non tenentur.

VII.

Nec illi, qui certum aliquod genus hominum generaliter & indefinite obiurgant.

Sacerdotes, qui officii ſui fines in contumeliam aliorum egrediuntur, iniuriarum teneri, hodie extra dubium eſt. Sed intricatiſſima ſæpe lis oritur, quousque illi officii fines, quos ſacerdotes egredi non debent, pertingant. Intereſt profecto reipublicæ, ne iſti fines arcte nimis coërceantur, neve homines, qui nonnunquam metu ſacrarum obiurgationum a vitiis abſterrentur, eo remoto, licentius peccent. Muſſitabunt, ac nihil contra maleficos audebunt divini præcones, ſi ſibi paulo ſeverius loquentibus iniuriarum actionem impendere vident. Quare ego eos fines, quantum poſſum, extendo, atque caſtigationes paulo etiam, quam par erat, acerbiores fero, ſi modo, ſacerdotem non privatis adfectibus, ſed ſincero erga vitia & peccata odio abreptum logius proceſſiſſe, animadverto. Illis enim, qui privatas cauſſas atque iniurias ſuas publicis ſermonibus immiſcent, nunquam ignoſco. Et in eo quidem conſentient mecum

cum omnes, quod generalis vitiorum reprehenſio, quantumcunque acerba, impunis ſit.

Licuit ſemperque licebit,
Parcere perſonis, dicere de vitiis.

Egregie *Hieronymus ad Ruſticum monachum: Scio*, inquit, *me offenſurum quam plurimos, qui generalem de vitiis diſputationem in ſuam referunt contumeliam, & dum mihi iraſcuntur, ſuam indicant conſcientiam, multoque peius de ſe, quam de me iudicant. Ego enim nemimem nominabo, nec veteris comœdiæ licentia certas perſonas eligam atque perſtringam.* Generalem autem vitiorum reprehenſionem etiam eam voco, quando certum hominum genus nominatur, ac criminis alicuius peculiariter inſimulatur. Iſta enim accuſatio, etſi indefinita, ex recepto more loquendi interpretanda eſt, nihilque aliud ſignificat, quam eius generis homines plerumque tali vitio obnoxios eſſe. Boni igitur tacite excipiuntur. Adpoſite *Salvianus lib. 4. de Gubernatione Dei n. 47.* poſtquam nobiles divitesque acerbiſſime perſtrinxerat, tandem: *Et quis*, ait, *divitum, præter paucos, non cunctis criminibus infectus eſt. Et quod paucos excipio, utinam plures atque omnes excipi liceret. Salus erat omnium, innocentia plurimorum. Neque ego nunc de ullo dico, niſi de eo tantum, qui in ſe id, quod dico, eſſe cognoſcit. Si enim extra conſcientiam ſuam ſunt, quæcumque dico, nequaquam ad iniuriam eius ſpectant cuncta, quæ dico. Si autem in ſe eſſe novit, quæ loquor, non a mea ſibi hoc lingua dici æſtimet, ſed a conſcientia ſua.* Similiter prorſus ICti Helmſtadienſes menſe Februar. anni CIↃIↃCCXXVIII. reſponderunt: Wird gefraget, ob Herr Denunciat dadurch, daß er bey Erklärung des Spruchs Pauli: wer geſtohlen hat, der ſtehle nicht mehr ꝛc. indefinite Schneider, Leineweber, Müller und dergleichen, bey den Sünden des ſiebenden Gebots Exempels-weiſe, jedoch ohne

gewisse Personen und Orte zu benennen, berühret, die Schranken des Straf-Amtes überschritten, und eine Iniurie begangen. Nun geben zwar die Denuncianten in ihrer Denunciation vor, er habe sich verbothener Anzüglichkeiten bedienet, die Schneider, Leineweber und Müller von andern Innungen ganz abgesondert, und öffentlich Diebe genennet, ihnen aber dadurch grossen Verdruß und Drohungen eines Aufstandes von ihren Gesellen verursachet. Da also ein die Grenzen des Straf-Amts überschreitender Prediger gar wohl iniuriarum belanget werden kann, so gewinnet es das Ansehen, ob habe die übergebene Denunciation guten Grund. Weilen aber Herr Denunciat obgedachte Denunciata ausdrücklich leugnet, und nur die oben in der Frage berührte expressiones zugestehet, diese hingegen gar nicht das geringste Iniurieuse in sich begriffen, sondern den Regeln des einem Seelsorger aufgetragenen Straf-Amts ganz gemäß seynd, gestalt Fürsten und Herren, Politici, Iuristen, Iustiz-Collegia, ja Lehrer und Prediger selbst, zum öftern auf solche Art von rechtschaffenen eifrigen Männern in öffentlichen Predigten angegriffen und ihrer Fehler und Laster ihnen dergestalt vorgeworffen, auch dabey viele nachdrücklichere Expressiones gebrauchet werden, gleichwol hieraus keine Iniurie zu erzwingen ist, widrigenfalls ein jeder rechtschaffener Mann und Wahrheit liebender Prediger, wenn er bey Ausübung seines Straf-Amts Iniurien-Klagen und Denunciationes zu besorgen hätte, die Cantzel jederzeit mit Furcht und Zittern betreten, und die Wahrheit ein wenig mit Nachdruck zu sagen gäntzlich abgeschrecket, ruchlosen Leuten hingegen Gelegenheit, ihren Seelsorger durch Bedrohung Iniurien-Klagen und Denunciationen das Maul zu stopfen, gegeben würde; So hat Herr Denunciat in dem, was er angezogener Maassen gethan, die Schranken des Straf-Amts gar nicht überschritten, und den Denuncianten keine Iniurie zugefüget. Und hieraus fliesset zugleich die Antwort auf die vierte Frage, daß bey so gestalten Sachen

die

die geſchworne Handwercks- und ſämmtliche Mit-Meiſter der Schneider- und Leineweber-Innungen wider den Herrn Inſpector mit Beyſtande keine Denunciation einreichen, und dadurch ſeine Exiſtimation und Amt zu kränken ſuchen können, auch daß denenjenigen, welche ſich ex rancore animi ſeinem beicht-väterlichen Amte bisher entzogen haben, ſolches nicht zu verſtatten ſey.

VIII.

Non peccant ſacerdotes, qui in concione delicta publice commiſſa vel vulgata arguentes faciunt, ut, quem reprehendant, intelligi poſſit.

Ea, quæ in antecedentibus de licita reprehenſione generali, etiam certi hominum generis, dixi, facilius adſenſum invenient. Illud vero, quod nunc dico, poſſe ſacerdotem in obiurgatione ſua perſonam aliquam, ſi non nominare, quod forte contra prudentiæ regulas eſſet, ita tamen deſignare, ut, quænam illa ſit, ab auditoribus intelligatur, plerosque abnuere, animadverto. Mihi vero, etiamſi omnes contradicant, unius Pauli 1. *ad Timoth. V*, 20. quin imo ipſius Chriſti *Matth. XVIII*, 17. conſenſus ſufficit. Prævideo quidem facile, Saxones mihi *articulum ſuum generalem III.* obiecturos eſſe, in cuius §. 7. Auguſtus Elector iſtos ſacerdotes vituperat, welche die Leute mit Namen nennen, oder ſie ſonſt alſo ausmahlen, daß männiglich, wer ſie ſeyn, wol verſtehen könne. At ſi quis integrum hunc §. perlegit, videt confeſtim, piiſſimum principem ſacerdotibus ius, quod Chriſtus illis Paulusque dederunt, nec auferre, nec minuere, ſed magis confirmare voluiſſe, atque id unice prohibere, ne ſacerdotes in cauſſis propriis nimium ſibi contra eos, a quibus offenſos ſe credunt, indulgeant.

Digitized by Google

Digna eſt lex, quæ integra hic exſcribatur: Nachdem denen Pfarrern und Kirchen-Dienern mit Ernſt auferleget und eingebunden, daß ſie in ihren Predigten ihren eigenen Affect mit Holhippeln, Poltern oder Schmähen nicht nachhängen, ſondern ſich aller Chriſtlichen Sanftmuth und Beſcheidenheit nach der Lehre St. Pauli befleißigen, iſt ſolches von uns keinesweges dahin gemeynet, daß die Kirchen-Diener mit gebührendem brennenden Ernſt und Chriſtlichen Eifer, das läſterliche und gottloſe Leben derer Pfarr-Kinder nicht ſtrafen, und alſo die Laſter nicht rühren dürfen, welches der Allmächtige ihnen ſo ernſtlich auferleget und befohlen, Eſaiä 58. auch da ſie ſolches unterlaſſen, ihnen erſchreckliche Dräuungen für Augen geſtellet, wann ſie denen Gottloſen die Sünde nicht ſagen, und ſie darinnen ſterben, er ihre Seele an ſeinem groſſen Tage aus ihren Händen fodern wolle, Ezech. am 3. Werden derohalben die Pfarrer in ſolchem ſich ihres Amtes der Gebühr nach wol zu erinnern wiſſen, und wo vonnöthen, die Viſitatores ihnen genugſamen Bericht geben können, daß ſolches allein auf die ärgerlichen Predigten gemeynet, da die Pfarrer aus Zorn und eigener Rachgier ihre eigene Sachen auf die Cantzel getragen, und mit Aergerniß der Gemeine ausgeſtoſſen, die Leute mit Namen genennet, oder ſie ſonſt ausgemahlet, daß männiglich, wer ſie ſeyn, wol verſtehen können, oder ſonſt nicht gebührliche Ordnung im Straf-Amt gebrauchet, und alſo an ſtatt Gottes Worts die gantze Zeit mit denſelben zugebracht, welches wir hinführo zu gedulden keinesweges gemeynet ſind, ſondern da einer wider ſeine Pfarr-Kinder, eines oder mehr, eine Sache haben möchte, ſoll er dieſelbe, wo möglich, und wie Chriſten-Menſchen, beſonders aber Kirchen-Dienern vor andern wol anſtehet, freundlich, Chriſtlich mit ihme, inſonderheit ohne alle Aergerniß und Weitläuftigkeit austragen, und da ihme die Billigkeit nicht wiederführe, deßhalben nicht die

Digitized by Google

die gantze Kirche, besonders aber in öffentlichen Predigten, betrüben, und also sein Selbst-Richter in eigenen Sachen seyn, sondern an seinen ordentlichen Visitatorn gelangen lassen, und sein Amt unärgerlich jederzeit mit aller Sanftmuth verrichten, auf daß die Pfarr-Kinder vernehmen mögen, daß seine Straf-Predigten nicht aus fleischlichem Willen, sondern Christlichem und väterlichem Eifer hergeflossen, dergestalt sie auch mehr bauen, und ihrer Zuhörer freundlichen Willen gegen ihrer Person, und Ehrerbietung gegen dem heiligen Ministerio, besser erhalten werden. Ais forsan: adeone libero sacerdotis arbitrio auditorum suorum existimationem permittis, eumque impune verbis in peccatores grassari finis? Neutiquam. Ponam certe cancellos, quos transcendere non debet. Nolo occulta scelera imprudenter manifestari; nolo, quæ sine periculo & offensione cuiusquam taceri possunt, in vulgus efferri. At si quod peccatum palam est, atque malo exemplo teneras aliorum hominum mentes inficit & corrumpit, peccabit sacerdos, qui mussitando molliusve loquendo facinus quasi approbat, malumque latius serpere, tacitus sinit. Ego profecto eum, qui tunc siluerit, sacerdotem cum *Iesaia XLVI*, 10. mutum canem appellare non dubito. At si loquitur, si facinus manifestum auctoribus suis exprobrat, nulla humana prudentia efficere potest, ut auditores, in quem spicula iaciantur, non sentiant, aut saltem non suspicentur. Quodsi hoc concionatori licere negas, neganda quoque est potestas, crimina vel publice commissa vel vulgata arguendi ac damnandi. Consentiunt mecum theologi Lipsienses apud *Dedekennum in Thesauro pag.* 864. Sed exemplis res clarior fiet. Reperio ego in schedis maiorum, academiam Rostochiensem anno 1664. acerbissime de Enocho Schwantenio,

tenio, doctore theologo & templi urbici archidiacono, apud ICtos noſtros conqueſtam fuiſſe. Is, profeſſores nonnullos fures temporis, Tage-Diebe, eſſe, publice dixerat, renunciationem ſolemnem cuiusdam doctoris iurium, qui in colloquio & diſputatione non optime ſteterat, coronationem aſini appellarat, ac ICtos, qui eum renunciarant, cum adulterinorum nummorum fabricatoribus, die ihren Namen auf Kupfer und unwerthe Materien ſchlügen, compararat. Reſponderunt ICti noſtri, Schwantenium ad declarationem honoris adigendum, &, ut inpoſterum a maledictis abſtineat, admonendum eſſe. Quæ ſententia, ſi Schwantenius falſa dixerat, oppido mollior eſt, durior autem, ſi vera. Nam ſi inter profeſſores otioſi homines reperiebantur, qui, ut *Antonimus Pius* apud *Iulium Capitolinum cap.* 7. loquitur, rempublicam, in quam nihil labore ſuo conferebant, arrodebant; ſi novellus ille doctor vere aſinus erat; ego, tantum abeſt, ut Schwantenio, quod publicum ilud dedecus ſibi diſplicere publice declaravit, vitio vertam, ut magis præmio illum dignum iudicem. Laudo quoque diaconum illum, de quo *Tenzelius* in den monathlichen Unterredungen *de anno* 1697. *p.* 270. hæc narrat: *Antenor* erinnert mich eines Fürſtlichen Hofes, daran man vor 60 Jahren ohngefehr in der Faſt-Nacht einen Ochſen mit Band ausgeputzet, die Hörner vergüldet ꝛc. und damit in der Stadt umher gelaufen. Als die Luſt zu Ende, befiehlet der Fürſt, den Ochſen dem Hof-Prediger zu ſchencken. Dieſer kömmt den Sonntag auf die Cantzel, ſtraft aber nicht, was vorgangen war. Ein Diaconus aber aus der Stadt leget Kundſchaft drauf, und ſpricht in der Nachmittags-Predigt: Wenn der Schloß-Ochſe nicht will brummen, ſo muß der Stadt-Hund bellen. Und ziehet damit die Hof-Leute mit ihrer Faſt-Nacht durch alle prædicamenta durch. De cetero vi-

de

de inter *Io. Friderici Meyeri dissertationes selectas Kilonienses & Hamburgenses septimam, de Iure suggesti, aph. I. & VI.*

IX.

Sacerdotibus elencho doctrinali adversus receptas in Germania religiones uti licet.

X.

Recessus imperii de anno 1530. *in caussis religionis male tanquam lex publica allegatur.*

Non diu est, quod ad comitia imperii lis delata est, in qua præter alias quæstiones hæc etiam ventilatur; peccaritne sacerdos evangelicus, qui in concione publica dixerat: Daß in der Catholischen Kirche ein so grosser Mißbrauch bey den Ablassen gewesen, und man um das Geld nicht nur allein von den begangenen Sünden befreyet worden, sondern auf erlangten Ablaß ferner fort sündigen können. Vide *Fabri* Staats-Canzley *Part.* 58. *pag.* 212. *sq.* ubi sermo hic sat speciosis rationibus defenditur. At altior oritur controversia, liceatne plane sacerdotibus nostris elencho doctrinali adversus aliquam ex receptis in Germania & lege publica probatis religionibus uti, seu doctrinas eius, expresso assectarum nomine, refutare. Negant hoc quamplurimi, atque tum ex *Pace Osnabrugensi art.* 5. §. 50. verba: *concionando, docendo & disputando*, tum inprimis *Recessum Imperii de anno* 1530. §. 55. *in fine*, nec non *Recessum Spirensem de anno* 1542. §. 41. allegant. Sed ad pacem quidem Osnabrugensem facilis est responsio. Ipse hanc nobis suppeditat *Buckischius*, acerrimus religionis evangelicæ oppugnator, *in observatione* 143. *in Instrum. Pacis Osnabrugensis Westphal. Prohibentur*, inquiens, *solummodo hic actus illi, qui in Transactionis Passav. Pacis Relig. & Instrum. Pacis impugnationem directe tendunt; quod, quum de Religio-*

Digitized by Google

ne ſecundum ſe locuti fuerimus, timendum non erit. Neque etiam magnopere obſtat *Receſſus anni* 1542. quippe in quo ſaltem de officio ſacerdotum caſtrenſium, qui exercitum adverſus Turcas ex tota Germania colligendum comitaturi erant, agitur, iisque, ut durante expeditione a tractatione controverſiarum, quibus militum animi irritentur, abſtineant, præcipitur. At moleſtius obſtare videtur *Receſſus anni* 1530. cuius hæc verba ſunt: Iſt unſer Will, Gemüth und Meynung, daß die Prediger das Evangelium, nach Auslegung der heiligen Schrift und Lehrer, von den gemeinen heiligen Chriſtlichen Kirchen approbirt und angenommen, predigen und lehren, und was diſputirliche Sachen, ſich daſſelbig zu predigen und zu lehren, darzu Schimpfirens, Schmähens und Läſterns, enthalten, und gemeldts Chriſtlichen *Concilii* Entſcheids darüber erwarten. Vides hic, controverſias omnes, *diſputirliche Sachen*, a ſacro ſuggeſtu excludi. Peccant ergo concionatores, quotquot ſermonibus ſuis lites iſtas ſacras immiſcent. Et peccant profecto, ſi quam ille Receſſus auctoritatem habet. Verum enim vero nihil prorſus auctoritatis ille habet, quousque ſcilicet in odium religionis Evangelicæ ſcriptus eſt, id quod inprimis in §. *illo* 55. ex quo verba ſuperiora excerpſi, factum. Totus ille eo tendit, ut divinis præconibus os claudat, & facultatem tradendæ purioris doctrinæ auferat. Miratus ergo ſum ſæpius, ICtos & theologos, noſtrarum etiam partium, receſſum hunc tanquam legem publicam in ſcriptis ſuis commemorare. Nunquam ille lex publica & communis factus eſt. Publicatus quidem fuit a Carolo V. Cæſare d. 19. Novembr. anni 1530. in comitiis. At ante publicationem, die 12. Novembri, proteſtati ſunt publice Electoris Saxonis & principum ac ordinum evangelicorum legati per litteras

ad

ad Electorem Moguntinum & ceteros ordines exaratas, nolle ſe in partem eius receſſus venire, nec ex eo obligari. Vide has litteras apud *Müllerum* in der Hiſtorie von der Evangeliſchen Stände *Proteſtation* und *Appellation l. 3. c. 46. §. 19.* Excerpam ex iis verba, quæ huc maxime pertinent: Weil wir vermercken, daß in dem Abſchied die Religion mit begriffen, und Kayſerl. Majeſt. denſelbigen gebiethen will, durch das gantze Römiſche Reich bey den einverleibten ſchweren Pönen und Strafen zu halten, und unſere G. und G. Herren und Verwandten denſelbigen Abſchied, mit Gott und Gewiſſen, nicht können oder mögen annehmen, noch darinn bewilligen: So iſt an Ewer. Churfürſtl. F. G. und F. und ſonderlich unſern G. Herren, den Cardinal und Ertz-Biſchoffen zu Maynz, als des heiligen Römiſchen Reichs Ertz-Cantzler, unſer unterthänigſt-dienſtliches und freundliches Bitten, wollen hochgedachten unſern gnädigſten und G. Herren und deren Verwandten in Verfertigung des Abſchieds mit einzuſetzen verſchonen. Ac, ut diſſenſum ſuum evidentius declararent, maxima & præcipua legatorum pars ante publicationem diebus 13. & 14. Novembris diſceſſit, teſte *eodem Müllero d. cap. §. 20.* ac pauci, qui remanſerunt, contradictionem ſuam conſtanter continuarunt apud eundem *Müllerum c. 49. §. 5.* Et finge etiam, receſſum hunc ab initio vim aliquam habuiſſe. Perdidit tamen eam deinde penitus per pacem primum religioſam, deinde Weſtphalicam, quibus leges & conſtitutiones omnes anteriores, adverſus evangelicos promulgatæ, abolentur. Deſinant ergo ICti tam Catholici, quam Proteſtantes, quod huc usque per errorem fecerunt, receſſum hunc in cauſſis religionis tanquam legem allegare. Cetera, quæ de elencho doctrinali dici poterant, occupavit & duobus commentariis luculenter expoſuit *Marpergerus* noſter. Pertinet quoque huc libellus Lipſiæ

anno 1629. ſub hoc titulo editus: Nothwendige Ableinung zweyer ſchweren Anklagen, damit die Jeſuwiter die Kirchen, der Augſpurgiſchen Confeßion verwandt, ſich nicht ſchämen, läſterlich zu beſchweren; Als wenn ſie damit, wenn ſie den Pabſt den Antichriſt nennen: 1) Das Römiſche Reich, Kayſerliche Majeſtät und die andern Catholiſchen Stände iniuriiren und ſchmäheten, 2) den allgemeinen und hochtheuren Religions-Fried brechen; geſchrieben von einem fürnehmen Theologo, und an Tag gegeben von Wilhelmo Leyſern, D. und Prof. zu Wittenberg, verdeutſcht von M. Iohann Andrea, Waldheimenſi, P. L. & Paſtore zum Geyer.

XI.

Sacerdos convitiator poteſt etiam ad revocationem iniuriæ adigi:

XII.

Nec non amotione ordinis ſacri puniri.

XIII.

Præterea in clericis, qui publice convitiati ſunt, neceſſe eſt, ut præter ſatisfactionem privatam ac pœnam, ſcandalum publicum publice tollatur.

Venio tandem ad coërcitionem concionatorum convitiantium. Eſt hic aliquid ſingulare. Nempe in vulgaribus cauſſis iniuriarum duo ſaltem ſpectantur, primum, ut læſo vel per revocationem, vel deprecationem, vel declaratio-

Digitized by Google

clarationem ſatisfiat; deinde, ut reipublicæ pœna detur. Vtrumque & in ſacerdotibus locum habet. Equidem, quod ad ſatisfactionem privatam, negant *Farinacius in Pract. crim. part.* 3. *quæſt.* 105. *n.* 75. *& Berlichius part.* 5. *concl.* 62. *n.* 22. clericum ad revocationem adigi poſſe. At ſine lege & ratione loquuntur. Metuunt ſcilicet, ne per revocationem auctoritas ſacerdotis, quam conſervari utique intereſt, minuatur. Minuitur utique, ſed non per revocationem. Minuta iam ſatis eſt exiſtimatio & auctoritas illa per ipſam, quam evomuit concionator, iniuriam. Quisquis hanc audivit, animi impotentiam in homine agnoſcere atque abiectius de eo ſentire cœpit. Si quid bonæ opinionis de eo reſtat, hoc iudex revocationem imponens non demit, ſed confirmat. Ipſe ego aliquando Londini in Magna Britannia audivi ſacerdotem evangelicum, qui ad publicam revocationem damnatus hoc tanto animo, tam hilari vultu, tam pulchra oratione peregit, ut poſtea magis, quam ante, amaretur ac coleretur. Adde *Carpzovium Iurispr. eccl. lib.* 3. *def.* 101. ubi quidem exemplum impoſitæ revocationis non habet, id tamen *in ſq. def.* 114. *n.* 14. addit. Deinde quod ad pœnam publicam, eſt illa, ſicut in laicis, varia. Decerni poteſt obiurgatio, mulcta, carcer, atque etiam ſuſpenſio ab officio & reditibus. Longius in cauſſis iniuriarum contra clericos non facile progredimur, progredi tamen poſſumus. Civilia certe iura in *L.* 43. *de Iniuriis* inter iniuriarum pœnas etiam ordinis amotionem numerant. Et exemplum ſecretarii propterea, quod ſenatorem criminis inſimulaſſet, ab officio remoti, memorat *Huberus in Prælect. ad tit. ff. de Iniuriis* §. 6. Quid ergo ſacerdoti atrociores & ſeditioſas aliquando iniurias eructanti eandem pœnam infligere dubitabimus? Recordor ipſe, olim conſiſtorii advocatum nomine illuſtris

viri, cuius coniugem quidam ſacerdos palam adulteram dixerat, contra hunc ſacerdotem iniuriarum egiſſe, atque, ut reus ſacro odine eiiceretur & deinde fuſtibus cæderetur, petiiſſe. At hæc omnia ſacerdotibus cum aliis iniuriarum reis communia ſunt. Convitia vero, quæ clerici inprimis pro concione faciunt, hoc ſingulare habent, quod, ut ſtylo theologorum utar, ſcandalum excitent, hoc eſt, alios homines deteriores efficiant, qui dum talia a viro aliquam ſanctitatis opinionem habente fieri vident, aut nullum aut leve peccatum ſubeſſe, atque adeo, idem ſibi magis licere, credunt. Illa itaque perſuaſio eradicanda ac ſcandalum tollendum eſt. Nullum hic promtius remedium videtur, quam, ut ſacerdos convitiator errorem ſuum publice pro concione cognoſcere cogatur, ac, ſi id mollius faciat, alius ſacerdos adhibeatur, qui atrocitatem facinoris populo publice exponat, eumque a tali flagitio dehortetur. Sic menſe Nov. anni CIↃ IↃ CC XIV. nomine theologorum ac iureconſultorum Helmſtadienſium iudicavi: Daß beyderſeits Prediger ſich in unterſchiedenen Stücken ziemlich vergangen, und durch die wider einander vorgebrachte ungegründete Beſchuldigungen, gebrauchte Anzüglichkeiten in predigen und übrige unanſtändige Aufführung, die zwiſchen ihnen entſtandene Uneinigkeit, und daraus erwachſene Aergerniß verurſachet; Wannenhero beyden Geiſtlichen ihre bisherige Aufführung ernſtlich verwieſen, und daneben angedeutet wird, daß derjenige, welcher unter ihnen den Frieden am erſten wieder brechen, und dem andern genugſame Urſach, ſich über ihn mit Recht zu beſchweren geben wird, nach Befindung der Sachen und Umſtände, mit Suſpenſion, Remotion, oder noch härterer Strafe angeſehen werden ſolle. Die Privat-Satisfaction betreffend, laſſen ſich beyde Theile an derjenigen, welche ſie bey dem letzt aufgerichteten

Ver-

Digitized by Google

Vergleiche bereits erhalten, billig begnügen. Und damit auch das der Gemeinde gegebene Aergerniß gehoben werde, ſo iſt durch einen von andern Orten darzu genommenen Prediger in einer abſonderlich hierüber anzuſtellenden Predigt die vorgegangene Verſöhnung öffentlich zu verkündigen, und werden nachgehends beyde Theile dahin angehalten, daß ſie gleichfalls pro concione ihre begangene Fehler erkennen, ihre Reue bezeugen, in Zukunft ein beſſeres und friedfertiges Leben zu führen verſprechen, und die Gemeinde um Verzeihung des gegebenen Aergerniſſes erſuchen. V. R. W.

XIV.

Revocatio tamen ſacerdoti non aliter imponi ſolet, quam, ſi perſonæ læſæ dignitas, atrocitas iniuriæ, & ſcandalum publicum id poſcant.

XV.

Si quid ex his deeſt, deprecatio ſaltem decernitur.

XVI.

Quin imo, ſi læſus ſit multum dignitate inferior, declaratio honoris ſufficit.

Poteſt, ut *in meditatione* II. dixi, ſacerdos ad revocationem adigi. Rara tamen eiusmodi revocationis exempla exſtant. Parcunt communiter iudices ſacro muneri, nec revocationem facile, niſi ſumma iniuriæ atrocitas & ſcandalum publicum id quaſi extorqueat, imponunt. Atrox erat ſine dubio iniuria, quam in antecedentibus memoravi, qua ſacerdos matronam illuſtrem adulterii inſimularat. Crediderat ergo advocatus matronæ, ſe revocationem iuſte petere poſſe. Scabini tamen Lipſienſes menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC VIII. ſaltem deprecationem, eine Chriſtliche Abbitte, decreverunt. Quin imo hæc ipſa

ipſa deprecatio difficulter obtinetur, & vix aliter, quam ſi perſona iniuriam paſſa dignitate ſuperior, vel ſaltem æqualis ſit. Quodſi ſacerdos in hominem de plebe convitium iecit, huic per ſimplicem declarationem honoris, quam vocant, abunde ſatisfieri creditur. Erat aliquando ſacerdos per ſententiam iuſſus deprecari. Id ille ægre ferens leuteratione utebatur, ac, iniurias non fuiſſe atroces, præterea, actorem longe infra ſe poſitum eſſe, denique, ſe ſtatim in principio litis, bene ſe de actore ſentire, dixiſſe, oſtendebat. Quibus argumentis moti ICti Helmſtadienſes priorem ſententiam menſe Februar. anni CIↃ IↃ CC XXI. ſic immutarunt: Nunmehr aus den Acten ſo viel zu befinden, daß Kläger ſich mit der ihm geſchehenen Erklärung zu begnügen ſchuldig, und die beyderſeits verurſachte Unkoſten gegen einander aufzuheben ſeynd. V. R W. Rat. dec. Die Iniurien, deren Beklagter überführet iſt, beſtehen darinnen, daß er Klägern in der Predigt einen Maul-Eſel geſcholten, von dem Beichtſtuhl abgewieſen, und als einen rebelliſchen Mann bey der Obrigkeit fälſchlich denunciiret. Ob nun wol Kläger vermeynet, es wären dieſe Iniurien zu hart, als daß ſie durch eine bloſſe ad acta gethane Ehren-Erklärung gehoben werden könnten, auch könne er die ihm durch Beklagten verurſachte Unkoſten nicht tragen, ſondern ſey deren Erſtattung zu fodern wol befugt. Alldieweil aber Beklagter endlich erhalten will, er habe Klägern durch das Wort Maul-Eſel in ſpecie nicht gemeynet, auch von ihm, daß er die Reden, ſo darzu Anlaß gegeben, geführet, nicht gewuſt, hiernächſt wegen des Abweiſens vom Beichtſtuhl durch ſeines Ephori fol. 268. befindliches Atteſtat nicht wenig entſchuldiget wird, ferner die Denunciation auf Angeben anderer Leute geſchehen, allenfalls auch keine dieſer Iniurien pro atroci zu achten, folglich zu deren Tilgung die von Beklagtem offerirte und zum öftern bereits geſchehene Ehren-Erklärung

genug

genug ist, da zumal der Unterscheid zwischen den Personen dazu kommt, und ein vornehmer, dergleichen der Pastor ist, einem geringeren, nemlich dem Gastwirth, eine öffentliche Abbitte zu thun nicht leichtlich angehalten wird, im übrigen, was die Unkosten betrift, Kläger ihm selbst beyzumessen hat, daß er sich dem höchstbilligen Fürstlichen Rescripte fol. 85. widersetzet, die ihm darinnen angetragene genugsame Satisfaction verworfen, und die erfolgte Weitläuftigkeit verursachet; So haben wir, daß Kläger mit der ihm bereits geschehenen Ehren-Erklärung zufrieden seyn müsse, und die Unkosten zu compensiren, gesprochen.

XVII.

Sacerdoti iniuriæ, quas coniux eius & liberi aliis inferunt, quodammodo imputantur.

Non mea hæc philosophia est, sed *Pauli* apostoli I. *ad Timoth. III.* quam nuper admodum Consistorium Vitembergense Superintendenti cuidam inculcavit: Begehren, ihr wollet euch gegen Denunciantin und deren Ehemann vorsichtig und freundlich erweisen, und nebst eurem Eheweibe und Kindern, die ihr nach der von Paulo den Bischöfen vorgeschriebenen, und in der Kirchen-Ordnung bey Ordinationibus vorzulesen wol bedächtig anbefohlenen Regel, im Zaum zu halten wissen werdet, alle Gelegenheit, welche zu einiger Mißhelligkeit und Verbitterung Anlaß geben könnte, vermeiden.

COROLLARIA.

1. Eandem veniam, quam concionatoribus paulo acrius in vitia invehentibus do, etiam præceptotibus & magistris, inter castigandum

dum duriora verba & aliquando verbera ingerentibus, ſi modo valetudini & exiſtimationi eius, quem caſtigant, non nocent, nec tenera ingenia ab artibus & litteris abſterrent, tribuo. Nequit ſe ſemper continere magiſter, qui poſt infinitas preces & admonitiones adhuc tamen perperam facere diſcipulum videt. Abripit enim tunc aliquando ardor animi, longiusque, quam oportebat, propellit. Ignoſcendum tunc eſt errato ex communi humanitate, ſiquidem magiſter ipſe errorem agnoſcit & peccaſſe ſe fatetur. Perplacuit mihi ſemper exemplum Lullii ſummi iſtius in Gallia muſici, de quo hæc narrat *Gayot de Pitaval dans la Bibliotheque des gens de cour tom. V. p. 67. Lully avoit l'oreille ſi fine, que du fond du Théatre il démeloit un Violon, qui iouoit faux; plus d'une fois en ſa vie il a rompu un violon ſur le dos de celui, qui ne le conduiſoit pas à ſon gré; la repetition finie, il l'appelloit, lui payoit ſon Violon aut triple, & le menoit à diner avec lui.*

2. An concionator ab aliquo, qui immerenti ſibi convitium factum queritur, conventus ad veritatem convitii probandam adigi debet? Nego. Sufficit, ut communi fama aut veriſimilibus ſuſpicionibus inductum ſe oſtendat. Communis enim fama & veriſimiles ſuſpiciones eum, qui quid ex officio facit, excuſan. *Conſtit. Caroli V. art. 6. & 61.*

3. Sacerdos eum, a quo iniuſte iniuriarum conventus eſt, ipſe propterea iniuriarum convenire poteſt. *L. 43. de Iniuriis.*

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DXLIX.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVII. TIT. X.

DE

INIVRIIS, QVAE NON FACIENDO FIVNT

PVBLICE DEFENSVM

A

IOACHIMO MEYEN

FRIDLANDIA-MEGAPOLITANO

MENSE SEPTEMBR. ANNI CIↃIↃ CC XXXIV.

I.

Ex contemtu alterius non dicere & facere, quæ dici fierive oportebat, iniuria eſt.

II.

Exempla iniuriarum, quæ in non faciendo conſiſtunt, referuntur.

Infinita iniuriarum exempla paſſim in pandectis & codice recenſentur. Nullum tamen eorum, quod meminerim, in non facto conſiſtit. Dubitari itaque poterat, an iniuria etiam non faciendo fieri poſſit. Certe *Labeo & Vlpianus*, dum, omnem iniuriam aut re aut verbis fieri, in *L.* 1. §. 1. *de Iniuriis* dicunt, non factum excludere videntur. At, ſi analogiam iuris ſpectas, non excludunt. Scilicet vox facti in iure noſtro etiam non factum comprehendit, ut ex *L.* 2. §. 5. *de Verb. obligat.* patet. Atque hoc non in conventionibus ſolum, ſed & in delictis verum eſt. *L.* 45. §. 1. *Ad L. Aquiliam*, *L.* 3.

de Noxalibus actionibus. Quum ergo omne id, quod in contumeliam alterius tendit, iniuria ſit, *L.* 15. §. 5. 27. *de Iniuriis*, conſequitur, eum, qui in contemtum alterius non facit, quod facere debebat, iniuriam inferre. Graviſſime obſtare videtur *lex* 13. §. 4. *de Iniuriis*, ubi *Labeo* eum, qui contumeliæ cauſſa de honoribus alicuius decernendis paſſus non ſit decerni, iniuriarum teneri negat, multumque intereſſe ait, contumeliæ cauſſa quid fiat, an vero, fieri quid in honorem alicuius, quis non patiatur. Verum non obſtat. Aliud enim eſt, aliquem ab honore adquirendo arcere, quod in facto conſiſtit, & tamen iniuria non eſt, aliud adquiſitum honorem non tribuere, quod etſi non faciendo fiat, aperte tamen iniurium eſt. Rem exemplis illuſtrabimus. Clericum occurrentem non ſalutari, pro tam atroci iniuria in medio ævo reputatum fuit, ut in non ſalutantem excommunicationis pœna ſtatueretur. Ita certe in *Concilio Matiſconenſi II. c.* 15. ſancitum fuit: *Siquidem ſecularis equo vehitur, clericusque ſimiliter, ſecularis galeram de capite auferat, & clerico ſinceræ ſalutationis munus adhibeat. Si vero clericus pedes graditur, & ſecularis vehitur equo ſublimis, illico ad terram defluat, & debitum honorem prædicto clerico ſinceræ charitatis exhibeat; ut Deus, qui vera charitas eſt, in utrisque lætetur, & dilectioni ſuæ utrumque adſciſcat. Qui vero hæc, quæ Spiritu S. dictante ſancita ſunt, transgredi voluerit, ab eccleſia, quam in ſuis miniſtris dehonorat, quamdiu epiſcopus illius eccleſiæ voluerit, ſuſpendatur.* ICti Vitembergenſes menſe Decembri anni CIↃ ↀ CC XXXIII. reſponderunt, poſſe ſacerdotem, quem vir nobilis ex parochia eius in nuptiis filiæ per contemtionem præterierat, aliumque adhibuerat, iniuriarum agere: Es iſt dieſes, daß euch der von H. bey Trauung ſeiner Tochter übergangen, vor eine thätliche Iniurie zu achten. Id quod *cap.* 2. *X. de Parochiis* verbis: *proprio contemto presbytero*; convenit. ICti Francofurtenſes

apud

apud *Strykium in diſſert. de Et cetera c. 5. n. 63. 64.* baiulum ſacculi in templo circumferri ſoliti, quod eum inimico cuidam ſuo non porrexiſſet, er hätte ihm den Klingebeutel nicht vorgehalten, iniuriarum reum eſſet dixerunt. Maxima in vita communi iniuria creditur, nolle in convivio alicuius ſaluti & honori poculum libare, Geſundheit trincken. Narrat *Wagnerus in hiſtoria Leopoldi lib. 4. pag. 309.* Furſtenbergium, ab Electore Moguntino menſæ anno 1673. adhibitum, propinatum ſibi in Leopoldi honorem poculum ebibere noluiſſe, parumque abfuiſſe, quin ab Hazfeldio confoderetur, ni Elector Hazfeldium retinuiſſet, Hazfeldium tamen deinde propinatum ſibi in regis Galliarum honorem vitrum vino ſpumans in Furſtenbergii os conieciſſe. In iis terris, in quibus ſalutatio per oſculum uſu recepta eſt, advenientem non oſculari, gravis contumelia reputatur. Exemplum memorabile *Brantom. II. des Vies des Dames galantes pag. 316.* habet: *Le Cardinal de Lorraine paſſant une fois par le Piedmon, allant a Rome pour le ſervice du Roi ſon Maiſtre, viſita le Duc & la Ducheſſe; après avoir aſſez entretenu Monſieur le Duc, il s'en alla trouver Madame la Ducheſſe en ſa chambre pour la ſaluer, & s'approchant d'elle, elle, qui eſtoit la meſme arrogance du monde, luy preſenta la main pour la baiſer: Monſieur le Cardinal impatient de cet affront s'approcha pour la baiſer à la bouche, & elle de ſe reculer. Luy perdant patience, & s'approchant de plus près encor d'elle, la prend par la teſte, & en depit d'elle la baiſa deux ou trois fois, &, quoy quelle en fiſt ſes cris & exclamations a la Portugaiſe & Eſpagnole, ſi falut-il, qu'elle paſſaſt par là. Comment, dit il, eſt ce à moy, à qui il faut uſer de cettte mine & façon? ie baiſe bien la Reyne, ma Maitreſſe, qui eſt la plus grande Reyne du monde: & vous, ie ne vous baiſerois pas, qui n'eſtes qu'une petite Ducheſſe crotée?* Oblatum ſponſoris ad ſacrum fontem officium, eine Gevatterſchaft, non accipere, profecto iniuria eſt,

miraturque *Maſtricht in Schediaſm. de Suſceptoribus pag.* 90. Iurisconſultos, alias in conquirendis novis quæſtionibus nimium diligentes, problema iſtud in edictum Prætoris de iniuriis nondum retuliſſe. Sed retulimus iam diu. Certe Conſiſtorium Vitembergenſe menſe Octobri anni 1732. actionem iniuriarum a patrino contra patrinum, qui cum illo ſimul ad ſacrum fontem ſtare, tanquam rem ſe indignam, recuſarat, inſtitutam admiſit.

III.

Debitos alicui honoris titulos non tribuere, iniuria eſt.

IV.

Dominum aliquem non nominare, iniuria hodie eſt.

V.

Dominum ſimpliciter appellare, cui amplior titulus debetur, iniuria eſt.

VI.

Iſta tamen titulorum omiſſio inter atroces iniurias referri nequit.

VII.

Itaque vaſallus feudo propterea privari nequit.

Inter iniurias, quæ in non facto conſiſtunt, omnium communiſſima eſt, titulum honoris alicui non tribuere. Iniurium hoc eſſe, agnoſcit *Mevius P.* 5. *dec,* 258. *n.* 4. item *Pufendorffius lib.* 1. *de iure naturæ & gentium c.* 1. §. 18. *Non eſt,* inquiens, *prorſus de nihilo, quod interdum magno ardore ſuper titulis inter homines pugnatur; ideo quod, titulo denegato, denegari quoque alicui intelligantur ſtatus, munus, proteſtas atque iura, quæ iſte titulus exprimere aut innuere ſolet.* Quæ obſtare videbatur, *lex* 13. §. 4. *de Iniuriis,* conciliata iam eſt in præcedente meditatione. Quinam vero honoris

Digitized by Google

ris titulus alicui debeatur, unice fere ex uſu pendet. Is omnia circa titulos poteſt. Multa olim immodica credita ſunt, quæ hodie tenuiſſimis tribuuntur. Exemplum eſt in titulo domini, quem primi cæſares ſupra dignitatem ſuam eſſe crediderunt. Auguſtus apud *Suetonium cap.* 53. quum, ſpectante eo ludos, pronunciatum eſſet in mimo: O dominum æquum & bonum! & univerſi quaſi de ipſo dictum exſultantes comprobaſſent: & ſtatim manu vultuque indecoras adulationes repreſſit, & inſequenti die graviſſimo corripuit edicto, dominumque ſe poſthac appellari, ne a liberis quidem aut nepotibus ſuis vel ſerio, vel ioco, paſſus eſt: atque huiusmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit. Tiberius apud eundem *Suetonium cap.* 27. dominus appellatus a quodam denunciavit, ne ſe amplius contumeliæ cauſſa nominaret. Qui ſequuti ſunt, cæſares titulum hunc admiſerunt, adeo, ut nec optimus Traianus eum recuſarit, ſicut ex litteris *Plinii* ad eum patet. Solus *Iulianus*, qui, ſi Chriſtianus fuiſſet, Traianum bonitate viciſſet, Auguſtum ac Tiberium imitatus, dominum ſe appellari vetuit, atque nomen hoc tanquam invidioſum ſuſtulit, quemadmodum ipſe *in Miſopogone pag.* 66. narrat. Id nomen tamen ſtatim poſt fata Iuliani reductum fuit. Quidquid ſit, in principio illud maximam venerationem habuit, ac ſolis principibus tributum, deinde iis, qui de familia eorum erant, communicatum, poſtea ad alios illuſtres clarosque viros extenſum, tandem prorſus vulgatum eſt. Sed quum vulgatum etiam eſſet, clerici tamen, Chriſti præceptorum *Luc. XXII*, 25. 26. memores, diutiſſime ab eo abſtinuerunt. *Lactantius lib.* 4. *Inſtitutionum divinarum cap.* 4. *n. ult.* ſolum Deum dominum nuncupandum eſſe, docet. Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum, ex qua *canon* 7. *diſt.* 97. excerptus eſt, epiſcopus

ab

ab uſurpando domini honore ſerio dehortatur. Temporis ſucceſſu clerici, etſi domini titulum ſuſcipere non auderent, domnos ſe tamen, apice uno ex domini voce eiecto, appellari paſſi ſunt, ut ſcilicet aliquid ſaltem, etſi parum, inter Deum & ipſos intereſſet. Vide *Du Freſne Gloſſarium mediæ & infimæ latinitatis*, art. *Domus*. Sed longius ſemper progreſſi, tandem domini titulum, tanquam ſibi iure debitum, popoſcerunt. *Honorius III. P. M. in c.* 15. *X. de Exceſſibus prælatorum*, archidiaconum, qui epiſcopum ſuum eſſe dominum negarat, tanquam membrum putidum ab eccleſia perpetuo abſcindi, & beneficia eius perſonis idoneis adſignari, iubet; id quod *M. Antonius de Dominis lib.* 2. *de Rep. eccleſiaſtica cap.* 9. §. 5. improbat, ac abominabile dicit, fratres & collegas epiſcopi homagium ei, tanquam ſuo domino, præſtare. Quidquid ſit, noſtra ætate clerici domini titulum non tantum non reſpuunt, ſed, ſi quis hunc eis non tribuat, iniuriam ſibi fieri credunt. Quin imo multi ex iis, qui longe infra clericos ſunt, domini tamen titulum de conſuetudine poſcunt, ac negantem in ius vocant. Et audiuntur etiam. Certe ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XIX. iniuriam eſſe reſponderunt, da ein Amtmann den Kläger Anfangs in den Amts-Verordnungen einen Herren genennet, und nach der Zeit, als er mit ihm zerfallen, ſolchen Titel zu ſeiner Verachtung weggelaſſen. Hi vero, qui altiore loco poſiti ſunt, titulo domini ne quidem contenti, acceſſionem deſiderant, ac, ſi domini ſine amplificatione aliqua appellentur, iniuriam ſibi fieri credunt. Conſuluit ICtos Vitembergenſes menſe Febr. anni CIↃIↃCCXI. comes quidam, qui plures vaſallos nobiles habebat, atque ab uno eorum in litteris ſimpliciter: hochgeehrteſter Herr Graf: non, ut alii ſolebant, gnädiger Herr, appellatus fuerat, annon vaſallo huic ob iniuriam iſtam feloniæ

loniæ crimen intentare poſſet. Etſi autem, vaſallum ob iniuriam domino illatam feudo privari poſſe, non negemus, 2. *F.* 6. §. 7. atque etiam largiamur, denegationem tituli honoris iniuriam eſſe, attamen ad feudi privationem non quælibet iniuriæ ſufficiunt, ſed graves & inhoneſtæ in 2. *F.* 24. §. 2. requiruntur, inter quas omiſſio ſolitæ illius compellationis parum recte connumeratur. Itaque ICti Vitembergenſes reſponſum ſuum ſic temperarunt, ut dicerent, er wäre, wenn ihm nicht remiſſio im Wege ſtünde, wider obbemeldeten Vaſallen vor ſeiner Cantzeley Klage zu erheben, und privationem feudi zu ſuchen, ſolche aber nachgehends, denen Umſtänden nach, in eine tapfere Geld-Buſſe zu verwandeln, wohl befugt. In aliis vero cauſſis ſaltem ſimplex admonitio decerni ſolet, ad exemplum ſententiæ a *Mevio P.* 5. *dec.* 258. relatæ, quod imitatus menſe Aprili anni CIↃ IↃ CC XXXII. iudicavi: Denunciatinnen werden bedeutet, Denunciantem in Zukunft den Titul eines Rathsverwandten zu geben.

VIII.

Citatio, in qua citando debiti tituli non tribuuntur, contumelioſa eſt, atque ad comparendum non obligat.

IX.

Titulum ſibi cum alio communem, tanquam vilem nimis, omittere aut non recipere, iniuria haud eſt.

X.

Titulum litigioſum alicui, pendente lite, non tribuere, iniuria non eſt.

Dixi olim *in Specimine XXXII. de Vitioſa citatione, medit.* 7. citationes, quæ contumeliam contineant, vitioſas eſſe, atque adeo ad comparendum non obligare, eſſe

vero contumeliam, quum citando debiti tituli non tribuuntur. In cuius doctrinæ, per se quidem iustæ ac veræ, applicatione aliquando vehementer peccatum fuit. In civitate quadam imperiali negotiatores, die Cramer, & ephippiarii, die Sattler, in unum collegium coaluerant. Deinde vero negotiatores, tale consortium fastigio suo indignum rati, communi hoc nomine abstinere, & sodalitium suum simpliciter collegium mercatorum appellare cœperant; quin unus ex illis litteras: Erico, collegii mercatorum & ephippiariorum membro; reiecerat. Quod indigne ferentes ephippiarii Ericum iniuriarum postulabant. At ICti Helmstadienses nihil contumelioſi in hac omissione animadverterunt, quum res meræ facultatis sit, titulo uti, vel non uti, in rebus meræ facultatis autem usus per mille annos continuatus necessitatem non inferat, quemadmodum *in Specimine CCCCLXII. de Rebus meræ facultatis* pluribus ostendi. Absolutus itaque fuit reus mense Martio anni CIↃ IↃCC XXII. additum tamen temperamentum, quo lis ipsa de titulo componi optime posse videbatur: In Sachen Erich Christoph Peinemanns, Beklagtens an einem, der Cramer-Gilde, Intervenienten am andern, wider die Sattler-Gilde, Klägere und Interventen am dritten Theile, erkennet der Rath zu Nordhausen ꝛc. Daß Beklagter von angestellter Klage zu entbinden sey. Es wird aber sowohl Klägern, sich Mitgliedere der Cramer- und Sattler-Gilde zu nennen, als Beklagtem, und Intervenienten, den Titel der Sattler-Gilde vor sich nicht anzunehmen, bey Abkündigung von der Cantzel und sonsten frey gestellet. Dahingegen wird in anderen öffentlichen und gemeinschaftlichen Sachen das Wort: Cramer ꝛc. Gilde, gebrauchet. V. R. W. Rat. dec. In der Haupt-Sache haben Klägere deßhalben, daß Beklagter einen ihm mit der Titulatur: Mitglied der Cramer- und Sattler-Gilde; zugefertigten

Gevat-

Gevatter-Brief, nach Ausstreichung, oder, welches fast einerley ist, Unterstreichung des Worts: Sattler; zurück gegeben, eine Iniurien-Klage angestellet. Ob nun wol Klägere vermeynen, es sey solches aus Verachtung gegen sie geschehen, und allenfalls dem Beklagten über den animum iniuriandi das Gewissen rühren; Alldieweil aber die in Acten vorkommende Umstände sattsam an den Tag legen, wie Beklagter nebst seinen übrigen Collegen in den Gedanken gestanden, daß die Cramer-Gilde allein diesen Namen führe, und der Sattler, ungeachtet sie derselben mit incorporiret, keine Meldung geschehen dürfe, folglich geglaubt, es sey der auf dem Gevatter-Briefe gesetzte Titel ihrer Gilde nachtheilig und wegen Einmischung eines fremden Namens verkleinerlich, diesemnach nöthig, durch Zurückgebung des Briefes und Ausstreichung des bedenklichen Wortes die Gerechtigkeit der Gilde zu erhalten, und denn hieraus eben kein animus iniuriandi zu erzwingen ist, endlich Beklagter dadurch, daß er die Cramer höher und würdiger, als die Sattler, geschätzet, und den Namen eines Sattlers vor sich zu geringe gehalten, sich zu keinem Iniurianten gemachet, also der deferirte Eyd irrelevant seyn würde; So haben wir Beklagten von angestellter Klage entbunden. Die Intervention betreffende, ist unnöthig gewesen, dieses Wort-Streits halber einen absonderlichen Proceß zu verhängen, sondern, da beyde Theile ziemlich beygebracht, daß sie in Possession bisher gewesen, in ihrer Titulatur das Wort: Sattler, zu brauchen und auszulassen, so stehet ihnen noch ferner frey, dieses zu thun, und Privat-Briefe, welche nicht nach ihrem Gefallen eingerichtet, zurück zu geben. In öffentlichen und gemeinschaftlichen Sachen hingegen können sich Klägere nicht beschweren, wenn das Wort: Cramer ꝛc. Gilde gesetzet wird, in Erwegung, daß die Denomination allezeit a potiore geschiehet, ja grosse Herren selbst und vornehme Ministri nicht alles in ihrer Titulatur ausdrücken, überdies sie doch, der Titel mag lauten, wie er wolle, Mitglieder der Gilde

verbleiben, folglich in effectu nichts zu besorgen haben. Displicet hoc temperamentum negotiatoribus. Igitur Cameram imperii appellant. Pendente lite, negotiatoribus citatio insinuanda est. Tum magistratus citationem, omisso collegii titulo, simpliciter dominis negotiatoribus; den Herrn Cramern; inscribit. Remittunt negotiatores citationem, tanquam sibi iniuriam, sed a magistratu propter insolentiam hanc mulctantur. Istam mulctam declinaturi, ea, quæ ego *in supra memorato Specimine XXXII.* de citationibus ob tituli omissionem iniuriis ac vitiosis dixi, allegant, magistratum vero, si quid iniurioſe faciat, privatum esse & iniuriarum teneri, ex *L.* 32. *de Iniuriis* addunt. At ICti Helmstadienses, nihil, quod eis prodesse possit, allatum, mense Decembri anni CIↃ IↃ CC XXII. responderunt. Rationem decidendi vide in *Clementina* 2. *Vt lite pendente nil innovetur.* Deinde si vel maxime magistratus in omissione tituli perperam feciſſet, reverentia tamen magistratibus debita, ut rei levem hanc offensiunculam vel dissimularent, vel saltem inposterum observanter deprecarentur, poscebat. Reiicere & remittere citationem, remedium erat ipsa offensione atrocius. Quamobrem mulcta confirmata fuit ex his rationibus: Beklagte haben eine ihnen von Obrigkeits wegen zugefertigte Ladung deshalben, weil man sie darinnen die Herren Cramer, und nicht die Cramer-Gilde genennet, zurück geschicket, und seynd dieserwegen in 50 Thlr. Strafe verdammet worden, wogegen sie denn Leuterung eingewendet. Wenn wir aber auch die Formalien bey Seite setzen wollten, so seynd die Materialien doch von nicht der geringsten Erheblichkeit. Zwar schützen Beklagte vor, eine Citation, worinnen jemanden der ihm zustehende Ehren-Titul nicht gegeben wird, sey vor iniurieus zu achten, anbey hätten sie nichts aus Verachtung der Obrigkeit, sondern alles in dem Absehen, die ihnen anvertrauete Iura

der

der Gilde zu erhalten, gethan. Alldieweil aber der Obrigkeit nicht in den Sinn gekommen, der Cramer-Gilde ihre Gilde-Gerechtigkeit in Zweifel zu ziehen, und das Wort Gilde an ſich gar kein Ehren-Titul iſt, Beklagten auch dadurch Ehre genug wiederfahren, daß man ſie die Herrn Cramer, und ihre Contraparts ſchlechtweg die Sattler genennet, überdies noch zu unterſuchen, ob die Cramer allein, wenn ſie von den zu ihrer Gilde mit geſchlagenen Sattlern abgeſondert ſeynd, als eine ganze Gilde, und nicht vielmehr als Singuli betrachtet werden müſten, hiernächſt, und wenn auch der Titul in der Citation nicht recht eingerichtet geweſen, Beklagten dennoch obgelegen hätte, der Obrigkeit ſolches in gebührender Submiſſion vorzuſtellen, und um künftige Aenderung anzuſuchen, keinesweges aber die Citation auf eine ſolche, wider allen obrigkeitlichen Reſpect laufende, Manier zurück zu ſchicken, und zugleich mit der gröſten Halsſtarrigkeit, daß ſie der zur Verſuchung der Güte abgelaſſenen Ladung keine Folge leiſten, nicht erſcheinen, und ſich nicht vertragen wollten, zu declariren; So haben Beklagte nicht wol gelinder geſtrafet werden können.

COROLLARIVM.

Magiſtratui in via occurrenti non decedere, atrociſſima apud Romanos iniuria fuit, quin aliquando capitalis. Quum enim C. Veturius tribuno plebis tranſeunti recuſaſſet, via decedere, lictorique ſummoventi non obtemperaſſet, recitat *Plutarchus*, damnatum eum eſſe extremo ſupplicio.

SPECIMEN DL.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVII. TIT. X.

DE

EXCEPTIONE ERRORIS IN INIVRIIS.

I.

Exceptio erroris contra actionem iniuriarum tunc prodeſt, quando ille animum iniuriandi prorſus excludit.

II.

Facta verbaque dubia & ambigua in meliorem partem interpretanda ſunt.

III.

Nec iusiurandum purgatorium decerni oportet, ſi quidem argumenta in utramque partem ſunt æqualia.

Qui iniuriarum conveniuntur, inter alias exceptiones ſæpiſſime errorem obtendere ſolent. Igitur, quousque error actioni iniuriarum noceat, diſquirendum, certisque regulis comprehendendum eſt. Ego ſic ſentio: Quando error ita eſt comparatus, ut animum iniuriandi prorſus tollat, ceſſat actio iniuriarum, tametſi verba vel facta ex errore profecta alterum acerbiſſime offenderint, ac riſui & opprobrio publico expoſuerint. *L.* 3. §. *ult. L.* 4. *de Iniuriis.* Vide *Pufendorffium de Iure naturæ & gentium lib.* 1. *cap.* 3. §. 16. Eſt hoc quidem, ſive rectam rationem, ſive iura ſcripta ſpectes, certum,

d by Google

tum, ſed facti quæſtio ſæpe incerta & dubia, dum improbi homines errorem aliquando ſimulant, atque hoc quaſi velo animum iniuriandi, quem vere habent, tegunt. Novi ipſe exemplum, ubi quis litteris ad mercatorem, cum quo ſimultatem habebat, exaratis inſcripſerat: *A Monſieur N. Marchand bien ruiné;* deinde iniuriarum conventus, ſe *bien renommé* ſcribere voluiſſe, contendebat. Verum hæc cavillatio in oculos incurrebat. Nonnunquam tamen circumſtantiæ adeo ambiguæ ſunt, ut de animo iniuriandi in utramque partem maxima veriſimilitudine diſputari poſſit, ipſique iudices in diverſas ſententias eant. Tum quidem plerique iuriiurando purgatorio locum faciunt. At ego, qui iudicem a decernendis ſacramentis, quantum fieri poteſt, dehortor, hic quoque ei præcipio, ne aliter reum ad iurandum adigat, quam ſi fortiora pro animo iniuriandi, quam pro errore, ſint argumenta. Nam ſi paria ſunt, præſumi oportet in meliorem partem ac abſolvi reum. Placere hanc ſententiam meam ſummo, quod Dresdæ eſt, tribunali, ex actis menſe Martio anni 1731. Plavia Variſcorum ad JCtos Vitembergenſes miſſis animadverti. Lites equiti cuidam cum præfecto vicino intercedebant, quibus gliſcentibus, præfectus litteras ad equitem exarat, atque ſtatim in veſtibulo eum wohlgebohrnen Herr compellat. Defert hoc tanquam iniuriam eques ad curiam provincialem, quæ Lipſiæ ius dicit. Vocat curia præfectum in ius, ac reiecta, quam ille opponebat, exceptione erroris, reſpondere ad querelam iubet. Appellat præfectus Dresdam, atque ſine mora abſolvitur. Poſſunt præfecto iſtiusmodi ac longe etiam turpiores errores tam inter ſcribendum, quam imprimendum, obrepere. Nihil dicam de notiſſima fabula, qua cliens, patronum in carmine grande decus patriæ nominaturus, ex incuria librarii grande pecus appellarat. Ridiculum eſt, ſed grave tamen, quod

quod *Erasmus Roterodamus* ſibi contigiſſe *in epiſt.* 68. *lib.* 30. *pag.* 1956. narrat: *Nuper, quum inter imprimendum excuſores aliquot conqueſti fuiſſent, me ſibi xenia nondum perſolviſſe, exortus eſt inter eos quidam ceteris vimolentior, qui profiteretur, ſe pœnas a me exacturum, ni darem: atque id profecto veterator tam egregie effecit, ut aureis numis trecentis redimere eam ignominiam voluiſſem. Quum enim in Vidua mea, quam ſereniſſimæ Hungariæ reginæ dedicaveram, ad laudem cuiusdam ſanctiſſimæ feminæ inter alia liberalitatem illius in pauperes referrem, hæc verba ſubiunxi: Atque mente illa uſum ſemper fuiſſe, quæ talem feminam deceret. Vnde ſceleſtus ille animadvertens, ſibi vindictæ occaſionem oblatam eſſe, ex mente illa mentula fecit. Itaque volumina mille fuere impreſſa.* Simillimum quid Valeriano Flavignio, Ebræarum litterarum apud Pariſienſes profeſſori, contigit. Scripſerat is contra Abrahamum Ecchellenſem, atque huic, quod alios reprehenderet, ipſe reprehendendus, obiecerat, tractis ad eum ex *Matth. VII.* 3. 5. Chriſti verbis: *Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides! Eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui.* Sed librarius per errorem in voce oculo litteram o omiſerat. Hoc Flavignio tanquam iniuriam & ſacrilegium adverſarius acerbiſſime obiectabat; ineptiſſime profecto, ut quilibet confeſtim intelligit. Vide *Baylii Dictionnaire art. Ecchellenſis lit. F.* Si iſtiusmodi peccata aut ambiguitates, quæ in vita communi nec a prudentiſſimo vitari poſſunt, captantur, perſtrepet forum actionibus iniuriarum, ac bella inter liberas gentes naſcentur. Nonnunquam enim ipſi ſummi imperantes & tota regna ac integri populi iniurias ſibi fingunt, ubi vel error, vel ambiguitas ſaltem eſt. Sueci apud *Pontanum Rerum Danicarum lib.* 9. *pag.* 544. Margaretham, Daniæ & Norvegiæ primum, dein-

deinde & Sveciæ armis devictæ reginam accusarunt, quod in dedecus gentis suæ, & veluti socordiam exprobrando, viris numum ea parte, quam in feminis tectam natura vult, signarit. Id tamen, ut Pontani verbis utar, *casu, non studio, factum, ut solet subinde in exprimendis numorum ectypis per negligentiam aut alias tudicula fortuita positione, aut usu longiore attrita aberrari; & facile id fuisse in numo isto, liquere hinc potest, quod, ut altera pars effigiem femineam cum parte crinium hinc in nodos collecta, illinc soluta exhibuit, ita altera characterem O, qui Danis cum virgula transmissa usurpatur, loco diphtongi, expressum habuit. At hoc nihil obsceni aut probrosum, sed Orebro designabatur, qui locus sive oppidum fuit monetæ id temporis ius habens, iuxta insuper Daniæ, Sueciæ ac Norvagiæ regnorum concursum propemodo collocatur, ut ita nihil eo indicatum sit aliud, quam numum eum ubivis valuisse, & omnibus Daniæ, Sveciæ Norvagiæque districtibus fuisse communem.*

IV.

Error, in persona commissus, errantem non excusat.

V.

Atrocitas iniuriæ tunc non ex persona eius, quem quis lacessere voluit, sed eius, qui vere offensus est, æstimatur.

Quæ in antecedentibus diximus, ad eum errorem pertinent, qui ipsum animum iniuriandi tollit. At error in persona commissus, erranti non prodest, siquidem hic iniuria aliquem adficere voluit. *L.* 18. §. 3. *de Iniuriis.* Etsi enim alium pro alio offenderit, maleficia tamen non ex eventu, sed ex animo indicantur. *L.* 14. *Ad L. Corn. de Sicariis.* Sic quum quis a Mullero quodam per litteras lacessitus, duriter rescripsisset, epistolam tamen suam homo-

nymia deceptus, alii Mullerio, laceſſantis fratri, rerum omnium ignaro, inſcripſiſſet, hoc iniuriarum agente, reſcribens, quamvis ſe errore excuſaret, iniuriarum damnatus eſt. Quam ſententiam ICti Helmſtadienſes menſe Octobri anni CIↃ IↃ CC XXIV. confirmarunt. Quum vero iniuriæ æſtimatio ac pœna ſecundum gradum dignitatis vitæque honeſtatem creſcat, aut minuatur, ut Iuſtinianus in §. 7. & 9. *l. de Iniuriis* ait, quæritur in iniuria per errorem illata, cuius perſonæ qualitatem ſpectare oporteat, utrum eius, quam offendere reus voluit, an eius, quæ vere offenſa eſt. Vt ecce: verberare quis conſtituerat hominem de infima plebe, ſed improvidus in principem virum incidit. Atroxne hæc iniuria erit, an levis ex intentione iniuriantis? Erit utique atrox. Quamvis enim in *L.* 15. §. 15. *de Iniuriis* minus peccare dicatur, qui virgines ancillari vel uxorem meretricia veſte veſtitas appellet, hæc tamen lex aperte ſupponit caſum, quo offenſus culpa ſua & facto errori cauſſam dedit, offenſamque ſibi accerſivit & attraxit. At quando nihil ei imputari poteſt, errans de omnibus iis, quæ ex facto eius illicito etiam præter mentem eius evenerunt, reſpondere neceſſum habet. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XVIII. reſponderunt: Hat Titius, ein von a Vniverſitäten religirter Studioſus, kurtz nach ſeiner Ankunft in Leyden unterſchiedene böſe Händel angefangen, und unter andern ſich einem Reichs-Grafen, welcher ohne Gewehr per poſta die öffentliche und gewöhnliche Poſt-Straſſe nebſt dem Poſtillion und einem Bedienten paſſiret, mitten in der Straſſe entgegen geſtellet, ihn auch, da er vorbey paſſiren wollen, ohne gegebene Urſache mit ſeinem ſtarcken ledernen Handſchuhe dergeſtalt in das Geſicht geſchlagen, daß das Blut darnach gelaufen, hierauf, da der Graf nach der Urſach gefraget, den Degen entblöſſet, und ſelbigen heraus gefodert, der aber fortgeritten: Entſte-

het

het demnach die Frage, wie wider dieſen Titium zu verfahren, und wie er zu beſtrafen ſey. Nun wird er vielleicht dieſe von ihm begangene Bosheit vor eine ſchlechte Iniurie gehalten wiſſen wollen, auch vorgeben, daß er den vornehmen Stand des von ihm beleidigten Reichs-Grafen nicht gewuſt, alſo ſich aus Unwiſſenheit an ſelbigem vergriffen; bey welcher Bewandniß es das Anſehen gewinnet, ob ſey er zuforderſt dem Herren Grafen eine Abbitte zu thun ſchuldig, nachgehends mit der gewöhnlichen Studenten-Strafe der Relegation zu belegen. Alldieweil aber die dem Reichs-Grafen zugefügte Beleidigung mit ſolchen Umſtänden verknüpfet iſt, welche dieſelbe zu einer iniuria atrociſſima machen, immaſſen der vornehme Stand der beleidigten Perſon zuforderſt in Betrachtung kommen muß, deſſen Unwiſſenheit den in actu maxime illicito begriffenen Titium nicht entſchuldiget, hiernächſt die auf öffentlicher Heer-Straſſe begangene Gewaltthätigkeit, ingleichen die Violation der Kayſerlichen Poſt ſolche Delicta ſeynd, deren jedes vor ſich eine harte Leibes-Strafe verdienet, worzu ferner die geſchehene Provocation zum Duell kommt, bey welchen Umſtänden die ſchlechte Relegation eine viel zu geringe Strafe eines ſo groſſen Verbrechens ſeyn, auch weder dem Delinquenten, der dieſer Strafe ſchon gewohnet, zur Beſſerung dienen, noch andern Leuten Sicherheit wider ihn, von welchem man die Continuation ſolcher Uebelthaten zu vermuthen hat, verſchaffen würde; So iſt er vor allen Dingen zur gefänglichen Haft zu bringen, und über Inquiſitional-Articul zu vernehmen; Daferne er nun obgedachtes Delictum geſtehet, oder deſſen ſonſt überführet wird, ſo wird er aus der Matricula Studioſorum ausgeſtrichen und aller denſelben zuſtehenden Privilegien unwürdig erkläret, nachgehends entweder mit Abhauung der Hand beſtrafet, und nach abgeſchwornen Urpfeden des Landes ewig verwieſen, oder, welches wir vor beſſer, und zu Erhaltung der gemeinen Ruhe und Sicherheit dienlicher halten, jedoch dem Gutachten

und Wahl der hohen Obrigkeit lediglich anheim geben, bey einem Vestungs-Bau, oder, da hierzu die Gelegenheit ermangelt, in einem Zucht-Hause acht Jahr lang zur Arbeit angehalten, und unterdessen mit Wasser und Brodt beköstiget, auch nach Ablauf solcher Zeit eher nicht, bis man seiner Besserung und künftigen Wohlverhaltens halber genugsam versichert ist, erlassen.

VI.

Tunc tamen error in persona commissus excusat, quando errans rei licitæ operam dedit.

VII.

Actioni iniuriarum ne tunc quidem locus est, quum culpa quædam errori intervenit, dummodo dolus absit.

Equidem prior thesis dubium nullum habere, atque in *L.* 3. §. *ult.* & *L.* 4. *de Iniuriis* aperte confirmari videtur. Negant ibi ICti, iniuriarum teneri eum, qui liberum hominem ceciderit, dum putat servum suum. Sed obiici nobis poterit Paulus, qui in *L.* 45. §. 4. *Ad L. Aquiliam* lege Aquilia teneri ait, qui defendendi sui caussa lapidem in adversarium miserit, non eum, sed prætereuntem percusserit. At facile hæc lex removebitur, si cogitas, primum aliquam hic ex parte percutientis supponi culpam, quod e. g. temere lapidem in turbam coniecerit, vel etiam defensionis limites excesserit, deinde actioni Aquiliæ locum esse posse, ubi actioni iniuriarum locus non est. Actio Aquilia enim ob culpam etiam leviſſimam datur, *L.* 44. *pr. Ad L. Aquiliam*,

Digitized by Google

liam, actio iniuriarum non aliter, quam ob dolum, ſeu ut *Vlpianus in L.* 3. §. 1. *de Iniuriis* loquitur, ob adfectum facientis. Sic itaque reſponderunt ICti Helmſtadienſes menſe Maio anni CIↃ IↃ CC XVI. Hat eine Magd den Herren Conſulenten beſtohlen, auch eine gewiſſe Perſon, welche ſie verführet und von den geſtohlnen Sachen Theil genommen haben ſolle, angegeben, worauf die Obrigkeit auf Denunciation des Herrn Conſulenten die Lictores nach dem angegebenen Orte ihres Aufenthalts geſchicket, die aber an ſtatt ihrer eine andere Perſon ergriffen und in Haft geführet, welche zwar nach erkannten Irrthum ſofort wieder erlaſſen worden, gleichwol jetzo von dem Herrn Denuncianten Satisfaction fodert; Da denn zu wiſſen verlanget wird, ob derſelbe hierzu oder zu Erlegung einiger Geld-Strafe angehalten werden könne. Nun iſt zwar den Rechten nach derjenige, ſo einen andern iniuriiren will, aber aus Irrthum einen tertium beſchimpfet, dieſem tertio Satisfaction zu geben, und überdies der Obrigkeit ſeinen begangenen Frevel mit einiger Strafe zu verbüſſen ſchuldig. Alldieweil aber dieſes nur alsdenn ſtatt findet, wenn der vermeynte Iniuriant animum iniuriandi hat, oder wenigſtens in re illicita begriffen iſt, hingegen in dem Fall, da etwas, deſſen man wohl berechtiget, vorgenommen wird, woraus dem tertio aus Irrthum eine Beſchimpfung zuwächſet, die actio iniuriarum gäntzlich hinweg fällt, und denn Herr Conſulent daran, daß er die Ausſage der diebiſchen Magd, und die von ihr gemachte umſtändliche Beſchreibung der bey dem Diebſtahl intereſſirten Perſon der Obrigkeit denunciiret, nicht unrecht gehandelt, die Obrigkeit auch darinnen, daß ſie ſich dieſer mit ziemlicher Wahrſcheinlichkeit angegebenen und zudem de fuga verdächtigen Perſon verſichern wollen, ihrer Pflicht gemäß gehandelt, alſo beyden nicht das geringſte imputirt werden kann, ſondern der von den Lictoribus begangene Irrthum vor einen bloſſen Unglücks-Fall zu achten iſt; So mag der Herr Conſulent weder

Privat-Satisfaction zu geben, noch einige Strafe zu erlegen angehalten werden.

VIII.

Exceptio benignioris interpretationis quousque locum habeat, disquiritur.

IX.

Regula, quod quilibet sit optimus verborum suorum interpres, tunc, quando interpretatio hæc a communi usu recedit, locum non habet.

Inter exceptiones, quæ actioni iniuriarum communiter opponuntur, frequentissima est commodæ interpretationis. Scilicet nullum fere verbum est, in quo non aliqua ambiguitas lateat, quodque, si subtiliter consideretur, in duas differentes sententias accipi non possit. Semper itaque rei, quando accusantur, verba sua in meliorem partem explicant, & vulgarem regulam: quilibet est optimus verborum suorum interpres; crepant. Ea regula, quam ipsi supra *in medit.* 2. iniuriarum reo prodesse diximus, quam etiam in litibus de pactis & contractibus quotidie allegari videmus, immane quantum abutuntur causidici. Itaque eam iustis cancellis circumscribi oportet. Verissima illa est, quando significatio vocis ita anceps est, ut æquali verisimilitudine in utramque partem trahi possit. Tunc utique credi debet ei, qui se meliorem in animo habuisse, dicit. At enimvero, quando melior hæc significatio inusitata est, & artificiosius exsculpitur, nullam eius rationem haberi oportet, sed verba ex usu communi, penes quem arbitrium

bitrium eſt, & ius & norma loquendi, explicari ac ſecundum *L.* 39. *de Pactis* interpretationem contra eum, in cuius poteſtate fuit, apertius loqui, fieri oportet. Quid enim eveniet, ſi ſingulis hominibus, vocabula, quæ immutabilia eſſe debent, *L.* 4. *pr. de Legatis* 1. mutare, & privatim ſibi ſignificationem fingere, aut inuſitatam ſtabilire, aut obſoletam reducere, permittas? Tolletur omnis commerciorum ſecuritas, & in colloquiis ac ſermonibus grammaticum, qui verba ſingula ponderet, & commentatione a loquentibus illuſtrari curet, adhiberi neceſſe erit. Ex infinitis exemplis unum recentius memorabo. Detulerat quis in iudicio reum, addideratque in libello, reum hunc commiſſo crimine, ſodomitæ more, etiam gloriatum eſſe; er habe eines und des andern Verbrechens, gleich einem Sodomiten, vermeſſentlich ſich berühmet. Finita cauſſa, reus delatorem, quod is ſibi horrendum ſodomiæ crimen obieciſſet, iniuriarum reconvenit. Mittuntur acta ad ICtos Lipſienſes, qui reconventum damnant. Conqueritur damnatus de iniquitate ſententiæ, ſeque vocem ſodomitæ non in ea, qua vulgo accipitur, ſignificatione poſuiſſe, ſed ex *Eſaiæ III*, 9. hauſiſſe, contendit. At ICti Vitembergenſes ſententiam Lipſienſem menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XXXIII. hunc in modum confirmarunt: Daß Chriſtian, weil er in der Denunciation das Wort: Sodomite; Friederichen wehe zu thun, in einem nicht gewöhnlichen Verſtande gebrauchet, in ſeiner Defenſion etwas, ſo ihm zu ſtatten kommen möchte, nicht ausgeführet, derowegen es ſowohl bey der erkannten Abbitte und Ehren-Erklärung, als den geſetzten 5 Thalern Strafe und Abſtattung der Unkoſten, zu laſſen, er auch die fernerweit verurſachte Unkoſten zu bezahlen ſchuldig.

SPE-

SPECIMEN DLI.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVII. TIT. X. DE VERITATE CONVITII.

I.

Vtraque regula: Veritas convitii excuſat; &: Veritas convitii non excuſat; *vera eſt.*

II.

Aliquando veritas convitia, etiam extra iudicium facta, plene excuſat.

His, qui iniuriarum experiuntur, nulla magis metuenda eſt exceptio, quam veritatis. Novi communem regulam, qua veritas convitii iniuriantem non excuſare perhibetur. At hæc regula ex illis eſt, quæ ob multitudinem exceptionum, quas patiuntur, contrariam quoque faciem induere poſſunt. Non erraverit profecto, ſi quis regulam ſic formet: *Veritas convitii excuſat;* atque exempla, quæ contrariæ regulæ ſubiiciuntur, tanquam exceptiones admittat. Sed, ais, deſultoria hæc levitas eſt, ac ICto indigna. Eſto. Similem tamen & in legumlatoribus obſervo. Vide Specimen in *cap.* 43. & 44. *de Regulis iuris in* 6. Certe ii, qui veritatem convitii excuſare dicunt, cum lege loquuntur, *L.* 18. *pr. D.* & *L.* 5. *C. de Iniuriis*, & hi, qui negant, etiam cum lege loquuntur. *art.* 110. *Conſtit. Carolin.* Quid ergo? Fuere iam multi de hac pugna componenda ſolicíti. Diſtinguunt communiter inter convitia in iudicio & extra iudicium facta. Illis impunitatem adſcribunt, his pœnam imponunt. At hæc conciliatio certamen non tollit. Accidit nonnunquam, ut veritas etiam privatim convitianti proſit. Exemplum vide

Digitized by Google

de in *L.* 3. *C. de Officio rectoris provinciæ*, ubi populo, iudices acclamationibus vel collaudare vel accuſare, permittitur, atque, ſi veræ voces ſint, diligens inveſtigatio & cenſura promittitur. Reiecerunt ergo hanc vulgarem diſtinctionem iam ante me *Covarruvias*, & ex eo *Mynſingerus Cent.* 4. *Obſerv.* 4. *Primum*, inquiens, *eſt, quod ſive in iudicio, ſive extra iudicium convicium dicatur etiam verum, cuiusque notitia reipublicæ interſit, prava tamen intentione atque iniuriandi animo, peccatum ſit ab iniuriarum actione non omnino liberum. Nam etſi bonum ſit, atque reipublicæ utile, nocentium crimina nota eſſe, pravus tamen animus revelantis rem efficit iniquam, c. cum miniſter, c. relegentes* 23. *q.* 5. *Alterum eſt, veri criminis exprobrationem, cuiusque reipublicæ interſit manifeſtationem fieri a peccato & iniuriarum actione immunem eſſe. Nec refert, quantum ad hoc, id in iudicio vel extra iudicium acciderit: atque ita Bartoli & ſequatium opinionem interpretatur Covarruvias.* Ipſi mihi ſimilia exempla, ubi veritas convitiantem ab omni pœna liberabat, obvenerunt. Memorabo unum recentius ex Septembri anni CIↃ IↃ CC XXXII. Maritus quidam ex longinquo itinere in patriam redux, præterita domo ſua, in cauponam divertitur, ac miranti cauponi cauſſamque requirenti reſpondet, ſe improbitatem uxoris publice cum Venantio adulterantis ferre non poſſe. Tum Venantius, certior de hoc convitio factus, iniuriarum agit. Reus exceptionem veritatis opponit, & multa, quæ hanc exceptionem veriſimillimam faciebant, narrat. Placuit ergo ſic interloqui: Weil die vorgeſchützte Exceptio veritatis, wenn ſie gehörig beygebracht werden ſollte, die Sache ganz alteriren würde; So wird Sempronio eine 14tägige Friſt wegen des dem Venantio beygemeſſenen verdächtigen Umganges mit ſeiner Frauen, Zeugen anzugeben verſtattet, ſodann mit deren Abhörung, und, da ſich hinlängliche Anzeigungen finden, mit der Inquiſi-

tion wider die Sempronіam und Venantium gebührend verfahren.

III.

Veritas convitii, etſi ex iniuriandi animo profecti, ſiquidem in continenti doceri poteſt, pœnam & ſatisfactionem privatam ſaltem minuit.

Oſtendimus modo, veritatem convitii plene excuſare. Sed rarius fit. Frequentius eſt, ut pœnam ſaltem mitiget. Id quod luculenter colligimus ex *art.* 110. *Conſtit. Carolinæ.* Nec res dubium habet, ſiquidem veritas manifeſta eſt, aut in continenti doceri poteſt. Hoc caſu non pœna ſolum mitigatur, ſed & ſatisfactio, quam læſus poſcit, minuitur, atque deprecatio vel plane remittitur, vel in declarationem honoris convertitur. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Maio anni CIↃ IↃ CC XIX. iudicarunt: Es iſt Beklagte, der eingewendeten Leuterung ungeachtet, ſchuldig, der Klägerin eine Ehren-Erklärung vor Gerichte zu thun, den Gerichten einen Thaler Strafe zu erlegen, und alle verurſachte Unkoſten zu erſtatten. V. R. W. Rat dec. Was die Gravamina betrift, ſo hat Beklagte darinnen Recht, daß die Beſchuldigung, ob habe ſie Klägerin eine Zeug-Trine genennet, nicht erwieſen ſey. Gleichwol bleibt übrig, daß Beklagte die Klägerin, das Bier mit Coſent verfälſchet zu haben, beſchuldiget, welches, wenn es auch wahr wäre, die Beklagte der Klägerin doch nicht öffentlich vorwerfen, und ſie alſo beſchimpfen, ſondern es vielmehr der Obrigkeit anzeigen ſollen. Dieſemnach muß es allerdinges bey vorigem Urthel verbleiben. Jedoch weil die Exceptio veritatis ziemlicher Maſſen beygebracht iſt, ſo wird die Abbitte auf eine bloſſe Ehren-Erklärung geſetzet, und die Strafe um die Helfte verringert.

IV.

Digitized by Google

IV.

Quousque in actionibus iniuriarum super exceptione veritatis illiquida iusiurandum deferri, vel probatio admitti possit, disquiritur.

Plerumque exceptio veritatis, quam reus in causis iniuriarum obiicit, altiorem quæstionem habet, ac pleniorem probationem requirit. Infinitas hic video difficultates, auctorum dissensiones & rerum iudicatarum varietatem. De hac incertitudine tollenda sæpe meditatus, hanc tandem viam reperi, aliisque, an eandem sequi velint, liberum relinquo. Si exceptio veritatis ita comparata est, ut actionem iniuriarum plane perimat, cuius rei exemplum supra *in meditat.* 1. attuli, is, qui eam obiicit, simpliciter audiendus est, quantascunque probatio difficultates habeat. Iura enim nostra, si cuiusdam causæ decisio ex alia pendet, hanc præiudicari simpliciter iubent. *L.* 54. *de Iudiciis*, *L.* 10. *C. de Iniuriis.* Exemplum hoc esto: Litigator quidam adversario, qui sese ad iurandum offerebat, periurium obiiciebat, & iniuriarum conventus, nihil se ultra, quam litis suæ utilitas poposciſſet, dixisse, ex *L.* 6. §. 1. *C. de Postulando* respondebat, ac probationem, sed paulo intricatiorem, offerebat. Non poterat hæc ei sine iniustitia denegari. Diversus longe ab hoc casus est, quando exceptio veritatis non ad tollendam, sed saltem minuendam pœnam obiicitur. Tum vero obiicienti duplex via patet, vel iurisiurandi delatio, vel alia probatio. Si iusiurandum eligit, audiendus est, quia sic res breviſſime expediri potest, tametsi caput, super quo iurandum est, delictum contineat, atque adeo famosum sit. Nam & super negotio famoso & delicto, si civiliter agatur, ac magis, sic rei defensio ex hoc pendeat, iusiurandum recte defertur. *L.* 52. §. 27. *de*

Furtis, L. 5. §. 8. *L.* 11. §. 1. *de Iniuriis, L.* 9. §. 2. *de Iureiurando, c.* 36. *pr. X. de Iureiurando, Dec. Elect.* 17. Verum tamen iurisiurandi delatio non aliter admittenda eſt, quam, ſi deferens circumſtantias loci ac temporis exprimat, arg. *L.* 7. *pr. de Iniuriis.* Vide *Bergerum in Reſolut. Lauterb. pag.* 194. *& in Electis diſc. for. pag.* 512. *&* 513. Itaque vagam delationem reiecerunt ICti Helmſtadienſes menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XVI. Es kommt bey gegenwärtigem Proceß auf die Frage an, ob Beklagter, der ſich eines mit der Klägerin getriebenen Beyſchlafs berühmet, und dieſerhalben iniuriarum belanget worden, dagegen aber exceptionem veritatis vorgeſchützet, ihr über ſolche Exception den Eyd deferiren könne. Kläger führet zu Behauptung der Affirmativæ an, daß ihm bereits der Beweiß zuerkannt, demnach zugleich tacite delatio iurisiurandi, als eine ſpecies des Beweiſes, verſtattet worden, überdies nicht ungewöhnlich ſey, dem andern Theile wegen des Beyſchlafs, oder eines andern Delicti, wenn darüber civiliter geklagt wird, das Gewiſſen zu rühren; Alldieweil aber ſuper factis famam ſugilantibus die Eydes-Delatio nicht leichtlich, oder doch anderer Geſtalt nicht, als wenn der Deferent alle des facti Umſtände, ſonderlich locum und tempus, ausdrücket, ſtatt findet, davon aber Beklagter allhier nicht das geringſte angegeben; Dieſemnach haben wir dafür gehalten, es habe bey vorkommenden Umſtänden die Eydes-Delation nicht ſtatt. Reſtat, ut de caſu agamus, quo reus, exceptionem veritatis pro pœna mitiganda obiiciens, probationes & argumenta offert, ſed quæ diuturnam inveſtigationem requirunt. Eſt tunc exceptio veritatis magis fere dilatoria, quam peremtoria. At exceptiones dilatoriæ, ſi altiorem quæſtionem habent, admittendæ non ſunt, ne, ut cum Iuſtiniano in §. *ult.* 1. *de Exceptionibus* loquar, dum de his altercatur, ipſius negotii diſceptatio proteletur. Vide *Specimen ad ff. DVIII. de Exce-*

Digitized by Google

Exceptionibus liquidis, medit. 3. 4. Et ſic iudicarunt ICti Helmſtadienſes menſe Auguſto anni CIↃ IↃ CC XII: Daß Beklagter des Landes bis auf kündliche Erlaubung zu verweiſen, Klägern auch alle durch dieſen Proceß verurſachte Unkoſten zu erſtatten ſchuldig. Es iſt aber dem Fiſco, Klägern der wider ihn denunciirten puncte halber abſonderlich zu belangen, unbenommen. V. R. W. Rat. dec. Es hat Beklagter ſub. Num. 4. Actorum geſtanden, daß er Klägern einen Schelm und meineydigen Schelm geſcholten. Wannenhero Kläger actionem iniuriarum ſub. N. 8. angeſtellet, und, daß Beklagter mit einer Leibes-Strafe beleget werden möchte, geſuchet. Dieſer hingegen iſt darauf gefallen, daß er veritatem convitii erweiſen wollen. Wannenhero er unterſchiedene puncte wider Klägern denunciiret, worinnen er denſelben einer in Verwaltung ſeines Amtes begangenen Untreue beſchuldiget. Es iſt zu dem Ende von der Regierung Unterſuchung angeſtellet, und ſeynd unterſchiedene Zeugen abgehöret worden; immaſſen auch Klägers Unſchuld ſo gar klar nicht am Tage lieget, da derſelbe, ſo viel die erſtere puncte, und inſonderheit den Schiffer Printzen betrift, die von ihm geforderte ſchriftliche Amts-Cammer-Reſolution nicht vorweiſen mag, ſondern ſich auf das Zeugniß des Regierungs-Raths von Raab, welcher noch nicht abgehöret worden, berufet, die letzt übergebene Denunciations-Puncta aber gantz nicht beantwortet, noch ſich auf die zu deren Beſtärkung beygelegte Documenta eingelaſſen. Bey welcher Bewandniß, und da veritas convitii die Strafe zwar nicht gantz aufhebet, ſolche aber doch in etwas vermindert, es das Anſehen gewinnet, ob hätte das Erkänntniß über die Iniurien-Sache noch nicht abgefaſſet, ſondern zuförderſt die wider Klägern angeſtellte Unterſuchung zu Ende gebracht, und dieſem die Antwort auf die letztere Denunciation auferleget werden müſſen; Alldieweil aber Beklagter bey der auf die Artickel gethanen Antwort die ausgeſtoſſene Iniurien ſchlechterdinges geſtehet, und

insgemein pro levis notæ macula notata geachtet wird, besprechen lassen; Wannenhero es das Ansehen gewunnet, ob habe die angestellte actio iniuriarum allerdings statt, und müsse der Stad-Voigt sich darauf einlassen. Alldieweil aber von einer obrigkeitlichen Person die Vermuthung ist, daß dasjenige, was sie thut, nicht in der Meynung, jemand zu beschimpfen, sondern lediglich in dem Absehen, ihr Amt zu verrichten, geschehe, hiernächst des Stadt-Voigts Amt unter andern mit darinnen bestehet, daß er, wenn ihm einige wegen Hurerey berüchtigte Personen angezeiget werden, inquirire und die gewöhnliche Brüche herbey treibe, ferner zwischen einer privat- und obrigkeitlichen Person diesfalls ein grosser Unterschied ist, indem jene zwar durch Vorschützung des gemeinen Geschreyes von der actione iniuriarum nicht befreyet wird, diese hingegen wegen eines durchgehends erschollenen Gerüchts nicht allein mit der Inquisition zu verfahren schuldig und gehalten ist, sondern auch so gar zur Captur schreiten kann, bey welcher Bewandniß, und da das von der H. entstandene Geschrey durch die ganze Stadt gegangen, der Stadt-Voigt noch viel glimpflicher, als er nöthig gehabt, verfahren, daß er die berüchtigte Person nicht sofort vor Gericht gefodert, sondern erst in geheim befragen lassen; So hat die actio iniuriarum in gegenwärtigem Falle nicht statt, und ist der Stadt-Voigt, darwider exceptionem non competentis actionis vorzuschützen, wol berechtiget.

II) Eas personas, quibus in alios non quidem iurisdictio, sed tamen inspectio & aliqua morum censura competit, e. g. patrifamilias in famulos, præceptori in discipulos, ephoro in fidei suæ commissos, sacerdoti in confessores, concionatori in auditores, scholarchæ in scholasticos,

pro-

propinquo, maxime ſeniori, in propinquos ætate minores. *L. un. C. de Emendat. propinquorum.* Hi ſæpe delata ad ſe per rumorem publicum flagitia ſuis exprobrant, infelices futuri, ſi, iis inficiantibus, vel exceptionem veritatis probare, vel iniuriam deprecari neceſſum haberent. Exemplum ſcholarchæ ab iniuriarum actione propter famam publicam liberati infra memorabitur.

III) Advocatos, qui ſecundum *L.* 6. §. 1. *C. de Poſtulando*, poſcente litium utilitate, ex clientis ſui relatione adverſario vel teſti facinus, quod ille non perpetravit, obiicit; vide infra *corollarium* 4.

IV) Eos, qui ius ſuum in iudicio perſequuturi aliquem innocentem quidem, ſed quem nocentem ex veriſimillimis rationibus credebant, actione atrociore, e. g. condictione furtiva, conveniunt. Ceſſante quippe dolo, actio iniuriarum ceſſat. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XIV. reſponderunt: Es hat zwar Beklagter vorgegeben, daß er Klägern keines Diebſtahls, ſonndern einer ſcherzhaften Hinwegnehmung ſeines Geldes beſchuldiget, wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob hätte Beklagter, weil er keinen animum iniuriandi gehabt, Klägern auch eine Ehren-Erklärung gethan, von der angeſtellten Klage loßgezählet werden ſollen; Alldieweil aber aus dem Anfangs ergangenen mündlichen Verfahren deutlich erhellet, daß Beklagter Klägern eines wahrhaften Diebſtahls beſchuldiget, ferner derſelbe die Ehren-Erklärung nicht alſofort im Anfang des Proceſſes, wie es ſich gebühret, noch auch in Perſon gethan; So haben wir ihm, ſolche perſönlich vor Gerichte zu wiederholen, auferleget, dabey auch die Erſtattung der Unkoſten zuerkannt, mit anderweiter Strafe aber, ingleichen mit dem geforderten öffentlichen Wieder-Ruf ihn billig verſchonet, in Erwegung, daß er gleichwohl, wegen der erzählten und von Klägern

grösstentheils zugestandenen Umstände, auf denselben zu muthmassen starke Ursach gehabt.

V) Reos, qui pro sui defensione quid adfirmant, quod existimationem tertii cuiusdam onerat, &, quamvis liquido probari non possit, speciem tamen veri habet. Hic quoque deficiens convitii consilium actionem iniuriarum cessare facit. Sic itaque mense Novembri CIↃ IↃ CC XXXII. in casu, quo stupri ac promissi matrimonii reus actrici exceptionem fornicationis cum aliis obiecerat, & adolescentem, quo illa plus, quam familiariter, usa esset, nominaverat, ab hoc vero iniuriarum conveniebatur, iudicavi: Weil derjenige, welcher animo defendendi etwas im Gerichte gegen einen andern aus wahrscheinlichen Ursachen vorbringet, diesen nicht iniuriiret, und denn Schuhmann, Prangern eines verdächtigen Umgangs mit der Thielin zu beschuldigen, vielen Grund gehabt, immassen aus der von der Obrigkeit dieserhalb angestellten Vernehmung, ingleichen den theils von Prangern selbst eingestandenen, theils von dem Zeugen angegebenen Umständen erhellet, so wird Pranger mit seiner Rüge abgewiesen, und zu Bezahlung aller Unkosten angehalten.

VI) Eos, qui verisimilibus coniecturis inducti, alium criminis etiam privatim insimulant, non convitii consilio, sed alia mente; ut, si quis ab aliquo rem suam, quam sibi ab illo interversam probabiliter credit, repetat. *L.* 5. *C. de Iniuriis.* Sic nuper mense Octobri anni CIↃ IↃ CC XXXII. mulierculam, quæ mariti sui familiaritate cum alia muliere offensa, hanc, ne cum illo improbe viveret, monuerat, ab actione iniuriarum absolvi: Die Astmannin wird in Ansehung, daß der von der Gentzin fol. 8. wegen des Bierschenckens angegebene Umstand einen wahrscheinlichen Verdacht erwecket, mit

Digitized by Google

mit aller Strafe verſchonet, Gentz auch ſich mit der fol. 5. b. ſq. gethanen Erklärung zu begnügen bedeutet, und nebſt der Aſtmannin alle verurſachte Unkoſten in gleichen Theilen zu bezahlen angehalten. Similem in modum in caſu, quo quis furtum paſſo veriſimilem ſuſpicionem ſuam de eo, qui id commiſiſſet, aperuerat, deinde vero ab hoc iniuriarum conventus fuerat, menſe Ianuario eiusdem anni reſpondi: Beyde Fiſcher werden in Anſehung, daß ſie durch das fol. 5. eingeſtandene Factum einen Verdacht gegen ſich erwecket, und Hancke wahrſcheinliche Urſach, Bambucken von dem ihm entführten Klotzſche zu benachrichtigen gehabt, mit ihren Rügen ab, und zu Bezahlung aller Gerichts-Unkoſten angewieſen, atque deinde menſe Octobri deciſum hoc, quum impugnaretur, ita confirmavi: Dieweil die Frage allhier nicht: ob die Fiſchere den Klotzſch geſtohlen; ſondern dieſe: ob Hancke deshalb, daß er ſeinen wider ſie geſchöpften wahrſcheinlichen Verdacht nicht ſowohl ihnen in rixa vorgeworfen, als nur dem Eigenthümer des Klotzſches zu deſſelben nöthigen Nachricht in Fiſchers Gegenwart entdecket, vor einen Calumnianten und Iniurianten zu achten ſey, iſt; ſelbige aber in *L.* 5. *C. de Iniuriis*, *L.* 3. *C. de Calumniatoribus* und der peinlichen Halo-Gerichts-Ordnung *art.* 61. deutlich verneinet wird, ſo bleibet es nicht allein der Haupt-Sache, ſondern auch der Unkoſten halber, in Anſehung, daß die Fiſcher durch den fol. 5. eingeſtandenen Gebrauch des Schlupf Weges den Verdacht auf ſich geladen und ſolchen mittelſt der Variation in anfänglicher Ableugnung der wegen der Zeit fol. 3. b. angegebenen, und nachgehends fol. 5. eingeräumten Umſtände noch mehr vermehret, bey vorigem Deciſo billig. Und ſeynd die Fiſchere die ferner verurſachte Gerichts-Koſten zu tragen ſchuldig. Denique huc pertinet, quando amicus amicum, vel cognatus cognatum de ſiniſtro rumore familiariter, vel coram, vel per litteras certiorem reddit. Poſſes hoc exceptio-

nem bonæ mentis appellare. Neceſſe tamen eſt, ut eiusmodi ſignificatio ſine teſtibus fiat. Quum ergo nuper patruelis patruelem in convivio monuiſſet, uxorem eius peſſime audire, deinde vero iniuriarum conventus exceptionem bonæ mentis opponeret, ICti Vitembergenſes eum nihilominus damnarunt.

VII) Accuſatores & delatores, quos veriſimilia indicia ad accuſandum vel deferendum moverunt. *L.* 3. *C. de Calumniatoribus, Conſtit. Caroli V. art.* 61. Adde *Specimen LVI. de Calumniatoribus, med. ult.* Sic ICti Helmſtadienſes menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XXVIII. iudicarunt: Daß Beklagter von angeſtellter Denunciations-Klage zu entbinden, und die beyderſeits verurſachte Unkoſten gegen einander aufzuheben ſeynd. V. R. W. Rat. dec. Es beſchweret ſich Kläger, daß Beklagter nicht alleine im Jahre 1720, ſondern auch, ungeachtet damalen die Sache gerichtlich verglichen und aufgehoben worden, wiederum im Jahre 1727. ihn unterſchiedener Verbrechen und Malverſationen beſchuldiget, und ihm dadurch Schimpf, Schaden, Verdruß und Unkoſten zugezogen, wannenhero er ſelbigen als einen Calumnianten zu ſtrafen und zur Satisfaction anzuhalten bittet. Nun gründet er ſich hauptſächlich darauf, daß die von Beklagtem angebrachte Beſchuldigungen unerwieſen, ja, einige derſelben durch die Ausſagen der ſowohl Anno 1720 gerichtlich, als jetzo wiederum vor Notarien und Zeugen abgehörten Zeugen vollkommen widerleget, alſo offenbar falſch wären. Alldieweil aber ein Denunciant, der jemand eines Verbrechens mit wahrſcheinlichen Indiciis beſchuldiget, ungeachtet dieſer in Ermangelung genugſamen Beweiſes losgeſprochen wird, nicht ſo fort vor einen boshaften Calumnianten geachtet, und dafür beſtrafet werden mag, und denn Beklagter ſowohl Anno 1720. laut der von zweyen Conventualen ad acta gebrachten Denunciation,

ciation, als jetzo wiederum vermöge deſſen, was hin und wieder aus der von dem Syndico abgehörten Zeugen Depoſitionen angeführet wird, ſehr groſſe Urſach, die Wahrheit obgedachter Beſchuldigungen zu glauben, und ſeinem Amte gemäß ſelbige der Obrigkeit zu denunciiren, gehabt, und nicht davor kann, daß es jetzo an genugſamen Beweis fehlet, mithin weder einer Calumnie, noch Iniurie, beſchuldiget werden mag, da er das, was er gethan, ex officio gethan, folglich der animus iniuriandi hinwegfällt; So haben wir Beklagten von der Klage, oder, wie ſie der Kläger nennet, Denunciation, entbunden, jedoch bey vorfallenden zweifelhaften Umſtänden die Unkoſten gegen einander aufgehoben.

VIII) Artifices, qui conſulti ſecundum artis ſuæ regulas aliquid, quod in opprobrium conſulentis vergit, dicunt. Exemplum in *L.* 15. §. 13. *de Iniuriis* occurrit, ubi aſtrologus, vel hariolus, qui conſultus aliquem furem dixit, qui fur non eſt, ab actione iniuriarum liberatur. Memorat tamen *Mollerus in Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ cap.* 7. Heldvaterum, celebrem aſtrologum, a Io. Woverio, ſacrorum in Holſatia antiſtite, in quo ex natalitia divinatione vitia multa notaverat, bis propterea de ſacerdotio deiectum fuiſſe. Non poterat etiam æger ille apud *Zittmannum in Medicina Forenſi Cent.* 2. *Caſu* 88. iniuriarum agere contra chirurgum, qui conſultus, ipſum lue venerea laborare, reſponderat. Et ipſe recordor, irriſam fuiſſe puellam, quæ medico, qui gravidam illam eſſe dixerat, actionem iniuriarum minabatur.

IX) Teſtem, qui a iudice evocatus teſtimonium alteri ignominioſum perhibuit. Is hoc impune fert, nec ad veritatem probandam ulla ratione adigi poteſt. Qua in re

etſi lege clara deficiamur, utilitas tamen publica & recta ratio inſtar omnium legum eſt. Argumenta omnia, quæ huc faciunt, collegit ſtudioſe *Carpzovius lib.* 2. *Reſponſo* 60. Quæ argumenta tanti ponderis ſunt, ut, quum rector academiæ Iuliæ eſſem, iisdem motus, hominem, qui teſti actionem iniuriarum intentabat, ac ſponte probationes offerebat, a limine iudicii repellerem, ratus, rem indignam & peſſimi exempli fore, ſi quis ob id, quod iuſſu iudicis dixiſſet, litibus implicaretur. Verum hæc ad eum ſolum caſum pertinent, quo teſtis ex ipſo teſtimonio ſuo iniuriarum convenitur, nec producenda ſunt eo, ut illum etiam contra odia, quæ ſibi teſtificando conflavit, ſecurum præſtemus, atque a neceſſitate reſpondendi ad actiones iniuriarum, quas, niſi teſtimonium dixiſſet, forte paſſus non eſſet, liberemus. Sic ICti Vitembergenſes menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CCXXXIV. iudicarunt ex his rationibus: Ob wol nicht zu leugnen, daß das von Denunciatem in der Lenkiſchen Inquiſitions-Sache auf Erforderung der Obrigkeit fol. 2. b. ſqq. abgelegte Zeugniß lediglich zur Denunciation und den dem Denunciaten daraus zugewachſenen Verdrießlichkeiten Gelegenheit gegeben, und denn dieſes eine Sache von übeler Folge iſt, mithin andere Leute von Abſtattung eines Zeugniſſes leichtlich abſchrecken, und hinkünftig die Erforſchung der Wahrheit hindern möchte, wannenhero auch *Carpzovius libro* 2. *reſponſo* 60. mit Anführung vieler Gründe und Rechts-Sprüche, daß ein Zeuge ſeines Zeugniſſes halber in keine Iniurien-Proceſſe verwickelt werden könne, behauptet; Alldieweil aber *Carpzovius* in dem obangeführten Loco nur von dem Caſu, da ein Zeuge aus ſeinem abgelegten Zeugniſſe ſelbſt Iniuriarum belanget wird, handelt, hier hingegen Denunciat keinesweges aus ſeinem abgelegten Zeugniſſe in Anſpruch genommen wird, ſondern dieſes Zeugniß nur dem Inquiſiten Anlaß gegeben, Denunciatens vorige Auf-

führung

führung genauer zu unterſuchen, und deſſen etwa begangene Verbrechen zu ſeiner Defenſion an das Licht zu bringen; So iſt ꝛc.

VII.

Sola fama publica, nullis aliis argumentis ſubnixa, nec iniuriantem, nec accuſatorem, vel delatorem, excuſat.

VIII.

Excuſat tamen eum, qui ex officii neceſſitate accuſat, vel defert.

IX.

Excuſat etiam magiſtratum.

X.

Solus rumor vulgaris ad torquendum non ſufficit, ſufficit vero ad inquirendum & interrogandum, & aliquando cuſtodiendum reum.

Animadverto ſubinde ex actis, hos, qui iniuriarum conveniuntur, ſeſe exceptione famæ communis tueri; quam tamen iniurianti non prodeſſe, ICti cordatiores adfirmant. Et recte quidem, quum fama communis plerumque nihil aliud ſit, quam vanæ populi voces, quas audiri non oportet. *L.* 12. §. 1. *C. de Pœnis.* Itaque exceptio famæ communis non tunc ſolum reiicitur, quum garrulus quis rumore publico ea, quæ extra iudicium contra alterius exiſtimationem effutiit, excuſat, ſed & quando accuſator vel delator a reo poſt abſolutionem iniuriarum conventus, ſe ſola fama

die allhier vorgeſchützte Exceptio veritatis eine ſehr weitläuftige und lange Unterſuchung brauchet, alſo, da die Iniurien ſelbſt liquid, höchſt unbillig iſt, daß das Erkänntniß darüber durch obbeſagte Exception aufgeſchoben wird, worzu ferner kommt, daß die Exceptio veritatis einem Iniurianten ſehr wenig helfen mag; So haben wir Beklagten wegen der von ihm ausgeſtoſſenen und geſtandenen Iniurien mit der Landes-Verweiſung, weil Kläger in dem Libell keine Privat-Satisfaction geſuchet, beſtrafet, ihm auch die Erſtattung der Unkoſten auferleget, dem Fiſco aber, daferne er Klägern Anſpruchs zu erlaſſen nicht vermeynet, ſelbigen abſonderlich zu belangen, frey geſtellet.

V.

Ad exceptionem veritatis confugere, non ſemper eſt conſultum.

VI.

Recenſentur illæ perſonæ, quibus, alterum falſo criminari, impune licet.

Exceptio veritatis probatu difficillima eſt. Magnum ergo onus ſubeunt, qui illam obiiciunt. Nec opus ea ſemper eſt. Sæpe enim excuſatur, qui falſum etiam crimen alteri imputat, ſi quidem convitii conſilium abfuit, & obiectio ex veriſimilibus argumentis facta eſt. Præſtat tunc, omiſſa exceptione veritatis, ſaltem animum iniuriandi negare, & ſic confeſtim ſe ab omni actione liberare. Sunt vero perſonæ plurimæ, quibus falſo alterum criminari impune eſt. Refero huc

1) Magi-

1) Magiſtratus, qui fama publica aliisve indiciis inducti hominem innocentem, ſed ſuſpectum, in iudicium vocant, interrogant, quin aliquando torquent. Quamvis enim magiſtratum aliquid iniurioſe facientem officium ſuum ab actione iniuriarum non liberet, *L.* 42. *de Iniuriis*, liberat tamen tunc, quando in eo, quod fecit, officii ſui limites accurate obſervavit. Pertinet autem ad officium magiſtratus, etiam famam publicam non negligere. Nam, ut *Cruſius de Indiciis P.* 1. *c.* 25. *n.* 14. *&* 15. loquitur, ſi fama magna ſit, & iudex inquirere ſupersedeat, magnum ſcandalum propter magiſtratus conniventiam ſuborietur. Quum enim fama tantopere loquatur, perinde eſt, ac ſi accuſator interpellaret iudicem ſedulo & ſerio, isque nollet adminiſtrare iuſtitiam. Adde *Conſtitut. Caroli V. art.* 6. ibi: einer Uebelthat durch gemeinen Leumuth berüchtiget. Sed clarior adhuc eſt *articulus* 61. atque magiſtratum contra eum, qui innocens quæſtioni ſubiectus eſt, tuetur. Sic ergo ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃIↃCCXV. reſponderunt: Iſt der Stadt-Voigt zu N. von des verſtorbenen Schul-Rectoris H. älteſten Tochter um des willen, daß er wegen des von ihr ausgebrachten Geſchreyes, als ob ſie ſchwanger ſey, des Stadt-Knechts Frau an ſie geſchicket, und die Strafe von ihr gefodert, iniuriarum belanget worden, da denn die Frage entſtehet, ob ſolche actio allhier ſtatt finde, der Stadt-Voigt auch ſich darauf einzulaſſen ſchuldig ſey. Nun iſt zwar ausgemachten Rechtens, daß auch eine obrigkeitliche Perſon, wenn ſie in ihrem Amte excediret, gar wohl actione iniuriarum belanget werden möge, und ſcheinet es, daß auf Seiten des Stadt-Voigts einiger Exceſs vorgegangen, indem er die H. Tochter ohne ſattſamen Grund bloß auf vorhergehendes Geſchrey des gemeinen Volks, welches doch einen Iniurianten nicht entſchuldigen mag, durch eine Perſon, ſo insge-

insgemein pro levis notæ macula notata geachtet wird, besprechen lassen; Wannenhero es das Ansehen gewunnet, ob habe die angestellte actio iniuriarum allerdings statt, und müsse der Stad-Voigt sich darauf einlassen. Alldieweil aber von einer obrigkeitlichen Person die Vermuthung ist, daß dasjenige, was sie thut, nicht in der Meynung, jemand zu beschimpfen, sondern lediglich in dem Absehen, ihr Amt zu verrichten, geschehe, hiernächst des Stadt-Voigts Amt unter andern mit darinnen bestehet, daß er, wenn ihm einige wegen Hurerey berüchtigte Personen angezeiget werden, inquirire und die gewöhnliche Brüche herbey treibe, ferner zwischen einer privat- und obrigkeitlichen Person diesfalls ein grosser Unterschied ist, indem jene zwar durch Vorschützung des gemeinen Geschreyes von der actione iniuriarum nicht befreyet wird, diese hingegen wegen eines durchgehends erschollenen Gerüchts nicht allein mit der Inquisition zu verfahren schuldig und gehalten ist, sondern auch so gar zur Captur schreiten kann, bey welcher Bewandniß, und da das von der H. entstandene Geschrey durch die ganze Stadt gegangen, der Stadt-Voigt noch viel glimpflicher, als er nöthig gehabt, verfahren, daß er die berüchtigte Person nicht sofort vor Gericht gefodert, sondern erst in geheim befragen lassen; So hat die actio iniuriarum in gegenwärtigem Falle nicht statt, und ist der Stadt-Voigt, darwider exceptionem non competentis actionis vorzuschützen, wol berechtiget.

II) Eas personas, quibus in alios non quidem iurisdictio, sed tamen inspectio & aliqua morum censura competit, e. g. patrifamilias in famulos, præceptori in discipulos, ephoro in fidei suæ commissos, sacerdoti in confessores, concionatori in auditores, scholarchæ in scholasticos,

pro-

propinquo, maxime ſeniori, in propinquos ætate minores. *L. un. C. de Emendat. propinquorum.* Hi ſæpe delata ad ſe per rumorem publicum flagitia ſuis exprobrant, infelices futuri, ſi, iis inficiantibus, vel exceptionem veritatis probare, vel iniuriam deprecari neceſſum haberent. Exemplum ſcholarchæ ab iniuriarum actione propter famam publicam liberati infra memorabitur.

III) Advocatos, qui ſecundum *L.* 6. §. 1. *C. de Poſtulando*, poſcente litium utilitate, ex clientis ſui relatione adverſario vel teſti facinus, quod ille non perpetravit, obiicit; vide infra *corollarium* 4.

IV) Eos, qui ius ſuum in iudicio perſequuturi aliquem innocentem quidem, ſed quem nocentem ex veriſimillimis rationibus credebant, actione atrociore, e. g. condictione furtiva, conveniunt. Ceſſante quippe dolo, actio iniuriarum ceſſat. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XIV. reſponderunt: Es hat zwar Beklagter vorgegeben, daß er Klägern keines Diebſtahls, ſonndern einer ſcherzhaften Hinwegnehmung ſeines Geldes beſchuldiget, wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob hätte Beklagter, weil er keinen animum iniuriandi gehabt, Klägern auch eine Ehren-Erklärung gethan, von der angeſtellten Klage loßgezählet werden ſollen; Alldieweil aber aus dem Anfangs ergangenen mündlichen Verfahren deutlich erhellet, daß Beklagter Klägern eines wahrhaften Diebſtahls beſchuldiget, ferner derſelbe die Ehren-Erklärung nicht alſofort im Anfang des Proceſſes, wie es ſich gebühret, noch auch in Perſon gethan; So haben wir ihm, ſolche perſönlich vor Gerichte zu wiederholen, auferleget, dabey auch die Erſtattung der Unkoſten zuerkannt, mit anderweiter Strafe aber, ingleichen mit dem geforderten öffentlichen Wieder-Ruf ihn billig verſchonet, in Erwegung, daß er gleichwohl, wegen der erzählten und von Klägern

grbſtentheils zugeſtandenen Umſtände, auf denſelben zu muthmaſſen ſtarke Urſach gehabt.

V) Reos, qui pro ſui defenſione quid adfirmant, quod exiſtimationem tertii cuiusdam onerat, &, quamvis liquido probari non poſſit, ſpeciem tamen veri habet. Hic quoque deficiens convitii conſilium actionem iniuriarum ceſſare facit. Sic itaque menſe Novembri CIↃ IↃ CC XXXII. in caſu, quo ſtupri ac promiſſi matrimonii reus actrici exceptionem fornicationis cum aliis obiecerat, & adoleſcentem, quo illa plus, quam familiariter, uſa eſſet, nominaverat, ab hoc vero iniuriarum conveniebatur, iudicavi: Weil derjenige, welcher animo defendendi etwas im Gerichte gegen einen andern aus wahrſcheinlichen Urſachen vorbringet, dieſen nicht iniuriiret, und denn Schuhmann, Prangern eines verdächtigen Umgangs mit der Thielin zu beſchuldigen, vielen Grund gehabt, immaſſen aus der von der Obrigkeit dieſerhalb angeſtellten Vernehmung, ingleichen den theils von Prangern ſelbſt eingeſtandenen, theils von dem Zeugen angegebenen Umſtänden erhellet, ſo wird Pranger mit ſeiner Rüge abgewieſen, und zu Bezahlung aller Unkoſten angehalten.

VI) Eos, qui veriſimilibus coniecturis inducti, alium criminis etiam privatim inſimulant, non convitii conſilio, ſed alia mente; ut, ſi quis ab aliquo rem ſuam, quam ſibi ab illo interverſam probabiliter credit, repetat. *L.* 5. *C. de Iniuriis.* Sic nuper menſe Octobri anni CIↃ IↃ CC XXXII. mulierculam, quæ mariti ſui familiaritate cum alia muliere offenſa, hanc, ne cum illo improbe viveret, monuerat, ab actione iniuriarum abſolvi: Die Aſtmannin wird in Anſehung, daß der von der Gentzin fol. 8. wegen des Bierſchenckens angegebene Umſtand einen wahrſcheinlichen Verdacht erwecket,

mit

Digitized by Google

mit aller Strafe verſchonet, Gentz auch ſich mit der fol. 5. b. ſq. gethanen Erklärung zu begnügen bedeutet, und nebſt der Aſtmannin alle verurſachte Unkoſten in gleichen Theilen zu bezahlen angehalten. Similem in modum in caſu, quo quis furtum paſſo veriſimilem ſuſpicionem ſuam de eo, qui id commiſiſſet, aperuerat, deinde vero ab hoc iniuriarum conventus fuerat, menſe Ianuario eiusdem anni reſpondi: Beyde Fiſcher werden in Anſehung, daß ſie durch das fol. 5. eingeſtandene Factum einen Verdacht gegen ſich erwecket, und Hancke wahrſcheinliche Urſach, Bambucken von dem ihm entführten Klotzſche zu benachrichtigen gehabt, mit ihren Rügen ab, und zu Bezahlung aller Gerichts-Unkoſten angewieſen, atque deinde menſe Octobri deciſum hoc, quum impugnaretur, ita confirmavi: Dieweil die Frage allhier nicht: ob die Fiſchere den Klotzſch geſtohlen; ſondern dieſe: ob Hancke deshalb, daß er ſeinen wider ſie geſchöpften wahrſcheinlichen Verdacht nicht ſowohl ihnen in rixa vorgeworfen, als nur dem Eigenthümer des Klotzſches zu deſſelben nöthigen Nachricht in Fiſchers Gegenwart entdecket, vor einen Calumnianten und Iniurianten zu achten ſey, iſt; ſelbige aber in *L.* 5. *C. de Iniuriis*, *L.* 3. *C. de Calumniatoribus* und der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 61. deutlich verneinet wird, ſo bleibet es nicht allein der Haupt-Sache, ſondern auch der Unkoſten halber, in Anſehung, daß die Fiſcher durch den fol. 5. eingeſtandenen Gebrauch des Schlupf Weges den Verdacht auf ſich geladen und ſolchen mittelſt der Variation in anfänglicher Ableugnung der wegen der Zeit fol. 3. b. angegebenen, und nachgehends fol. 5. eingeräumten Umſtände noch mehr vermehret, bey vorigem Deciſo billig. Und ſeynd die Fiſchere die ferner verurſachte Gerichts-Koſten zu tragen ſchuldig. Denique huc pertinet, quando amicus amicum, vel cognatus cognatum de ſiniſtro rumore familiariter, vel coram, vel per litteras certiorem reddit. Poſſes hoc exceptio-

nem bonæ mentis appellare. Neceſſe tamen eſt, ut eiusmodi ſignificatio ſine teſtibus fiat. Quum ergo nuper patruelis patruelem in convivio monuiſſet, uxorem eius peſſime audire, deinde vero iniuriarum conventus exceptionem bonæ mentis opponeret, ICti Vitembergenſes eum nihilominus damnarunt.

VII) Accuſatores & delatores, quos veriſimilia indicia ad accuſandum vel deferendum moverunt. *L.* 3. *C. de Calumniatoribus, Conſtit. Caroli V. art.* 61. Adde *Specimen LVI. de Calumniatoribus, med. ult.* Sic ICti Helmſtadienſes menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XXVIII. iudicarunt:

Daß Beklagter von angeſtellter Denunciations-Klage zu entbinden, und die beyderſeits verurſachte Unkoſten gegen einander aufzuheben ſeynd. V. R. W. Rat. dec. Es beſchweret ſich Kläger, daß Beklagter nicht alleine im Jahre 1720, ſondern auch, ungeachtet damalen die Sache gerichtlich verglichen und aufgehoben worden, wiederum im Jahre 1727. ihn unterſchiedener Verbrechen und Malverſationen beſchuldiget, und ihm dadurch Schimpf, Schaden, Verdruß und Unkoſten zugezogen, wannenhero er ſelbigen als einen Calumnianten zu ſtrafen und zur Satisfaction anzuhalten bittet. Nun gründet er ſich hauptſächlich darauf, daß die von Beklagtem angebrachte Beſchuldigungen unerwieſen, ja, einige derſelben durch die Ausſagen der ſowohl Anno 1720 gerichtlich, als jetzo wiederum vor Notarien und Zeugen abgehörten Zeugen vollkommen widerleget, alſo offenbar falſch wären. Alldieweil aber ein Denunciant, der jemand eines Verbrechens mit wahrſcheinlichen Indiciis beſchuldiget, ungeachtet dieſer in Ermangelung genugſamen Beweiſes losgeſprochen wird, nicht ſo fort vor einen boshaften Calumnianten geachtet, und dafür beſtrafet werden mag, und denn Beklagter ſowohl Anno 1720. laut der von zweyen Conventualen ad acta gebrachten Denunciation,

ciation, als jetzo wiederum vermöge deſſen, was hin und wieder aus der von dem Syndico abgehörten Zeugen Depoſitionen angeführet wird, ſehr groſſe Urſach, die Wahrheit obgedachter Beſchuldigungen zu glauben, und ſeinem Amte gemäß ſelbige der Obrigkeit zu denunciiren, gehabt, und nicht davor kann, daß es jetzo an genugſamen Beweis fehlet, mithin weder einer Calumnie, noch Iniurie, beſchuldiget werden mag, da er das, was er gethan, ex officio gethan, folglich der animus iniuriandi hinwegfällt; So haben wir Beklagten von der Klage, oder, wie ſie der Kläger nennet, Denunciation, entbunden, jedoch bey vorfallenden zweifelhaften Umſtänden die Unkoſten gegen einander aufgehoben.

VIII) Artifices, qui conſulti ſecundum artis ſuæ regulas aliquid, quod in opprobrium conſulentis vergit, dicunt. Exemplum in *L.* 15. §. 13. *de Iniuriis* occurrit, ubi aſtrologus, vel hariolus, qui conſultus aliquem furem dixit, qui fur non eſt, ab actione iniuriarum liberatur. Memorat tamen *Mollerus in Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ cap.* 7. Heldvaterum, celebrem aſtrologum, a Io. Woverio, ſacrorum in Holſatia antiſtite, in quo ex natalitia divinatione vitia multa notaverat, bis propterea de ſacerdotio deiectum fuiſſe. Non poterat etiam æger ille apud *Zittmannum in Medicina Forenſi Cent.* 2. *Caſu* 88. iniuriarum agere contra chirurgum, qui conſultus, ipſum lue venerea laborare, reſponderat. Et ipſe recordor, irriſam fuiſſe puellam, quæ medico, qui gravidam illam eſſe dixerat, actionem iniuriarum minabatur.

IX) Teſtem, qui a iudice evocatus teſtimonium alteri ignominioſum perhibuit. Is hoc impune fert, nec ad veritatem probandam ulla ratione adigi poteſt. Qua in re etſi

Digitized by Google

etſi lege clara deficiamur, utilitas tamen publica & recta ratio inſtar omnium legum eſt. Argumenta omnia, quæ huc faciunt, collegit ſtudioſe *Carpzovius lib.* 2. *Reſponſo* 60. Quæ argumenta tanti ponderis ſunt, ut, quum rector academiæ Iuliæ eſſem, iisdem motus, hominem, qui teſti actionem iniuriarum intentabat, ac ſponte probationes offerebat, a limine iudicii repellerem, ratus, rem indignam & peſſimi exempli fore, ſi quis ob id, quod iuſſu iudicis dixiſſet, litibus implicaretur. Verum hæc ad eum ſolum caſum pertinent, quo teſtis ex ipſo teſtimonio ſuo iniuriarum convenitur, nec producenda ſunt eo, ut illum etiam contra odia, quæ ſibi teſtificando conflavit, ſecurum præſtemus, atque a neceſſitate reſpondendi ad actiones iniuriarum, quas, niſi teſtimonium dixiſſet, forte paſſus non eſſet, liberemus. Sic ICti Vitembergenſes menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XXXIV. iudicarunt ex his rationibus: Ob wol nicht zu leugnen, daß das von Denunciatem in der Lenkiſchen Inquiſitions-Sache auf Erforderung der Obrigkeit fol. 2. b. ſqq. abgelegte Zeugniß lediglich zur Denunciation und den dem Denunciaten daraus zugewachſenen Verdrießlichkeiten Gelegenheit gegeben, und denn dieſes eine Sache von übeler Folge iſt, mithin andere Leute von Abſtattung eines Zeugniſſes leichtlich abſchrecken, und hinkünftig die Erforſchung der Wahrheit hindern möchte, wannenhero auch *Carpzovius libro* 2. *reſponſo* 60. mit Anführung vieler Gründe und Rechts-Sprüche, daß ein Zeuge ſeines Zeugniſſes halber in keine Iniurien-Proceſſe verwickelt werden könne, behauptet; Alldieweil aber *Carpzovius* in dem obangeführten Loco nur von dem Caſu, da ein Zeuge aus ſeinem abgelegten Zeugniſſe ſelbſt Iniuriarum belanget wird, handelt, hier hingegen Denunciat keinesweges aus ſeinem abgelegten Zeugniſſe in Anſpruch genommen wird, ſondern dieſes Zeugniß nur dem Inquiſiten Anlaß gegeben, Denunciatens vorige Auf-

führung

führung genauer zu unterſuchen, und deſſen etwa begangene Verbrechen zu ſeiner Defenſion an das Licht zu bringen; So iſt ꝛc.

VII.

Sola fama publica, nullis aliis argumentis ſubnixa, nec iniuriantem, nec accuſatorem, vel delatorem, excuſat.

VIII.

Excuſat tamen eum, qui ex officii neceſſitate accuſat, vel defert.

IX.

Excuſat etiam magiſtratum.

X.

Solus rumor vulgaris ad torquendum non ſufficit, ſufficit vero ad inquirendum & interrogandum, & aliquando cuſtodiendum reum.

Animadverto ſubinde ex actis, hos, qui iniuriarum conveniuntur, ſeſe exceptione famæ communis tueri; quam tamen iniurianti non prodeſſe, ICti cordatiores adfirmant. Et recte quidem, quum fama communis plerumque nihil aliud ſit, quam vanæ populi voces, quas audiri non oportet. *L.* 12. §. 1. *C. de Pœnis.* Itaque exceptio famæ communis non tunc ſolum reiicitur, quum garrulus quis rumore publico ea, quæ extra iudicium contra alterius exiſtimationem effutiit, excuſat, ſed & quando accuſator vel delator a reo poſt abſolutionem iniuriarum conventus, ſe ſola fama

Digitized by Google

fama communi inductum, accuſaſſe vel detuliſſe, obtendit. Non eſt hæc excuſatio iuſta, quemadmodum ex *L.* 8. *C. de Calumniatoribus* patet. Nec poterit accuſator vel delator ad *articulum* 61. *Conſtitutionis Carolinæ* confugere, quippe in quo aperte ſupponitur, accuſatorem non ſimplice fama, ſed tali, qualem *antecedens articulus* 25. *n.* 1. deſiderat, & cui reus ipſe factis ſuis occaſionem dedit, ad accuſationem commotum fuiſſe. Aliud ergo dicendum, ſi nihil, præter vulgi voculas, allegare poteſt. Verum tamen & hic attendendum eſt diſcrimen, quod Alexander imperator in *L.* 2. *C. de Calumniatoribus* inter voluntariam accuſationem, & officii neceſſitatem facit. Sunt nempe, quos officii neceſſitas, ut occulta delicta perſcrutentur, obligat. Qui ſi forte per rumorem publicum quid comperiunt, quod ſcire & in lucem protrahere ad eorum officium pertinet, impune opem magiſtratus pro vero veſtigando implorabunt, nec, ſi rumor falſus deprehendatur, ad rationem delationis ſuæ reddendam cogentur. Exemplo ſit ſcholarcha, qui vulgata per communem famam peccata cuiusdam ex præceptoribus ſuæ inſpectioni ſubditis ad magiſtratum detulerat. Eum ab actione iniuriarum liberarunt ICti Helmſtadienſes menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XXIII. Wird zu wiſſen verlanget, ob und wie weit Oefers fol. 50. befindliches Suchen, den Anbringer der ihm beygemeſſenen Beſchuldigungen zu beſtrafen, ſtatt finde, und wie er dieſerwegen zu beſcheiden ſey. Weil nun eines Paſtoris und Scholarchæ Pflicht iſt, ſich nach dem Leben derjenigen, welche der Schulen vorgeſetzet werden ſollen, zu erkundigen, und, da er einige Anſtöſſe findet, ſolche dem Patrono, oder dem Conſiſtorio, anzumelden, hiernächſt das gemeine Geſchrey, welches die zwiſchen Oefern und dem Feld-Prediger vorgegangene Schlägerey, ingleichen das, was in

der

der Schencke paſſiret, aller Vermuthung nach ausgebreitet, und gewöhnlicher maſſen gröſſer gemacht hat, den Paſtorem entſchuldiget, ferner derjenige, welcher durch wahrſcheinliche Umſtände bewogen, der Obrigkeit etwas, das nach reiflicher Unterſuchung falſch befunden wird, denunciiret, vor keinen Verläumder oder Iniurianten zu achten iſt, *L.* 3. *C. de Calumniatoribus*, *Leyſer in Specim.* 56. *ad ff. de Calumniatoribus*, *medit.* 9. wenn zumahl dergleichen Denunciation Amtswegen geſchieht; So fällt die geſuchte Beſtrafung hinweg. Quæ quum in accuſatore & delatore vera ſint, magis adhuc locum invenire debent in magiſtratu, qui rumore publico, etſi incerto & vago, inductus in ius vocat, interrogat, examinat, inquirit, quin & carceri mancipat. Scio quidem requiſita rumoris, quæ *articulus* 25. *Conſtitutionis Carolinæ* præſcribit. At ea tunc ſaltem deſiderantur, quando quæſtio decernenda eſt, ubi utique ſumma circumſpectione opus. Extra torturam vero ſolus rumor communis ſufficit. Clara ſunt *articuli* 6. in principio ſtatim verba.

XI.

Iudex, qui communi, ſed falſo, rumore motus inquirit, vel innocentem in vincula coniicit, ipſe quidem iniuriarum non tenetur, ad indicandos tamen auctores vel vulgatores cogi poteſt.

Ita menſe Maio anni CIↃ IↃ CC XXXIV. conſultus reſpondi: Hat der adeliche Gerichtshalter zu Beyen ſich durch ein ausgeſprengtes falſches Gerücht, ob hätten der Prediger Marck, oder ſeine Frau, den Tod zweyer ihrer Kinder verurſachet, oder befördert, bewegen laſſen, deshalb bey verſchiedenen Perſonen genau nachzufragen, und Erkundigung einzuziehen; Da denn zu wiſſen verlanget wird, ob und wie dieſer Gerichtshalter, ingleichen die

Propalatores und Calumnianten zu belangen, auch nebst Erstattung der Unkosten zu bestrafen seynd. Nun will ich zwar nicht anrathen, wider den Gerichtshalter Klage anzustellen. Denn, ob derselbe gleich etwas vorsichtiger gehen, den Ungrund des ausgesprengten Gerüchts leicht erkennen, und bey der Nachfrage den Prediger und seine Frau eben nicht bey Namen nennen sollen, so wird doch derselbe zu seiner Entschuldigung den gemeinen Leumuth, welcher sich sogar, nach dem eigenen Anführen in der specie facti, in auswärtigen Landen ausgebreitet, und, nach der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 6. sogar zu Inhaftirung einer berüchtigten Person hinlänglich ist, ingleichen die Obliegenheit einer Obrigkeit, die Wahrheit eines in ihrer Gerichtsbarkeit ausgesprengten gemeinen Gerüchtes zu untersuchen, und dadurch dem Aergernisse zu steuren, vorschützen, anbey, daß die Nachfrage, ohne den Prediger und seine Frau dabey zu nennen, nachdem ihre Personen bereits diffamiret gewesen, füglich nicht geschehen können, anführen. Alldieweil aber das ausgesprengte gemeine Geschrey zwar eine Obrigkeit, jedoch keinesweges diejenige Privat-Personen, welche es ausgesprenget, oder es auch nur von andern gehöret, und weiter ausgebreitet, entschuldiget, sondern diese allerdings, und zwar in Ansehung, daß die einem Prediger zugefügte Iniurien zu Verkleinerung seines so nothwendigen guten Ansehens gereichen, und ihn gewisser massen in Ausrichtung seines heiligen Amtes stöhren, mithin per se atroces seynd, *Novella* 123. *cap.* 31. vide *Specimen DXLIII. de Satisfactione privata in iniuriis, meditatione* 9. härter, als andere Iniurianten und Calumnianten, bestrafet werden müssen; So werden die Auctores und Propalatores des von dem Prediger Marck und seiner Frauen ausgesprengten falschen Gerüchts der Obrigkeit gebührend denuncüret, und, wenn sie ihrer Mißhandlung überführet seynd, nach Befindung der Umstände und Beschaffenheit ihrer Personen und Vermögens, mit 2, 3 oder 4 wöchentlichen Gefängnisse, oder um

10,

10, 20, 30, 40, 50 Reichs-Thaler bestraft, auch zu Leistung einer Abbitte und Ehren-Erklärung, ingleichen zu Bezahlung aller verursachten Unkosten angehalten. Wird zweytens gefraget: Ob der Gerichtshalter diejenige, von welchen er die Unwahrheit gehöret, anzeigen müsse? Wiewohl nun die Rechte eine Obrigkeit zu dergleichen Anzeigung eben nicht verbinden, hiernächst die peinliche Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 61. sogar die Ankläger, welche einen Unschuldigen aus vorhergehenden wahrscheinlichen Anzeigungen und Verdacht, oder böser Leumuth, vor Gerichte ziehen, nach erfolgter Absolutoria mit aller Strafe, und sogar mit dem Ersatze der Unkosten, verschonet; Weilen aber allhier weder eine rechtmäßige Anklage, noch Denunciation, sondern ein blosses ausgesprengtes Gerüchte vorher gegangen, und den Gerichtshalter zu weiterer Nachforschung bewogen, gleichwohl dem Prediger, und seinem heiligen Amte selbst, höchlich daran gelegen ist, daß der Ungrund dieses zur Verkleinerung des Predigers erschollenen Gerüchtes entdecket, seine Unschuld an den Tag geleget, und den Calumnianten das Maul gestopfet werde; So mag der Prediger Marck gar wohl die Hochfürstliche Regierung, worunter der Gerichtshalter stehet, angehen, derselben den Nachtheil, welcher ihm und seinem heiligen Amte aus obgemeldetem Verfahren zuwachse, vor Augen stellen, und zu dessen Remedirung gebührend bitten, daß vor allen Dingen der Gerichtshalter zu Benennung der Personen, welche das ihm zu Ohren kommende Geschrey entweder ausgesprenget, oder doch ausgebreitet, angehalten, sodann aber wider diese ex officio verfahren und erkannt werde.

COROLLARIA.

1. Dubitatum recordor, utrum in Saxonia noſtra per notiſſimum illud edictum regium, wider die Selbſt-Rache, exceptio veritatis, ſiquidem in continenti non liqueat, in cauſſis iniuriarum ſit vetita. ICti Vitembergenſes de hac quæſtione menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XXX. interrogati, exceptionem hanc admitti, ſed intra 14. dies probari debere, hunc in modum reſponderunt: Fällt Zweifel vor, ob die Exceptio veritatis in Iniurien-Sachen kürtzlich und ohne Proceſs zu deduciren, oder, wie anderer Beweis, nur ſummariſch zu tractiren ſey. Nun wird zwar in dem 22. §. des Mandats wider die Selbſt-Rache dem Geladenen vorbehalten, ſeine Exceptiones kürtzlich und ohne Proceſs zu deduciren, auch in dem Reſcript vom 7. Mart. 1716. die Gewiſſens-Vertretung gäntzlich verboten. Dieweil aber dennoch in dem aus dem 22. §. angeführten loco blos von denen Exceptionibus, die ein Auſſenbleibender pro excuſanda contumacia anführet, die Rede, und die Gewiſſens-Vertretung von dem Beweiſe der Exceptionis veritatis ganz unterſchieden iſt, hingegen der obgedachte 22. §. mit Zulaſſung kürtzlicher Beybringung der Nothdurft an Seiten des Beſchuldigten ſummariſch zu verfahren, anbefiehlet, und denn die Exceptio veritatis ſonder Zweifel zu ſolcher Nothdurft gehöret; So iſt die Ausführung der Exceptionis veritatis, wie anderer Beweis in civilibus, jedoch nur ſummariter und nach Vorſchrift der erläuterten *Proceſs*-Ordnung *Tit. 1. §. 6.* und deren Anhangs §. 2. zu tractiren.

2. Exceptio veritatis advocatum ſemper excuſat, non ſolum in iis, quæ adverſario & teſti, ſed &, quæ iudici obiicit.

3. Hoc tamen non aliter, quam ſi verba in factum temperet.

4. Advocatus, qui ex mandato & relatione clientis aliquid iniurium ſcribit vel profert, excuſatur, quamvis id verum non ſit. Hæc corollaria explicantur pluribus in *Specim. DXLVII. de Conviiis advocatorum.*

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DLII.
MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVII. TIT. X.

DE
FAMOSIS LIBELLIS.

I.

Ad essentiam famosi libelli requiritur, ut auctor nomen suum dissimularit.

II.

Discrimen inter famosum libellum & iniuriam scriptam, iure Romano factum, a Carolo V. confirmatum, in Ordinatione politica imperii abrogatum non est.

Carolus V. in art. 110. *Constitutionis suæ* ad essentiam famosi libelli requirit, ut auctor nomen suum dissimulet. Ergo excusatius peccat, & saltem iniuriam tenetur, qui nomen suum adponit. Est hoc profecto contra iuris regulam, secundum quam & gravius delinquit, & durius punitur, qui palam, quam qui clam peccat. *L.* 2. §. 24. *de Vi bonorum raptorum.* Nam qui palam peccat, aperte præ se fert contemtum magistratus, & se nec leges curare, nec pœnas metuere, ostendit, atque adeo bina facinora committit, ex Augustini & Ambrosii doctrina in *can.* 13. *caus.* 14. *quæst.* 5. & *can.* 4. §. 2. *caus.* 32. *quæst.* 4. Itaque inter auctores iniuriæ scriptæ & famosi libelli hoc interest, quod inter furem manifestum

Digitized by Google

ſtum & non manifeſtum, quorum ille bis, hic ſimpliciter punitur in §. 5. *I. de Obligat. quæ ex del.* At enim vero fruſtra adverſus claram legem, quæ nomen ſuum profitentes a pœna libelli famoſi liberat, philoſophamur. Dubitant tamen nonnulli, an hodie ſecundum eam, quam Carolus facit, diſtinctionem iudicandum ſit. Negant hoc cum multis aliis ICti Hallenſes in reſponſo, quo anno 1718. Chriſtophorum Chriſtianum Hændelium, ſacerdotem Anſpacenſem, ad gladium damnarunt, ex his inter alias rationibus: Daß allhier keine *ſimplex iniuria ſcripta*, ſondern ein *cumulus Pasquillorum* vorhanden, welche eines theils nach Anleitung des 110. *Articuls* der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung mit der *Authorum* Namen nicht unterzeichnet, doch aber von *D.* Händeln ſowohl *procuriret*, als in der Welt ausgeſtreuet ſind, andern theils zwar *D.* Händel in denen von ihme *editen Scriptis* ſeinen Tauff- und Zunahmen geſetzet, gleichwohl *ex ordinatione politica de Anno* 1577. *Tit.* von Buchdruckern und Schmäh-Schriften ꝛc. erheller, daß *in Libellis famoſis* es darauf eben nicht ankomme, es möge der *Author* ſeinen Namen darunter geſchrieben haben, oder nicht, welche *conſtitutio* als ein *Lex poſterior*, *& quæ iuri communi magis congruit*, der *Sanctioni Carolinæ* billig vorzuziehen. Vide gründlich Nachricht in abgeurtheilter peinlicher *Inquiſitions*-Sache Chriſtoph Chriſtian Händels, ehemahligen Hochfürſtl. Brandenburg-Onolzbachiſchen *General-Superintendentens*, Onolzbach 1720. *pag.* 167. Ego quidem de ipſius pœnæ iuſtitia non diſputo, nec Hændelium excuſo, ſed etiam reliquas rationes decidendi eleganter & docte ſcriptas agnoſco, hanc tamen, quam excerpſi, ut probem, in animum inducere non poſſum. Aiunt, iuri communi magis congruere, ut libellus famoſus etiam ſit, cui auctor nomen ſuum adiecit. Reſpexere forſan ad *L.* 5. §. 9. *& L.* 6. *de*

Iniu-

Digitized by Google

Iniuriis, in quibus promiſcue de iniuriis ſcriptis & famoſis libellis agitur. Inde vero non conſequitur, nullum inter ambo fuiſſe diſcrimen. Erat utique. Apparet hoc ex his *Legis un. C. de Famoſis libellis* verbis: *nomen ſuum profiteatur.* Apparet clarius ex *toto titulo C. Th. de Famoſis libellis*, cuius leges omnes nomen auctoris occultatum ſupponunt. Quod porro ICti Hallenſes aiunt, conſtitutionem Carolinam *Ordinatione politica imperii* ſublatam, optime ipſius ordinationis inſpectione confutatur. Illa nempe *in titulo* 35. §. 3. tam iniurias ſcriptas, quam famoſos libellos damnat, diſcrimen tamen ipſum non tollit, nec pœnas exæquat, nec ius Romanum & Carolinum antiquat.

III.

Pœna talionis, in auctores libellorum famoſorum ſtatuta, non recte negligitur.

Pœnam talionis, hoc eſt eandem, quam crimen in libello obiectum meretur, auctoribus libelli infligi iubet *Carolus V. in articulo* 110. Lex clara eſt, ſed commentatores fere omnes negant, legem in uſu eſſe, & gravius quid, quam fuſtigationem, decerni poſſe. *Claſenius* tamen a lege non recedit. Equidem *Kreſſius in nota* 3. *ad art.* 110. Claſenium ait tandem magis aperte pro pœna arbitraria concludere. Hoc autem ego in Claſenio reperire non poſſum. Addit ſaltem regulæ ſuæ aliquot limitationes. Sed ipſam tamen conſtanter retinet. Nihil certe poteſt eſſe apertius his verbis, quas *pag.* 419. habet: *Illud certum eſt, ultimo ſupplicio eum poſſe affici, qui alteri imputat tale crimen, quod pœna mortis ſit dignum. Et licet Iulius Clarus loco ante citato in*

in praxi id obſervari neget, ut pœna capitalis ob paſquillum diffamanti irrogetur, tamen meminit Daniel Mollerus ad Part. 4. Conſtit. Elector. 44. fol. 642. n. 6. aliquem fuiſſe ob famoſum libellum gladio punitum: & alicui, qui alteri delictum ſodomiæ per paſquillum obiecisſet, pœnam ignis fuiſſe dictatam. Et refert Berlichius Part. 5. Concl. 67. n. 21. fol. 173. nobilem quendam, quod alteri cuidam nobili crimen capitale in libello famoſo cum ſuppreſſione ſui nominis obiecisſet, fuiſſe decollatum. Et profecto, ICtos a lege imperii per legem Saxonicam in *Conſtit. Elect.* 44. *P.* 4. firmata recedere, ac arbitrium ſibi ademtum tamen uſurpare poſſe, plenum audaciæ facinus eſt, ſed huc usque impune. Certe diutiſſime iudiciis & collegiis adſedi, ac ſæpius ex conſenſu collegarum pœnas auctoribus famoſorum libellorum decrevi, nunquam tamen me ad fuſtigationem usque adſcendiſſe, recordor.

IV.

Combuſtio libelli famoſi & iniuriæ ſcriptæ iuſta eſt, ſed parum conſulta.

Solent libelli famoſi communiter per carnificem comburi. Dubitatum recordor, an idem in iniurias ſcriptas liceat. Et licet utique, ſiquidem iniuriæ graves ſunt. Exemplum *in Specim. DXLVII. de Convitiis Advocatorum, meditat.* 15. adlatum. Remedium ipſum cum iuſtitia non pugnat. Sed, an prudentiæ conveniat, dubitavi ſæpius. Ego certe, ſi quis contra me famoſum libellum ſpergat, id non adhibebo. Sapientiſſimum eſt Conringii iudicium, quod *Ritmeierus in Conringianis epiſtolicis p.* 37. refert: *Vt Hippolythi a Lapide ſcriptum manu carnificis comburatur, neſcio equidem, an ſit conſultum. Quid enim eo profeceris? num poſſet ita liber ille manibus excuti? Neſcis, quam late ſpargantur favillæ combuſtorum librorum, diſſimulata & neglecta quaſi ſponte tandem*

dem intereunt, quæ, ſi fodias, ingentem in flammam tandem erumpunt. Id quod *Tacitus Annali XIV. c.* 50. egregie confirmat nobili exemplo: *Nero*, inquiens, *Fabricium Veientonem convictum, quod multa & probroſa in patres & ſacerdotes compoſuiſſet, Italia depulit, & libros exuri iuſſit, conquiſitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur, mox licentia habendi oblivionem attulit.* Adde eiusdem *Annalem IV. cap.* 34. & 35. Mirifice *Lutherus*, cuius ſcripta ter publice combuſta ſunt, *tom.* 1. *epiſtol.* 202. ſcribit, non eſſe magnarum virium, libros exurere, quos confutare non poſſent.

V.

Auctores libellorum famoſorum difficillime deteguntur.

VI.

Promtiſſimum remedium eſt, ut indici præmium ex bonis auctoris publice promittatur.

Nullius fere criminis inquiſitio difficilior eſt, quam libelli famoſi. Auctores enim iſtiusmodi libellorum, maximum inde honori ſuo, fortunis, quin vitæ periculum imminere, facile vident, atque adeo, ſi modo pauxillum ſapiunt, id ſtatim in principio provident, ut occulte peccent. Ad hanc caliginem diſpellendam prudentia & arte opus eſt. Et ſolent quidem magiſtratus, qui ipſi ſæpe his libellis proſcinduntur, ſoliciti admodum de detegendo auctore eſſe. Inter remedia tamen eruendæ veritatis, quæ communiter adhibent, miror, illud fere ſemper negligi, quod efficaciſſimum eſſe poterat, quodque iura ipſa ſuggerunt. Scilicet, qui libellos facit ſpargitque, etſi ſecreto id faciat, conſcientiam tamen unius alteriusve, ſaltem ex domeſticis aut familiaribus, vitare vix poteſt. Id ergo curat ſaltem, ut de fide eius, quem conſcium facinoris habet, certus ſit.

Iſtam vero fidem quovis modo tentari oportet. Tentari autem efficientius nequit, quam propoſito praemio, lauto ſatis & certo. Sed, ais, iſta promiſſio fiſcum onerabit. Neutiquam. Neque enim de ſuo promittere debet magiſtratus, ſed ex bonis ipſius rei. Permittit hoc Iuſtinianus in *L.* 5. §. *ult. de Iniuriis.* Verum lex illa vulgo ignoratur, atque ideo in uſum non deducitur, deduci tamen poteſt, ac boni publici cauſſa debet. Multum fiduciæ in hoc remedio pono, quamvis aliquando fefellerit. Narratur *in Sorberianis p.* 161. Romæ libellum publice adfixum, ac in eo pontifici maximo ingrati animi crimen obiectum fuiſſe, allegato inprimis ex ſacro codice hoc loco: *Plantavi vineam, & inveni labruſcas;* tum pontificem graviter offenſum lautum indici praemium ſolemniter decreviſſe; at poſtero die ſubſcriptum edicto pontificis apparuiſſe: *Ieſaiae XLIII.* manifeſta cavillatione, quum pontifex auctorem, non dicti, ſed libelli, reſciſcere deſideraſſet.

VII.

Magiſtratus, qui crimen famoſi libelli non punit, ipſe punitur.

VIII.

Comiventia magiſtratuum hac in parte etiam inter liberas gentes pro peccato imputatur, ac iuſta belli cauſſa eſt.

IX.

Integrum collegium de crimine famoſi libelli accuſari & inquiſitioni ſubiici poteſt.

X.

Non aliter tamen, quam ſi graves ſuſpiciones, omnia eius membra in libellum conſenſiſſe, appareant.

Crimen famoſi libelli latiſſime patet, ac non ab auctoribus ſolum, ſed & a ſcribis, typographis, vulgatoribus, libra-

librariis, propolis, emtoribus, poſſeſſoribus &c. committitur. Vide *L.* 5. §. 9. 10. *de Iniuriis*, *L. un. C. de Famoſis libellis*, *Ordinationem Politicam Imperii de anno* 1577. *tit.* 35. Quin in *L. ult. C. Th. de Famoſis libellis* hi etiam, qui lectorem famoſi libelli ſibi cognitum non prodiderint, ultorem ſuis cervicibus gladium reformidare iubentur. Porro & magiſtratus, qui delictum hoc diligenter non perſequuntur, nec puniunt, in communionem eius quodammodo veniunt, ipſique puniuntur ſecundum *alleg. tit.* 35. *Ord. Polit.* §. 4. Indulgentia & diſſimulatio magiſtratuum hac in parte etiam, ubi legem ſcriptam non habemus, ex lege naturali, ſecundum quam is, qui facinus prohibere poterat & debebat, ſi id non faciat, peccat, peccatum eſt, & tanquam tale inter liberas gentes ſummosque principes invicem imputatur. Certe reges Galliarum & Magnæ Britanniæ, quum bellum Belgis anno 1672. inferrent, hanc inter alias cauſſam habebant, quod Belgæ in ditionibus ſuis famoſos contra reges libellos, imagines, numos vulgari paterentur. Profitetur hoc aperte Carolus II. Angliæ rex in declaratione belli adverſus Belgas. Vide *Recueil des Traitez de Paix tom. IV. à l'Année* 1672. Antea iam anno 1665. Epiſcopus Monaſterienſis apud Belgas eadem de re queſtus fuerat, hocque ab illis per litteras die 29. Sept. eius anni datas, ac publice editas, reſponſum tulerat: *Quidquid ſeu de hoc, ſeu de aliis negotiis in noſtris terris typis divulgatum eſt, de iis aliud nihil dicemus, niſi illud ſolum, non tantum hic, verum paſſim in aliis quoque regionibus ægre admodum frenari & inhiberi poſſe typographicas licentias, quantumvis diligens fuerit cautela; nosque ipſi contra iſtiusmodi abuſus ſevera ſæpe promulgaverimus edicta, eademque ſævis & rigidis confirmaverimus exſecutionibus.* Agnoſcunt ſcilicet obligationem Belgæ, ſeque ei, quantum potuerint,

ſatisfeciſſe, putant. Quæ quum ita ſint, dubium non eſt, integrum ſenatum aliudve collegium ſuſpectum de crimine famoſi libelli fieri ac inquiſitioni ſubdi poſſe, ſiquidem legitima indicia, quod collegium vel libellum fieri iuſſerit, vel argumentum aut materiam auctori ſuppeditarit, vel editionem iuverit, vel factum ratihabendo ſuum fecerit, adſint. Nam & totæ univerſitates peccare punirique poſſunt. *L.* 9. §. 1. *Quod metus cauſſa*, *Auth. Item nulla communit. C. de Epiſc. & cler.* Hic tamen evidentioribus indiciis opus eſt. Vagæ incertæque ſuſpiciones, e. g. quod libellus iura collegii acriter tueatur, quod multa hominibus extra collegium viventibus incognita contineat, non ſufficiunt. Ex his enim id colligimus, auctorem libelli forte de collegio eſſe, atque etiam ex collegis aliquos conſcios habere. Id vero toti univerſitati imputari nequit, quæ quippe ne tunc quidem, quum maxima eius pars delinquit, ſi unum ſaltem membrum diſſenſerit, delinquere cenſetur, *c.* 5. *de Sentent. excomm. in* 6. *L.* 15. §. 1. *de Dolo malo.* Sic ergo ICti Helmſtadienſes menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XXVIII. reſponderunt: Kommen Bürgermeiſtere und Rath der Stadt Bipont in den Verdacht, ein unter dem Titel: Der Stadt Bipont Recht und Unſchuld; in Druck gekommenes, und ſonderlich in Frankreich hin und wieder ausgetheiltes Buch heraus gegeben und diſtribuiret zu haben, wannenhero denn die 4. Bürgermeiſtere gebührend vorgeladen worden, in Perſon zu erſcheinen, auf die deswegen abzufaſſende ſummariſche Puncte ſub pœna confeſſi und convicti zu antworten, und alle bey ihnen vorhandene Exemplaria bey Ico. Gold Gülden Strafe einzuliefern. Als ſie aber an dem geſetzten Tage nicht erſchienen, ſondern erſt 2. Tage hernach eine Proteſtation eingereichet, ſo wird nunmehr zu wiſſen verlanget, was weiter in der Sache vorzunehmen ſey. Nun iſt der Inhalt gedach-

gedachten Buches dem ganzen Römiſchen Reiche, Sr. Kayſerl. Majeſtät, den von Deroſelben geordneten hohen Commiſſarien, dem Landes-Herrn, den Landes-Fürſtlichen Miniſtris und Bedienten, auch allen treuen und gehorſamen Unterthanen höchſt nachtheilig und ſchimpflich, wannenhero ſolches Buch alle requiſita eines Pasquills hat, demnach, daß wider deſſen auctores und divulgatores mit der peinlichen Inquiſition nach den Reichs-Geſetzen verfahren werde, wohl verdienet. Es ſcheinen auch ſattſame Muthmaſſungen vorhanden zu ſeyn, daß der Rath zu Bipont gedachtes Buch entweder ſelbſt verfertigen und vertheilen laſſen, oder doch von deſſen Verfertigung und Edition, auch Austheilung gute Wiſſenſchaft gehabt, indem daſſelbe vornemlich die vermeynte iura des Raths und der Stadt behauptet, anbey viel beſondere Umſtände und Nachrichten, welche aller Vermuthung nach aus dem geheimden Archive des Raths genommen, oder doch von ihnen ſelbſt ſuppeditiret ſeynd, in ſich begreifet. Es kommt ferner hinzu, daß die Landes-Fürſtliche Regierung ſelbſt auf Befehl ihres Durchlauchtigſten Herrn den Rath bey der hohen Kayſerlichen Commiſſion als auctores, oder doch Theilhabere an gedachtem Buche, denunciiret. Bey ſolcher Bewandniß gewinnet es das Anſehen, ob hätten Bürgermeiſtere und Rath der Stadt Bipont nach Inhalt der an ſie ergangenen Citation pro confeſſis & convictis erkläret, mithin nicht allein in die ihnen angedrohete 100. Gold-Gülden, ſondern überdies in die Strafe der Pasquillanten verdammet werden ſollen. Alldieweil aber obangeführte Muthmaſſungen nur ſo viel an Hand geben, daß der Auctor des vielgemeldeten Buchs der Bipontiſchen Stadt-Sachen wohl erfahren, und ein eiferiger Verfechter der gedachter Stadt vermeyntlich zuſtehenden Gerechtigkeiten und Freyheiten, auch wohl gar aus dem Mittel des Raths ſelbſt ſey, hingegen, daß der ganze Rath ſich eines ſo ſchänd-

lichen criminis theilhaftig gemachet habe, kein zur Speciel-Inquisition hinlängliches Indicium vorhanden ist, diesemnach, und ehe einige wahrscheinlichere Muthmassungen zum Vorschein kommen, dem ganzen Raths-Collegio nicht wohl zugemuthet werden kann, ihre Bürgermeistere in Person zu stellen, und durch selbige auf solche Puncte, von denen sie in Ermangelung der vorgängigen Communication nicht wissen, ob es würkliche Inquisitional-Articul seynd, zu antworten, hiernächst nach einstimmiger Meynung der Rechts-Lehrer auf die gleich in der ersten Citation gesetzte pœnam confessi & convicti, oder andere Strafe nicht alsofort erkannt, sondern bey dem ersten Ungehorsam zuförderst eine neue Citation unter dergleichen Verwarnung decretiret, auch insinuiret, und sodann erst der Citirte bey fortwährenden Ungehorsam in die angedrohete Strafe condemniret werden muß; So thut die hohe Kayserliche Commission unserem Bedünken nach am besten, wenn sie einen abermaligen Befehl an viel gedachte Bürgermeistere und Rath ergehen lässet, das persönliche Erscheinen noch zur Zeit aussetzet, zugleich aber ernstlich auferleget, wegen des auctoris und propalatoris des oben gedachten Buches genaue Erkundigung einzuziehen, binnen 4. Wochen davon Pflichtmäßigen Bericht abzustatten, auch alle Exemplaria, so viel sie deren habhaft werden könnten, wegzunehmen, und bey Vermeidung der bereits neulich angedroheten 100 Gold-Gülden Strafe einzusenden. Inzwischen wird auch der Fürstlichen Regierung an Hand gegeben, nähere Erkundigung von dem auctore und propalatore des Buches, etwa zu Orleans, durch subsidiarische Befragung des Buchdruckers, oder auf andere Art einzuziehen, und zu suppeditiren, da sodenn wider die verdächtige Person oder Personen ferner ergehet, was recht ist. V. R. W.

XI.

XI.

Famoſus libellus eum, contra quem proponitur, ſuſpectum non facit, nec inquiſitioni locum dat.

XII.

Id quod non ſolum doctrinæ chriſtianae, ſed etiam rectæ rationi convenit, atque ante Conſtantinum M. a Traiano, Chriſtianorum perſequutore, conſtitutum fuit.

XIII.

Contrarium reipublicae Venetæ inſtitutum damnatur.

Quod Valentinianus & Valens Auguſti *in fine legis un. C. de Famoſis libellis* aiunt: *Huiusmodi libellus alterius opinionem non lædat;* hoc iam ante eos Conſtantinus M. quater, & Conſtantius bis in *L.* 1. 2. 3. 4. 5. & 6. *C. Th. de Famoſis libellis* ſanxerant, & poſt eos Innocentius III. in *c.* 21. §. 1. *X. de Accuſationibus* conſtituit. Aequiſſimum hoc ius eſt, & Chriſtianis imperatoribus dignum, nec tamen ex diſciplina Chriſtiana, ſed ex ipſa recta ratione & iure naturæ hauſtum. Certe & imperatores non chriſtiani idem conſtituerunt. Neque enim Conſtantinus M. primus eius iuris auctor eſt, ut *Iac. Gothofredus in Comment. ad L.* 1. *C. Th. de Famoſis libellis* putat. Ille ſcilicet quatuor has Conſtantini de famoſis libellis conſtitutiones iis eiusdem legibus accenſet, de quibus *Nazarius* (videlicet *in Panegyrico, quem Conſtantino M.* dixit, *cap. ult. n.* 4.) dixerit: *Novæ leges regendis moribus & frangendis vitiis conſtitutæ.* Miror, doctiſſimo viro neque tunc, neque *ſequentes ſeptem leges*, quæ eiusdem argumenti ſunt, egregie & copioſe commentanti, in mentem veniſſe reſponſum Traiani, quod ſine dubio apud *Plinium lib.* 10. *ep.* 98. ſæpius legerat, quodque ad illuſtrandas iſtas leges apprime faciebat. Interrogatus nempe Traianus, acerrimus chriſtianorum perſequutor, a *Plinio*, cognitionibus de chriſtianis tunc occupato, *Lib.* 10. *in*

Digitized by Google

in epiſt. 97. quid faciendum eſſet de iis, quorum tanquam chriſtianorum nomina libellus ſine auctore propoſitus contineret, reſpondit: *Sine auctore propoſiti libelli nulla crimina locum habere debent. Nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſæculi eſt.* Iuſte profecto. Nam ſi delationibus huiusmodi fides adhibetur, actum eſt de ſecuritate publica. Nemo erit tam integer vitæ ſcelerisque purus, contra quem calumniator, qui impune ſe latiturum novit, non comminiſci aliquid, etiam veriſimiliter, poſſit. Nihil eſt homini vafro ac callido facilius, quam facta viri innocentiſſimi in malam partem interpretari, atque ſuſpiciones, quæ cordatum etiam iudicem fallant, inde elicere. Virtutes ipſæ materiam accuſandi ſuppeditant. Iuſtitia Ariſtidem apud Athenienſes, liberalitas Coſmum Medicem apud Florentinos adfectatæ tyrannidis reos fecit. Sunt hæc tam aperte vera, ut famoſum illud Hiſpanorum, Luſitanorum & Italorum tribunal, quod inquiſitionem vulgo vocant, quodque reducto vetuſtiſſimorum Thracum, diis ſanguinem humanum, teſte *Floro III*, 4. litantium, more vivos immolat homines, etſi levia undique ad convincendos reos argumenta corradat, libellos tamen ſine auctore propoſitos non admittat. Ita certe *Iacobus Simanca*, Hiſpanus, *in Enchiridio iudicum violatæ religionis ad exſtirpandas hæreſes tit.* 22. *n.* 8. *Propter famoſos*, inquit, *libellos occulte miſſos, vel proiectos non debent iudices in quemquam inquirere, ne detur improbis anſa, quoscunque voluerint, infamandi. Id quod Innocentius tertius recte prohibuit, & legibus civilibus vetitum eſt; quin etiam Traianus Plinio reſcripſit: &c.* Quæ quum ita ſint, miror ego, inſtitutum illud reipublicæ Venetæ tanquam prudentiæ plenum communiter laudari, quo non ſolum accuſationes iſtiusmodi ſine auctore admittuntur, ſed & homines capſis publice ad hoc poſitis, ut accuſationes iſtiusmodi

publice

publice faciant, invitantur. Credunt vulgo, ſuſpicioſiſſima Venetorum providentia florentiſſimam hanc rempublicam malis multis purgatam fuiſſe. Forſan. Sed ipſa illa ſuſpicioſa credulitas tam grande malum eſt, ut periculoſius vix aliud eſſe poſſit. Peſſumdedit ea viros optimos, innocentiſſimos, reipublicæ utiliſſimos. Exempla requiris. Vnum memorabo, quod inſtar multorum eſſe poteſt, Antonii Foſcarini, præcipuæ nobilitatis viri, ac de republ. optime meriti, quem clam delatum falſisque indiciis & teſtimoniis oppreſſum iudices, quos *Inquiſitori di Stato* vocant, ſecreto iudicio damnarunt, ac noctu ſtrangulatum publice ex uno pede ſuſpenderunt, poſtea vero innocentem declararunt. Vide *Baptiſtæ Nani Hiſtoriam Venetam lib.* 5. *ad annum* 1622.

COROLLARIVM.

Accuſationes & delationes, quæ diſſimulato vel ficto nomine offeruntur, famoſus libellus ſunt. *L. un. C. de Famoſis libellis.*

SPECIMEN DLIII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVII. TIT. XI.
DE
DIFFIDATIONIBVS
PVBLICE DEFENSVM
A

FRIDERICO GVILIELMO LAVRENTIO
WERMSDORFFENSI MISNICO.

D. XXVIII. NOVEMBR. ANNI CIↃ IↃ CC XXXIII.

I.

Diffidatio, ſeu belli denunciatio, antiquiſſimis Germanis incognita, medio ævo introducta,

II.

Ab initio honeſtatis fuit, deinde neceſſitatis per leges publicas facta eſt.

III.

Diffidatio vel coram, vel per literas, vel per nuntium fieri poterat.

IV.

Diffidationes cum bellis privatis anno 1467. *ſaltem ad tempus,*

V.

Anno 1495. *vero in perpetuum prohibitæ fuerunt.*

VI.

At in conſtitutione criminali Carolina, cuius verus auctor Maximilianus I. eſt, iterum permiſſæ,

VII.

Tandem tamen anno 1548. *penitus abrogatæ ſunt.*

VIII.

Maximilianus I. pacem publicam primus quidem, ſed invitus, promulgavit, et frigide obſervavit.

Inter-

Digitized by Google

Interpretes iuris Romani, dum in *L.* 9. *de Extraord. crim.* commentantur, ac, quod in illa vindicatur, crimen ſcopeliſmi explicant, de ſcopeliſmo ipſo parum aut nihil, quod dicant, præter id, quod in ipſa lege narratur, reperiunt, ſed hac occaſione in crimen diffidationis exſpatiantur, variasque circa hoc quæſtiones ac lites movent, plerasque tamen earum infeliciſſime decidunt, adeo, ut, ſi commentarios hos ſolos inſpicias, doctrina de ſcopeliſmo, quamvis ex Arabum deſertis arceſſita, minus difficultatum habeat, quam altera illa de diffidationibus. Duæ ſunt huius rei cauſſæ; prima, quod diffidationum naturam nemo antiquitatum & hiſtoriarum Germanicarum ignarus intelligere poſſit; ſecunda, quod ipſæ Germanorum leges fluctuare videantur, & diffidationes modo penitus prohibeant, modo permittant. Certe in *Aurea Bulla cap.* 17. diffidationes probantur, ac certis ſaltem limitibus circumſcribuntur. Idem fit in *Conſtitutione Caroli V. art.* 129. quæ diffidationes legitimas ab illegitimis accurate diſtinguit. Contra in *Pace publica Vormatienſi de anno* 1495. quæ omnium poſtea de pace publica promulgatarum conſtitutionum caput & fundamentum eſt, *art.* 2. item in cunctis ſequentium annorum de eadem pace conſtitutionibus inprimis in illa, quam Carolus V. in comitiis Vormatienſibus anno 1521. propoſuit, diffidationes omnes ſine ulla exceptione damnantur, ac veſtigia etiam earum abolentur. Quam conſtitutionis criminalis Carolinæ anno 1532. in comitiis Ratisbonenſibus editæ cum legibus, quæ eam antreceſſerunt atque ſequutæ ſunt, pugnam ipſe ſæpe miratus ſum, & cauſſam diu fruſtra quæſivi, nec adhuc ſcio, an ſatis indagarim. Conjecturam tamen meam communicabo. Diffidatio nempe nihil aliud eſt, quam declaratio ſeu denunciatio belli. In-

cognitus hic diffidandi mos antiquiſſimis Germanis fuit. Nullum eius apud Cæſarem & Tacitum veſtigium reperies. Quin magis ex *Cæſaris de Bello Gallico* commentariis *lib.* 4. *cap.* 1. 2. & *lib.* 6. *cap.* 23. apparet, Germanos bella ſine clarigatione iniiſſe. Erat itaque in principio cuilibet liberum, hoſtem ſibi, quem vellet, facere, ac improviſum etiam adoriri. Agnovere tandem moris huius iniquitatem & feritatem poſteri, priſtinamque bellandi licentiam variis cancellis circumſcripſere. Cœperunt ſcilicet invaſores, antequam impetum facerent, eum, quem invadere conſtituerant, monere prius, ut ſatisfaceret, aut bellum exſpectaret, id quod latine diffidare, diffiduciare, germanice bevehden, abſagen, wiederſagen, appellabatur. Hæc amica interpellatio, aut potius comminatio, ab initio ſaltem honeſtatis fuit, ſalvoque invaſoris honore negligi potuit, deinde vero neceſſitatis facta & lege publica ſtabilita eſt. Exſtat adhuc conſtitutio Friderici I. Imp. de anno 1187. in 5. *F.* 10. *ut*, *quicunque alii dammum facere*, *aut lædere ipſum intendat*, *tribus ad minus ante diebus per certum nuncium ſuum diffiduciet eum.* Ex qua Friderici conſtitutione, nec non ex *Aurea Bulla c.* 17. §. 2. clare patet, diffidationes non ſemper per literas, ſed & ſine ſcriptura per nuntios factas fuiſſe, ut adeo *Lehmannus in Chronico Spirenſi lib.* 7. *cap.* 89. & *Datt de Pace Imperii publica lib.* 1. *cap.* 15. quod *de diffidationum forma & modo præſcripto* inſcripſit, *n.* 22. ad formam & eſſentiam diffidationum literas deſiderare non debuerint. Qui error eo manifeſtior eſt, quo certius ex *Iure feudali Alemannico cap.* 149. conſtat, diffidationes aliquando oretenus ab his ipſis, qui invaſionem meditabantur, fieri conſueviſſe, quin oportuiſſe: *Sol der Herre dem Man noch der Man dem Herren niit wider ſagen, wenne ſu ſelber von munde zu munde. Su ſöllent einander keinen Schaden*

den tun in eime Tage noch in einer Nacht. Tres itaque fuerunt diffidandi modi, coram, per nuntium, & per litteras. Interea cordatus quisque animadvertebat, per istas diffidationes securitati publicæ non satis consuli. Quamobrem de bellis privatis penitus tollendis ipsisque diffidationibus exstirpandis adsidue cogitatum, ac quotannis fere in comitiis consultatum deliberatumque est. Contradixerunt acerrime plurimi, non militares saltem viri, sed ipsi episcopi, abbates, præsules, quorum multi arma magis, pugnas & prædas, quam libros & supplicationes, amabant. Hi bellatores pacificis, acrius instantibus, leges publicas, constitutionem scilicet Friderici I. in 5. *F.* 10. inprimis vero *Aureæ Bullæ c.* 17. §. 2. opponebant, hocque libertatis suæ palladium sibi vivis eripi posse, negabant. Igitur Aurea Bulla diu præcipuum & fere unicum stabiliendæ pacis publicæ impedimentum fuit, cui removendo remedium nullum excogitari poterat. Placuit saltem ab initio hoc temperamentum, ut ante omnia iudicio experiri necessum esset, ac, si per hoc nihil proficeretur, tunc demum ad diffidationem convolare liceret. Hoc temperamentum iam tum Fridericus II. constitutioni suæ de anno 1236. apud *Goldastum in tomo II.* der Reichs-Satzungen *pag.* 18. *cap.* 4. §. 2. inseruit, deinde *Fridericus III. in Reformatione Francofurtana de anno* 1442. *cap.* 1. repetiit, de cetero vero Auream Bullam expresse confirmavit. Tandem vero idem Fridericus III. in comitiis Milbenstadiensibus anno 1467. non quidem Auream Bullam antiquare, sed tamen vim eius per quinquennium suspendere ausus est. Ita enim apud *Goldastum in tomo I.* der Reichs-Satzungen *pag.* 183. §. 3. loquitur: Und nachdem ihm die Geistlichen und Kayserlichen geschriebenen Rechten, auch in den güldenen Bullen unsers Vorfahren am Reich, Kayser Carls des Vierdten löblicher Gedächtnis, und

darzu in der obgemeldten unſer Königlichen Reformation oder Gemeinfriede auch bey hohen und ſchweren Peen zu halten geborten, und in denſelben Bullen und Reformation etwas anders angezogen iſt, dann hievor ſtehet, auf daß dann Irrung vermitten, und der Fried deſto löblicher und fruchtbarlicher vollenzogen werde, So wollen und erklären wir uns rechter wiſſen, unnd Kayſerlicher Macht Vollkommenheit, daß alle unnd jeglichen Puncten und Artickel, wie die deß Friedens halben in denſelben Bullen und Reformation von Wort zu Wort geſatzt ſeind, durch dieſen unſern Frieden nicht aufgehabt, noch abgethan ſeyn ſollen in kein wiſe, dann allein in dem Artickel der gülden Bull, der do inhelt, von wiederſagen, und in dem erſten Artickel der Reformation, der do inhelt, von angreiffen und beſchädigen ꝛc. Dieſelben Artickel ſollen die obgemelten fünff Jahr ruhen, anſtehn unnd nicht gebrauchr, auf daß zu Vehde, Krieg und Aufruhr Anlaß und Urſachen vermitten, unnd der Friede ſtracks gehalten werde; Aber nach Außgang der fünff Jahr ſollen dieſelbe Artickel gantz und gar wie ſie geſatzt, diß Frieden halb, hinfür ungelegt ſeyn und bleiben. Hic ergo annus 1467. bellatoribus Germanis fatalis fuit, palladiumque effrenatæ libertatis penitus eripuit. Nam ante finem quinquennii anno 1471. in comitiis Ratisbonenſibus nova pax per quadriennium facta, ac bella privata ſimpliciter prohibita fuerunt. Vide *Lunigs* Teutſches Reichs-*Archiv Part. gen. Continuat. I. pag.* 103. Ea pax Ratisbonenſis anno 1474. in comitiis Auguſtanis apud *Dattium lib.* I. *cap.* 28. *n.* 100. per ſexennium prorogata eſt. Quo elapſo, iterum nova pax Francofordiæ in comitiis anno 1486. in decennium facta, & diffidationes omnes penitus prohibitæ fuerunt apud *Lehmannum in Chronico Spirenſi lib.* 5. *c.* 117. Mortuo

Digitized by Google

tuo inter hæc Friderico III. Maximilianus I. ſucceſſit, & conſtitutum a patre decennium anno 1494. in aliud triennium extendit, apud *Dattium lib.* 1. *cap.* 29. *n.* 36. tandem vero anno 1495. in comitiis Vormatienſibus æternam illam & perpetuam pacem publicam, quæ Corpori Receſſuum Imperii inſerta eſt, condidit ac iura priſca omnia huic paci contraria abrogavit. Quotquot poſt hunc Receſſum Vormatienſem prodierunt, Receſſus & Conſtitutiones omnes fere pacem hanc publicam confirmant, amplificant, ornant. Ipſe Carolus V. in primis comitiis ſuis, quæ Vormatiæ anno 1521. habuit, pacem publicam, ſicut illa a Maximiliano facta erat, peculiari lege renovavit, atque auxit potius, quam imminuit, idemque denuo anno 1548. in comitiis Auguſtanis fecit. Media vero inter hos Receſſus & conſtitutiones prodiit *Conſtitutio criminalis*, atque *in articulo* 129. licentiam veterum diffidationum reduxit. Id profecto perquam mirum eſt. Nunc itaque intelligo, vera eſſe, quæ *Kreſſius in præfat. commentationis ſuæ in Conſtit. crim.* §. 13. *ſqq.* docte admodum docet, conſtitutionem hanc diu ante Carolum V. confectam iam tum ab avo eius, Maximiliano I. in comitiis primum anni 1495. deinde anni 1505. ordinibus imperii propoſitam, ſed tunc reiectam, ab ipſo Carolo V. aliquoties fruſtra tentatam, anno denique 1532. receptam fuiſſe. Et quamvis ex *Receſſu huius anni art.* 4. conſtet, multa in Maximilianeo exemplari emendata fuiſſe, hoc tamen, quod *in articulo* 129. habetur, iam in Maximilianea lege fuiſſe, liquido apparet ex eius conformitate cum *articulo* 154. *Conſtitutionis Bambergenſis*, quæ ante Caroli tempora anno 1508. promulgata & maximam partem ex iſta Maximiliani lege hauſta eſt. At Maximilianus I. bellator ipſe, pacis publicæ leges non niſi invitus promulgavit, ac promulgatas frigidiſſime obſervavit.

Poſte-

Posterius hoc *in Specim. DXXXIX. de Iure Germanorum antiquo & moderno circa rapinas, medit.* 7. ostensum; prius vero, Maximilianum scilicet ad ferendas pacis publicæ leges coactum fuisse, testatur *Dattius lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 12. *sqq.* Nempe Maximilianus comitia ad hoc potissimum indixerat, ut subsidia in bella Turcicum & Italicum, quibus premebatur, ab ordinibus obtineret. Hi vero nihil polliceri volebant, quam Cæsar prius pacis publicæ negotium confeciſſet. Tunc itaque Cæsar extorqueri quidem sibi tabulas pacis passus, sed tamen post exiguum intervallum fœdus Suevicum anno 1500. iniit, & anno 1512. renovavit, ac utrobique *in articulo* 70. facultatem sibi infringendi pacem publicam stipulatus est. Vide utrasque tabulas apud *Dattium lib.* 2. *cap.* 18. & 21. Hic igitur Maximilianus, qui ipse semper in armis vixit, ac verus constitutionis Carolinæ auctor est, *articulum* 129. secundum animi sui sententiam fieri ac per eum diffidationum licentiam reduci fecit, quod sub Carolo V. anno 1532. legis vim accepit, sed tamen anno 1548. in comitiis Augustanis per novas *pacis publicæ tabulas art.* 1. & 27. clare iterum abrogatum est.

IX.

Diffidatio nudis verbis, sine literis aut signis, facta, si per eam securitas publica turbata fuit, secundum leges imperii gladio punitur.

X.

In electoratu Saxonico **autem saltem fustigatione, aut exilio.**

Leges imperii pœnam gladii quidem i diffidatores clare satis statuerunt, sed tamen materiam disputandi interpretibus amputare non potuerunt. Inter infinitas, quæ

Digitized by Google

quæ paſſim ab his moventur, lites illa etiam eſt, utrum diffidatio nudis verbis facta ultimo ſupplicio ſit punienda. Negant quam plurimi, & inter hos *Kreſſius ad art.* 129. *Conſtit. Carolinæ* §. 2. *n.* 3: *Requiritur*, inquiens, *ut diffidatio non in ſolis minis conſiſtat, ſed ut literæ, vel alia ſigna, v. g. gallus ruber pictus transmiſſus, inſuper accedant.* Subiicit deinde rationes, paucis, ut ſolet, cuncta aliorum interpretum argumenta complectens. Primum ait, hoc requiſitum veteribus diffidandi exemplis apud Dattium probari. Novi ego iſta exempla, & plura adhuc apud alios auctores reperio. Ea vero omnia nihil probant. Vtique Dattius ceterique rerum Germanicarum ſcriptores alia diffidationum exempla, quam quæ literis conſignata fuerunt, adferre non potuerunt. Verba enim, quibus adverſarius adverſario ſuo coram, vel per nuncium, bellum denunciavit, nunquam in ſcripturam redacta, hodie ignorantur. Sed exinde non ſequitur, diffidationes nudis verbis factas non fuiſſe. Contrarium ſupra *in Meditatione* 3. luculenter oſtenſum. Si itaque dubium non eſt, uti profecto eſſe non poteſt, olim diffidationes etiam coram & per nuncios factas fuiſſe, *articulus* 129. *Conſtitutionis Carolinæ*, qui gladii pœnam diffidatoribus generaliter minatur, item die Kayſerliche Land-Frieden von den Jahren 1521. & 1548. quæ generaliter von allen offenen Behden loquuntur, ad ſolas diffidationes ſcriptas reſtringi non debent. Vrget quidem porro *Kreſſius* verba *Receſſus imperii de anno* 1555. §. 45. Abſag zu ſchicken, oder an die Thor der Flecken und Häuſer anſchlagen. Sed captat profecto ICtus, cordatus ceteroquin & accuratus, verba legis contra legislatoris mentem. Huius mens ſine dubio erat, ſecuritati publicæ proſpicere. Iſta vero ſecuritas publica æque minis verbalibus, quam ſcriptis aut ſigno declaratis, turbatur. Ridi-

cula profecto foret cavillatio, si quis, vocem That *in eodem* §. positam aucupans, diffidationem; valvis fenestrarum aut parieti adfixam, veram diffidationem esse negaret. Et, si verbis inhærendum est, illa profecto, quæ in §. 48. *dicti Recessus de anno* 1555. posita sunt: Ob sie sonst nicht anders mit der That gehandelt hätten; quæ sententiam nostram mirifice firmant, negligi non oportebat. Quod tandem in fine Kressius addit, nuda verba non pertinere ad *articulum* 128. & 129. sed ad *articulum* 176. adeoque ad arbitrariam pœnam, infra removebitur, ostendeturque, *articulum* 176. plane de diffidationibus, quæ in Constitutionibus pacis publicæ offene Vehden appellantur, & securitatem publicam turbant, non agere, verum minas saltem privatas ulcisci. Quum itaque ratio legis generalis & verba quoque generalia sint, ICti Helmstadienses mense Augusto anni CIↃ IↃ CC XXV. diffidatorem, qui ultra verba non processerat, ad gladium damnarunt: Ist Adolph Anebot überführet, auch geständig, daß er diese Worte: Hat Christian Retiner ein Haus anstecken können, so könnte ich es auch thun; und wiederum: Dem Schelm, dem Rademacher, will ich es gedenken, ich bedaure nur die guten Nachbaren; öffentlich gesprochen. Ob er nun wohl zu seiner Entschuldigung anführet, er habe nur von können, nicht aber von wollen geredet, die letzten Worte hingegen nur von abprügeln verstanden; Alldieweil aber aus den von Inquisiten vorher geführten Reden, da er unterschiedenen Leuten gedrohet und gesprochen: Ich gehe weg nach Magdeburg, aber in acht Tagen sollet ihr was neues hören; genugsam erhellet, daß das gebrauchte Wort, können, eben so viel, als wollen, bedeute, ferner die wider den Rademacher ausgestossene Drohung sonder Zweifel auf das Hausanstecken gehet, und Inquisit ja selbst nicht sagen kann, was die Be-

Bedaurung der guten Nachbarn sonst bedeuten solle, weiter die Einwohner von Wassersleben würklich in Furcht und Schrecken gesetzet seynd, auch dessen grosse Ursach haben, da bereits vor kurzer Zeit einige Gebäude bey ihnen, allem Ansehen nach, durch böse Leute weggebrannt worden, endlich Inquisit den geschwornen Urpheden durch das wiederkommen gebrochen, also sein Delictum vergrössert, und die Unsicherheit seinethalben um so viel grösser ist; So wird Inquisit Adolph Anebot nach Anleitung der peinlichen Cals-Gerichts-Ordnung mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht. V. R. W. Verum in Saxonia nostra *Constitutio Electoral.* 15. *Part.* 4. &, quæ ibi memorantur, leges antiquiores in contrarium sunt, & præter verba factum aliquod ad hoc, ut ultimum supplicium irrogari possit, requirunt. Quamobrem diffidatio nudis verbis in Electoratu nostro facta fustigatione saltem, aliquando etiam simplici exilio punitur. Sic ICti Vitembergenses mense Decembri anni CIↃ IↃ CC XXIX. responderunt: Hat Inquisitin in Güte bekannt, daß sie, gleichwie ihr Bruder ehemals gethan, Feuer einzulegen gedrohet, diese Drohung auch würklich zu vollstrecken im Sinne gehabt, so wird sie, weil diese Drohung in blossen Worten bestanden, und keine That dazu gekommen, zwar mit der Lebens-Strafe verschonet, gleichwol des Landes ewig verwiesen, und zu Bezahlung aller Unkosten angehalten, auch vor ihrer Erlassung mit Ruthen im Gefängnisse gezüchtiget.

XI.

Diffidator a pœna ordinaria non liberatur, quamvis ſe animum minas exſequendi habuiſſe neget, atque hoc in tormentis edicere paratus ſit.

Communiſſima eſt diffidatorum excuſatio, ſe propoſitum minas exſequendi non habuiſſe, ſed pecuniam aut aliud quid tantum extorquere voluiſſe. Si hanc audis, pauci diffidatores ad ultimum ſupplicium abſtrahentur. Et ſcio, in collegio ICtorum, ubi quæſtio hæc proponebatur, voluiſſe aliquos pœnam gladii remittere, ſiquidem diffidator in tormentis iſtam accuſationem firmaret. At vicit eorum ſententia, qui, diffidatori hanc excuſationem, etſi vera eſſet, non prodeſſe, contendebant. Conſentiunt *Carpzovius Quæſt. crim.* 37. *n.* 34. item *in P.* 4. C. 14. *def.* 9. nec non *Bergerus in Supplem. ad Electa Jurispr. crim. P.* 2. *pag.* 355. Rationes ex ipſo reſponſo, quod menſe Auguſto anni CIↃ IↃ CC XXV. exaratum fuit, pateſcent: Ob wohl Inquiſit zu ſeiner Entſchuldigung anführet, er habe die Worte nicht im Ernſt, ſondern vor die lange Weile geſprochen; Alldieweil aber faſt alle muthwillige Bevehder dieſes, daß es mit der Bevehdung nicht ihr Ernſt geweſen, vorwenden, gleichwohl ſolche Entſchuldigung in keine Betrachtung zu ziehen iſt, nachdem doch durch dergleichen Reden der öffentliche Friede und Sicherheit geſtöret wird, und die Reichs-Geſetze ſolche Störung unter keinem Prætexte entſchuldiget wiſſen wollen, vide den Land-Frieden *de anno* 1548. §. 1. ibi: in was vor geſuchtem Scheine das geſchehe; So wird Inquiſit mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht.

XII.

Digitiz Google

XII.

Conditio diffidationi adiecta pœnam ordinariam non minuit,

XIII.

Niſi talis ſit conditio, quæ propoſitum nocendi & periculum imminuit.

Diffidationes conditionatas veras diffidationes eſſe, ac ultimum ſupplicium mereri, legislator Saxo in *Conſtit. Elect.* 15. *Part.* 4. conſtituit: Nihil tamen hic peculiare Saxones habent. Nam & in *Receſſu Imperii de anno* 1555. §. 48. ultimum ſupplicium ſtatuitur in eos, welche die Leute durch Bedräuung und Furcht wider Recht und Billigkeit dringen, id eſt, cogunt, ut conditioni adiectæ pareant. Ac diffidatoribus iſtis ſub conditione egregie convenit nomen der Landzwingere, quod illis paſſim in legibus publicis tribuitur. Quamobrem conditio diffidationi adiecta diffidatorem a pœna ordinaria non liberat. Id ſolum enim in diffidationibus puniendis ſpectatur, an publica tranquillitas & ſecuritas ſit imminuta, quod utique etiam in conditionatis diffidationibus fit. Aliud dicendum, ſi adiecta conditio eius naturæ ſit, ut propoſitum nocendi per illam reſtringatur. Exemplum hoc eſto: Minatus quis erat publice vaſtitatem pago, ſed adiecerat, niſi liberis meis parcerem. Accuſatus tanquam diffidator in hoc temperamento omnem excuſationem ponit. Reſpondet advocatus fiſci, conditionem adiectam diffidatori non prodeſſe. At profuit illa ei apud ICtos Helmſtadienſes, qui menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XXIII. ſic iudicarunt: Daß Meswerck auf ewig ad operas publicas zu verdammen, auch alle Inquiſitions-Koſten zu bezahlen ſchuldig. V. R. W. Rat. dec. Inquiſit iſt geſtändig und überführet, die Droh-Worte:

Worte: Wo ich es nicht meiner Kinder halber thäte, wollte ich schlecht Feld machen; ausgestossen zu haben. Nun mögen zwar die sub conditione ausgesprochene Droh-Worte vor keine eigentliche Bevehdung, noch Inquisit dieserwegen vor einen Landzwinger geachtet, noch die in der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung *Art.* 128. gesetzte Strafe des Schwerdts auf ihn gezogen werden, in Mangelung der in gedachtem Artikel darzu erforderten Stücke. Unterdessen ist doch nicht zu leugnen, daß dem ganzen Lande daran gelegen sey, einen so gefährlichen mit andern Dieben in Complot stehenden und wegen obangeführter Droh-Worte fürchterlichen Mann in sicherer Verwahrung zu wissen; Diesemnach haben wir ihn auf ewig ad operas publicas verdammet.

XIV.

Diffidatio etiam uni homini fieri potest.

XV.

Necesse tamen est, ut per hoc plures homines tumultui & periculo involvantur, ac tranquillitas publica lædatur.

XVI.

Comminatio, per quam singulorum hominum securitas turbatur, diffidatio non est.

In doctrina de diffidationibus hæc est præcipua lis, utrum comminatio, qua simplicis personæ securitas læditur, ac unde nihil periculi aliis imminet, nomen pœnamque diffidationis mereatur. Negant *Carpzovius Quæst. crim.* 37. *n.* 21. & *Clasenius ad art. Carolinum* 128. quos durioribus, quam ICtos decebat, verbis, falsum, ineptias, errorem obiectando, refellunt *Beyerus ad art.* 128. *n.* 9. 10. & *Ludovici ad art.* 129. Sed *Carpzovium* egregie tuetur *Kressius,*

Kreſſius, qui ceteros omnes legis Carolinæ interpretes peritia antiquitatum Germanicarum poſt ſe relinquit, *ad art.* 129. §. 2. *n.* 2. Antiquiſſimi ſcilicet Germani per diffidationem nunquam comminationem ſimplicem, ſed denunciationem belli intellexerunt. Et bellum quidem etiam uni homini, e. g. principi, comiti, equiti, denunciari ac fieri poterat, non aliter tamen, quam, ut per hanc denunciationem plures tumultui & periculo involverentur. Vera ergo diffidatio erat, quando eques equiti bellum declarabat. Vterque enim copias quantulaſcunque contrahebat, villas ſuas muniebat, fœderatos ſibi adſciſcebat, atque ſic quietem publicam turbabat. At quando duo privati inter mutua convitia ſibi verbera, vulnera quin & necem comminabantur, hoc ſingulorum tranquillitatem tantum lædebat, nec pro diffidatione aut belli declaratione reputari poterat. Itaque omnes, quæ *de pace publica* prodierunt, *conſtitutiones annorum* 1442. §. 6. 1521. *art.* I. 1548. *art.* I. von offenen Fehden, per quas nempe ſecuritas non ſingulorum, ſed publica, turbatur, loquuntur, & *Receſſus Imperii de anno* 1594. §. 75. in comminationibus, Betrauungen, reſpici iubet, ſo fern die Perſonen, ſo getrauet, alſo geſchaffen und im Brauch haben, ihren Betrauungen dem Land-Frieden zuwider nachzuſetzen, oder ein ſolches ſonſten aus allerhand Umſtänden vermuthlich und zu beſorgen wäre. Simplices itaque comminationes ad doctrinam de diffidationibus plane non pertinent, ſed in *articulo Carolino* 176. peculiariter damnantur & arbitrariis pœnis relinquuntur.

XVII.

Qui privato malum minatur, diffidator quidem non eſt, ſed punitur tamen & cavere cogitur.

XVIII.

XVIII.

Iſta cautio idonea eſſe, & vel per pignora, vel fideiuſſores, vel cuſtodiam præſtari debet.

XIX.

Poſſeſſio bonorum immobilium ab hac cautione non liberat.

XX.

Sufficit tamen, ut poſſeſſor ea bona oppignoret.

Quamvis ſimplices minæ, per quas publica tranquillitas non læditur, nec tumultus excitatur, ſed uni ſaltem homini malum intentatur, diffidationes non ſint, ſunt tamen crimen, ac puniuntur etiam, ſed mitius. Inprimis ei, cui periculum inde imminet, de ſecuritate proſpiciendum eſt. Minitans ſcilicet ſecundum *articulum Carolinum* 176. eousque carceri includitur, donec adverſario de non offendendo caveat. Sed qualis hæc cautio eſſe debet? Recordor, aliquando matronam nobilem, quæ facturam ſe, ut adverſarius quidam ſuus per milites fuſtibus cæderetur, minata erat, quum cautio poſceretur, nudam promiſſionem obtuliſſe, ex *L.* 3. *C. de Verborum et rerum ſignif.* quin propter poſſeſſionem bonorum immobilium ſe plane a ſatisdatione liberare voluiſſe. Verum verba *articuli* 176: nothdürftig *Caution*, Gewißheit oder Sicherheit; item: genugſame *Caution*, Sicherung und Beyſtand; ſat indicant, idoneam cautionem, quæ vel per fideiuſſores, vel pignora, vel cuſtodiam præſtatur, vide *Specimen XXXIV. de Satisdatione, med.* 1. deſiderari. Nec bonorum immobilium poſſeſſio minanti proderat. Illa quippe poſſeſſio immunitatem tantum a cautione de iudicio ſiſti, *L.* 15. *qui ſatisdare cogantur*, &, quæ poſtea introducta

Digitized by Google

ducta est, pro reconventione & expensis præstat, non ab aliis cautionibus. *L.* 1. §. 1. *Vt legatorum seu fideicommissorum.* Sufficit tamen, bona ista immobilia oppignorari. Sic ICti Helmstadienses mense Octobri anni CIↃIↃ CCXVI. iudicarunt: Beklagte wird die gefoderte Caution de non offendendo auf 400 Reichs-Thaler hoch zu bestellen, auch die verursachte Unkosten, nach vorhergehender deren Liquidation und richterlichen Ermäßigung, zu erstatten billig angehalten. V. R. W. Rat. dec. Beklagte meynet zwar, es sey allhier metus vanus, und könne also, da sie zumal vermöge des an ihres Ehe-Herrn Gütern habenden Rechts mit unbeweglichen Gütern angesessen, keine Caution de non offendendo gefodert werden; Alldieweil aber die Furcht, durch Soldaten ausgeprügelt zu werden, nicht geringe ist, weiter der Besitz unbeweglicher Güter zwar a satisdatione pro reconventione & expensis, nicht aber von andern Cautionibus, befreyet; So kann Beklagte dem Processe durch Bestellung 400 Reichs-Thaler Caution, welche sie nicht eben baar niederlegen, sondern nur auf ihre Illata anweisen darf, leicht ein Ende machen.

XXI.

Iudex tamen loco cautionis idoneæ vel iusiurandum, vel nudam promissionem decernere potest, siquidem securitati eius, adversus quem minæ prolatæ, sic satis prospici, animadvertit.

Quæ de præstanda idonea cautione in antecedentibus meditationibus dixi, arbitrium iudicis non penitus excludunt, qui, si animadvertit, ei, adversus quem minæ prolatæ, parum aut nihil metuendum esse, nudam minantis promissionem, aut saltem iusiurandum quod ur-

phedam appellant, admittere poteſt, arg. *Novellæ* 112. *cap.* 2. *pr.* Memorabo exemplum: Chriſtianus Iudæo eiusque familiæ malum minatus, ac propterea, flagitante Iudæo, in carcerem coniectus, & in eo ultra annum detentus liberationem ſupplex petebat. Contradicebat Iudæus, cautionem idoneam de non offendendo ante omnia poſcens. Hæc vero ab homine paupere & obærato nec exſpectari quidem poterat. Igitur, ſi hanc rigide exegiſſes, contabeſcendum miſero in ſqualore carceris fuiſſet. Conſiderabatur præterea, minas non admodum atroces fuiſſe, deinde, malitiam & obſtinationem hominis diuturnitate vinculorum iamdiu fractam eſſe. Quamobrem ICti Vitembergenſes crediderunt, Iudæum ſolo iureiurando ſat ſecurum redditum iri, atque ſic iudicarunt menſe Maio anni CIↃ IↃ CC XXXIII. Daß Inquiſit nach abgeſchwornen Urpheden der gefänglichen Haft zu entlaſſen. V. R. W. Rat. dec. Alldieweil Denunciant vorkommenden Umſtänden nach, da die eigentliche Drohungen ſo, wie ſie angegeben, etwas zweydeutig ſeynd, überdies Inquiſit durch das lange Gefängniß ziemlich gewitziget und mürbe gemachet iſt, ſelbigen länger im Gefängniſſe zu behalten, nicht begehren, folglich an den auf ſeine und der ſeinigen Perſonen mit gerichteten Urpheden ſich wohl begnügen kann; So iſt geſprochener Maaſſen billig erkannt.

XXII.

Minæ, quas quis non meditatus, ſed in rixa & calore iracundiæ profert, mitius puniuntur.

Quod Paulus in *L.* 48. *de Reg. iuris* ait: quidquid in calore iracundiæ vel fit vel dicitur, non prius ratum eſſe, quam ſi perſeverantia apparuit, iudicium animi fuiſſe;

ad

ad omnia negotia humana, atque adeo etiam ad delicta & ſingulatim ad minas trahendum eſt. Sæpe quis iracundiæ calore abreptus in rixa quid minatur, quod exſequuturum illum eſſe, nec veriſimile quidem eſt. Itaque cum eo mitius agi oportet. Sic ego, quum frater, prædium paternum fratri ſuo & uxori eius in diviſione hereditatis ceſſiſſe, indignatus in hæc verba erupiſſet: ehe ſie die Mühle ſoll haben, hole mich der Teufel, davor ſtecke ich ſie lieber an; cautionis loco iusiurandum decrevi, hominemque carcere ſaltem punivi menſe Iulio anni CIↃ IↃ CC XXXIII. Johann Chriſtoph Hermann wird 4 Wochen mit Gefängniß, oder vor jeden Tag Gefängniß mit 3 tägiger Arbeit, oder um 4 Aſſo. beſtraft, und, daß er ſich weder an ſeiner Schwägerin, noch an der Mühle, vergreifen oder Schaden thun wolle, eydlich anzugeloben, auch die ſämmtliche Gerichts-Koſten zu bezahlen angehalten.

COROLLARIA.

1. Is etiam, qui litteras diffidatorias ad alterius mandatum ſaltem ſcripſit, capite plectitur, *Rec. Imperii de anno 1594. §. 41.* ſed in Electoratu Saxoniæ tantum fuſtigatur. *C. El. 14. P. 4.*

2. An univerſitas, cui ex diffidatione periculum incendii aut ruinæ imminet, eum, propter quem diffidatio facta, expellere poſſit, quæſitum & recte negatum fuit apud *Mullerum in Reſolutione Marchica CXI. n. 4. 5.*

3. Quod *ſupra in medit. 1.* & 2. dixi, diffidationem, ſeu belli denunciationem, antiquiſſimis Germanis incognitam, medio ævo introductam, ab initio honeſtatis fuiſſe, deinde neceſſitatis per leges publicas factam eſſe; mirifice confirmat ſimillimum vicinæ Galliæ exemplum, de quo hæc *in Volumine II. des Ordonnances des Rois*

Digitized by Google

de France de la troiſieme race recueillies par Lauriere & Secouſſe habentur: *Le 8. Fevrier 1330. Philippe de Valois accorda aux Nobles d'Aquitaine la permiſſion de ſe faire la guerre les uns aux autres, ſuivant l'ancien uſage, mais ſous deux conditions, la premiere, qu'un deffi fait en forme par celui, qui voudroit declarer la guerre, & accepté par ſon ennemi, precederoit tous les Actes d'hoſtilité. 2) Que les guerres privées ceſſeroient, lorsque le Roi auroit des guerres à ſoutenir. Le Roi Iean ſtatua par ſon Ordonnance du penultieme Mars 1350, que les principaux chefs de la guerre privée ne pourroient s'attaquer que quince iours apres le deffi, & que leurs amis ſeroient obligez, d'attendre quarante iours avant de commencer la guerre. Le meme Roi modifiant la premiere de ces deux diſpoſitions par une Ordonnance de 1351. permit aux principaux Chefs, de s'attaquer huit iours apres le deffi. Neanmoins on voit la premiere diſpoſition de l'Ordonnance de 1350. rapellée presque en memes termes dans des Ordonnances de 1352. 1353. & 1354. faites pour le Vermandois.*

SPE

Digitized by Google

SPECIMEN DLIV.
MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVII. TIT. XV.
DE
PRAEVARICATIONE TAM PVBLICA, QVAM PRIVATA.

I.

Officium patroni erga clientem apud veteres Romanos magis ſanctum, quam cetera officia fere omnia, reputabatur.

II.

Hinc eſt, quod officii huius violatores in iure noſtro peculiariter infamia notentur.

III

Quæ infamiæ pœna adhuc hodie locum habet.

Antiqui Romani obligationem patroni erga clientem inter ſanctiſſima officia referebant, ipſique neceſſitudini ſanguinis anteponebant. Memorat *Gellius Noctium Atticarum lib.* 5. *cap.* 13. fuiſſe aliquando ſeniorum hominum & Romæ nobilium, atque in morum & diſciplinarum veterum doctrina memoriaque præſtantium, diſceptationem de gradu atque ordine officiorum; quæſitumque eſſe, quibus nos ea prioribus potioribusque facere oporteret, ſi neceſſe eſſet in opera danda, faciundoque officio alios aliis anteferre: & ab initio quidem non conſtitiſſe, deinde vero conveniſſe facile, & conſtitiſſe ex moribus Populi Rom. primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere, fidei tutelæquæ noſtræ creditos:

Digitized by Google

ditos: ſecundum eos proximum locum clientes habere, qui ſeſe itidem in fidem patrociniumque noſtrum dederunt: tum in tertio loco eſſe hoſpites: poſtea eſſe cognatos affinesque. Quamobrem lex XII. tabularum: *Patronus*, inquit, *ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto*; & *Virgilius Aeneid. lib.* 6. *v.* 609. improbis his patronis locum in tartaro inter ſceleſtiſſimos adſignat:

Hic, quibus inviſi fratres, dum vita manebat,
Pulſatusve parens, & fraus innexa clienti.

Iura quoque noſtra patronum, qui clienti fraudem facit, infamia notant. *L.* 1. *L.* 4. §. 4. *de his qui not. inf. L.* 21. *C. Mandati.* Singulare hoc ius eſt. Regulariter enim, qui ex contractu etiam ob fidem ruptam damnatur, infamis non fit. Rationem huius iuris ſingularis ex illa vetere ſanctimonia officiorum erga clientes derivari oportet. Itaque, dum ius Romanum recepimus, recepimus etiam iſtud de ſanctimonia officii erga clientes principium, &, quæ ex eo fluit, infamiæ pœnam. Irrogarunt certe eam prævaricatori ICti Ienenſes apud *Richterum in Deciſione* 85.

IV.

Prævaricatio vel faciendo vel non faciendo committitur.

V.

Prævaricationis, quæ faciendo committitur, antiquiſſimum exemplum.

VI.

Non faciendo prævaricatur advocatus, qui dicendo in fraudem clientis ſui non dicit.

Prævaricationis crimen ab iis committitur, qui cauſſam clientis ſui adverſario produnt. Fit hoc dupliciter, faciendo & non faciendo. Prævaricationis, quæ in faciendo conſiſtit, antiquiſſimum exemplum Demoſthenes apud *Plu-*

Digitized by

Plutarchum in Vita eius præbet, qui in uno iudicio duas orationes conſcripſit, quarum altera actor, altera reus uteretur, opifices imitatus, qui ex una ſæpe gladiorum officina adverſariis pugiones, quibus dimicent, vendunt. Idem vero crimen etiam non faciendo committi poteſt. Quamvis enim leges Romanæ in definienda prævaricatione de non faciendo nihil dicant, ſed verbis factum ſignificantibus utantur, in iure tamen facta ſemper etiam non facta complectuntur. *L.* 2. §. 5. *de Verb. obligat. L.* 45. §. 1. *Ad L. Aquiliam.* Et profecto definitio prævaricatoris in *L.* 1. *pr. de Prævaricatione & L.* 4. §. 4. *de His, qui not. inf.* poſita, *qui* ſcilicet *diverſam partem adiuvat, prodita cauſſa ſua*, latius patet, quam ut ad ſola facta reſtringi poſſit. Conſentit *Plinius lib.* 1. *ep.* 20. *Frequens*, inquiens, *mihi diſputatio eſt cum quodam docto homine & perito, cui nihil æque in cauſſis agendis ut brevitas placet. Quam ego cuſtodiendam eſſe confiteor, ſi cauſſa permittat; alioqui PRAEVARICATIO eſt, tranſire dicenda: prævaricatio etiam, curſim & breviter attingere, quæ ſunt inculcanda, infigenda, repetenda. Nam plerisque longiore tractu vis quædam & pondus accedit.* Animadverti aliquando in actis, advocatum fiſci, qui ius venandi cuidam prædii equeſtris poſſeſſori ex officio evincere debebat, tam frigide egiſſe, ac argumenta ſua &, quas ſine dubio contra probationes adverſarii habebat, exceptiones omiſiſſe, ut iureconſulti, quamvis prævaricationem perſentiſcerent, litem tamen ſecundum reum dare cogerentur.

VII.

Apud Romanos inhoneſtum reputabatur, contra clientem ſuum etiam in diverſa cauſſa ſtare.

VIII.

Id vero hodie licet, tametſi cauſſæ ſint adfines.

IX.

IX.

Nequit tamen patronus ſecreta, quæ ipſi cliens aperuit, in alia cauſſa manifeſtare.

Iſtam, de qua ſupra dixi, officii erga clientes ſanctitatem latius etiam, quam neceſſe erat, extendebant Romani, ac in prævaricationis crimen illum quoque incidere credebant, qui contra clientem ſuum in alia cauſſa, quam cuius patrocinium ſuſcepiſſet, ſtaret. Luculenter *Plinius lib.* I. *ep.* 7. *Sicut*, ait, *fas eſt mihi, præſertim te exigente, excuſare Bæticis contra unum hominem advocationem; ita nec fidei noſtræ, nec conſtantiæ, quam diligis, convenit, adeſſe contra provinciam, quam tot officiis, tot laboribus, tot etiam periculis meis aliquando devinxerim.* Adde excuſationem *Ciceronis in epiſtola* I. *ad Atticum lib.* I. At iſte ſcrupulus iam diu nunc advocatis exemtus eſt, credimusque ipſi, prævaricatorem non eſſe, qui clientem olim ſuum nunc in alia cauſſa relinquit, eiusque adverſarium iuvat, tametſi ambæ cauſſæ adfinitatem inter ſe habeant. Id unicæ ſaltem cavendum eſt patrono, ne ſecreta, quæ ei cliens olim indicavit, nunc in iudicio manifeſtet, vel adverſario aperiat, quippe quod ſemper contra bonam fidem eſt. Atque ſic menſe Martio anni CIↃIↃCCXXXIII. reſpondi: Wird gefraget, ob der Advocat, welcher ehemals den Gärtnern bey einem mit den Hüfneren wegen Haltung der Ochſen geführten Proceſſe gedienet, jetzo den Hüfneren in dieſer Pferde-Sache dienen könne. Wiewohl nun der jetzt ſtreitige Punct des Pferdehaltens mit dem Ochſenhalten eine groſſe Verwandſchaft hat, folglich die bey vorigem Proceſſe vorgekommene Beweisthümer und Umſtände von neuem angeführet werden möchten, demnach der Gärtnere ehemaliger Advocat, wenn er jetzo den Hüfneren dienen ſollte, dieſes nicht wohl anders, als, daß er zugleich etwas, welches

ches ihm ſeine ehemalige Clienten anvertrauet, eröfne, mithin eine ſtrafbare Prævarication begehe, thun zu können ſcheinet; Daferne aber doch bey ehemaligem Streite wegen der Ochſen von den Pferden nichts vorgekommen, mithin jetzo ein ganz anderes Obiectum litis vorhanden iſt, alſo nicht geſaget werden kann, daß der Advocat in eadem cauſſa ex parte actoris in partem rei trete, und dieſem die ihm anvertrauete Sache ſchenke oder verrathe, welches doch ad prævaricationem in *L.* 4. §. 4. *de his, qui notantur infamia*, *L.* 212. *de Verborum ſignificationibus*, Peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 115. erfordert wird, hingegen dieſes, daß etwas von dem, was in der Ochſen-Sache vorgekommen, in der Pferde-Sache wieder eingemiſchet werden möchte, keine Prævarication machet, ſonſten ein Advocat dergleichen allezeit befürchten, und niemalen wider einen, der vor dieſem ſein Cliente geweſen, dienen dürfte, welches kein verſtändiger Rechts Lehrer behaupten wird, übrigens der Advocat in ſeinem Gewiſſen verbunden iſt, die ihm von ſeinen vorigen Clienten im Vertrauen eröfnete Sachen nicht zu entdecken, und, da er dieſes thäte, ſodann erſt in das Crimen prævaricationis verfällt; So mag der Advocat, welcher ehemals den Gärtnern bey dem wegen Haltung der Ochſen geführtem Proceſſe gedienet, den Hüfenern in dieſer ſtreitigen Pferde-Sache, wenn er nur die ihm von den Gärtnern anvertrauete ſecreta cauſſæ nicht entdecket, absque nota wohl dienen.

X.

Advocatus, qui concredita ſibi a cliente delicta magiſtratui denunciat, prævaricator eſt.

XI.

Advocatus teſtis nec pro cliente nec contra clientem eſſe poteſt.

Digitized by Google

Quæ de ſigillo confeſſionis in *Specimine CCLXXXIV.* late diſſerui, ad advocatos trahi oportet, quorum conclavia clientibus ſimillimam, quam ſacella pœnitentibus, ſecuritatem præſtare debent. Eadem in utrisque adeſt ratio. Advocati nempe perinde, ut ſacerdotes, publica auctoritate ad hoc conſtituuntur, ut litigatoribus perfugium opemque præſtent. Id perfugium tutum, fides inviolabilis & ſecretum impenetrabile ſit, oportet. Ni hæc apud advocatum reperiat cliens, non poterit ei arcana cauſſæ ſuæ mente tranquilla aperire. Semper enim ei metuendum eſt, ne advocatus, orta ſimultate olim ſibi dicta in crimen & accuſandi materiam vertat. Ita vero fides publica falletur; pro qua ſervanda mandatis priſcorum principum cautum eſt, ne patroni in cauſſa, cui patrocinium præſtiterunt, teſtimonium dicant, *L. ult. de Teſtibus;* quam legem generaliter loquentem multi quidem apud *Martini in Proceſſu tit.* 20. §. 2. *n.* 226. ſic reſtringunt, ut advocatum ſaltem pro cliente teſtem non admittant, contra eum vero ad teſtimonium ferendum etiam cogant; ſed male, ut *Bergerus in Electis diſc. for. p.* 720. *n.* 7. recte docet. Legis verba: *in cauſſa;* generalia ſunt. Aeque generaliter Innocentius IV. Pontifex in *cap. ult. de Teſtibus* 6. in appellationis cauſſa advocatum appellantis in priore iudicio in teſtem recipi vetat. Neutrubi diſtinguitur. Ergo nec diſtingui oportet. Arcet advocatum a teſtimonio pro cliente adfectio, quam erga cauſſam habere præſumitur, a teſtimonio contra clientem fides & ſecuritas publica, quam iſtiusmodi teſtimonium inſigniter lædit. Agnoſcunt hoc illi ipſi, qui advocato teſtimonium contra clientem permittunt, eumque in iis, quæ cum ipſo ſecreto communicata ſunt, ſe iuſte excuſare poſſe, quin mortaliter peccare, ſi peccatum ſibi ſecreto communicatum, etiam

iam iudice competente præcipiente, revelat, perhibent. *Berlichius Part.* I. *Deciſione* 101. Moverunt hæc me, ut menſe Iulio anni CIↃ IↃ CC XXXII. clientulam, quam advocatus libere & iniurioſe de magiſtratu apud ſe locutam eſſe accuſabat, abſolverem, ipſumque advocatum damnarem: Weil Denunciant dadurch, daß er, was ſeine Conſtituentin und Principalin wegen der ihm von ihr anvertraueten Rechts-Sache geſprochen, dem Amte, um ſie in Verdruß zu bringen, mit Exaggeration der von ihr als einem Frauenzimmer ſo genau nicht überlegten Worte, denunciiret, ſeine Feindſchaft und Animoſität nicht undeutlich an den Tag geleget, und wider die Pflicht eines Mandatarii, welcher ſeiner Clienten Reden bey ſich behalten ſoll, gehandelt, ſo wird er mit ſeiner Rüge abgewieſen, und zu Bezahlung aller Unkoſten angehalten, auch über die fol. 8. b. ſq. angebrachte Gegen-Rüge vernommen.

XII.

Qui cum aliquo de cauſſa eius ſuſcipienda tractavit, ſed nondum convenit, ac poſtea adverſarium eius tuetur, prævaricator non eſt.

XIII.

Sola ſpes, quam advocatus conſultori de cauſſa eius ſuſcipienda facit, advocatum non obligat.

Leges, quæ de prævaricatione agunt, omnes patrocinium revera ſuſceptum ſupponunt. Quid ergo, ſi, ut fit, litigator cauſſam ſuam advocato exponit atque cum eo de patrocinio ſuſcipiendo tractat, quin & de lite inſtruenda deliberat? poteritne tunc advocatus, relicto conſultore, adverſarii partes tuendas ſuſcipere? Poterit utique. Nondum enim ipſe patronus, nondum alter cliens factus eſt. Diſſentire a me videntur *Vmmius diſp.* 2. *Proceſſ. th.* 8. *n.*

8. *n.* 40. & *Guttierez. pract. quæst.* 30. *n.* 2. dum tradunt, advocatum, quem quis conduxerit, sed cuius opera postea uti nolit, posse tamen ad alteram partem transire. Verum illi mihi non contradicunt, siquidem patrocinium susceptum supponunt, id quod nudo utriusque sive expresso sive tacito consensu fieri potest. *L.* 18. *Mandati*, *Clem.* 1. *de Procuratoribus.* At nos de casu agimus, quo alteruter mentem suam de committenda vel suscipienda caussa nondum declaravit. Quum itaque advocatus consultori opem suam non promisisset, sed, visurum se saltem ac deliberaturum responsdisset, & spem tantum de suscipienda eius caussa fecisset, deinde tamen adversarium iuvisset, ICti Helmstadienses eum mense Septembri anni CIↃ IↃ CC XXIII. a crimine prævaricationis absolverunt: Wird Denunciat George beschuldiget, daß er in einigen, zum Exempel Johann Christoph Eberten, ingleichen den Kaufmann Glumbergen wieder die Ammerin betreffenden Sachen beyden Partheyen gedienet; Alldieweil aber keine Prævarication genennet werden kann, daß Denunciat Anfangs mit einer Parthey geredet, und derselben Hofnung ihren Proceſs zu führen gemachet, nachgehends aber der andern Parthey Patrocinium wirklich übernommen; So wird Denunciat mit weiterer Inquisition billig verschonet. Graviter obstare videntur hæc *legis* 7. *C. de Postulando* verba: *Si quis ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum plurimis, & adversario suo tali fraude subtraxisse paris defensionis copiam.* Verum voces: tractare, tractatus; in legibus nostris sæpe perfectas conventiones significant; id quod inprimis ex *L.* 32. *Pro socio* patet, ubi societas, tractatu habito, id est, per expressam conventionem, inita opponitur ei, quæ sine tractatu seu pactione re & facto contracta est. Itaque vox tractasse in *L.* 7. *C. de Postulando* idem, quod convenisse, pactum esse, significat.

XIV.

XIV.

Advocatus, qui ſemel cauſſam ſuſcepit, ſed deinde iniuſtitiam eius animadvertit, relinquere quidem illam, ad adverſarium vero tranſire non poteſt.

XV.

Poteſt tamen tunc, quum cauſſam ab initio ſtatim recuſavit.

XVI.

Sed & hoc caſu ſecreta ſibi concredita pandere non debet.

XVII.

Prævaricatio & improbitas advocati clienti poſteriori, ſi iuſtam cauſſam habeat, non nocet.

Recte *Richterus in deciſione* 85. *n.* 4. cum *Menochio*, *Farinacio* & *Alciato* advocatum, ait, viſis clientuli ſui inſtrumentis, etiamſi deprehendat adverſarii cauſſam iuſtiorem eſſe, nec tamen reſtituta mercede alterum patrocinio iuvare poſſe. Recte inquam. Supponunt enim illi, ut ex verbis patet, ſuſceptum ſemel utriusque conſenſu patrocinium. Aliud dicendum, ſi conſenſus ex utraque parte perfectus nondum adfuit. Tunc enim advocato manus ligatæ non ſunt, ut tranſire ad alteram partem nequeat. Quamvis vero tranſeat, nequit tamen ſecreta cauſſæ ſibi inter tractandum ac deliberandum concredita pandere. Rem exemplo admodum memorabili illuſtrabo. Venit litigator ad advocatum opemque eius in tuenda cauſſa ſua efflagitat, narrat factum, & inſtrumenta, quæcunque in manibus habet, exhibet. Perlegit ea advocatus, atque ex uno illorum, iuſtiorem adverſarii cauſſam eſſe, animad-

Digitized by Google

vertit. Defugit ergo patrocinium, ac adverſario id commodat, &, quum in progreſſu cauſſæ cardinem totius negotii in inſtrumento, quod dixi, verti videret, editionem eius deſiderat, obtinetque. Tum ille, qui prior advocatum conſuluerat, iugulum ſuum peti, animadvertens, pauca contra documentum ipſum monet, ſed inprimis exceptionem prævaricationis opponit. Quam tamen non attendentes ICti Helmſtadienſes eum menſe Maio anni CIↃ IↃ CC XXI. ex inſtrumento damnarunt, ſubiectis his rationibus: Es kommt dieſer Proceſs auf die Frage an, ob das bey No. 20. in Abſchrift liegende Document die von Klägern angeſtellte actionem pignoratitiam zu erweiſen und Beklagten zu Abtretung der ſtreitigen Wieſe anzuhalten hinlänglich ſey. Beklagter verneinet ſolches, und wendet dagegen vor: 1) ſey gedachte Schrift eine bloſſe Charteque, und habe die zu einem richtigen Documente erforderte Stücke nicht, 2) habe Kläger die Nachricht von gedachtem Documente durch ſeinen Advocatum, der von Beklagten ehemals in dieſer Sache conſulirt worden, mithin die ihm eröfnete Arcana cauſſæ zu verſchweigen ſchuldig geweſen, erhalten. Alldieweil aber 1) gedachte Pfand-Verſchreibung auf die unter gemeinen Leuten gewöhnliche Art bona fide eingerichtet iſt, mithin nach den Requiſitis eines ſolennen Inſtruments nicht examiniret werden muß, überdies dadurch, daß Beklagter ſolche ſelbſt in Händen gehabt und verwahret, nicht wenig beſtärket, auch durch den Kauf-Brief ſub. No. 2. unterſtützet wird, folglich bey dieſen und andern Adminiculis vollkommenen fidem erlanget, hiernächſt 2) Klägers Advocat dem Beklagten niemalen bedienet geweſen, ſondern ſelbigen, wie er den Ungrund ſeiner Sache aus dem Documente geſehen, gleich abgewieſen; So haben wir Beklagten condemniret, ihn auch, weil er ſich verweigert den Pfand-Brief gleich Anfangs heraus zu geben, und dadurch gegenwärtigen Proceſs verurſachet, in die Unkoſten vertheilet.

Ego

Ego advocatum illum improbe feciſſe, ſed nihilominus iuſte iudicatum fuiſſe, credo. Nam, quod ad advocatum attinet, etſi ille proprie ſic dictam prævaricationem non admiſiſſet, crimine falſi ſe macularat ſine dubio. *L.* 1. §. 6. *de L. Cornelia de falſis. L.* 38. §. 9. *de Pœnis.* Huc pertinet *Ordinatio Cameræ Imperialis Part.* 1. *art.* 62. verbis: *Sed nec ſecreta cauſſarum, quæ litigantes partesve ipſis ſunt commiſſuri, vel quæ ipſi in tractatione animadvertere poterunt, ulli hominum pandent;* & *art.* 64. verbis: Heimlichkeit und Behelf, ſo ſie von den Partheyen empfahen, oder Unterrichtung der Sachen, die ſie von ihnen ſelbſt merken werden, ihren Partheyen zu ſchaden, niemands offenbaren. Iſtud vero advocati ſcelus, etſi pœnam mereretur, nec veritati nocere, nec iuſtitiæ cauſſæ, quæ liquido apparebat, officere poterat. Nam, qui documentum tenet, ex quo debere ſe certo ſcit, ſi iuſtus eſt, ſponte adverſario ſatisfacere debet.

XVIII.

Advocatus in cauſſa, quam tuetur, nequit actuarius vel adſeſſor eſſe.

XIX.

Et, ſi hoc faciat, tanquam ſuſpectus recuſari, non tamen tanquam prævaricator puniri poteſt.

Ambas has theſes in reſponſo menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XXX. exarato tam lucide expoſui, ut aliquid præterea adiici neceſſe non ſit: Was die erſte Frage betrift, ob nemlich ein Stadt-Schreiber deshalben, daß er in einer vor dem Rathe Rechtshängigen Sache dem einen ſtreitenden Theile ein

ein Schreiben verfertiget, des criminis prævaricationis beschuldiget und bestrafet werden könne; So bin ich zwar der rechtlichen Meynung mit dem *Martini in Analect. Forens. Tit.* 3. *Rubr. al n.* 67. habe es auch in meinen *Medit. ad D. Spec.* 71. *de Actuariis, medit.* 13. mit vielen Gründen ausgeführet, daß das Amt eines Notarii oder Actuarii mit dem Amte eines Advocaten in einerley Sache nicht wohl bestehen könne. Da also der Stadt-Schreiber zu Bella in dem Processe zwischen Marco und Iulio dem Marco eine Schrift und Deduction aufgesetzet, gleichwohl in eben dieser Sache sowohl vor als nachher registriret, und sich als Actuarium aufgeführet; So gewinnet es das Ansehen, ob habe er allerdings ein crimen prævaricationis begangen, und einige Strafe verdienet. Alldieweil aber kein Gesetz vorhanden ist, welches einem Actuario in eben der Sache, worinnen er registriret, Schriften zu verfertigen ausdrücklich verbietet, hiernächst berühmte Rechts-Lehrer, und unter denselben *Schilterus de Secretariis cap.* 5. *in fin.* dafür hält, ein Secretarius oder Actuarius könne gar wohl in einem Processe, worinnen er advocando bedienet gewesen, registriren, ja der Reichs-Hofrath von *Wernher* noch weiter gehet, und in *Observation. Forens.* 8. *Part.* 1. davor hält, es könne so gar ein Raths-Herr in einer vor dem Rathe Rechtshängigen Sache advociren, welchem *Zieglerus in Dicastice Conclus.* 19. §. 5. einigermassen beypflichtet, demnach die Autorität dieser berühmten Juristen den Stadt-Schreiber zu Bella wenigstens a dolo & delicto absolviret, ferner, was von dem crimine prævaricationis angeführet wird, hieher gar nicht gehöret, indem dieses Crimen auf ein Falsum hinauslauft, und eigentlich darinnen bestehet, wenn ein Advocat in einer Sache beyden Theilen dienet, und die ihm von dem einen anvertraucte Umstände und merita causſæ dem andern verräth, dergleichen allhier der Stadt-Schrei-

Schreiber nichts begangen; Dieſemnach mag derſelbe weder eines criminis prævaricationis beſchuldiget noch beſtrafet werden. Inzwiſchen um auf die zweyte Frage zu kommen, da der Denunciant befugt geweſen, gedachten Stadt-Schreiber, wegen der ſeinem Contrapart gefertigten Schrift, tanquam ſuſpectum in dieſer Sache zu recuſiren, und durch ſolchen Umſtand der animus iniuriandi ziemlich gemildert wird, ſo möchte die gegen denſelben anzuſtellende Iniurien-Klage keinen ſonderlichen Effect haben.

XX.

Vulgares diſtinctiones & limitationes, quibus leges contra prævaricatores latæ eludi ſolent, reiiciuntur.

Infinitæ ſunt, quæ legibus contra prævaricatores latis vulgo fiunt, fraudes, atque inter has multæ, quas interpretes iuris in commentariis ſuis probant. Recenſebo aliquas. Diſtinctionem nonnulli Doctores apud *Claſenium ad Conſtit. Caroli V. art.* 115. adhibent, ut, ſi controverſia iudicialiter ventilanda in facto conſiſtat, advocato ad partem diverſam transire non liceat, ſed, ſi in iure tantum: id eidem permiſſum ſit. Ego autem non video, quomodo ea locum invenire queat. In omni controverſia iuris & facti quæſtiones concurrunt, ſive, ut cum Alfeno in *L.* 52. §. 2. *Ad L. Aquiliam* loquar, ius ſemper in cauſſa eſt poſitum. In omni iudicio officium iudicis eſt, ius ad facta obvenientia applicare. Et advocati non ad iura explicanda, quæ magiſtratus noſſe debet, ſed ad factum perſpicue proponendum adhibentur. Nullæ itaque eſſent advocatorum partes, ſi lis in iure tantum verteretur. Sed fac etiam, ſuper iure ſolo, non facto, diſceptari; peccabit tamen advocatus, qui, deſerta cauſſa, quam in iure fundatam eſſe ſemel agnovit, deinde contrariam amplectetur. Alterutra enim non poteſt non iniuſta eſſe. Accedit, quod *in L.* 212. *de Verb. ſign.* ex parte actoris in partem rei concedere, *in L.* 4. *de his, qui not. infam.*

ſam. vero, ex utraque parte conſiſtere, ad prævaricationis crimen ſimpliciter refertur. Nullum ergo hic locum diſtinctio ſupra allata habebit. Ex eodem fundamento refellitur quoque ſententia *Accurſii in L. ult. de Poſtulando* ſtatuentis, advocatum in cauſſa appellationis variare, eumque, quem in prima inſtantia defenderat, oppugnare poſſe. Recte etiam *Zieglerus in Rabuliſtica c.* 25. refellit *Pallum de Caſtro* exiſtimantem, poſſe advocatum, viſis inſtrumentis & probationibus unius partis, ſi pars illa iuſtum præſtare ſalarium recuſet, alteri in iudicio adeſſe. Nec ferenda eſt opinio *Mevii*, qui *P.* 9. *Dec.* 173. illum advocatum non prævaricari dicit, qui, quum uni pari operam præſtitiſſet, deinde ab hac dimiſſus eandem adverſæ præſtat.

XXI.

Advocatus contra voluntatem clientis ſui ſibi clare ſignificatam agere non debet, etſi id clienti utile futurum animadvertat.

XXII.

Prævaricari ne quidem ex bona mente licet.

Creditor, cui mille ex cambio debebantur, advocatum adit, rogatque, ut debitorem excutiat & ad cuſtodiam iure cambiali deducat, addit, ſe debitoris inopiam optime noſſe, nec quidquam aliud velle, quam ut is, ni debitum integrum perſolvat, in vincula publica coniiciatur. Advocatus, debitorem latitantem difficulter capi poſſe, videns, ac cuſtodiam eius creditori parum profuturam ratus, neglecto mandato, tranſigit cum miſero facillimis conditionibus, pauxillum clienti ſuo particulariter & in diem ſolvendum ſtipulatur, ac debitorem, reddito chirographo, omni

Digitized by Google

omni carceris metu liberat. Re comperta, cliens advocatum in ius vocat, ac prævaricationis verbis durioribus insimulat. Advocatus, se quidquid feciſſet, bona mente feciſſe, & veram clientis ſui utilitatem ſpectaſſe, reſpondet, mandatum quoque iudiciale ſibi datum, in quo poteſtas transigendi continebatur, obtendit. ICti interloquendo advocatum ad iurandum, ſe in transactione nec propriam utilitatem ſpectaſſe, nec quidquam dolo malo feciſſe, adigunt, &, poſtquam iuraverat, abſolvunt. Abſolutus actorem, qui prævaricationis crimen & dolum malum ipſi obiecerat, iniuriarum poſtulat. Hic ſe oppoſita exceptione veritatis tuetur. Tandem poſt diuturnas altercationes acta ad me mittuntur. Res multum dubii habebat. Equidem exceptio veritatis decreto & præſtito iureiurando purgatorio eliſa videbatur. Verum enim vero hoc iusiurandum advocatum ſaltem a dolo & prævaricatione malitioſa liberat, ſed non ab improbitate. Exceſſerat ille aperte mandati fines, nec excuſatione utilitatis ac bonæ mentis iuvabatur. Permittunt quidem & recta ratio & iura civilia mandatariis, mandati fines excedere, ſiquidem animadvertant, cœcum ad litteram obſequium mandanti nociturum, magisque e re eius futurum, ut aliud, quam quod præſcriptum eſt, fiat. Attamen eadem recta ratio eademque iura civilia clare caſum excipiunt, quo certum mandatum eſt, hoc eſt, mandans, nolle ſe, ut a forma præſcripta recedatur, aperte præ ſe tulit. *L.* 46. *Mandati*, *L.* 11. §. 5. *de Inſtitoria actione.* Quæ quum ita ſint, advocatus ille, quamvis ſe dolo per iusiurandum purgaſſet, ſupinam tamen culpam & factum contra leges amoliri a ſe non poterat, dederatque clienti ſuo veriſimilem de prævaricatione querendi cauſſam. Suberat enim vere prævaricatio, ſi non doloſa, ſaltem culpoſa. Sic itaque iudicavi menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XXXIII. Weil Denunciat bey Ertheilung der Vollmacht an Denuncianten ſich

deutlich erkläret, er wisse den schlechten Zustand des Wechsel-Schuldners wol, und wolle nur, daß derselbe zur Captur gebracht werde, sonst liege ihm daran, ob er was erhalte oder nicht, gar nichts, Denunciant nichts destoweniger, der Pflicht eines treuen Mandatarii und den klaren Rechten zuwider, unter dem Prætexte einer von ihm selbst extendirten, aber durch vorgedachte Instruction eingeschrenckten Vollmacht, sich mit dem Schuldner unter der Hälfte, mit Setzung vieler und langen Termine, verglichen, und diesem den Wechsel zurück gegeben, also durch solch widerrechtlich Verfahren so gar bey den Urthels-Fassern einen zum Reinigungs Eyde hinlänglichen Verdacht wegen gebrauchten Gefährde oder Doli und gesuchten Eigennutzes erwecket, demnach Denunciaten, daß er ihm dergleichen in seinem Klag-Schreiben und geführtem Processe beygemessen, nicht zu verübelen ist; So wird Denunciat, daß er künftig bey dergleichen Fällen glimpflichere Expressionen gebrauchen solle, bedeutet, auch ein Drittheil der Gerichts-Kosten, Denunciant aber, der durch sein, auch nach eydlich abgelehntem Dolo, unrechtmäßig bleibendes Factum ihm diese Verdrüßlichkeit zugezogen, die übrige zwey Drittheile zu bezahlen angehalten. Sed in isto quidem casu utilitas clientis adhuc dubia erat. Accidit vero aliquando, ut cliens aperte quid in perniciem suam poscat, ac contra propria commoda laboret, nec obstinatissimam pertinaciam suam rationibus, consiliis precibusque frangi sinat. Num tunc saltem advocato ex bona mente prævaricari ac fines mandati transgrediundo salutem invito clienti procurare licebit? Nego. Præstat mandatum renunciari. Invito beneficium obtrudere nemo privatus debet; & peccat, qui inviti & prohibentis negotia etiam utiliter gerit. *L. ult. C. de Negotiis gestis.* Peccavit itaque olim Franciscus Marillacus, advocatus Parisiensis, quem *Thuanus lib.* 26. *pag.* 522. celeberrimum in foro patronum & spectatæ eruditionis ac prudentiæ hominem appellat. Is Annæ du Bourg, de hæresi ac cæde accusati, defensor, quum

reum

reum potentia adverſariorum opprimi animadverteret, unicam ei ad ſalutem viam ſupereſſe videt, ut nempe, omiſſa defenſione, fateretur crimen, ac ad miſericordiam regis refugeret. Suadet itaque clienti, hanc viam inire. At ille flecti neſcius, iuſtitiam ſe, non miſericordiam, velle, reſpondet. Marillacus, quum ſic nihil proficeret, reum ad iudicium comitatur, eiusque cauſſam egregia oratione tuetur, ſed in fine orationis conſilium, quod dederat, tamen exſequitur, veniamque nomine clientis petit. Ipſi iudices, qui ſervare Annam diſcupiebant, eum finita oratione confeſtim in carcerem reduci iubebant, ne contradicendo ſalutare advocati conſilium corrumperet, ſed fruſtrà. Anna enim, miſſa ad iudices ſcheda, diffitebatur advocati ſui confeſſionem ac petitionem. Itaque ad furcam & ignem damnatus, ſuſpenſusque & crematus eſt. Narrabo hæc verbis *Ludovici Regnier, Sieur de la Planche, hiſtoire de François II. pag.* 33. *L'advocat Marillac luy fut baillé, le quel mit toute peine de le faire desdire luy alleguant, que ſans cela il ne pourroit eviter la mort, ce que n'ayant peu faire il l'amena à ceſte neceſſité, qu'il le laiſſeroit plaider ſans l'interrompre, puis il diroit après ce que bon luy ſembleroit. Eſtans donc venus devant les iuges, l'advocat remonſtra le merite de la cauſe, la maniere de l'empriſonnement non iamais pratiquée, & encores moins la façon de proceder de Bertrand, qui n'avoit eu aucune honte ne vergogne de iouer deux perſonnages ou trois, en preſidant & aſſiſtant aux trois iugemens precedents. En quoy non ſeulement apparoiſſoyent les cauſes d'abus tres evidentes, mais auſſi la nullité des ſentences & arreſts, en ſorte, qu'il faloit neceſſairement recommencer tout le proces, caſſer & annuller toutes ces procedures, veu que nulle formalité de iuſtice n'y avoit eſté gardée. Mais au lieu de conclurre en ſon appel, il acquieſça, recourant à la miſericorde du Roy, & de la Cour; confeſſant, que ſa partie avoit grièvement*

ment offencé Dieu, & ſaincte mere Egliſe, irrité le Roy, & s'eſtre monſtré inobedient à ſon Eveſque, auquel & à la ſaincte Egliſe Romaine il deſiroit eſtre reconcilié. Surquoy du Bourg, qui eſtoit preſent, ſe voulant oppoſer, Marillac fit ſigne aux Preſidens, deſirans, luy ſauver la vie par ce moyen, leſquels au lieu de luy donner audience, & ſavoir, s'il avouoit ſon advocat, le renvoyerent incontinent en ſa priſon. Mais pendant qu'ils aviſoyent de deputer deux d'entre eux pour faire entendre ſa converſion au Roy, & lui demander ſa grace, voici arriver un bulletin eſcrit & ſigné de du Bourg, par lequel il deſavouoit les concluſions de ſon advocat, perſiſtant en ſes cauſes d'appel, et en ſa confeſſion de foy faite devant le Roy.

XXIII.

Quisquis etiam extra advocatos negotium, fidei ſuæ commiſſum, in detrimentum committentis prodit, quaſi prævaricator eſt.

XXIV.

Inſtrumenta ſibi concredita prodens in falſi crimen græviſſimamque pœnam incidit.

Equidem prævaricationis crimen proprie ab advocatis committitur. Quum tamen in proditione negotii fidei ſuæ commiſſi conſiſtat, omnem huius generis perfidiam huc referre & quaſi prævaricationem appellare poſſumus. Huc pertinet, qui inſtrumenta apud ſe depoſita vel ſibi concredita alteri in deponentis detrimentum oſtendit. Graviſſimam in perfidos hos pœnam ſtatuit *lex* 38. §. 8. 9. *de Pœnis* eosdemque inter falſarios refert *lex* 1. §. 6. *de L. Cornelia de falſis.*

Digitized by Google

falſis. Hodie tamen mitiores eſſe ſolemus. Exemplum hoc eſto: Litigator quidam, quum advocati opem truſtra implorallet, ipſe ſcriptum, quod iudici exhibeatur, conficit, inconditum multisque iniuriis refertum, rogatque advocatum, qui opem in conficiendo ferre detrectarat, ut id ſaltem deſcribat. Annuit advocatus ac deſcribit, ſed ſchedam ſibi concreditam adverſario, viro nobili, oſtendit. Hic iniuriarum agit. Reus exceptionem prævaricationis opponit. Reſpondet advocatus, ſe non tanquam advocatum ſed tanquam ſcribam interveniſſe. Quamvis ergo proprie ſic dictus prævaricator non eſſet, falſarius tamen ex iis, quæ ſupra dixi, & quaſi prævaricator erat, ac pœna aliqua, ſed longe mitiore, quam is, cuius ſecreta prodiderat, a ICtis Vitembergenſibus menſe Aprili anni CIↃ IↃ CC XXXIII. adfectus eſt: Daß Paulus dem von Neuburg und ſeiner Ehefrauen eine Abbitte vor Gerichte zu thun ſchuldig, überdies mit 3 monathlichen Gefängniſſe, Philippus aber, weil er die ihm anvertrauete Schrift verrathen zu haben eingeſtehet, um 10 Thlr. zu beſtrafen.

XXV.

Proxeneta quousque in lite ſuper negotio, quod ipſo conciliante geſtum eſt, mota patrocinium præſtare poſſit, diſquiritur.

Adhibentur ſæpe advocati operamque ſuam præſtant in contractibus, pactis, transactionibus aliisque negotiis. Et oritur deinde nonnunquam ſuper negotio, ipſis conciliantibus, geſto lis, in qua, num advocati eſſe poſſint, quæritur. Diſtinguendum eſt. Si ei, cui olim in conciliatione negotii tanquam proxeneta adfuit, deinde patrocinium præſtare velit, cauſſam, quæ eum ab advocatione excludat, nullam video. Bina enim eidem perſonæ officia præſtare nemo vetatur. Alia ratio eſt, ſi contra eum, cuius proxeneta

ta olim fuit, nunc poſtulare velit. Qui proxenetam adhibet, aperit ei totius negotii arcana, ſeque fidei eius permittit. Quam fidem ne fallat proxeneta, publici intereſt. Fallit vero, ſi adverſarium deinde in lite iuvat, huiusque cauſſam ex iis, quæ in conciliatione negotii didicit, inſtruit. Quodſi ergo in conciliatione negotii utrique parti operam conſiliumque præſtitit, lite deinde orta, neutrius patronus eſſe poteſt. Vide *Novellam* 90. *cap.* 8. Sic ICti Vitembergenſes menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XXXI. iudicarunt: Daß Klägers Anwald, weil er ehemalen bey Errichtung des jetzt ſtreitigen Vergleichs beyden Theilen beyräthig geweſen und beygeſtanden, ſich des advocirens in dieſer Sache zu enthalten ſchuldig.

XXVI.

Prævaricatores in iure publico damnantur.

Prævaricatores in iure publico appello illos ICtos, qui, dum ex unius principis ſervitio ad alterum, qui diverſa & contraria iura habet, tranſeunt, ea, quæ pro priore olim ſcripſerunt, nunc ipſi refellunt, retractantque. Horum levitatem nemo cordatior probabit. Dum enim ſententiam ſuam ſub priore domino conſtanter retinuerunt, & eam, poſtquam demum in alterius ſervitium tranſierunt, mutavere, manifeſte ſatis oſtendunt, non ingenue ſe & ex vera animi ſententia ſcribere, ſed mercenariam illi, cui ſerviunt, operam accommodare. In ſcriptoribus iuris publici id maxime animadvertes. Sunt, qui olim in Cæſaris, vel Electoris, vel Principis, vel Epiſcopi, vel Civitatis liberæ miniſterio conſtituti iura eorum ſtrenue defenderunt, deinde vero ab adverſa parte allecti ſervitium animumque mutant, &, quæ antea aſſeruerunt, audacter impugnant. Ex multis, quæ invidiæ cauſſa nunc omitto, exemplis unum Godofredi Ferdinandi de Buckiſch & Lowenfels afferam.

Is

Is in ſacris Proteſtantium educatus, quum apud eos locum, quo ſibi dignus videbatur, non ſtatim inveniret, ad caſtra Romana transfugit, ac tandem Viennæ Profeſſoris publici munus ex commendatione Patrum Ieſuitarum adeptus, horum iuſſu obſervationes ſuas in Inſtrumentum pacis Weſtphalicæ compoſuit, quibus Proteſtantes acerbe inſectatur, ipſasque pacis tabulas, ut ſectæ ſuæ ſerviat & blandiatur, mala ſæpe fide torquet & explicat. Labore autem vix ultra articulum VII. producto, Ieſuitarum odium incurrit, eoque Auſtria expulſus cum uxore liberisque variis in locis exulavit, ſumma cum egeſtate colluctatus, ut ſtipem fere mendicare cogeretur. Viderunt eum multi Ratisbonæ per aliquot menſes hærentem, cupidumque redeundi ad avita ſacra, modo quis fuiſſet pater, qui reſipiſcenti filio annulum veſtesque daret, & vitulum mactaret. Ipſe hoſtimenti pignorisque loco offerebat, non modo retractaturum ſe, quæ in fraudem Weſtphalicæ pacis in obſervationibus ſuis ſcripſiſſet, verum etiam hiſtoriam ſuam Sileſiacam, quæ inedita adhuc eſt, locis illis mutaturum, ubi quid coactus fuerit in præiudicium probrumve Proteſtantium tradere. Quin ſe fraudes Pontificiorum detecturum pollicebatur, quibus deceptus ipſe ſit, ut venalem calamum haberet. Neque dubitandum, quin hæc deſtinata exitum habitura fuiſſent, ſi vitam ei paulo longius producere licuiſſet Iam enim erant, qui ſat tolerabilibus & honeſtis conditionibus virum, Coloniæ fame cum ſuis pereuntem, clam allicere decreverant, atque id negotii iam aliquibus dederant. Sed iſta, antequam perficerentur, mors intervertit. Hæc & plura vide apud *Henricum Hemniges in præfatione Meditationum ad Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Suevicum.* Simile quid *Iacobi Thomaſii in præfatione LVI. p.* 327. verbis narrabo: Quanquam de regno femineo aliis etiam ætatibus diſquiſitum in-

ter homines doctos fuit: tamen ſeculo XVI. maxime controverſia hæc quaſi recoqui, & maiore conatu in utramque partem vexari cœpit, quum in Anglia poſt Eduardi VI. Regis obitum ſorores eius duæ, Maria primum, dein Eliſabetha, potiri ſceptro cœpiſſent. Quarum duarum ut maxime diſpar fuit religio, ſic factum eſt, ut, quos Maria finibus regni eieciſſet, reformatæ religionis homines, illis ſub Eliſabethæ imperio tuta eſſet in patriam reverſio. Ergo, qui Calvini placita ſequerentur, his nihil erat magis exoſum femineo Mariæ regimine; iisdem viciſſim, ubi ad clavum Reipublicæ feliciter evectam conſpexiſſent Eliſabetham, nihil magis venerabile, quam Regina talis. Hoc magnæ conſtantiæ doctrinæque vir fatetur, *Schliiſſelburgius lib. IV. Theol. Calviniſt. p.* 324. 325. Ex eadem Calvini religione *Gilbius, Goodman & Knoxus*, qui ſcilicet exilium ſuum Mariæ imputabant, *publicis libris* Genevæ impreſſis docuerant, *eſſe contra ius naturale, divinum, & humanum, ut mulier etiam in rebus politicis regnet.* At ubi Mariæ imperium Eliſabetha excepiſſet, eximia & Pontificiorum hoſtis, & Calvini ſequarum fautrix, protinus verſo remigio a Reformatis Anglis non Regina tantum in temporalibus illa eſt proclamata, ſed etiam caput Eccleſiæ in ſpiritualibus. *Ita ſpatia duorum annorum*, ipſiſſima Schlüſſelburgii verba recito, *quod prius fuit Calviniſtis Genevæ moratis ipſiſſimum verbum Dei, mox, atque in Angliam redierunt, mutatum eſt in verbum Diaboli.* Tantum videlicet potuit amor in religionem, quam ſub alterius feminæ regno conculcatam viderent, ſub alterius reſurgentem, ut, a perſonis in ipſum imperii genus deflectente ſe affectu, iam proſcriberent Gynæcocratiam, iam dignitati ac famæ reſtituerent.

XXVII.

Aliquando tamen miniſtri principum & iuris publici ſcriptores, dum principibus contraria iura habentibus operam ſuam addicunt, ſententiam recte mutant.

XXVIII.

Sed in hac mutatione ſententiarum ſumma prudentia adhibenda eſt.

XXIX.

Laudantur Obrechtus & Franckenbergius.

Iniurius forem in viros optimos & apertos, ſi prævaricationis labem cunctis, qui in alius principis ſervitium transeuntes ſtylum vertunt, ac contrariam ei, quam olim defenderunt, ſententiam tuentur, adſpergerem. Fit hoc nonnunquam iuſte ac prudenter. Res ſcilicet per ſe licita eſt, ex ſervitio principis in alterius miniſterium tranſire. Aperiuntur tunc advenæ tabularia publica, offeruntur documenta, quæ adhuc non vidit, & quibus, falſa eſſe, quæ olim ſcripſit, plene convincitur. Quid faciendum ergo? An retinenda tamen eſt vetus opinio, ne conſtantiæ laudem amittat? Improbum hoc foret & contra bonam fidem. Non peccant profecto, nec levitatis notam incurrunt, qui meliora edocti a priſca, quam amplexi erant, opinione recedunt, novamque & ſaniorem amplectuntur. Laudari potius debet candor ille, quo quis ingenue errores, in quibus hæſit, fatetur, nec alios auctoritate ſua in eosdem abripi patitur. Magni profecto animi eſt, contemnere gloriolam, quam obſtinata in priore ſententia manſio apud imperitum vulgus parit, & ridere voculas eorum, quibus huiusmodi retractationes ignominioſæ videntur. Aiunt bi quidem, viri conſtantis vereque prudentis officium eſſe, optimum, non

niſi probe conſideratis perſpectisque omnibus, eligere, id vero, quod ſemel elegerit, fortiter tueri. Is itaque, ſi ipſos audias, imprudentiam ſuam & inconſiderantiam fateri videtur, qui erraſſe ſe olim, atque nunc demum, quid verum ſit, cognoviſſe, dicit. Cur enim, ſi ab initio omnia probe conſideraſſet, id non ſtatim perſpicere potuiſſet. Inprimis autem iureconſultos, quorum voluntas, ſi Iuſtinianus *in pr. I. de Iuſtitia* & *iure* verum dicit, conſtans & perpetua, ius vero ſecundum *L.* 2. *de Iuris & facti ignor.* certum & finitum eſſe debet, huiusmodi levitatem dedecere autumant. Verum quum homines ſimus, ne quid quæſo humani a nobis alienum putemus. Eximium eſſe rationis & intelligentiæ lumen, quo Deus nos exornavit, non nego. At perfectum non eſt, ſed multa adhuc caligine affuſum. Eam omnino diſpellere, ſupra vires humanas eſt. At temperari & dilucidari aliquantulum poteſt. Hoc tamen non una confeſtim vice fit. Integra ætas noſtra laborando hac in re abſumitur. Singuli dies aliquid ſuperaddunt, quod ante ignoravimus. Vno intuitu cuncta, quæ circumſtant, complecti nec philoſophus exercitatiſſimus poteſt. Cedere ergo veritati debet, ſi ea poſtea demum appareat. Inprimis autem vitio vertendum non eſt, ſi quis ætate profectus ea, quæ iuvenis ſcripſit, emendet. Nam, ut eleganter Accius apud *Gellium Noctibus Atticis lib.* 13. *cap.* 2. inquit, *quod in pomis eſt, itidem eſſe aiunt in ingeniis. Quæ dura & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia & iucunda. Sed quæ gignuntur ſtatim vieta & mollia, atque in principio ſunt avida, non matura mox fiunt, ſed putria. Relinquendum igitur viſum eſt in ingenio, quod dies atque ætas mitificet.* Neque iureconſultis hac in parte aliquid præ ceteris tribuendum eſt. Habeant illi licet conſtantem perpetuamque voluntatem ſuum cuique tribuendi. Intellectus certe in illis non divinus eſt, ſed, ut in reliquis hominibus, multis tenebris involutus, quæ maximo

maximo labore, nec tamen plene, diſcutiuntur. Et quod ad certitudinem firmitatemque iuris attinet, ea profecto tanta non eſt, ut non infinita dubia, quæ animum ſæpe in diverſas partes trahunt, ſuperſint. Vide ſaltem *L.* 202. *de Regulis iuris.* Eo minus autem iureconſultis in retractationibus ſuis erubeſcendum eſt, quo frequentius eas ab aliis eruditis, qui ſingularis conſtantiæ laudem affectant, fieri videmus. Exempla philoſophorum, qui tamen, ut *Cicero* ait, non ex ſingulis vocibus, ſed ex perpetuitate & conſtantia ſpectandi ſunt, afferre, noſtri non eſt inſtituti. Sed unum commemorabo, quod in præſens ſuccurrit. *Ciceroni* aliquando copioſe *in quinto Tuſculanarum quæſtionum libro* de virtute differenti, & pro Zenone contra Peripateticos omne præſidium ad beate vivendum in ea poſitum eſſe aſſerenti, is, cum quo collocutus fuerat, levitatem obiiciebat; quod hos philoſophos, inter quos tamen olim *in quarto de Finibus* nihil præter verborum novitatem intereſſe ſtatuerat, nunc vere a ſe invicem diſſentire, affirmaret. Tum vero *Cicero* ſubiratus & offenſus aliquantulum: *Tu quidem*, ait, *tabellis obſignatis agis mecum, & teſtificaris, quid dixerim aliquando aut ſcripſerim. Cum aliis iſto modo, qui legibus impoſitis diſputant. Nos in diem vivimus: quodcunque noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus. Itaque ſoli ſumus liberi.* Quæ quum ita ſint, *Pufendorffium*, quamvis is in *Rebus geſtis Friderici Wilhelmi M. Electoris Brandenburgici* multa retractarit, quæ olim, quum conſiliarii apud Suecos dignitatem ſuſtineret, *in Commentariis de Rebus Suecicis* ſcripſerat, nolo tamen levitatis inſimulare. Neque enim potuit aliter vir ceteroquin prudens & induſtrius. Ad archivum quippe Brandenburgicum deinde admiſſus plurima invenit monumenta, quæ ante ignoraverat, quibus refutatio eorum, quæ apud Suecos hauſerat, continebatur. Sueci potius providentiores eſſe debuiſſent, nec permittere,

ut tantus ab illis vir abſtraheretur. Memorabilia ſunt, quæ ipſe Pufendorffius hac de re Holmiæ XXIX. Iul. anni CIↃ ↀ C L XXXVII. ad I. V. Pregizerum Conſiliarium Vitembergicum ſcribit: *Quid deinceps laboris mihi ſit ſuſcipiendum, in ambiguo eſt. Nam ad componendam hiſtoriam Sereniſſimi Electoris Brandenburgici conditionibus honeſtis evocatus ſum, accedente conſenſu Regiæ Maieſtatis. Sed poſt aliqui oſtenderunt, parum convenire, dimitti illum, qui plures per annos archivum regni evolvit, ac fortaſſe in hiſtoria Electorali quædam occurſura, nationi Suecicæ parum glorioſa. Quo tamen iſta dubitatio evaſura ſit, intra paucos dies apparebit. Si Deus vitæ quid adhuc targiri velit, putem, plus me utilitatis patriæ meæ afferre poſſe, ſi Berolini, quam, ſi Holmiæ degam.* Idem Pufendorffius in aliis, quas ad eundem Pregizerum III. Octobr. anni CIↃIↃCXCI. exaravit, & quas I. G. Eccardus mihi cum ſuperiore epiſtola ſuppeditavit, litteris: *Id multi*, inquit, *mirabuntur, quare ego potiſſimum, qui pro ingenii modulo partam Suecicæ genti bello Germanico gloriam tradidi, eiusdem funeri* in hiſtoria Friderici Wilhelmi M. *memorando adhibitus ſim. Equidem tu ſpecioſam cauſſam coniectas, amorem recti. Sed, qui penitus iſta norunt, plerique indignationem, multi riſum continere non poſſunt. Equidem, poſtquam Sueci ob me dimiſſum erubeſcere cœperunt, ſolicite id agunt, ut poſt abſolutum hic ſuſceptum opus ad ipſos iterum remeem. Sed ſcrupuloſioris conſultationis eſt, num mihi hac præſertim ætate eo revertendum ſit, ubi natio exteris alias admodum iniqua me adſpectura ſit præconem vel infelicitatis ſuæ vel prave conſultorum.* Sed in hac mutatione ſententiarum maxima prudentia & circumſpectio adhibenda eſt, ut medium inter levitatem & obſtinationem iter teneas. Duo magnorum virorum exempla proponam, quæ ipſe profecto, ſi ſimilis neceſſitas mihi imponeretur, imitarer. Alterum *Obrechti* eſt, qui dum patria eius Argentoratum adhuc ad Germaniam pertineret, *Prodromum*

dromum rerum Alſaticarum ſcripſit, in eoque Gallorum iura ſtrenue oppugnavit. Poſtea rex Galliarum, Argentorato potitus, exempla libri, quotquot apud librarios ſupererant, aboleri curavit, atque per hoc, ut is rariſſime nunc inveniatur, effecit, quin & Obrechto, ut ipſum librum ſuum refutaret, præcepit. Verum Obrechtus πολιτικωτάτως, ut *Tenzelius* in den monatlichen Unterredungen des Jahres 1691. *pag.* 994. adpoſite loquitur, reſpondit: tu eum iam, rex, victricibus armis tuis refutaſti. Alterum *Franckenbergii* exemplum prudentiæ quoque pleniſſimum eſt. Is principis cuiusdam Imperii miniſter den Europäiſchen Herold ſcripſerat, deinde vero ab Electore inter purpuratos receptus librum ſuum edebat iterum. Erant utriusque domini iura in aliquot capitibus invicem contraria. In hac ſumma difficultate ita tamen ſe geſſit, ut incredibilem viri prudentiam hi ipſi, quos offenſurus eſſe videbatur, ſint admirati. Sed audiamus ipſum *in præfatione:* Es erweiſet ſich bey dieſer anderweiten *Reviſion* und Verbeſſerung des Werks annoch die Unpartheylichkeit, daß, wo ſich ereignet, daß das höchſte Churfürſtliche *Collegium* mit dem hohen Fürſten-Rath *diverſe* Meynungen und *Intereſſe* führet, man beyder höchſt- und hohen Theile wichtige Gründe angezeiget, ohne ſich eines Ausſchlags oder Maßgebung darüber zu unterfangen. Die *Principia* ſind freylich nicht allerdings und allenthalben gleich, und ſitzen auch wol in denen höchſt begabteſten Rath-Stuben *Miniſtri*, welche bey vorfallenden Gelegenheiten eben ſo wol weißlich *balanciren*, ob mit allen *Prætenſionen* ihres Herrn wider den hohen Gegen-Theil auszukommen, oder wie weit, auch mit was *Succeſs* und Vortheil nachzugeben, oder die Zeit zu gewinnen ſeyn möchte. Deren Sorgfalt doch wol zum Zwekke behält, daß verhütet werde, damit niemand in die Gerechtſamen der Herrſchaft eindringen möge. Wäre aber vormalen

aus

aus ungleich gesinnten Berichten etwas in des Herolds Vorträge eingeflossen, welches ein oder andern Orts Mißbilligung verdienen mögen, so ist es nun auf einen solchen *Typum* gebracht, daß man zu vertrauen weiß, es werde alles mit einer solchen geziemenden Bescheidenheit nunmehr gefasset seyn, daß Ihrer Römisch. Kayserl. Majest. Dero Majestätische allerhöchste *Autorität*, dem Churfürstlichen *Collegio*, welches doch nach dem wahrhaften Ausspruche Kayser *Maximilians I.* allerdings Königen gleich gewürdiget bleibt, ihre *Præeminentien* und *Prærogativen:* dem Fürsten-Stande Dero Hoheit, und allen übrigen Ständen ihre löbliche teutsche Freyheit, *iura autonomiæ*, und Reichs-*Constitution*-mäßige Theilhabung bey der Regierung des Heil. Römischen Reichs, Teutscher *Nation*, und ihrer Lande, in alle Wege, nach bestem Verstande und Möglichkeit, unverletzt, und mit vollkommenen *Respect* dergestalt beobachtet worden, als es der glorwürdigen *Harmonie* im Reiche nach dessen Verfassung ähnlich ist und seyn soll.

XXX.

Legati, qui legationem sibi commissam produnt, & adversus commoda & voluntatem eius, a quo missi sunt, laborant, prævaricantur.

Legatorum, sive a civitate municipali aliove collegio ad principem suum, sive a principe ad principem mittantur, exactissima fides desideratur. Si quis ergo legatus legationem deserat, hoc est, negotium sibi commissum negligat,

Digitized by Google

gligat, punitur. *L.* 1. *D. L.* 2. *C. de Legationibus.* Maiore vero longe pœna dignus eſt, qui non deſerit legationem, ſed prodit & adverſus ea, quæ iuſſus eſt, laborat. Et fit hoc tamen nonnunquam. Huiusmodi prævaricationem a legato Auguſti, Electoris Saxonis, bona mente, ut videtur, & ob patriæ utilitatem commiſſam narrat *Adami in Vitis ICtorum Germanorum pag.* 96. *Inter Germaniæ*, inquiens, *ICtos, eloquentiæ laude ſuperiori ſeculi celebres, primis adſcribendus venit Vlricus Mordiſius, Auguſto Electori a litteris & ab intimis conſiliis, ſed fortuna varia. Nam quum anno ſexageſimo quinto Maximilianus Imperator, poſt conventum Roſtochienſem, per Daniæ Regis & Electoris Saxoniæ legatos, inter quos Mordiſius, rogaretur: ut mandato publico omnem ex Germania armorum, munitionum, commeatuum, & mercium importationem in Sueciam prohiberet: Mordiſius, qui bello non neceſſario Sueciæ Regem a Dano vexari, nec, quod inter exteros gereretur Reges, bellum Germaniæ commerica impedire oportere iudicaret, per amicos in aula cæſarea promulgationem mandati diſſuaſit. Id ubi Elector reſcivit, iratus Mordiſio, tunc ab officio cancellarii remoto & in domo ſua captivo, Georgium Cravivium, quem coniux Auguſti, Daniæ Regis ſoror, obſequentem ſibi & fidum in Danica illa cauſſa compererat, Elector ſubſtituit.*

XXXI.

Ictus fuſtium lege Carolina in prævaricatores ſtatutus in praxi nunquam, ſed loco eius mulcta decernitur.

Duram quidem, ſed iuſtam, & reprimendæ improborum advocatorum malitiæ aptam, pœnam prævaricatoribus minatur Carolus V. *in Conſtit. crim. art.* 115. ictum nempe fuſtium. At enim vero hic ICti iterum, ut ſolent, legislatoriam poteſtatem ſibi ſumunt, atque, Carolum crudeliorem, quam par erat, fuiſſe, rati, legem ſibi atrociorem vi-

ſam pro imperio, quo pollent ſcilicet, corrigunt, ac, quanquam iteratum ſit delictum, nec quidquam pro eius excuſatione adferri poſſit, ictum fuſtium remittunt, mulctamque pecuniariam ſubſtituunt. Ita ICti Vitembergenſes menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XXX. reſponderunt: Daß Inquiſit ſowohl durch ſein eigenes Geſtändniß, als auch die beygelegte Acta hinlänglich überführet, in Sachen 1) des von K. wider den F. von E. 2) eben dieſes von K. wider die Frau von E. 3) B. wider C. 4) M. wider L. 5) L. wider G. beyden ſtreitenden Partheyen gedienet, und diejenige Schriften, welche er unter ſeinem Namen nicht übergeben dürfen, unter einer fremden Unterſchrift ad Acta gebracht zu haben, auch ſeine Entſchuldigungen; ob ſey die oben gemeldete Prævarication entweder auf Vergönſtigung derjenigen Parthey, welcher er zuerſt gedienet, vorgegangen, oder ſein anderweites Advociren derſelben nicht nachtheilig geweſen, oder gar in einer andern Sache geſchehen, offenbarlich mit den Acten ſtreitet, demnach Inquiſit nach Maßgebung der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung, artic. 115. den Partheyen alle verurſachte Schäden zu erſetzen ſchuldig, anbey willkührlich um ein hundert Thaler zu beſtrafen, auch alle auf dieſen Proceß gegangene Unkoſten zu tragen verbunden. Nec vitio nobis hanc miſericordiam vertere quisquam debet. Torrente abripimur. Si ſecundum leges contra tyrannidem praxeos iudicamus, ſententiam noſtram ab eo, quem damnamus, oppugnatum ac ab aliis ICtis correctum iri, certi ſumus. Ridiculum ergo & plus quam Catonianum foret, legibus nihil profutura conſtantia inhærere. Et profecto illa ipſa, quam decrevimus, centum thalerorum mulcta, gravior longe eſt ea, quam alii ICti decernere ſolent. Scabini Lipſienſes apud *Carpzovium Deciſione* 91. *n.* 24. prævaricatorem ſaltem quinque thaleris mulctarunt. Ratio decidendi unica eſt auctoritas *Matthæi Weſembecii*, qui *in Parat. tit. ff. de Prævaricat. n.* 3. *Hodie*, inquit, *generaliter iis, qui prævaricati ſunt, pœna iniungitur extraordinaria;*

Digitized by Google

dinaria; iure vero Saxonico mulcta. Quæ quidem an contra legem imperii publicam ſufficiat, merito dubitat *Schilterus Exerc. ad ff.* 10. §. 37. laudatque iuris Bohemici, quod prævaricatores ultimo ſupplicio ſubdit, rigorem. At Schilterus legem, communibus pragmaticorum ſuffragiis ad tenebras damnatam, in lucem retrahere fruſtra laborat. Quamobrem cordatiores potius uſum fori & collegiorum conſenſum ſequuntur, quam irrito conatu ſecundum leges reſpondent.

XXXII.

Non ſunt prævaricatores, ſed prope tamen ad eos accedunt & contra bonam fidem peccant cauſſidici & ſcriptores, qui in diverſis & contrariis cauſſis contraria invicem argumenta proferunt.

Dicam nunc de crimine, quod, etſi proprie prævaricatio non ſit, nec pœnam in foro humano patiatur, prope tamen ad prævaricationem accedit, atque aperte cum bona fide pugnat, ac viro cordato & bono indignum eſt. Loquor ſcilicet de iſtis cauſſidicis, qui in diverſis cauſſis contrarias invicem ſententias defendunt, &, quod modo acerrime oppugnarunt, in alia cauſſa & iudicio magna contentione affirmant. Videas aliquando advocatum, dum ex parte virginis ſtupratæ adverſus ſtupratorem conſiſtit, multa pro cliente afferre, quæ, interiectis paucis diebus, in alia cauſſa, ubi ſtupratorem quendam tuetur, operoſe refellit. Videas eum modo pro teſtis cuiusdam habilitate pugnare, quem in alio iudicio ſuſpectum reddere laborat. Aliis exemplis fora quotidie perſtrepunt. Sed quid improbum magis eſſe poteſt, quam ſordidi lucelli cauſſa id, quod modo iniuſtum iudicaſti, nunc pro bono & æquo venditare. Aut iuſtitia non eſt conſtans & perpetua voluntas, aut advocati illi iniuſtitiæ notam non effugient. Nemo itaque cordatus M. Antonium, oratorem, excuſabit, qui apud *Valerium*

lerium Maximum lib. 7. c. 3. §. 5. idcirco ſe aiebat nullam orationem ſcripſiſſe, ut, ſi quid ſuperiore iudicio actum ei, quem poſtea defenſurus eſſet, nociturum foret, non dictum a ſe affirmare poſſet. Vt vero unusquisque impudentiam priſcorum advocatorum Romanorum contraria afferentium rectius intelligat, inſignem *ex Ciceronis Oratione pro Cluentio* locum integrum hic exſcribam: *Ego vero, ſi quid eiusmodi dixi, neque cognitum commemoravi, neque pro teſtimonio dixi, & illa oratio potius temporis mei, quam iudicii & auctoritatis, fuit. Errat vehementer, ſi quis in orationibus noſtris, quas in iudiciis habuimus, auctoritates noſtras conſignatas, ſe habere arbitratur. Omnes enim illæ orationes cauſſarum & temporum ſunt, non hominum ipſorum ac patronorum. Nam ſi cauſſæ ipſæ pro ſe loqui poſſent, nemo adhiberet oratorem. Nunc adhibemur, ut ea dicamus, non, quæ noſtra auctoritate conſtituantur, ſed, quæ ex re ipſa cauſſaque ducantur. Hominem ingenioſum, M. Antonium, aiunt ſolitum eſſe dicere, idcirco ſe nullam unquam orationem ſcripſiſſe, ut, ſi quid aliquando, quod non opus eſſet, ab ſe eſſet dictum, poſſet ſe negare dixiſſe. Ego vero in iſto genere libentius quum multorum, tum hominis eloquentiſſimi & ſapientiſſimi, L. Craſſi, auctoritatem ſequor, qui, quum L. Plancium defenderet, accuſante M. Bruto, homine in dicendo vehemente & callido, quum Brutus, duobus recitatoribus conſtitutis, ex duabus eius orationibus capita alterna inter ſe contraria recitanda curaſſet, aliquantum eſſe commotus dicitur. Itaque in reſpondendo expoſuit utriusque rationem temporis, ut oratio ex re & cauſſa habita videretur. Ego autem illa recitata eſſe non moleſte fero. Neque enim ab illo tempore, quod tum erat, neque ab ea cauſſa, quæ tum agebatur, aliena fuerunt. Neque mihi quidquam oneris ſuſcepi, quum iſta dixi, quo minus honeſte hanc cauſſam & libere poſſem defendere.* Nihil profecto eſt hac excuſatione impudentius, nihil oratore, nihil ICto indignius. Idem multi ſcriptores iuris publici

blici tam univerſalis quam Germanici faciunt, atque in uno libro ſententiam ſibi, ſuo principi vel reipublicæ proficuam acerrime tuentur, & adverſariorum contraria argumenta ſtrenue refellunt, deinde vero ipſis illis adverſariorum rationibus, quum eæ ſibi utiles videntur, in alia cauſſa impudenter utuntur. Equidem in bellis iſtiusmodi fraudes permittuntur, ut hoſtes ſuis ipſorum armis induti oppugnemus. Notum eſt Virgilianum illud: *Mutemus clypeos, Danaumque inſignia nobis optemus.* At ICtum iſta dedecent. Conſtans eſt & perpetua iuſtitia. Nec, quod in una cauſſa eſt iniquum, in altera æquum fieri poteſt. Fateor igitur, me aliquando non ſine ſtomacho ſcriptorem iuris publici legiſſe, qui, quum iura Imperii noſtri in Italiam exponeret, nulla præſcriptione ea tolli poſſe, nec incuriam priſcorum Cæſarum recentioribus nocere, operoſe oſtendit, deinde, quum ad regum Galliæ poſtulata, quibus illi interdum Germaniam vicinasque gentes turbant, veniſſet, ius eorum, ſi quod habuerint, diuturnitate temporis diu exſpiraſſe, & negligentia priorum regum amiſſum eſſe, affirmat. In multis quoque aliis locis eandem præſcriptionem, prout illa vel utilis vel damnoſa imperio aut principi ſuo eſſet, modo oppugnat, modo aſſerit. Improbe profecto. Nam ſi præſcriptio inter liberas etiam gentes locum invenit, neceſſe eſt, ut illam tam pro nobis, quam contra nos admittamus. Eiusdem inconſtantiæ notam vix effugiunt Belgæ fœderati, quorum antiqui ſcriptores illimitatam commerciorum & navigationis ad loca ab aliis etiam occupata libertatem acerrime contra Hiſpanos Anglosque defenderunt, recentiores nunc contra Cæſarem non minus acriter oppugnant; utrique publica auctoritate. Venit hic in mentem Auguſtinus, qui, dum contra paganos diſputat, perſecutiones omnes in cauſſa religionis vehementer damnat, ſed, quando Donatiſtas,

tiſtas, adverſarios ſuos, refellit, probat & permittit. *Bayle art. Auguſtin, lit. H.*

COROLLARIA.

1. Prævaricationis crimen nec theologis incognitum eſt. Henricus IV. Galliarum rex, quum tranſitum a Proteſtantium cœtu ad Pontificios meditaretur, ut honeſtius hoc faceret, inter utriusque partis theologos inſtitui diſputationem volebat, eorum, qui vincerent, ſententiam amplexurus. Sed Rolanus atque Beraltius, qui ex reformatis huic colloquio deſtinabantur, ſubornati prævaricabantur, &, quum Perronio Pontificiorum legato contradicere deberent, tanquam eius argumentis convicti, leviter reſpondebant, & tempus fere ornando & laudando adverſario conſumebant. *Aubigne in Hiſtoria univerſali.*

2. Etiam in bellis aliquando duces & milites prævaricantur. Carolus V. Romanorum, & Solymannus II. Turcarum imperatores, claſſibus ſuis ille Andream d'Oria hic Ariadenum Barbaroſſam præfecerant, qui ambo maximam adepti gloriam, ne hanc in diſcrimen adducerent, mutuum occurſum & conflictum ſoliciti vitabant, alter alterum clam per nuntios aut litteras, quo iturus eſſet, certiorem reddebat, ne hic imprudens in eundem locum veniret & manum conferere cogeretur. Vide *Gregorium Leti in Vita Caroli V. lib. 10.* item *Boccalini Relationes ex Parnaſſo Cent. II. relat. 24.* Anno 1674. Arauſiacus princeps Gravam obſidebat, propeque erat, ut obſidionem non ſine magno famæ ſuæ diſpendio ſolvere cogeretur. Intercedit itaque Carolus II. Magnæ Britanniæ rex, principis avunculus, apud Galliarum regem, Ludovicum XIV. atque ab hoc impetrat, ut, ad pudorem principis ſublevandum, præfectum præſidio urbem ſponte ac ſine neceſſitate dedere iuberet. Ita rem narrat *de Larrey tom. IV. de l'hiſtorie de France ſous le Regne de Louis XIV.* de cuius tamen veritate dubitat *Basnage in annales des Provinces-unies ad annum 1674. cap. 115.* Noſtri quoque hiſtorici ad annum 1696. publicis ſcriptis duci Sabaudiæ prævaricationem, quod Germanorum, Britannorum, Hiſpanorum & Belgarum fœderatus Gallos tamen clam iuverit, obiectant.

3. No-

Digitized by Google

3. Notarium publicum ab utraque parte litigante in eadem cauſſa adhibitum a prævaricationis crimine recte abſolverunt ICti Ienenſes apud *Richterum in Dec. 85. in fine.*

SPECIMEN DLV.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS

AD LIB. XLVII. TIT. XVI.

DE

RECEPTATORIBVS.

I.

Occultatio furis & rei furtivæ cum lucri, ſaltem indirecti, participatione coniuncta, verum furtum eſt, & ordinarie punitur.

II.

Occultans, qui lucri partem non fert, fur non eſt, ſed tamen extra ordinem punitur.

III.

Furem non indicare, crimen non eſt.

IV.

Rem furtivam non indicare, crimen quidem eſt de iure naturæ, at in humano foro, ſi lucri participatio abſit, non vindicatur.

V.

V.

Tunc tamen etiam in foro humano vindicatur, quando quis, domino requirente, ſe, ubi res ſit, ſcire negavit.

Quousque furum furtorumque occultatores furti obſtringantur, quæſtio eſt magnopere controverſa, nec adhuc ſatis expedita. Leges de ea habemus varias, quarum aliquæ in ſpeciem pugnare invicem videntur. Eas ego ſic optime conciliari poſſe, credo. Intereſt multum inter occultationem, in qua factum aliquod occultantis intervenit, & eam, quæ non faciendo, hoc eſt, non indicando, committitur. Occultatio, quæ in facto conſiſtit, quum quis ſcilicet fures hoſpitio, victu, amictu iuvat, vel res furtivas ſuſcipit, aut in latibulum defert, vel ſaltem furibus perfugium monſtrat, crimen eſt ſine dubio, & peſſimum quidem, ut in *L.* 1. *de Receptatoribus* dicitur, furtum tamen non aliter, quam, ſi lucri participatio concurrat, quoniam ſine lucro furtum non intelligitur. Quare etiam in *articulo* 40. *Conſtitut. criminal.* receptatio hæc, ſic enim crimen illud appellatur, tantum inter indicia, ex quibus pro inveſtigando furto tortura decerni poſſit, refertur. Igitur ſola receptatio ſine lucro punitur quidem, mitiori tamen, quam furtum ipſum, ſupplicio. *Præcipitur*, Marcianus in *L.* 1. *de Receptatoribus* ait, *ut receptatores perinde puniantur atque latrones. In pari cauſſa habendi ſunt: quia, quum apprehendere latrones poſſent, pecunia accepta, vel ſubreptorum parte, demiſerunt.* Ergo, ſi nihil acceperunt, ceſſat æqualis pœna. Nec

aliud

aliud in Saxoniæ Electoratu conſtitutum eſt. Edixit ibi rex in dem *Mandat* wider die Diebe und Räuber vom Jahre 1719. Inſonderheit aber und vornemlich ſollen auch die Diebes-Wirthe und Hehler, welche die Räuber und Diebe wiſſendlich beherbergen, oder ihre geſtohlne Sachen auf und zu ſich nehmen, wenn ſie gleich von dem Diebſtahle *directo* ſelbſten nicht mit *participiret*, auf gleichmäßig geſchwinde Art, eben die Strafe, wie die *Delinquenten* ſelbſt, auszuſtehen haben. Verum vox illa: *directo*; aperte ſatis aliquam, ſaltem indirectam, lucri participationem, quæ, quum in fraudem legis fiat, directæ, etiam extra Saxoniam, æquipollere debet, deſiderat, e. g. ut receptator mercedem latibuli, quod furibus rebusque furtivis commodavit, in pecunia non furtiva acceperit, vel furibus victum cauponum more ſatis care vendiderit. Alterum occultationis genus non faciendo, ſeu non indicando, committitur. Hic iterum diſtinctione opus eſt inter perſonam furis, & rem furtivam. Furem ipſum qui non indicat, quamvis privatim requiſitus, puniri nequit, *L.* 48. §. 1. *de Furtis*, niſi ex magiſtratus iuſſu vel officii ratione ad hoc obligetur. At in re furtiva ſecus eſt. Qui ſcit, ubi ea lateat, debet hoc domino ex humanitatis regulis indicare. Peccat ergo contra humanitatis regulas, ſi quis id non facit. At in foro externo, quod omnia contra humanitatis regulas & naturæ legem commiſſa crimina perſequi & vindicare nequit, nec pœnam ſuſtinebit, nec ad damni reſtitutionem obligatur. Excipitur in *c.* 4. *X. de Furtis* caſus, quo quis, domino quærente, rem furtivam non indicat. Hic, ſi lucri partem tulit, etiam fur eſt, ſi non tulit, tamen, ut Hieronymus in *d. cap.* 4. loquitur, reus eſt, hoc eſt, furtum paſſo damnum, quod hic ex reticentia eius accipit, reſarcire cogitur, atque præterea punitur. Nec excuſabit eum neceſſitudo arctiſſima cum fure, quippe quæ nec perſonæ receptatorem ab omni pœna liberat. *L.* 2. *de*

Receptatoribus. Exemplum hoc esto: Filiusfamilias, patre ignaro &, si sciviſſet, forsan contradicturo, pecuniam furatus erat, ac in paternam domum intulerat. Pater, re comperta, pecuniam furtivam exportari & in alium locum deferri iuſſerat, ſed in iudicium vocatus, ſe quidquam de furto vel re furtiva ſcire, conſtanter negarat. Credidimus hoc ei quidem, punivimus hominem tamen, & ad damni reſtitutionem menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XVI. hunc in modum damnavimus: Daß Heinrich und Henning die Lindaue, nach abgeſchworner Urpheden, wenn jener zuforderſt eine Stunde lang mit angehangenen Ruthen an dem Pranger geſtanden, des Landes, und zwar der erſte auf ewig, der andere ein Jahr lang, zu verweiſen. Hiernächſt werden die bey dem Inquiſiten gefundene Gelder Joachim Sarpen ohne Abzug ausgeantwortet, hiergegen die ſämmtliche Proceß-Koſten, und das, was an den geſtohlenen 210 Rthlr. noch etwa ermangeln möchte, aus der Inquiſiten Guthe und Vermögen billig genommen. V. R. W. Rat. dec. Ob wol Heinrich Lindau, daß er ſeines Mit-Knechtes, des Joachim Sarpen, Lade aufgeriſſen, und 210 Rthlr. daraus dieblich entwendet, theils überführet, theils geſtändig iſt, demnach es das Anſehen gewinnet, ob wäre beſagter Inquiſit mit dem Strange, oder wenigſtens mit dem Staup-Beſem zu beſtrafen geweſen. Alldieweil aber das mit den Händen ohne Inſtrument geſchehene Aufreiſſen der Lade vor keinen gefährlichen Diebſtahl zu achten, dieſes auch der erſte von Heinrichen begangene Diebſtahl, und zudem gröſten Theils reſtituirt iſt, ferner der Inquiſit das 19 Jahr ſeines Alters noch nicht erfüllet, in welchem Fall dem Richter die ordentliche Strafe zu mindern jederzeit frey ſtehet, *L.* 37. *de Minoribus* 25. *annis*, worzu noch dieſes kommt, daß aus des Inquiſiten Handlungen keine ſogar ſonderbare Bosheit, quæ alias ætatem ſupplet, zu ſpüren iſt, vielmehr derſelbe das entwendete zu reſtituiren Vorhabens geweſen, und durch ſeinen Bruder hiervon abwen-

abwendig gemacht worden, auch alſofort die ganze That freywillig bekannt; So haben wir die ewige Landes-Verweiſung und Stellung an dem Pranger vor eine genugſame Strafe gehalten. Was hiernächſt den Vater, Henning Lindau, betrift, ſo hat derſelbe durch ſein anfängliches Leugnen, vieles variiren, inſonderheit aber durch das dem Sohne im Gefängniß geſchehene Zurufen, und andere Umſtände ſich ziemlich verdächtig gemachet, ob ſey er bey dem Diebſtahl hauptſächlich mit intereſſirt geweſen, wannenhero es auch ſcheinen möchte, daß er durch die peinliche Frage zu einem richtigern Bekänntniß gebracht werden ſollen; Weil aber die Ausſagen Heinrichs und Hans Levin Lindaues, ingleichen Annen Ilſen Lindauin, einſtimmig dahin gehen, auch die übrige Umſtände es ſattſam anzeigen, daß gemeldeter Henning zu Anfange von dem Diebſtahle nichts gewuſt, und das Geld, ſo ſich in ſeinem Hauſe gefunden, erſt etliche Tage hernach von ſeinen Kindern dahin gebracht worden, folglich, daß er Rath und Anſchläge zu dem Diebſtahle gegeben, oder ſelbſt Hand mit angeleget, kein Anzeigen, ſondern nur, daß er ſolches Geld verheimlichen und in ſeinen Nutzen kehren wollen, Verdacht vorhanden, dieſerhalben aber es keiner Tortur brauchet, indem Inquiſit deſſen dadurch, daß er die Sache ſo lange verſchwiegen gehalten, das Geld wieder zurück nach Buddenſtedt tragen laſſen, und dennoch, daß ſolches in ſeinem Hauſe ſey, vor Gerichte beſtändig geleugnet, genugſam überführet iſt; So haben wir ſeine Strafe höher nicht, als auf ein Jahr Landes-Verweiſung, ſetzen können.

VI.

In receptatoribus etiam culpa ſola punitur.

VII.

Ignorantia, ſi ſupina & adfectata fuit, receptatorem a pœna non liberat.

Solent ſæpe homines, caupones inprimis, latrunculos, fures aliosque maleficos ſuſcipere, & hoſpitio ac cibo iuvare, lucellum etiam ab iis accipere, in ſocietatem tamen criminis non venire, atque præterea ſedulo cavere, ne quid ſibi de eorum, quos receptant, improbitate innoteſcat, deinde autem, de crimine receptationis accuſati, iusiurandum offerre, nihil ſe unquam de horum, quos receptarint, maleficiis inaudiviſſe, nec opem iis conſiliumve præſtitiſſe. Ac ipſi quoque fures illis hac in parte adſentiunt, & ſua quidem facinora fatentur, nunquam tamen ſe cauponi de iis quid dixiſſe, adfirmant. Nequeunt tunc tormenta decerni, nec dolus proprie talis illis imputari. Supereſt tamen ſupina & adfectata ignorantia, quæ delinquentem ſaltem ab extraordinaria pœna non liberat, arg. *L.* 3. §. 1. & *L.* 6. *de Iuris & facti ignor.* Huiusmodi quippe ignorantia culpa lata eſt, quam iura noſtra aliquando fuſtium ictu, *L.* 3. §. 1. *de Officio præfecti vigilum*, aliquando etiam ultimo ſupplicio puniunt. *L.* 1. §. 28. 29. 36. *de S. C. Silaniano.* Adde *Specimen CLIV. de Culpa, med.* 9. Sic itaque ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XVIII. iudicarunt: Daß Inquiſitin, Margaretha Hohmanns, mit angehangenen Ruthen eine Stunde lang öffentlich am Pranger zu ſtellen, folgends, nach abgeſchwornen Urpheden, des Landes ewig zu verweiſen, auch die durch gegenwärtige Inquiſition verurſachte Unkoſten zu erſtatten ſchuldig. V. R. W. Rat. dec. Ob wohl Inquiſitin

quiſitin weder den Dieben Anlaß und Gelegenheit zu ſtehlen gegeben, noch an den ausgeübten Diebſtählen Theil genommen, noch die Diebes-Inſtrumenta aufgehoben, ja nicht einmal gewuſt haben will, daß die, ſo bey ihr logiret, Diebe geweſen, bey welcher Bewandniß es das Anſehen gewinnet, ob hätte Inquiſitin ihrem Petito nach von der angeſtellten Inquiſition losgeſprochen werden ſollen; Alldieweil aber Inquiſitin einräumet, daß die Diebe viel verdächtige Sachen, als einen Hammel, Würſte, Keſſel und dergleichen, in ihr Haus gebracht, und ihr davon Fleiſch, 2 Würſte und einen Keſſel abgegeben, dieſemnach, und da ſie auch das Brech-Eiſen gefunden, ſie nothwendig denken und wiſſen können, daß die Kerl Spitzbuben, und die eingebrachte Sachen geſtohlen geweſen, denenſelben dennoch Unterſchleif und Herberge verſtattet, ihnen des Nachts den Aus- und Eingang offen, auch geſtohlne Sachen einbringen laſſen, davon ſelbſt einige Stücke angenommen, und mit dieſem allen Gelegenheit gegeben, daß die Diebe in der Nachbarſchaft mehr Miſſethaten ausgeübet; So haben wir zwar wegen Mangel eines genugſamen Indicii, daß ſie zu den Diebſtählen Rath und Anſchläge gegeben, ſie mit der Leib- und Lebens-Strafe verſchonet, unterdeſſen vor billig geachtet, daß ſie öffentlich am Pranger geſtellet, und durch ihre Ausſchaffung aus dem Lande die Diebes-Wirthſchaft geſtöhret werde.

VIII.

In receptationis crimen non incidit, qui facinoroſum ſaltem non indicat.

IX.

Ne ille quidem, qui bannitum illæſum dimittit.

Quod in principio dixi, in receptationis crimen ac pœnam non incidere, qui furem apud ſe deprehenſum non

indicat, ſed, quum comprehendere poſſet, illæſum dimittit, *L.* 48. §. 1. *de Furtis*, ad alios etiam facinoroſos extendi oportet. Nemo enim accuſare invitus cogitur. *L. un. C. Vt nemo invitus agere vel accuſare. Conſtit. Crim. art.* 214. Sed quid in bannitis? Equidem, qui hos ſuſcipit, punitur ſine dubio. Vide *Spec. Sax. lib.* 3. *art.* 23. Verum ſuſcepiſſe dici nequit, qui ſaltem non indicavit. Itaque Scabini Lipſienſes apud *Schilterum Exerc. ad ff.* 49. §. 40. pœnam omnem remiſerunt. Neque aliud in *Dec. Elect. Sax.* 77. conſtitutum eſt. Hæc enim permittit quidem unicuique, bannitum capere. Quod vero permittitur, id iuris neceſſitati non ſubiicitur. *L.* 40. *pr. de Iudiciis.*

X.

Emtio rei furtivæ, cum ſcientia coniuncta, iure communi non eſt proprie furtum, nec pœnæ ordinariæ ſubiacet.

XI.

At iure Saxonico recentiore ſubiacet pœnæ ordinariæ.

XII.

Ad eruendam ſcientiam iusiurandum purgationis communiter, ſed male, adhibetur.

XIII.

Leges tormenta adhiberi iubent.

XIV.

Sed in his decernendis circumſtantias inſpici oportet.

Emtio

Emtio rei furtivæ, quamvis cum ſcientia furti coniuncta, ſi ius commune ſpectes, non tam furtum eſt, quam indicium furti, ſicut ex *L.* 2. & 5. *C. de Furtis*, item ex *articulis* 38. & 43. *Conſtitutionis Carolinæ* patet. Igitur quod *Berlichius Part.* 5. *Concl.* 44. *n.* 6. ait, ſe ſcire, in terris Saxonicis aliquoties pœnam laquei huiusmodi emtoribus impoſitam fuiſſe, merito in dubium vocatur a *Carpzovio in Quæſt. crim.* 87. *n.* 56. Nondum enim Berlichii & Carpzovii temporibus Saxones habuerunt ſalutarem illam Auguſti legem, anno 1719. latam, qua illi, welche die geſtohlene Sachen auf und zu ſich nehmen und mit verpartieren helfen, furibus per omnia exæquantur. Poſt hanc enim dubium non eſt, quin emtores rerum furtivarum ultimo ſupplicio ſint puniendi. Verum enim vero ſive emtionem rei furtivæ pro vero furto, ſive ſaltem pro indicio furti reputes, utrobique ſcientia deſideratur. Nam qui ignorans rem furtivam emit, nequit furti inſimulari. At ſcientia iſta, quum in animo conſiſtat, non ſine difficultatibus eruitur. Faciliores, quam par eſt, hic eſſe, atque religioni & iuriiurando emtoris rem committere fere ſemper ſolent iudices & ICti. Inconſulte profecto, & cum manifeſtiſſimo periculo periurii, quod profecto non timet is, qui furti ſe obſtringere non timet. Et lege etiam mitiores ſunt, qui ſic iudicant. Nam *Carolus V. in articulis* 38. & 43. iuncta *rubrica articuli* 33. emtionem rei furtivæ inter eas ſuſpiciones refert, quarum ſingulæ ad tormenta dercernenda ſufficiunt. Sed hic iterum prudentia opus eſt, nec verba Caroli tam crude accipienda, ut temperamentum ex æquitate & recta ratione non admittant. Poteſt quis ab ignoto homine rem optima fide emere, quem propterea quæſtioni ſubdi plus quam crudele foret. Placent mihi hic, quæ *Bartolus ad L.* 2. *C. de furtis*, *Cothmannus V. II. reſponſo* 70. & *Mevius ad ius Lubec. P.* 4. *tit.* 1. *art.* 9. *n.* 16. late diſputant. Tota eorum disputatio

putatio huc redit, ut inſpiciendum ſit primum, quo pretio, deinde num clam rem compararit habueritque emtor. Si res infra iuſtum pretium, ſi noctu emta, ſi occultata neminique oſtenſa fuit, conſtitutio Caroli locum invenit, ac quæſtio iuſte decernitur, arg. *L.* 6. *C. de Dolo malo.* Decreverunt eam ex his indiciis ICti Helmſtadienſes menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XIV. Ob wol Inquiſit ſeinen Wehrmann, nemlich einen Sächſiſchen Lieutenant, und Frieſen, von welchen er die Pferde erhandelt, angiebt, er überdies ſeiner Profeſſion nach ein Pferdehändler iſt, bey welchen es nicht ungewöhnlich, auch von unbekannten Leuten Pferde zu kaufen. Wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob ſey Inquiſit, in Ermängelung ſtärkern Verdachts, von der Inquiſition zu entbinden; Alldieweil aber der Gefangene keinen rechten Wehrmann anzugeben weiß, ſondern dadurch den gröſten Verdacht gegen ſich erwecket, daß er beſagte Pferde bey Nacht-Zeit, item auf dem Wege von unbekannten Leuten in niemands Beyſeyn gar wohlfeil erkauft haben will, ſolche auch nicht öffentlich gehabt und behalten, ſondern alſofort noch vor Tage weggeritten, und um einen ziemlich geringen Preiß wiederum verkaufet, dann der aus dieſen Umſtänden erwachſende Argwohn dadurch um ein groſſes beſtärket wird, das Vorgeben von dem Sächſiſchen Lieutenant, weil damalen die Sächſiſchen Völcker um Tönningen nicht gelegen, ganz unwahrſcheinlich; So ſeynd wir, Inquiſiten auf die in dem Uethel vorgeſchriebene Art dem Scharfrichter zu untergeben, bewogen worden. Contra ſi quis rem ab ignoto quidem, ſed publice in foro ac æquo pretio emit, quæſtioni ſubiici nequit. Sed neque hoc etiam captandum, verum tota res magis iudicis arbitrio relinquenda eſt. Novi exemplum emtoris iuſte abſoluti, etſi nec venditorem nominare poſſet, nec iuſtum pretium indicaſſet, nec rem publice comparaſſet, nec palam habuiſſet. Proderat illi hoc unicum, quod affinis eius venditorem comitatus, hunc hominem probum eſſe, adfirmaſſet. Sic igitur menſe Martio

tio anni CIↃ IↃ CC XVII. iudicavimus: Daß wider beyde Inquiſiten in Ermangelung mehrern Verdachts weiter nichts fürzunehmen, unterdeſſen doch ſelbige zu Erſtattung der durch dieſen Proceß verurſachten Unkoſten anzuhalten ſeynd. V. R. W. Rat. dec. Ob wol wider beyde Inquiſiten ſtarke Muthmaſſungen, daß ſie die bey ihnen gefundene und Hans Thielen dieblich entwendete Kuh ſelbſt geſtohlen, vorhanden, indem ſie einen unbekannten Kerl zum Verkäufer angeben, welches denen Rechten nach einen ſtarken Verdacht des begangenen Diebſtahls erwecket, worzu noch dieſes kommt, daß die Inquiſiten in einigen Umſtänden, ſonderlich was das vor die Kuh bezahlte Geld betrift, einander widerſprechen, wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob müſten ſie dieſer Kuh halber mit der peinlichen Frage beleget werden. Alldieweil aber beyde darinnen übereinſtimmen, daß der Inquiſitin Bruder, Heinrich Fadderjahr, den fremden Kerl mit der Kuh zu ihnen gebracht, und, daß es eine Mitgaft-Kuh ſey, atteſtiret, bey welcher Bewandniß denn ſie nicht eben Urſach gehabt, in ihres ſo nahen Verwandten Zeugniß ein Mißtrauen zu ſetzen, demnach, und wenn ja einige Leichtgläubigkeit und Schuld darinnen, daß ſie nicht genauere Erkundigung eingezogen, übrig bleibet, wenigſtens mala fides, und der Verdacht, ob hätten ſie ſelbſt den Diebſtahl verrichtet, hinweg fällt, hiernächſt die Contradiction wegen des für die Kuh gezahlten Geldes von der Inquiſitin ſelbſt damit entſchuldiget wird, daß ihr Mann ſich um die Haushaltung nicht bekümmere, und ſie ihm nicht die ganze Summa angezeiget; So haben wir die Inquiſiten in Ermangelung ſtärckeren Verdachts von fernerer Inquiſition befreyet, ſie aber doch deßhalben, daß ſie ſich durch ihre eigene Schuld und Leichtgläubigkeit die Inquiſition zugezogen, in die Unkoſten vertheilet.

Digitized by Google

SPECIMEN DLVI.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVII. TIT. XIX.

DE

EXPILATIONIBVS, QVAE PER HEREDES, LIBEROS ET CONIVGES FIVNT.

I.

Articulus 165. *Conſtitutionis Carolinæ rectius, quam huc usque factum, explicatur.*

II.

Coniuges liberique, etſi furtum factum in iudicio fateantur, nequeunt tamen a iudice non implorato ex officio puniri.

III.

Id quod nec in Saxonia mutatum eſt.

Venia mihi nunc opus eſſe video, communem ſententiam & receptam univerſali fere conſenſu interpretationem legis publicæ exploſuro. Eſt hæc lex *articulus* 165. *Conſtitutionis Carolinæ*, ſo einer etwas heimlich nimmt von Gütern, deren er ein nächſter Erb iſt; quem plerique, qui in eum huc usque commentati ſunt, aliter, quam oportet, ſcilicet de herede delatam ſibi, ſed adhuc

Digitized by Google

adhuc iacentem, hereditatem expilante, explicant, multaque invicem de crimine expilatæ hereditatis ab alio, quam herede, commiſſo, eiusque pœna diſputant. At ego, dum articulum iſtum accuratius conſidero, & verba: der er ſonſt ein nächſter Erb iſt; perpendo, & cum ſequentibus: oder ſo ſich dergleichen zwiſchen Mann und Weib begebe; coniungo, credere incipio, in hoc articulo de hereditate iacente plane non agi, ſed de furto, quod quis ei facit, cui alias, ſonſt, ſucceſſurus erat. Nam, niſi hæc imperatoris Caroli mens fuit, quid ſibi vox illa: ſonſt; quæ nonnunquam etiam künftig vel dermaleinſt ſignificat, vult? Inutiliter profecto illa & ridicule poſita eſt, ſi de herede præſente intelligatur. Nec veriſimile eſt, Imperatorem, ubi de furtis coniugum egit, de furtis parentum & liberorum, quæ ſimillimam rationem habent, non cogitaſſe. Cogitavit profecto, atque utramque ſpeciem, de qua ſimiliter iudicandum eſt, unò articulo comprehendit. Imitatus eſt Carolum *Elector Saxo*, atque *in Conſtitutione inedit.* 6. iſta duo furta coniunxit verbis: Wann Mann, Weib oder Kinder einander beſtehlen. Moverunt hæ rationes ICtos Vitembergenſes, ut *articulum iſtum* 165. hunc in modum menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XXXI. explicarent. Scilicet avus quidam, neptem ſuam a vicina muliercula corruptam, & ad furtum ſibi faciendum inductam, querebatur, ac reſtitutionem rerum ſibi ſubtractarum damnorumque illatorum a vicina hac petebat. Negante rea, neptem ſuam teſtem ſiſtebat, quæ, furtum ſe, inſtigante muliercula, feciſſe, in iudicio narrabat. Sed quum præter hoc teſtimonium nihil contra ream adferretur, hæc ad iusiurandum purgationis admiſſa fuit; quo præſtito, iudex acta Vitembergam mittit, &, quid porro faciendum cum rea, &, quomodo neptis, furtum faſſa, punienda eſſet, rogat. Vitembergenſes ream in ſumtus litis damnarunt, neptem vero ſecundum *d. articulum* 165. plene abſolverunt,

quod avus contra eam queſtus nullibi, iudici vero, ex officio ſe ingerere, fas non eſſet: Dieweil Dorothea Beltzin den ihr zuerkannten Reinigungs-Eyd abgeſchworen, ſo wird ſie von der angeſtellten Inquiſition entbunden, gleichwol zu Bezahlung aller Unkoſten angehalten, Chriſtina Enckin hingegen, in Anſehung, daß ihr Groß-Vater das in ſeinem Hauſe von ihr begangene Verbrechen zur Beſtrafung nicht denunciiret, ſondern ſie bloß die Beltziſche Unterſuchuug zu befodern abhören laſſen, nach klarer Vorſchrift der Rechte im 165. Artikel der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung, mit aller Strafe und Unkoſten verſchonet. V. R. W. Obiiciet quis forſan, *articulum* 165. in Saxonia per *Conſtitutionem ineditam* 6. quæ liberorum furta ſimpliciter, ſed mitius tamen, puniri iubeat, abrogatum. At enim vero quum abrogatio non præſumatur, credibile eſt, Electorem ſuppoſuiſſe caſum, quo parentes coniugesque querelam ad iudicem deferant, at, ut iudex ſponte ſe ingerat, noviter conſtituere noluiſſe.

IV.

Parentes & coniuges, quibus a liberis vel coniuge furtum fit, omiſſis his, eos, quorum ope & conſilio furtum factum, de furto convenire poſſunt.

V.

Datur etiam actio furti contra eos, qui res furtivas a liberis ſcientes ſuſceperunt.

VI.

Pro ſciente reputatur, qui ſcientiam callide diſſimulat, at res ad ſe delatas ſine requiſitione ſuſcipit.

Quod

Digitized by Google

Quod in *Conſtitutione Carolina art.* 165. *& Conſtitutione inedita Saxonica* 6. ſancitum eſt, ut liberi coniugesve furantes, ſi querela contra eos deferatur, mitius puniantur, his, quorum ope & conſilio furtum factum, non prodeſt. Sed hos gravius etiam puniri oportebat, quod præter furtum crimen ſervi corrupti per *L.* 14. §. 1. *de Servo corrupto* committant, atque adeo duplici reatu teneantur. Clara eſt hac de re Iuſtiniani in §. 12. *I. de Obligationibus, quæ ex delicto*, ſanctio. Sed memorabo exemplum: Filiafamilias minor ſubinde ad vicinam mercatricem venit, aurum clam patre defert, mundum, ornamenta, bellaria ac cetera id generis luxuriæ inſtrumenta largiter emit, ac clanculum abſumit. Re tandem comperta, pater contra mercatricem agit. Hæc exceptionem non competentis actionis opponit. At ICti Helmſtadienſes, quum ad illos acta menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XV. ferrentur, actioni furti locum dederunt, atque deciſionis ſuæ fundamentum tam in ſupra memorato §. 12. *I. de Obligationibus, quæ ex delicto*, quam in *L.* 14. *C. de Furtis & ſervo corrupto* poſuerunt, in qua ultima Auguſti eum, qui a ſervo furtim ablata ſciens ſuſcipit, non tantum de ſuſceptis, ſed etiam pœnali furti actione, conveniri permittunt. Negabat quidem rea, ſe aurum ſcientem ſuſcepiſſe. Verum iſta ignorantia adfectata erat manifeſte. Videbat, puellam quatuordecim annorum magnam auri copiam clam patre habere, ac clanculum ad ſe deferre, & in res inutiles ac iuventuti noxias impendere. Videbat, inquam, hæc omnia, & ipſa quoque patrem, cum quo frequens illi commercium, cum filia ſtudioſe celebat, nec tamen ſcire volebat, aurum, quod ad ſe deferatur, ſurreptum eſſe. Si hanc ignorantiam excuſamus, & non pro mala fide reputamus, aperte malitiis hominum indulgemus. Sed adiiciam verba ſententiæ: Würde Wiederkläger die eigentliche Summa des ihm mangelnden Goldes und

Geldes vermittelst Eydes anzeigen, dabey auch, daß er gewiß glaube und dafür halte, es habe ihm solches alles seine Tochter heimlich entwendet, und der Wiederbeklagten zugebracht, schweren, oder solches auf andere Art, etwa durch Zeugen, Eydes-Delation, Herausforderung der Handels-Bücher, beybringen, so ist Wiederbeklagte ihm solches alles, nebst dem von Zeit der erhobenen Klage aufgelaufenen Interesse, jedoch gegen Zurücknehmung der annoch in natura vorhandenen Waaren, zu erstatten schuldig. V. R. W. Rat. dec. Es fordert Wiederbeklagte von Wiederklägern die Bezahlung der von dessen Tochter in ihrem Laden ausgenommenen Waaren, unter dem Vorwand, daß ein Vater seinen Kindern nöthige Kleidung verschaffen, folglich die dieserhalb gemachte Schulden zu übernehmen verbunden sey, zudem in gegenwärtigem Falle Wiederkläger den von der Tochter getriebenen Handel wohl gewust und gebilliget, auch die Tochter selbige Waaren nicht bey der Wiederbeklagten selbst aufgenommen, sondern deren minderjährige Kinder, die gleiche Rechts-Wohlthaten mit ihr haben müsten, ihr solches zu creditiren verleitet. Wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob hätte Wiederkläger secundum petita condemnirt werden sollen. Alldieweil aber der gröste Theil der an des Wiederklägers Tochter geborgenen Waaren, besage der beygelegten Specification, nicht zu nothwendiger Kleidung, sondern bloß zu überflüßigem Putze und Ueppigkeit gedienet, dergleichen ein Vater zu bezahlen nicht schuldig ist, hiernächst Wiederkläger, daß er etwas von dem mit seiner Tochter getriebenen Handel gewust, beständig läugnet, auch, wenn er gleich von einigen Stücken Wissenschaft gehabt, dadurch nicht alles, was sie in solcher Uebermasse erborget, gebilliget, demnach vor allen Dingen, wie weit er den Handel approbiret, erwiesen werden muß, endlich die vorkommende Umstände deutlich an den Tag legen, daß des Wiederklägers Tochter, wo nicht von der Wiederbeklagten selbst, doch von ihren um einige Jahr älteren Kindern zu dem heimlichen Handel verleitet, dieser

ſer ihr Factum aber von der Mutter durch Annehmung des Goldes und Anſtellung gegenwärtiger Klage genehm gehalten worden; So haben wir Wiederklägern von der Klage losgeſprochen. Was die Wiederklage betrift, ſo vermeynet Wiederbeklagte, ſie habe daran, daß ſie das ihr von der Tochter zugebrachte Gold angenommen, nicht unrecht gehandelt, folglich fehle es Wiederklägern an einer in Rechten gegründeten Action. Allein, da des Wiederklägers Tochter ein ſehr junges Mädgen, und darzu in väterlicher Gewalt geweſen, folglich kein Gold oder Geld zu ihrer Diſpoſition gehabt, gleichwol Wiederbeklagte dergleichen von ihr, und zwar, dem Angeben nach, in ziemlicher Quantität, angenommen, ſolches auch anfänglich vor dem Vater heimlich gehalten, wie dieſes aus der beygelegten Rechnung, worinnen der von der Tochter gemachten Schulden keine Erwehnung geſchiehet, erhellet; So hat Wiederbeklagte allerdinges unrecht, und wider den §. 12. *I. de Obligationibus, quæ ex delicto*, gehandelt, und findet alſo die in ſolchem §. benennte Action wider ſie ohne Zweifel ſtatt. Weil ſie nun Gold empfangen zu haben nicht in Abrede iſt, und es nur an der eigentlichen Quantität mangelt, in ſolchem Fall alles auf den Eyd desjenigen, der den Schaden erlitten, ankömmt, *c. 7. X. de his, quæ vi metusve cauſſa*; So haben wir Wiederklägern, ob er ſchweren, oder eine Beſcheinigung antreten wolle, freygeſtellet.

VII.

VII.

Si is, quem heres futurus compilavit, vivus conqueſtus non eſt, heredes tamen eius, eo mortuo, queri, & coheredem compilatorem convenire, ſed ſaltem civiliter, poſſunt.

VIII.

Poſſunt etiam iusiurandum ei deferre.

Carolus V. in articulo 165. eis, qui a futuris heredibus ſuis compilantur, accuſare, vel iudici deferre permittit, magiſtratibus vero, ex officio ſeſe ingerere, atque crimen hoc cognoſcere, interdicit. Plerique vero eorum, qui a futuris ſucceſſoribus heredibusque ſuis expilantur, propter neceſſitudinem & cognationem ſilere, quam familiæ ſuæ maculam adſpergere, malunt. Moriuntur itaque, querela nec mota unquam, nec præparata. Tum vero magnopere dubitatur, an ceteri eorum heredes queri, ac compilatorem iſtum, coheredem ſuum, convenire queant. Factum id aliquando, & coheredi huic, quum aliæ probationes deficerent, iusiurandum delatum eſſe, reminiſcor. Ille vero exceptione non competentis actionis ſe tuebatur, & urgebat primum, in *dicto articulo* 165. ius agendi ad eum ſolum, qui compilatus eſt, reſtringi, verbis: ein Theil den andern; deinde, morte omnia ſolvi, atque inprimis iniuriam factam remiſſam cenſeri, per notiſſima iura; denique, ſi vel maxime agi poſſet, iusiurandum tamen ſuper crimine deferri non poſſe. Et priores quidem duæ rationes faciunt, ipſe credam, coheredibus ius non eſſe, accuſandi vel deferendi compilatorem, aut pœnam eius depoſcendi. Hanc utique remiſit compilatus, dum ipſe queſtus non fuit, arg. *L.* 15. §. 14. *de Iniuriis.* At enim vero per hoc heredibus facultas agendi atque hoc, quod ipſis peculiariter debetur, perſequendi adem-

ta

pta non eſt. Liberi videlicet erant, poterantque a fratre collationem eorum omnium, quæ is a parente acquiſierat, flagitare. *L.* 27. *C. de Collationibus.* Ridiculum ergo fuiſſet, compilatori, qui ad conferenda honeſte accepta obligatus erat, collationem eorum, quæ ſcelere acquiſiviſſet, remitti. Deinde, quod ad iurisiurandi delationem attinet, iam diu alii ante me ex *L.* 52. §. 27. *de Furtis*, *L.* 5. §. 8. *L.* 11. §. 1. *de Iniuriis*, *L.* 9. §. 2. *de Iureiurando*, *c.* 36. *pr. X. de Iureiurando* oſtenderunt, in cauſſis famoſis, ſi civiliter agatur, iusiurandum deferri poſſe, quod & *Deciſioni Elect. Sax.* 17. convenit. Sic ergo ICti Vitembergenſes menſe Ianuar. anni CIↃ IↃ CC X. iudicarunt: Es iſt Jacob Walther den ihm fol. 18. deferirten Eyd, nach vorhergehenden Beklagtens Eyd vor Gefehrde, abzuſchweren, oder ſein Gewiſſen binnen gehöriger Friſt mit Beweis zu vertreten ſchuldig, ferner darauf zu beſchehen, was recht iſt. V. R. W. Rat. dec. Den Jacob Walthern darüber, daß er ſeinem Vater bey Lebzeiten einiges Geld entwendet, und ſolches der gemeinen Erbſchaft zu erſtatten ſchuldig, deferirten Eyd haben wir, in Erwegung, daß ſolche Delation auch in cauſſis famoſis, wo civiliter geklagt wird, ſtatt findet, für zuläßig geachtet.

IX.

Heres, qui res hereditarias communes in ſuos uſus, ignorantibus coheredibus, vertit, ſi animus intervertendi deſit, non de expilata hereditate, ſed familiæ erciſcundæ iudicio tenetur.

X.

Sed ſi animus intervertendi appareat, furti conveniri poteſt.

Digitized by Google

XI.

Expilatio huiusmodi perſpicuis indiciis probari poteſt.

Expilatæ hereditatis crimen ob res poſt mortem defuncti ſubtractas heredi a coherede intentari poſſe diſtricte negat, & actionem familiæ erciſcundæ inſtitui iubet *lex* 3. C. *Familiæ erciſcundæ*, cum qua conveniunt *L.* 1. & *ult.* C. *de Crimine expilatæ hereditatis.* Animadverterunt vero iam dĩu alii, improbitatem heredum ſic non ſatis coërceri. Equidem heredibus, qui hereditarias nec adhuc ſibi adſignatas res, ignaris coheredibus, in uſus ſuos vertunt, neque id diſſimulant, ignoſcendum, ſatisque eſſe, ut per actionem familiæ erciſcundæ ad reſtitutionem adigantur, facilis agnoſco, &, de his ſupra memoratas leges intelligendas eſſe, credo. At, ſi quis coheredum id clam facit, animumque intervertendi liquidis indiciis prodit, hic plus quam expilator eſt, & ſecundum *L.* 12. C. *ex quibus cauſſis infamia* furti improbioris infamiam non evitat. Quare *Duarenus in Comment. ad tit. de Expilat. hered. Lauterbachius in Compendio D. eod. tit. Brunnemannus ad L.* 3. C. *Fam. erciſc. n.* 7. *Bergerus Part.* 2. *Reſponſo* 178. *n.* 2. hoc caſu coheredibus perſequùtionem extraordinariam ex crimine expilatæ hereditatis tribuunt. At ego etiam longius progredior, ac cum *Antonio Matthæi de Criminibus tit. Expilatæ hereditatis cap.* 1. §. 4. ſentio, adverſus iſtiusmodi coheredem nec opus quidem eſſe, verbis in factum temperatis de expilata hereditate queri, ſed poſſe directo furti agi. Confirmant hac ſententiam noſtram mirifice *leges* 45. & 51. *pr. Pro ſocio.* Rem exemplo illuſtrabo: Defuncti viri locupletis heredes conveniunt, hereditatem diviſuri, nullaque prorſus pecunia reperta, cuius tamen ingentem vim animo conceperant, cum coherede, qui cum defuncto in eadem domo habitarat, expoſtulare incipiunt, & furti eum non obſcure inſimulant. Quo animoſius reſpondente, &

magna

magna altercatione orta, currunt omnes ad consulem, huncque in ædes hereditarias trahunt. Inter has turbas & vociferationes muliercula, & ipsa coheres, res eius, quem suspectum habebat, perscrutari incipit, ac binos saccos, & cucullum, Nachtmütze, numis plenos, ex lecto illius extrahit, consulique exhibet. Tum consul suspectum, sitne hæc ipsius pecunia, interrogat, atque, eo annuente, summam indicare iubet. Facit ille hoc, sed infeliciter, &, facta numeratione, quinquaginta thaleri amplius, quam ille dixerat, reperiuntur. Reperitur porro aliquid supellectilis in fœno absconditum. Tot evidentibus signis oppressus convictusque videbatur homuncio, sed perstat tamen furtum negare, pecuniamque suam dicere, ac, consule inventam pecuniam, flagitantibus coheredibus, in depositum iudiciale asportante, vim sibi fieri, clamat, quin & in curiam abit, ac apud totum senatum de spolio & impacto sibi furti crimine queritur. Senatus querelam iustam esse iudicat, ac restitutionem spolii præcipit. Appellant coheredes supremum tribunal Wolffenbüttelense, atque ab hoc huiusmodi sententiam mense Ianuario anni CIↃ IↃ CC XXIII. obtinent: Daß in Ansehung der in Actis vorkommenden von Klägern selbst zum Theil eingeräumten höchst verdächtigen und andern Umstände, sowohl Beklagte, als der Bürgermeister Weigel, wohl, und den Rechten gemäß, gehandelt, mithin Beklagte von angestellter Klage zu entbinden, auch die ad depositum genommene Gelder ihnen, gegen Bestellung genugsamen Vorstandes, und Zurückbehaltung des dem Kläger daran zustehenden Erb-Antheils, bis zur Erörterung der Expilations-Sache auszuhändigen, und Kläger bey so klar hervorscheinender Ungerechtigkeit ihnen alle verursachte Unkosten zu erstatten schuldig sey. V. R. W. Vociferabatur quidem actor, se ex meris coniecturis, non probationibus, damnari, atque

que poſſeſſionem ſibi nondum convicto auferri. Verum illa, quæ commemoravi, argumenta non coniecturæ erant, ſed veræ probationes, artificiales ſcilicet, quæ ad dolum detegendum, *L.* 6. *C. de Dolo malo*, ad dominium demonſtrandum, *L.* 19. *C. de Rei vindicat. L.* 21. *C. de Probationibus*, quin & in criminibus, ex quibus ultimum ſupplicium non irrogatur, ad reum damnandum ſufficiunt. *L.* 6. *de Accuſationibus*, *Carpzov. Quæſt. crim* 116. *n.* 51. *ſqq.* Adde *Specimen CCLVII. de Probatione artificiali.*

COROLLARIVM.

Expilatio hereditatis ſoli nocet heredi, non legatariis. *L. 5. C. de Crimine expilat. hered.* Ergo, ſi poſt expilationem tantum non ſuperſit, ut quartam ſalvam habeat heres, nequit tamen quid detrahere legatariis Falcidiæ nomine, *§. 2. I. de lege Falcidia.* Quodſi tamen ipſæ res legatæ per expilationem perierunt, damnum ſine dubio eſt legatarii, *§. 16. I. de Legatis.*

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DLVII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVII. TIT. XX.

DE

STELLIONATV

PVBLICE DEFENSVM

A

IOANNE GVILIELMO MERCKEL

EISENBERGENSI

MENSE DECEMBR. ANNI MDCCXXXIII.

I.

Inter ſtellionatum & falſum nullum eſt verum diſcrimen.

II.

Characteres, qui communiter falſum a ſtellionatu diſtinguere perhibentur, exploduntur.

III.

Vtrumque crimen ſimulando & diſſimulando, & veritatem ſaltem occultando, committitur.

Scripſi olim anno 1718. in academia Iulia, quæ Helmſtadii eſt, commentariolum *de Falſis, quæ vulgus ignorat.* Quem quum *Io. Chriſtophorus Franckius in Bibliotheca academica anni* 1718. *ſect.* 2. *n.* 13. recenſeret, hæc inter alia *p.* 60. notavit: *Vides, falſi crimen a doctiſſimo auctore quam latiſſime extendi; Quare cum ſtellionatus falſo utique minus delictum ſit, optandum erat, utriusque differentiam bre-*

Digitized by Google

brevibus indicari. Nihil iuſtius. Optaſſem tamen, ut ipſe mihi differentiam hanc indicaſſet, quam ego me ignorare ingenuus fateor. Equidem, dum hæc ſcribo, prævideo facile, me turpem maculam non effugiturum, qui doctor iuris ignorem ea, quæ tirones, adhuc dupondii, e compendiis ſuis ediſcunt. Heu me miſerum, qui iſta compendia ne quidem ſatis capio, quæ tamen adeo perſpicue ſcripta ſunt, ut nihil ſupra. Proferam ex mille unum, *Vſum* ſcilicet *modernum Strykii, titulo Stellionatus* §. 1. in quo hæc habentur: *Accedit hoc crimen quam proxime ad crimen falſi, differentia tamen in eo conſiſtit. Scilicet pro crimine falſi aliquid non eſt reputandum, niſi factum a lege in ſpecie notatum, hinc, ſi impoſtura aliqua occurrat, primo percurrendæ ſunt ſpecies falſi, quodſi tunc inter illas hæc impoſtura non deprehendatur, ea demum ad ſtellionatum refertur. Toties ergo, quoties ſpeciale, vel ordinarium delictum non adeſt, crimen ſtellionatus datur, unde Vlpianus in L.* 3. §. 1. ff. h. t. ſtellionatum autem, *inquit*, obiici poſſe his, qui dolo quid fecerunt, ſciendum eſt: ſcilicet, ſi aliud crimen non ſit, quod obiiciatur. Quod enim in privatis iudiciis eſt de dolo actio, hoc in criminibus ſtellionatus perſecutio. Vbicunque igitur titulus criminis deficit, illic ſtellionatus obiiciemus. Hæc *Strykius*. Verum adhuc incertus hæreo, dubiumque meum verbis *Carpzovii in Quæſt. crimin.* 93. *n.* 15. proponam: *Nuſpiam expreſſa legis Corneliæ notatio requiritur, variisque modis crimen falſi committi poſſe, exiſtimo, etiamſi expreſſa legis determinatio deficiat: ſufficit enim generalis notatio legis Corneliæ, quæ omnem doloſam veritatis immutationem, in præiudicium alterius factam puniri iubet;* arg. L. 1. & 23. ff. ad Leg. Cornel. de falſ. *Hinc nempe poſt legem Corneliam tot conſtitutiones & SCta de falſo ſunt prodita, totque caſus varii in plurimis legibus expreſſi & deciſi,* tot. tit. ff. & C. ad Leg. Cornel. de falſ. *ut de reliquis non expreſſis ex ratione identitatis facile iudicium*

ferri,

Digitized by Google

ferri, iique ad crimen falſi applicari poſſint. Vt ita veriſſimum ſit, caſus omnes lege Cornelia de falſis verbis expreſſis notatos non eſſe, qui tamen ex eadem lege puniri ac coërceri debeant. Alio itaque charactere, qui falſum a ſtellionatu diſtinguat, opus eſt. Sed & in hoc ſuggerendo facillimi ſunt commentatores. Tria nempe ab illis communiter ad crimen falſi requiruntur, quorum unum ſi abſit, falſum committi haud putant. Primum eſt dolus, ſecundum veritatis immutatio, tertium damnum alteri illatum. At nullum ex iſtis requiſitis perpetuum eſt. Nam primo, quod ad dolum, illi etiam falſarii ſunt, qui falſum, quod falſum eſſe neſciunt, committunt, cuius rei exemplum in *L.* 15. *pr. de L. Corn. de falſis & L.* 3. *C. de his, qui ſibi adſcribunt*, occurrit, nec non hi, qui, quum falſum prohibere poſſent, id per negligentiam non prohibuerunt, *L.* 9. §. 1. *de L. Corn. de falſis*, item iudices, qui conſtitutiones principum negligunt. *L.* 1. §. 3. *eod.* Alterum, quod requirunt, eſt veritatis immutatio, idque *arg. L.* 23. *de L. Cornel de falſis.* In qua L. nihil tale reperitur, ut inſpicientibus facile apparet. Sed & in legibus noſtris aliquot ſpecies falſi recenſentur, in quibus nulla eſt veritatis immutatio. Sic falſarii dicuntur, qui vivi teſtamentum aperit, *L.* 1. §. 5. *de L. Corn. de falſis*, qui inſtrumenta aliena ſuæ fidei commiſſa prodit, *L.* 1. §. 6. *eod.* qui veritatem non dicit, *c.* 1. *X. de Crimine falſi*, qui falſum non prohibet, quum poſſet, *L.* 9. §. 1. *de L. Corn. de falſis*, teſtis, qui mercedem accipit, ut verum teſtimonium perhibeat. *L.* 1. §. 1. *& 2. de L. Cornel. de falſis C. Crim. art.* 64. *Carpz. Quæſt. Crim.* 93. *n.* 51. Porro, ut damnum alicui per falſum inferatur, abſolute neceſſarium non eſt, ſed falſum quoque committitur, etſi id nemini queat eſſe damnoſum. Nulli certe damnum infertur ex eo, quod quis nobilitatem vel inſignia falſa ſibi affingit, vel doctoris dignitate ornatum ſe ſimulat. Atque tamen, qui

id

id faciunt, in falſi pœnam incidunt. *L.* 27. §. 2. *de L. Corn. de falſis.* Quæ quum ita ſint, ego ad finium regundorum iudicium provoco, arbitrosque poſco, qui vel turbatos veteres inter ſtellionatum & falſum limites reponant, vel novos ſtatuant. Eſt id ideo magis neceſſarium, quod ipſi iuris Iuſtinianei auctores hos fines nonnunquam confundunt. Fecerunt hoc inter alios divus Adrianus, & Paulus, qui in *L.* 21. *de L. Cornel. de falſis* pœna falſi coërcent eum, qui duobus in ſolidum eandem rem diverſis contractibus vendit, quem tamen Vlpianus *in L.* 3. §. 1. *Stellionatus*, & Alexander *in L.* 1. *C. de Crimine ſtellion.* ſtellionem appellant. Excogitarunt quidem interpretes varias harum diſſenſionum conciliationes. Sed nulla earum ſatisfacit ICtis candidioribus. *Antonius* certe *Matthæi de Criminibus tit. de Stellionatu cap.* 1. *n.* 4. eas omnes docte refellit, ac aperte fatetur, nec Hottomannianam, quam ipſe reliquis anteponit, ſolidam rationem habere. Apparet itaque, parietem, quem veteres inter ſtellionatum & falſum duxerunt, vel imaginarium fuiſſe, vel ligneum, & carie iam diu exeſum. Sed ſerio loquamur, & cauſſam confuſionis, quæ in doctrina de falſis & ſtellionatu regnat, inveſtigemus. Primis temporibus falſum in republica Romana maxime circa teſtamenta committebatur. De hoc ergo malo coërcendo ante omnia ſoliciti Romani leges ſuas unice contra id falſi genus dirigebant. Quare & lex Cornelia ab initio non de falſis, ſed de teſtamentis, *L.* 1. *de Publicis iudiciis*, ſeu teſtamentaria, ſecundum *Paulum lib.* 5. *Recept. ſent. tit.* 25. inſcripta eſt. Committebantur tamen & in aliis negotiis falſa plurima, quorum nullam lex Cornelia mentionem fecerat. Ad ea ergo ſucceſſu temporis lex Cornelia novis legibus, ſenatusconſultis, plebiſcitis, conſtitutionibus paulatim extenſa eſt. Interim, antequam nova hæc iura conderentur, nomine opus erat, quo alia falſa deſignarentur.

Ex-

Excogitatus itaque fuit ſtellionatus. Tandem extenſio illa toties & tam ample facta, ut ſtellionatui nihil peculiariter relinqueretur. Verum compilatores corporis Iuſtinianei aliquot ICtorum reſponſa & Cæſarum decreta tempore, quo iſta generalis extenſio legis Corneliæ nondum facta erat, data, quæ ſtellionatum adhuc commemorabant, ſuis voluminibus inſeruerunt, atque ſic entia præter neceſſitatem multiplicarunt. Pervolutavi tamen Schedas meas, & unum in iis reperi ſtellionatus exemplum. Caſus hic erat: Eques quidam Saxo adminiſtratori prædiorum & iudiciorum ſuorum ducentos thaleros dederat, creditori ſuo ſolvendos. Hic vero creditorem adit, & captata occaſione mentionem debiti iniicit. Tum creditor vehementer de mora debitoris queri, miniſtrumque rogare, ut dominum ad ſolvendum inducat. Sed miniſter, ſolutionem ſibi commiſſam diſſimulans, ipſe quoque exiguam ſpem, quidquam a domino extortum iri, oſtendit. Igitur creditor amplum ſatis præmium, ſiquidem dominum eo adigat, pollicetur. Tandem poſt multas tergiverſationes miniſter invito ſimilis perſuaderi ſibi patitur, ut debitum quaſi de ſuo ſolvat, retentis triginta thaleris, integram ſummam a domino, ut aiebat, repetiturus. Aperta deinde fraude, de pœna eius ICti Vitembergenſes interrogabantur, qui ſic menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC VIII. reſponderunt: Hat deſſelben Gerichts-Verwalter diejenige 200 Thaler, welche der Herr ihm, um ſolche ſeinem Bruder auszuzahlen, überſchicket, ſo lange verſchwiegen und zurücke behalten, bis deſſen Bruder ſich, als ob er dieſes Geld nur von ihm vorgeſchoſſen empfienge, erklären, und ihm 30 Thaler davon überlaſſen müſſen. Da denn derſelbe zu wiſſen begehret, ob der Gerichts-Halter wegen dieſer extorquirten 30 Thaler, nebſt Reſtitution derſelben cum intereſſe, ad pœnam arbitrariam zu belangen, und wie hoch ohngefähr dergleichen

pœna arbitraria zu ſetzen ſey; So mag bemeldter Gerichts-Verwalter, weil er dadurch, daß er des Herrn Bruder die ihm ſchuldige Gelder als einen Vorſchuß anzunehmen gezwungen, einen ſtrafbaren Stellionatum begangen, mit einer pœna extraordinaria, welche nach Gelegenheit derer Umſtände etwa auf 14 Tage Gefängniß, oder 10 Thlr. Strafe zu determiniren, wol beleget werden. Ita quidem tunc reſponſum. At nunc credo, nec erraturos nos fuiſſe, ſi hominem iſtum tanquam falſarium puniviſſemus. Iura certe noſtra, falſi crimen etiam ſimulando & diſſimulando, *L.* 15. *C. ad L. Corneliam de falſis*, celando quid, ut verum non appareat, *L.* 16. §. 2. *de lege Cornelia de falſis*, veritatem occultando, *c.* 1. *X. de Crimine falſi*, veritatem non adiiciendo, *L.* 29. *de L. Cornel. de falſis* committi perhibent.

COROLLARIA.

1. Filiusfamilias, qui pecuniam mutuo accepit, & in chirographo pollicitus eſt, ſe illam in rem patris & bonos uſus verſurum, nec tamen vertit, non quidem ex mutuo, ſed tamen de dolo, tanquam ſtellio, conveniri poteſt. *L.* 43. §. 3. *de Furtis.* Novi improbos fœneratores, qui, etſi bene ſcirent, filiumfamilias pecuniam male collocaturum, tamen chirographo promiſſionem iſtam inſeri curarunt, ut in poſterum, ſiquidem ipſis agentibus S. C. Macedonianum opponeretur, replicam doli contra haberent.
2. Falſarius eſt, qui falſis allegationibus utitur.
3. Falſarius eſt, qui falſa documenta ab aliis confecta adhibet.
4. Falſarius eſt, qui ex falſo ab aliis commiſſo lucrum ſponte oblatum accipit.
5. Falſarius eſt, qui vera documenta profert, ſed partem eorum ſupprimit.
6. Preces falſæ ſunt, in quibus verum narratur, ſed circumſtantia alicuius momenti omittitur.

SPE-

SPECIMEN DLVIII.
MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVII. TIT. XXI.
DE
TERMINO MOTO.

I.

Crimen termini moti variis pœnis coërcitum fuit.

II.

Lex Carolina, quæ pœnam corporis adflictivam ſancit, uſu fori abolita eſt.

Terminis finalibus peculiaris ſanctimonia in legibus omnium fere gentium, ac in ipſo ſacro codice, *Deuteron. XIX*, 14. attribuitur. Et crimen termini moti, quod barbare ſatis a *Lucinio Ruffino*, ſeu quicunque auctor eſt, *in Collatione legum Iudaicarum & Romanarum tit.* 13. terminia mota appellatur, ſemper ſeverius punitum fuit. Inprimis ex antiquis Germanis aliqui rigore ſuo exſuperarunt ceteras gentes omnes, atque terminorum motoribus inſolitiſſimam minati ſunt pœnam. Excerpſit eam ex centenicis legibus *Knichen de ſublimi & regio territorii iure c. 4. n.* 284. hunc in modum: Wo einer wiſſentlich Marckſtein ausgräbet, den ſoll man in die Erden graben bis an Hals, und ſoll dann nehmen vier Pferde, die des Ackers nicht gewohnet ſeyn, und einen Pflug, der neu iſt, und ſollen die Pferd nicht mehr gezogen, und der Enck nicht mehr geaßen, noch der Pflughalter nicht mehr den Pflug gehalten haben,

ben, und ihme nach dem Halſe ähren, bis ſo lange er ihm den Hals abgeahren hat; *hoc eſt: Si quis ſciens effoderit lapidem finium, is ad collum usque defodiatur, & equis quatuor arare nondum aſſuetis, novoque aratro equis iſtis, qui nec dum quidquam traxerint, agaſo etiam antea non araverit, nec unquam agricola aratrum duxerit, & illius, ſcilicet limitis effoſſoris, collum aratro tamdiu petatur, quoad collum eo ipſo ſit reſecatum.* Sed iſta lex particularis fuit. Nam maiores noſtri, Saxones, hac in parte mitiores fuerunt, ac mulctam ſatis modicam in violatores limitum conſtituerunt. *Specul. Sax. lib. 2. art. 28.* Aſperior *Carolus V. in art. 114.* pœnam corporis adflictivam ſancivit, verbis: peinlich am Leib. Verum Carolus hanc legem ſuam adverſus ICtos munire non potuit, qui interpretamentis ſuis eam ſic infirmarunt, ut nullus eiusdem uſus ſuperſit. *Carpzovius in Quæſt. crim. 83. n. 71. ſqq.* mulctam vel carcerem ſaltem, aliquando etiam, ſed rarius, relegationem decerni teſtatur. Adſentit Carpzovio *Kreſſius in nota 2. ad art. Carolinum 114.* ſed fatetur tamen, pœnam corporis adflictivam circumſtantiis adgravantibus adhiberi poſſe.

III.

Turbatio finium aliquando in crimen læſæ maieſtatis incidit.

IV.

Privatæ de finibus liti cauſſa fiſci per aſtum nonnumquam admiſcetur.

Plerique ex his, qui, Carolo V. mitiores, terminorum violatores fuſtibus ſubilcere non audent, fatentur tamen, aliquando ultimo ſupplicio locum eſſe poſſe, ſcilicet, ut *Kreſſius*

Digitized by Google

Kreſſius in nota 2. *ad art.* 114. *Conſtit. Carolinæ* loquitur, quando termini publici violati, & nimiæ turbæ damnaque nimia inde ſequuta, ſeu, ut *Schœpfferi in Synopſi lib.* 47. *tit.* 21. *n.* 36. verbis utar, ſi quis fines imperii doloſe corrumpat. Quorum ſententiam ipſe probavi in *Specimine CXIV. de Finibus regundis, medit.* 6. atque, turbationem finium aliquando in crimen læſæ maieſtatis incidere, arg. *L.* 1. §. 1. *ad L. Iuliam maieſt.* dixi. Verum, multos hac doctrina abuti, &, quod ſub Domitiano tyranno ſecundum *Plinium lib.* 5. *epiſt.* 1. frequens erat, litibus ſuis fiſcum immiſcere, & ex cauſſa privata publicam facere, animadverto. Nempe hi, qui de finibus agellorum ſuorum cum vicino diſceptant, ſicubi hi agelli in confinio duarum provinciarum iacent, omnia ſolicite conquirunt, ut reipublicæ eosdem ſecum fines eſſe, atque adverſarium, qui in ipſorum poſſeſſiones involarit, limitem publicum turbaſſe oſtendant. Etiam ruſtica gens hoc aſtu aliquando utitur. Ante paucos menſes ſacerdos, qui curam duorum templorum pagorumque ſub diverſis principibus iacentium habebat, de poſſeſſione horti a ruſticis unius pagi deiectus, & de ſpolio queſtus, mandatum de reſtituendo obtinuerat. Ruſtici vero, quum ſe aliter tueri non poſſent, principis ſui iura ſpecioſe obtendebant, atque ſe, quidquid feciſſent, reipublicæ cauſſa feciſſe, ut ſcilicet turbatos per ſacerdotem provinciæ fines hortumque de iis avulſum & alteri parochiæ inſertum reſtituerent, contendebant. At apparebat facile, vanum prætextum eſſe. Simile exemplum in ſequente meditatione commemorabitur.

V.

Privatus, qui ſibi ſervitutem in vicino alterius provinciæ prædio arrogat, per hoc fines publicos territoriorum non turbat.

VI.

Diverſarum provinciarum prædia ſibi invicem, ſalva ſuperioritate territoriali, ſervire poſſunt.

De *ſervitutibus iuris publici* ample ſatis & docte ſcripſit *Chriſtoph. Io. Conrad. Engelbrecht.* Appellat ſervitutes iuris publici ea iura, quæ ſummo imperanti in alterius territorio competunt, quemadmodum ex *Prolegomenorum* §. *ult.* adparet. Nihil vero de illis ſervitutibus, quæ non ipſi imperanti, ſed cuidam ex civibus eius in aliena provincia competunt, dicit. Atque hæ tamen maximas ſæpe turbas excitant, ipſosque ſummos imperantes, dum ſinguli iura civium ſuorum tuentur, acerrime inter ſe committunt. Quidquid ſit, per eiusmodi ſervitutes privato prædio ex diverſa provincia debitas nec ius publicum tales ſervitutes probant, conſervarique iubent. Vide inter alia *tabulas Pacis Osnabrug. art. V.* §. 46. 47. Ex quo porro conſequitur, privatum, qui ſibi in vicinæ provinciæ prædio ſervitutem arrogat, per hoc fines territoriorum non turbare, nec criminis læſæ maieſtatis aut ſuperioritatis inſimulari poſſe. Et ſic ICti Vitembergenſes in eo, quod mox memorabitur, reſponſo ſenſerunt.

VII.

Fines per ſimplicem ingreſſionem & inſpectionem non turbantur.

VIII.

Ingreſſio hæc & inſpectio etiam durante lite fieri poteſt.

IX.

Dominus tamen eandem in poſterum prohibere poteſt.

The-

Digitized by Google

Theſes iſtas in æquitate naturali, nec non in *L.* 13. §. *ult. de Iniuriis* & §. 12. *I. de Rerum diviſ.* fundatas optime illuſtrabit reſponſum ICtorum Vitembergenſium menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XXXI. exaratum: Haben die von Pitkau auf Parey, Heßiſcher Hoheit, eine Grentz-Beſichtigung, mit Zuziehung ihrer Gerichte, auf den Radackiſchen Gütern, Lüneburgiſcher Hoheit, vorgenommen, und ſich dabey Davids, als eines Anweiſers, bedienet. Als nun gedachter David nachgehends wiederum auf dem Radackiſchen Grunde und Boden betroffen und gefänglich angenommen worden, ſo entſtehet die Frage, was weiter gegen denſelben, wie auch ſonſten in der Sache, vorzunehmen ſey. Nun ſcheinet zwar der vorgegangene Actus ein höchſt ſtrafbarer Eingrif, nicht allein in die adeliche Radackiſche Gerichtsbarkeit, ſondern auch in die Lüneburgiſche Hoheit und Territorial-Rechte zu ſeyn, und gar auf eine Verrückung der öffentlichen Landes-Grentzen hinaus zu laufen, mithin wol zu verdienen, daß der gefangene David zuforderſt auf Inquiſitional-Artickel vernommen, ſodann härtiglich geſtraft, auch die übrige bey der Beſichtigung geweſene Gerichts- und andre Perſonen, wenn ſie ſich in Lüneburgiſcher Hoheit betreffen laſſen, gleichfalls zur Haft gebracht und mit der Inquiſition beleget werden. Alldieweil aber die Pareyer an den beſichtigten Orten, ſo viel man aus den Actis wahrnimmt, bloß die Huthung, alſo eine ſchlechte Servitut, prætendiren, und, daß ſie die Lüneburgiſchen Grentzen und Hoheit zu ſchmälern ſuchen, nicht die geringſte Spur vorhanden, geſtalt denn nicht ungewöhnlich, daß eine Stadt, Dorf, oder Collegium die Servitutem paſcendi in einem fremden Territorio habe, hiernächſt eine ſchlechte Beſichtigung der Grentzen, wobey keine Grentz-Mahle gerücket, geſetzet oder erneuert werden, kein Actus iurisdictionis, ſondern ein bloſſes zur Privat-Nachricht dienendes Unternehmen iſt, ferner jedermanne frey ſtehet, des andern Gut und offene Aecker, ſo lange es der Eigenthümer ihm nicht verbietet, zu betreten, dann die Gegenwart

der

der Pareyschen Gerichte bey der Besichtigung, da man von gehaltenen Protocollis und dergleichen keine Nachricht hat, eben keinen Actum iurisdictionis involviret, da zumal eben diese Pareyer die Huthung prætendiren, also vielleicht nur zu ihrer Information mitgegangen seyn können, endlich, und wenn auch die von Pitckau, nebst den Pareyern, hierunter was strafbares intendiret, gleichwol David, welcher keine Gerichts-Person, sondern ein einfältiger Hirte und Diener ist, folglich seiner Herrschaft gehorsamen, und ihr die Grentzen anzeigen müssen, am leichtesten zu entschuldigen ist; So wird selbiger der gefänglichen Haft unter ernstlicher Verwarnung, daß er sich künftig weder bey dergleichen einseitigen Pareyschen Besichtigungen, noch sonsten mit dem Viehe auf dem Radackischen Grunde und Boden weiter betreten lassen, sonst ihm etwas ärgers wiederfahren solle, billig erlassen. Anbey wird an die von Pitckau zu Parey nachdrücklich geschrieben, und ihnen, daß sie dergleichen einseitige Besichtigung mit Zuziehung der Gerichte auf einem fremdem Territorio, ohne Vorwissen und Billigung des Eigenthümers und Gerichts-Herrn, unternommen, vorgehalten, auch, daß man solches inkünftig vor einen Eingrif in die Gerichtsbarkeit und Landes-Hoheit ansehen, und die, so sich dabey gebrauchen liessen, entweder sogleich oder nachgehends bey Gelegenheit arrestiren und scharf bestrafen würde, angedeutet.

X.

Digitized by Google

X.

Rei vindicatio, actio finium regundorum, & querela de termino moto confundi non debent.

XI.

Multum inter eas ratione præſcriptionis intereſt.

XII.

Crimen termini moti & mala fides inde, quod in medio cuiusdam agro lapides finales exſtant, non probatur.

Ipſe nunc finium regundorum iudicium inter tres vicinas invicem actiones, finium nempe regundorum, de termino moto & rei vindicationem exercebo, atque advocatos, qui ſæpe limites earum confundunt, in ordinem redigam. Præmittam vero factum, ut facilius appareat, quantum confuſionis iſta finium obſcuratio pariat. Poſſeſſor prædii equeſtris contra academiam, quæ vicinum ſuo prædio fundum habebat, agit, involaſſe eam in prædii equeſtris fines, eiusque particulas aliquas uſurpaſſe, & ſuo fundo adieciſſe, harumque adeo reſtitutionem flagitat, nec rem dubium habere, ſed ipſos lapides finales in medio agro academico exſtare, ait, atque inſpectionem ocularem expoſcit. Nihil aliud ad hæc academia, quam præſcriptionem, opponit. Reſpondet actor, præſcriptioni in actione finium regundorum locum non eſſe, &, utut maxime eſſet, obſtare academiæ malam fidem, cuius memoriam termini iſti finales quotidie renovarint. Et ab initio quidem lis intricatior eſſe videbatur. Sed poſtea omnem difficultatem inde oriri, quod actor diverſas invicem actiones confudiſſet, ac aliam pro alia nominaſſet, animadvertebamus. Scilicet actionem finium regundorum in libello & replicatione nominarat, quæ tamen rei vindicatio eſſet. Neque enim omnis actio,

Digitized by Google

in qua lis de finibus incidit, actio finium regundorum est. Actio finium regundorum confusionem & obscurationem limitum supponit, quae adhuc durat, & declarationem requirit, *L.* 8. *pr.* & §. 1. *Finium regundorum*, adeo, ut uterque simul actor & reus sit. *L.* 10. *eodem.* At quando certum est, quousque amborum litigantium possessiones in praesens pertingant, unus vero eorum istos, qui nunc sunt, fines iniustos dicit, atque praedii sui terminos ultra proferri, &, quod sibi olim ablatum sit, restitui petit, hoc rei vindicationem, non actionem finium regundorum, appellari oportet. Deinde & in hoc peccarat actor, quod crimen termini moti & malam fidem adfinxisset academiae. Terminos movere in *L.* 4. §. 4. *Finium regundorum* is dicitur, qui eosdem deiicit, vel exarat. Hic vero neutrum factum, sed ultra illos saltem progressa academia dicebatur. Neque mala fides ei obiici poterat, quae fundum suum sic, ut nunc erat, a maioribus acceperat, adeoque per *L.* 42. *de Regulis iuris* in iusta ignorantia erat. Sed quorsum haec omnia, ais. Multum certe in effectu interest, inprimis ratione praescriptionis. Actioni finium regundorum nullo tempore praescribitur, sed, ut limites, qui per mille annos confusi iacuerunt, distinguantur, semper flagitari potest. Ita clare ius canonicum in *c.* 4. *X. de Parochiis* explicat, aut emendat potius *legem ult. c. Finium regundorum.* Porro is, qui cum praedio suo fines ampliores possedit, praescriptione ordinaria longi temporis, scilicet 10. annorum inter praesentes, vinginti inter absentes, & unius ac triginta annorum in Saxonia tutus est. *L.* 2. §. 6. *Pro emtore.* Denique querela termini moti exceptione XX. annorum excluditur. *L.* 12. *C. ad L. Cornel. de Falsis.* Quae omnia egregie illustrantur in responso, quod vide in *Specimine CCCCLIV. de Praescriptione, medit. ult.*

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DLIX.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVII. TT. XXII. DE COLLEGIIS ET CORPORIBVS.

I.

Cœtus, qui religionis cauſſa privatim coëunt, ſiquidem intra exiguum numerum exiſtunt, nec ſpeciem collegii habent, tolerari poſſunt.

II.

Conventus numeroſiores, quamvis pietatis cauſſa, cum bono publico & legibus ſcriptis pugnant.

III.

Sodalitia privata, pro pietate & contra impietatem, nullibi magis, quam in Magna Britannia frequentantur, ſed & ibi tamen ſæpe turbas excitant.

Maximus pietatis favor eſt, & eſſe debet, non tamen tantus, ut per eius opera tranquillitas publica vel turbetur, vel ſaltem in diſcrimen adducatur. Ipſa equidem religio & pietas, ſi ſola in ſe ſpectetur, obligationes omnes longe exſuperat, atque adeo ſaluti tam privatæ, quam publicæ, anteponenda eſt. At ſingula ope-

Digitized by Google

ra & actus eiusdem, siquidem cum bono publico pugnant, &, salva religione ipsa, omitti possunt, omitti debent. Sic e. g. clementia in delinquentes, placabilitas, tolerantia iniuriarum, misericordia erga egenos, exacta iustitia, sunt sine dubio insignia pietatis opera. Quodsi autem talia reipublicæ tempora incidant, quæ exercitium horum operum damnosum, aut saltem periculosum, efficiunt, abstinendum ab iis est potius, quam respublica detrimento vel discrimini exponenda. Porro nemo negaverit, conventus religiosos, & collegia ac societates, quæ propter pietatem coëuntur, opera pietatis esse. Ita tamen eorum limites circumscribi oportet, ne quid detrimenti inde in rempublicam redundet. Nulla forte regio istiusmodi conventuum & societatum feracior est Magna Britannia. Constituuntur in ea sodalitates, non solum ad pietatem & religionem amplificandam, quod & in aliis provinciis fit, sed, quod isti regno prorsus peculiare videtur, ad pietatem coërcendam & reprimendam. Prodiit in principio huius sæculi in Helvetia liber, cui titulus: Bericht von denen Gesellschaften, welche, eine allgemeine Verbesserung des Lebens und der Sitten anzustellen, in Engelland und Irrland aufgerichtet worden. Aus dem Englischen ins Teutsche übersetzt von Johann Jacob Scherer, Prediger bey der Kirchen, und dieser Zeit *Conrectore* der Schul zu S. Gallen. S. Gallen. 1701. cuius auctor, primum contra impietatem collegium sub Guilielmo II. & eius coniuge, Maria, initum, ab hac quoque publice probatum, aliis, ut similia collegia inirent, exemplo fuisse, memorat. Rem verbis auctoris, vel potius interpretis, narrabo: Es haben fünf oder sechs gemeine Edelleute in Engelland sich die Laster zu unterdrücken unterfangen, und, ob schon die Fürsprechere des liederlichen Lebens nicht unterlassen, sie auszulachen und zu beschimpfen, auch andere dieses Unterfangen als

die

die Würkung eines unfürsichtigen und unzeitigen Eifers verurtheilet, und durch allerhand Staats-Griffe hindern wollen; So haben doch diese Edelleute, deren Zahl sich in kurtzem ziemlich vermehret, nicht allein festen Fuß gesetzet, sondern auch, nachdem ihr Vorhaben durch den berühmten *D.* Stillingfleet, gewesenen Bischof zu Worcester, der Königin Mariä angezeiget worden, hat dieselbe solches fest zu stellen entschlossen, und daher denen, so damit beschäftiget, allergnädigsten Dank bezeiget, und allen Beystand verheissen; auch auf deren Ansuchen Befehl an die Richter in Middlesex ꝛc. ertheilet, und folgends bey gegebenem Anlaß durch allerhand nöthige Anstalten erwiesen, daß es Ihr ein rechter Ernst sey, das Vorhaben zu befördern. Ob nun wol durch Ihren Tod dieses heilsame Werck grossen Schaden zu leiden schiene, so wurde es doch nichts desto weniger von denen, so es angefangen, eifrig fortgesetzet, und eine grosse Menge der Uebertreter zur Strafe gezogen, auch durch ihr Vorhaben der Bischof von Glocester in einer besondern Schrift geretter. Wodurch es denn geschehen, daß Leute von verschiedenen Stande, von grossen Mitteln, und von dem höchsten Ansehen, nicht allein in und um die Stadt Londen, sondern auch an vielen andern Orten des Königreichs, hierzu ihren hülflichen Beystand erboten haben. Diese Gesellschaft wendet jährlich grosse Kosten auf, wodurch lasterhafte Personen bey tausenden, wegen ihres Schwerens, Vollsaufens, und der Entheiligung des Tages des Herrn, zu Londen und Westmünster zur Strafe gezogen, und dadurch ein grosser Theil des Reichs aufgeweckt worden, etlicher massen die in diesem Fall habende Pflicht zu erkennen, und grosse Hofnung einer durchgehenden Besserung des Lebens von sich zu geben. Eine andere Gesellschaft bestehet ohngefehr in 50 Kaufleuten, und andern, welche sich sonderlich auf die Unterdrückung der Leichtfertigkeit

fertigkeit legen, und bereits würklich in die 500 üppige Häuser zerstöret und in die 1000. leichtfertige Menschen zu gebührender Strafe gezogen haben; worinnen sie von den Gerichtskammern gerühmet, und mit Versicherung alles Beystandes zu fernerem Fleiß angefrischet worden. Die dritte Gesellschaft bestehet in denen so genannten Constables, oder Scharwächtern, die, Vermöge ihres Eydes, sich selbst am füglichsten in die vornehmste Theile der Stadt austheilen, die leichtfertigen Häuser ausspühren, die verdächtige Personen auf den Gassen und Plätzen aufheben, und der Obrigkeit einliefern. Die vierte Gesellschaft bestehet in gewissen Leuten, so unerachtet der ihnen vielfältig, sonderlich Anfangs, zugestoßnen Unbilligkeiten und Verweise nicht unterlassen, die Obrigkeiten von Uebertretung der Gesetze, wo sie irgend Gelegenheit dazu bekommen, zu unterrichten. So helfen auch die zur Haus-Aufsicht sonst insgemein bestellte acht Gesellschaften zu Londen, Westmünster, und in Southwarck, daß die Constables in Aufsuchung der Uebertreter desto besser zu rechte kommen. Neben diesen allen sind noch 39 gottselige Gesellschaften von einer andern Gattung, in und um Londen und Westmünster, welche sich auch in andere Provincien von Engeland und Irrland ausgebreitet haben. Diese versammlen sich öfters zu beten, Psalmen zu singen, die heilige Schrift zu lesen, und sich unter einander zu bestrafen, zu vermahnen und zu erbauen: Sie kommen mangelhaften und andern Haushaltungen zu Hülfe, halten deren Kinder zur Schule, erlösen die Gefangenen, besolden die Leser, und ordnen die tägliche Gebete an in denen Kirchen. Piæ utique sunt hæ sodalitates & bonæ, attamen maximas sæpenumero turbas excitant, quod iis, qui Magnæ Britanniæ historias vel obiter legunt, incognitum esse nequit. Alia itaque regna & regiones istiusmodi collegia & sodalitates iniquius

quius ferunt. Et eæ quidem regiones, quæ ius Romanum receperunt, nec debent iſta ſodalitia & conventicula ferre. Nulla unquam fuit respublica, quæ maiore cura & providentia conventus huiusmodi caverit ac damnarit, quam Romana. Primus Tarquinius apud *Dionyſium Halicarnaſſenſem lib.* 4. *cap.* 50. cœtus omnes paganorum, curialium, vicinorum, vel in agris, vel in urbe antea ſacrorum cauſſa fieri ſolitos, uno edicto in poſterum vetuit, ne multis in unum locum convenientibus arcana de convellenda tyrannide inirentur conſilia. Quam legem Romani, eiectis deinde regibus, & abolitis ceteris eorum legibus, ſolam fere uſu conſtante retinuerunt. Teſtatur hoc Poſtumius conſul in oratione ad populum apud *Livium lib.* 39. *cap.* 15. *Maiores*, inquiens, *veſtri, ne vos quidem, niſi quum aut vexillo in arce poſito comitiorum cauſſa exercitus eductus eſſet, aut plebi concilium tribuni edixiſſent, aut aliquis ex magiſtratibus ad concionem vocaſſet, forte temere coire voluerunt: &, ubicumque multitudo eſſet, ibi & legitimum rectorem multitudinis cenſebant debere eſſe.* Eadem in ſerva iterum republica Cæſaribus cura fuit, ut ex edictis Iulii apud *Suetonium in Cæſare cap.* 42. *& Ioſephum Antiqu. lib.* 14. Auguſti apud *Suetonium in Auguſto cap.* 32. &c. item & ex *titulo ff. de Collegiis & corporibus* patet. Tantum certe erat ſub cæſaribus omnium cœtuum, qui tumultus aut ſeditionis ſaltem ſpeciem habere poterant, odium, ut Veſpaſianus in *L.* 4. §. *ult. de Legationibus* edicto omnibus civitatibus præciperet, ne plures, quam ternos, legatos ad ſe mitterent. Sed, ais, Marcianus tamen in *L.* 1. §. *de Collegiis*, religionis cauſſa coire, hominibus permittit. Permittit utique. Addit vero confeſtim, *dum tamen per hoc non fiat contra Senatus conſultum*; *quo*

Digitized by Google

quo illicita collegia arcentur. Audiamus igitur hoc S. C. Conſervavit id nobis *Livius lib.* 39. *cap.* 17. hunc in modum: *Si quis ſacrum ſolenne & neceſſarium duceret, nec ſine religione & piaculo ſe id omittere poſſe, apud prætorem urbanum profiteretur, prætor ſenatum conſuleret, ſi ei permiſſum eſſet, quum in ſenatu centum non minus eſſent, ita id ſacrum faceret, dum ne plus quinque ſacrificio intereſſent: neu qua pecunia communis, neu quis magiſter ſacrorum, aut ſacerdos eſſet.* Obiiciunt porro piorum horum conventuum patroni exemplum primæ eccleſiæ, item egregium, qui ex his cœtibus naſcitur, pietatis fructum. Sed ad hæc omnia iam reſpondi in conſilio magiſtratui florentiſſimæ civitatis menſe Aprili anni 1733. dato: Ob wol die zur Erbauung abzielende Privat-Zuſammenkünfte Chriſtlicher Perſonen und Familien weder in den natürlichen Rechten, noch in dem Worte Gottes verboten, vielmehr der Praxi der allererſten Chriſtlichen Kirche, deren Gottesfurcht und Eyfer uns öfters von den bewährteſten Theologen zum Muſter der Nachfolge vorgeſtellet wird, gemäß ſeynd, folglich um ſo viel weniger verboten werden können, als ſelbſt unſere Symboliſche Kirchen-Bücher, inſonderheit *Art. Schmalcald. S.* 3. *n.* 4. *pag.* 329. unter die Mittel, dadurch Gott ſeine Gnade und Güte uns reichlich ertheile, mutuum colloquium & conſolationem fratrum, mit Anführung des Spruchs Matth. 18. Wo zwey oder drey verſammlet ſind ꝛc. zählen, überdies die Kaltſinnigkeit, womit man heut zu Tage den öffentlichen Gottesdienſt abwartet, die groſſe Anzahl der dabey untermengten gottloſen Menſchen, und der ſchlechte Eyfer in der Gottesfurcht, da, wie *Lipſius* gar artig redet, *nihil noſtro ſæculo feracius eſt religionum, & ſterilius pietatis*, allerdinges zu erfodern ſcheinen, daß rechtſchaffene Chriſten ſich zuſammen thun, und mit vereinigten Kräften und einmüthigem

gem Ernſte ſich erbauen, und Gott im Geiſt und in der Wahrheit dienen; Bey welcher Bewandniß es das Anſehen gewinnet, ob ſey eine Obrigkeit, welche dergleichen Zuſammenkünfte verbiethet, oder gar beſtrafet, vor eine Verfolgerin des wahren Chriſtenthums zu achten; Alldieweil aber die Sicherheit und gute Ordnung in einer wohl verfaßten Republic nicht wohl anders zu erhalten iſt, als wenn alle zahlreiche Zuſammenkünfte und Collegia mit Vorwiſſen und unter Direction der Obrigkeit, oder den von ihr dazu Verordneten, gehalten werden, geſtalt, wenn privatis dergleichen, unter dem Vorwande eines guten und chriſtlichen Endzwecks, verſtattet wird, übelgeſinnete Leute Gelegenheit erlangen, unter dem Schein einer guten Intention verbothene Dinge auszuüben, Aufruhr zu erregen, oder doch in ihrem Eifer zu weit zu gehen, und Aergerniß zu erwecken, dieſemnach die gemeine Rechte die Anſtellung der ordentlichen Zuſammenkünfte oder Collegiorum, ohne Bewilligung der Obrigkeit, als ein ſtrafbares Verbrechen anſehen und und ernſtlich unterſagen, hiernächſt die Praxis der erſten Kirchen gröſten Theils auf dem Zuſtande der damaligen, von den unſrigen ganz unterſchiedenen Zeiten gegründet iſt, folglich bey jetzo ganz veränderten Umſtänden und überall eingeführter Ordnung unmöglich, ohne Zerrüttung des gemeinen Weſens, durchgehends wieder angenommen und zur Vorſchrift der heutigen Kirche gemachet werden kann, immaſſen ich in meiner *Sparſione florum ad Auguſtanam confeſſionem Obſ.* 16. deutlich gezeiget habe, übrigens der oben berührte gute Endzweck eben nicht die Zuſammenkunft 1 bis 200 Leute erfodert, ſondern auch durch die Verſammlung weniger gottſeligen Perſonen und zwey bis drey Familien erhalten werden kann; So iſt eine Obrigkeit ſchuldig, dergleichen zahlreiche Zuſammenkünfte und Collegia pietatis bey Strafe zu unterſagen, die Widerſpenſtige zu ſtrafen, und die Zuſammenkünfte ſelbſt, wenn ſie nichts deſtoweniger fortgeſtellet werden, mittelſt unverſe-

verſehenen Einfalls und Inhaftirung einiger dabey intereſſirten Perſonen, zu verſtöhren. Sie thut aber wohl, wenn ſie, allen Schein der Verfolgung abzuwenden, bey Ertheilung des Verboths ſich erkläret, daß dieſes auf die erbauliche Zuſammenkünfte weniger Perſonen, deren Anzahl ſich jedoch niemalen über 15 und 16 erſtrecken müſſe, und Familien nicht zu ziehen ſey. Probavit hoc conſilium theologus ſummus per litteras familiares eodem menſe ad me exaratas: Wegen derer *Conventuum religioſorum*, die auſſer dem öffentlichen Gottesdienſt gehalten werden, und zu einem ſo groſſen Auflauf erwachſen, bin ich völlig Ew. ꝛc. Meynung. Sie ſind dem *Publico* gefährlich, der Kirche verkleinerlich, der *Religion* zu keinem Vortheil, und bey *Singulis* nur der Neuerungs-Begierde und dem lieben Hochmuth zur Nahrung. Mit einander finde ich mehr Urſache, die ſogenannte *Collegia pietatis* zu *diſſuadiren*, als anzurathen. Habe auch ſchon *publice* gewieſen, daß die erſten Chriſten, *Plinio teſte*, ihre *Hæterias*, da ſie noch nicht einmal einen recht beſtellten ordentlichen Gottesdienſt hatten, auf Befehl ſogar heydniſcher Obrigkeit eingeſtellet.

IV.

Princeps nova collegia conſtituere ac confirmare, etiam cum detrimento aliorum collegiorum, vel ſingulorum, ac imminutione naturalis libertatis, poteſt;

V.

Digitized by Google

V.

Dummodo privilegia iam ante aliis data, vel iura perfecte adquisita non imminuantur.

VI.

In dubio tamen, & ubi de principis voluntate certe non constat, confirmatio novi collegii sic interpretanda est, ne quis alius incommodo adficiatur.

Negant Augusti in *L.* 4. *C. de Emancipationibus*, moris sui esse, in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere. Quæ lex sæpe solet novis collegiis opponi ab his, in quos aliquid detrimenti ex illis redundat. At enimvero multum interest inter iniuriam & detrimentum. Potest princeps in detrimentum alienum beneficia dare ac nova collegia facere, non etiam in iniuriam. Scilicet nunquam fere novum corpus coit, aut sodalitium constituitur, cui non simul peculiaria iura, quæ huc usque omnibus patuerunt, & promiscue exercita fuerunt, tribuuntur. Non possunt itaque non hi, qui ab iis iuribus excluduntur, de detrimento aliquo & interverso sibi lucro queri. Quæ querela utique inanis est. Libertas naturalis, per quam ista iura huc usque exercita fuerunt, civibus utique ius tribuit, sed temporarium & revocabile. Quisquis enim in civitatem coit, libertati naturali suæ eatenus renunciat, ut principis potestati permittat, eam propter bonum publicum, aut ex alia iusta causa, infringere, vel plane tollere. Dum ergo princeps per concessionem novorum privilegiorum hoc facit, iure suo utitur, neminique, cuius emolumenta per hoc minuuntur, iniurius est. *L.* 2. §. 9. *de Aqua & Aquæ pluviæ.* Obiicietur nobis forsan *lex.* 2. §. 11. *Ne quid in loco publico*, in qua Vlpianus: *Damnum*, ait, *pati videtur, qui commodum amit-*

tit, quod ex publico conſequebatur, quale quale ſit. Verum hic §. 11. deinde in §. 16. explicatur. Princeps, dum ſimpliciter privilegia tribuit, non eſt credendus voluiſſe, ut quisquam inde incommodo adficiatur, niſi privilegiatus hoc ſic impetraverit. Exemplum tale eſto: Princeps novo cuidam collegio facultatem certum mercium genus vendendi dedit. Non cenſetur alios a commercio earum rerum excluſiſſe, nec novo collegio ius prohibendi tribuiſſe; vide *Specimen X. de Privilegiis, medit.* 5. At ſi ius prohibendi claris verbis inſeruit, excluduntur nunc omnes ii, qui cum maioribus ſuis has merces a tempore, cuius memoria non exſtat, vendiderunt. Si hanc facultatem principi adimis, tollis regale ſummum privilegia dandi, quod fere ſemper cum deminutione libertatis naturalis coniunctum eſt. Sic itaque ICti Helmſtadienſes menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XVIII: Die Entſcheidung gegenwärtigen Proceſſes kommt hauptſächlich auf die Frage an, ob eine hohe Obrigkeit berechtiget ſey, eine neu aufgerichtete Innung dergeſtalt zu privilegiren, daß ſolche allein Macht haben ſolle, Waaren, welche bisher unverbothen geweſen, und von einer andern Innung frey verkaufet worden, zu führen und zu vertreiben. Leuteranten beantworten ſolche Frage mit nein, und führen zu deſſen Behuf an, daß diejenige Innung, welche ſolchen freyen Verkauf bisher und ſeit undenklichen Jahren getrieben, dadurch ein vollkommenes Recht erlanget, das ihnen niemand, auch die hohe Landes-Fürſtliche-Obrigkeit, ohne offenbare Ungerechtigkeit, nicht benehmen könne. Alldieweil aber der freye Gebrauch einer bisher gemeinen und unverbothenen Sache niemanden ein ſonderliches Recht zu Wege bringet, noch der Landes-Herrſchaft die Hände bindet, ſolchen Gebrauch aus triftigen Urſachen einzuſchränken, und auf gewiſſe Perſonen zu reſtringiren, immaſſen, wenn man dieſes leugnen wollte, die den Fürſten ſonder Zweifel zuſtehende Gewalt, Privilegia zu ertheilen, gänz-

gänzlich hinweg fallen müſte, hiernächſt ein fürnehmes Stück der Ober-Bothmäßigkeit iſt, neue Innungen aufzurichten, und dieſelbe mit Freyheiten, Gerechtigkeiten und iuribus prohibendi zu verſehen, daferne nur die von einem andern vorher erlangte Privilegia dadurch nicht geſchmälert werden; So iſt obgeſetzte Frage allerdings mit Ja zu beantworten, und müſſen folglich Leuteranten ſich der in der Leuteraten Artikels-Briefen benennten Waaren enthalten. Quando vero privilegium novo collegio datum ius alterius perfectum, contractu vel antiquiore privilegio adquiſitum, lædit, refutandum eſt. *L.* 7. *C. de Precibus imperatori.* Exemplum luculentum videbis in *Specimine XXIX. medit.* 3.

VII.

Quidquid collegium membrave eius ante confirmationem geſſerunt, vel impetrarunt, collegio nec prodeſt, nec nocet.

Lis erat inter duo collegia, die Bortenwürker und Nadeler, quæ ambo ante paucos annos a principe confirmata fuerant. In ea lite ſæpe provocabatur ad ea, quæ alterutrum horum collegiorum membrave eius ante confirmationem geſſiſſent. Sic e. gr. rei actoribus obiiciebant, ipſos olim ſecum ſuper eodem iure, de quo nunc certarent, cauſſam communem feciſſe, collatisque ſumtibus id ius contra tertium quoddam collegium, der Cramere, eviciſſe, deinde aliquot membra ſua ius vendendi merces, quæ nunc denegarentur, a principe per privilegium impetraſſe, alia vero idem ultra hominum memoriam exercuiſſe. At ICti Helmſtadienſes horum omnium rationem nullam habuerunt. Nam, quæ ante confirmationem tanquam ab univerſitate acta fuerant, rata eſſe non poterant, quum ipſa univerſitas irrita declaretur in *L.* 1. *pr. Quod cuiuscunque univerſitatis.* Porro nec id, quod ſinguli fecerant, allegari

Digitized by Google

poterat, quum, ſtante etiam collegio, ſingulorum iura a iuribus collegii diverſa ſint. *L.* 6. §. 1. *de Rerum diviſione*, *L.* 7. §. 1. *Quod cuiuscunque univerſitatis.* Quapropter ſic menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XVIII. reſponſum fuit: Da die Nadler und Senckler vor Errichtung dieſer Artickels-Briefe nicht einmal eine eigene Innung ausgemachet, demnach die von den alten Nadlern, tanquam ſingulis, getriebene Actus auf ſich nicht ziehen können, ſo fällt der gröſte Theil der von Leuteranten angeführten Gravaminum hinweg, geſtalt denn auch das, was ſie von dem mit der Kramer-Gilde geführten Proceſſe melden, ihnen nicht zu ſtatten kommt, in Erwegung, daß die Bortenwürker, ob ſie gleich damalen communem cauſſam mit ihnen gemachet, ſich doch ihres Rechtes dadurch nicht begeben, da zumal unter den Nadlern welche geweſen, die aus einer Special-Vergönſtigung Bortenwürker Waaren geführet, alſo bey ſolchem Proceſſe ein gegründetes Intereſſe gehabt.

VIII.

Princeps collegia legitima, ut in conventibus ſuis præſidem vel adſeſſorem a ſe datum admittant, cogere poteſt.

IX.

Nec collegia contrariam conſuetudinem aut præſcriptionem immemorialem contra opponere poſſunt.

Collegia, etſi a principe confirmata, ac ab initio bene ordinata ſint, ſolent tamen, ni accurate cuſtodientur, ſæpe a prima inſtitutione ſua degenerare, atque in peccata, diſſidia,

diſſidia, turbas, rixas, & tumultus incidere. Quod malum melius caveri nequit, quam ſi magiſtratus aliquem, qui publica auctoritate munitus illorum conventibus præſideat, aut ſaltem adſideat, &, ne quid turbetur, provideat, conſtituit. Equidem collegia ægre admodum iſtiusmodi inſpectores, per quos libertatem ſuam imminui autumant, admittunt, maluntque licenter & turbide, quam tranquille, ſed ſervilem in modum, ut loquuntur, coire. Accepi ex maioribus, collegia opificum, quorum conventus olim, nemine inſpectante, ſemper fere tumultuoſi fuerunt, quum primi inſpectores iis a magiſtratibus obtruderentur, acerrime contradixiſſe ac reſtitiſſe, & vix mulctis pœnisque ſubactos ceſſiſſe. Et opificum quidem collegia iugum hoc excutere nequeunt, poſtquam id longo uſu, deinde etiam a Cæſare, cum ordinum Germaniæ conſenſu comitiali, firmatum, atque in notiſſima lege, wegen Abſtellung derer bey denen Handwerken eingeſchlichenen Mißbräuche *art.* I. præceptum eſt: Sollen im Heil. Römiſchen Reich die Handwerker unter ſich keine Zuſammenkünfte, ohne Vorwiſſen ihrer ordentlichen Obrigkeit, welcher bevorſtehet, darzu jemand in ihrem Namen nach Gutbefinden zu *deputiren*, anzuſtellen Macht haben. Alia tamen collegia, quæ dignitatem ſibi præ opificum collegiis arrogant, adhuc hodie id iugum repellunt, ac quoties imponitur, recalcitrant. Vetuerat ante aliquot annos rex Pruſſiæ, ſodalitatem aurifabrorum, quæ Magdeburgi eſt, coire, niſi præſente ſenatore. Illa vero, ſic ſe inter opifices amandari rata ſupplicat contra ſubmiſſe, multisque precibus obtinet, ut rex ICtos de quæſtione, an ſodalitati aurifabrorum præſes aut aſſeſſor ex magiſtratibus obtrudi poſſit, conſulere iuberet. Conſulti Helmſtadienſes menſe Maio anni CIↃ IↃ CC XIII. reſponderunt: Es ver-

verbleibet, des von Beklagten geschehenen Einwendens ungeachtet, bey dem am 22. Nov. 1712. gegebenen Königlichen Befehle billig. V. R. W. Rat. dec. Es weigern sich Beklagte, den ihnen Kraft Königlichen Befehls aus dem Rathe geordneten Beysitzer anzunehmen, und meynen, daß man sie diesfalls nicht als eine schlechte Handwerks-Zunft tractiren müsse; Weil aber dem Landes-Herren frey stehet, einem jeden Collegio einen Aufsieher zuzuordnen, und durch selbigen die Rechnungen der geführten Administration untersuchen zu lassen, auch vielleicht, wenn ein solcher ehe da gewesen, die jetzige Irrung und Proceß nicht entstanden wäre; So bleibet es billig bey obgesagter Verordnung. Recte, ut puto. Totum nempe ius Collegii habendi a principe pendet. *L.* 3. §. 1. *de Collegiis & corporibus*, *L.* 1. *pr. Quod cuiusque universitatis.* Potest itaque princeps ea omnia, quæ ad bonum ordinem in istiusmodi collegio pertinent, præcipere & præscribere. Vsum vero contrarium ac præscriptionem immemorialem contra obiici, fere ridiculum est. Arctissimis certe cancellis circumscribetur legislatoria potestas, siquidem illi, inveteratam confusionem tollere, & vitiosos corruptosque mores emendare cupienti præscriptio immemorialis obstat. Iam olim ad huiusmodi obiectiones responderunt pontifices in *Cap.* 7. *X. de Consuetudine & cap.* 56. *X. de Electione*, consuetudines bono ordini adversas, etiam vetustissimas, corruptelas esse.

X. *Pec-*

Digitized by Google

X.

Peccant collegæ falſumque committunt, qui nomine totius collegii negotium, in quod tamen maior pars non conſenſit, gerunt, aut actionem inſtituunt.

XI.

Poteſt minor collegii pars, diſſentiente maiore parte, negotium ſemel legitime cœptum aut actionem inſtitutam continuare.

Naturalis hominum in diſſentiendum proclivitas efficit, ut vix ullum negotium ad univerſitatem & collegium pertinens geratur, in quod membra collegii omnia conſentiant. Igitur in litibus univerſitatis ſæpe, exceptionis loco deficientem magnæ vel maioris partis conſenſum opponi, audies, quin aliquando ſcriptum ab aliquot membris teſtimonium, quod lis hæc ſe invitis agitetur, proferri videbis. Et video, hic diverſimode iudicari, quum tamen res ſecundum analogiam iuris certa ſit. Videlicet, ubi de maioris partis conſenſu conſtat, cauſſa dubium non habet, ſed minoris partis diſſenſus plane non attenditur. Hæc enim eſt univerſitatum natura, & in hoc illæ potiſſimum a ſocietatibus & conſortiis privatim initis differunt, quod in illis id, quod maior pars effecit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint, *L.* 19. *Ad municipalem*, in his vero, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debeat, *cap.* 29. *de Regulis iuris in* 6. unusque ſuo diſſenſu totum negotium impedire queat. *L.* 28. *Communi dividundo*, *L.* 11. *de Servitut. præd. ruſt.* At quando maior pars collegii diſſentit, multum intereſt, utrum id in principio negotii, an in progreſſu cauſſæ fiat. Si in principio factum, nequeunt hi, qui negotium

tamen expedire volunt, universitatis nomen adhibere, ac, si id faciunt, peccant falsumque committunt, arg. *L.* 24. *C. de Procuratoribus.* Et sic ICti Helmstadienses mense Februario anni CIↃ IↃ CC XXVIII. responderunt: Daferne die sämmliche Meistere beyder Innungen in diese Denunciation oder Klage nicht gewilliget, sondern ein Theil derselben die Klagende davon abgemahnet, und deshalb von diesen geschimpfet und gekränket worden; So hätte den Klagenden nicht gebühret, den Namen der sämmtlichen Meistere unter ihre Klage zu setzen, sondern vielehr obgelegen, sich namentlich zu unterschreiben, damit der Herr Beklagte und Denunciat wissen könne, mit wem er eigentlich zu thun, und an wem er sich dereinst, wenn entweder die Sache ex diffidentia caussæ auf Seiten der Kläger gar liegen bleiben, oder das Urtheil wider sie ausfallen sollte, der Satisfaction halber zu halten habe. At enim vero, si in progressu litis plerique collegæ a lite desistant, vel cum adversario transigant, hoc reliquis, qui in proposito perstant, non nocet. Nam quod semel ordo decrevit, rescindi non oportet. *L.* 5. *de Decretis ab ordine.* Egregie Vlpianus in *L.* 7. §. 2. *quod cuiuscunque universitatis: Si*, inquit, *universitas ad unum redit, ius omnium in unum recidit, & stat nomen universitatis.* Ita ICti Vitembergenses mense Martio anni CIↃ IↃ CC XXXII. responderunt: Würde die gefoderte Abschrift des Syndicats gehörig ad acta gebracht, immassen vor allen Dingen zu geschehen, so hat Intervenient sich hinlänglich legitimiret, und stehet, ungeachtet ein grosser Theil der Gemeinde sich von dem Processe losgesaget, den übrigen frey, diese caussam individuam auf ihre Kosten fortzusetzen.

XII.

XII.

Exſtincto diſſolutove collegio, iura eius & bona vacua ad principem recidunt, qui ea libere alienat.

XIII.

Collegium reſtitutum bona, quæ alii interim legitime adquiſiverunt, non recuperat.

Exſtinguuntur ac diſſolvuntur collegia variis modis, inprimis per bellicas calamitates, aliquando etiam libera voluntate. Quæritur tunc de bonis & iuribus eius communibus. Ego, quomodocunque tollatur collegium, ea omnia vacua fieri, atque a principe occupari poſſe, puto. Neque in contrarium moveor *lege* 3. *pr. de Collegiis*, ubi diſſoluti collegii membris permittitur, poſſeſſiones, ſic enim legendum eſſe, *infra in coroll.* 1. oſtendam, communes, ſi quas habent, dividere, pecuniamque inter ſe partiri. Hæc enim lex de collegiis illicitis loquitur, in quorum bona princeps ius nullum habet. At, ſi quod collegium a principe confirmatum fuit, hoc ex notiſſima iurium naturalis civilisque regula alio modo, quam quo colligatum fuit, iniuſſu ſcilicet principis, diſſolvi nequit. Intereſt quippe reipublicæ, collegia & ſodalitates, per quæ commercia efflorescunt & ædificia in decorem civitatum augentur, conſervari. Quando itaque collegia vel ſponte vel vi diſſipantur, retinet princeps ius ſuum, quod per confirmationem obtinuit, nec pati neceſſe habet, ut collegæ bona communia inter ſe partiantur. Idem nempe ius principi in hæc bona adſcribendum eſt, quod ei *lex* 5. *C. de Paganis* in loca, quæ error veterum ſacris deputaverat, attribuit, ut nempe ea vel ſuæ rei ſociare, vel alii collegio aut privatis etiam largiri poſſit, utque hæc, quæ largitus eſt, in eorum,

Digitized by Google

qui ea acceperunt, patrimoniis æterna firmitate perdurent. Ergo, ſi poſtea collegium renovatur, ac pleniſſime in iura & bona ſua reſtituitur, ea tamen, quæ interim legitime alienata fuerunt, non recuperat, arg. *L.* 2. §. 10. *Ne quid in loco publico*, *Mevius Part.* 2. *deciſione* 23. Memorabo exemplum: In funeſtiſſimo bello, quod ſeculo ſuperiore Germaniam noſtram per continuos XXX. annos adflixit, vicus quidam vaſtatus everſusque fuerat, atque, pace facta, diutiſſime deſertus iacuerat. Interea temporis vicinus prædii equeſtris poſſeſſor ſervitutem paſcendi ſibi in agris vacuis a principe emit. Poſt multos annos reſtituitur vicus ſub auſpiciis principis ac in priſtina bona ſua revertitur. Incipiunt deinde coloni antiqua iura ſua inveſtigare, & tabulas tanquam ex naufragio conquirere. Comperiunt inter alia, eos agros, in quibus eques, de quo dixi, pecora ſua paſcit, olim liberos fuiſſe. Denunciant illi ergo, ut inpoſterum iis abſtineat. Nolentem in ius vocant, inſtituta actione negatoria. Sed ICti Helmſtadienſes menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XVIII. litem ſecundum reum dederunt: Daß Beklagter, der Klägere Fluhren mit ſeinen Schaafen zu betreiben, wohl befugt. V. R. W. Rat. dec. Der Streit betrift die von Beklagtem prætendirte und bisher exercirte Schaaftrift, welche Klägere ihm ferner nicht geſtatten wollen. Ob nun wol dieſe leztere die alte Saalbücher vor ſich haben, worinnen ihre Vorfahren dem Schäfer zu Dettendorf aus gutem nachbarlichen Willen, doch nicht länger, als es ihnen eben ſeyn würde, vergönnet, ſeine Schaafe auf ihre Felder zu treiben, anbey wider die ihnen entgegen geſezte Zeugen-Verhöre, Contracte und Belehnungen anführen, es wären res inter alios actæ, und alles zu ſolcher Zeit vorgegangen, da das Dorf Unterſachſen von dem dreyßigjährigen Kriege her ganz wüſte gelegen, demnach niemand geweſen,

sen, der sich ihrer Gerechtigkeiten annehmen, und den zu ihrem Nachtheil vorgenommenen Handlungen widersprechen können, welches jedoch alsobald von ihnen, da sie anno 1684. das Dorf wieder angebauet, geschehen, und des Beklagten Possession sowohl durch solchen Widerspruch, als die zu unterschiedenen malen vorgenommene Pfändung und Vertreibung seines Viehes unterbrochen worden, wannenhero es das Ansehen gewinnet, ob sey solche Viehtrift ein blosses precarium, und könne von Klägern anjetzo, da es ihnen nicht mehr eben, wiederrufen werden; Alldieweil aber die Gemeinde Untersachsen, nach der im dreyßigjährigen Kriege vorgegangenen gänzlichen Verwüstung des Dorfes, eine Gemeinde zu seyn aufgehöret, also ihre Hausstellen, Felder und Gerechtigkeiten, sammt der freyen Disposition davon, dem Landes-Herrn heimgefallen, und denn dieser unterdessen die freye Schaaftrift auf gedachten Feldern per contractum, und zwar titulo oneroso, auf Beklagten transferiret, folglich Klägere nach geschehener Wiederaufbauung des Dorfs als eine ganz neue Gemeinde anzusehen, die zwar ex beneficio Principis die alte annoch unveräuserte Güter und Rechte wieder bekommen, allein derjenigen, welche währender Zeit, da sie ein Nonens gewesen, rechtmäßiger Weise alieniret worden, sich keinesweges anmassen können; So seynd wir, Beklagtem die Schaaftrift auf der Klägere Feldern zuzusprechen, bewogen worden.

COROLLARIA.

1. Dixi supra, manifestum errorem, librariorum culpa, in *legem 3. pr. de Collegiis* irrepsisse. Permittitur ibi collegis, dissoluto collegio, pecunias communes, si quas habent, dividere, pecuniamque

inter ſe partiri. Nihil ineptius illa partitione pecuniæ poſt diviſionem pecuniarum. Legendum eſt primo loco: poſſeſſiones; quæ vox apud *Ciceronem* & reliquos bonos auctores bona immobilia ſignificat. Compilator *Βασιλικῶν* lib. 60. *tit.* 32. *cap.* 3. legem hanc vertendo, utramque vocem una comprehendit, & *κοιναὶ χρήματα*, communes facultates, communia bona, poſuit.

2. In *Reſolutionibus gravaminum Saxonicis de annis 1609. & 1612. tit. Juſtitien-Sachen* §. 18. interdicitur præfectis, den Schöſſern, ſive, ut hodie appellantur, den Amt-Leuten, daß keiner, ohne unſer Vorwiſſen, einigem Handwerke neue Innungen, bey höchſter unſerer Strafe und Ungnade, zu beſtätigen ſich unterfahe, ſondern, da dergleichen bey ihnen geſuchet, an uns weiſen möge. Legem hanc ſingulare, quod ad præfectos, ius eſſe, ſibique hoc, quod præfectis non liceat, licere, autumant aliqui magiſtratus oppidani atque equeſtrium prædiorum poſſeſſores, iurisdictione gaudentes. At falluntur. Confirmatio collegiorum ſemper regale fuit, nec unquam magiſtratibus competiit. Præfectorum vero mentio in *Reſolutionibus gravaminum* ideo ſolum facta eſt, quod hi ſoli fiducia officii a principe accepti confirmationem ſibi arrogarent, quam magiſtratus reliqui ſibi ſumere nunquam auſi erant. Itaque querelæ de ſolis præfectis ad Electorem ferebantur, qui legem ſuam contra alios, qui non ſolum non delati, ſed & ipſi delatores fuerant, id quod ex principio dicti §. 18. apparet, extendere neceſſarium non credebat. Acceſſit deinde anno 1700. nova lex in *Corpore Auguſteo tom. 1. pag. 1170.* qua ſancitur, daß, wann Confirmationes über Privilegia und Innungen geſuchet würden, dieſelbe zuförderſt mit Fleiß unterſuchet, und, ob etwas bedenkliches dabey, erwogen, nach deſſen Erfolg aber, und wenn es überall ſeine Richtigkeit hätte, dieſelbe aus unſerer Landes-Regierung, unter unſers Stadthalters, des Fürſten zu Fürſtenberg Liebden, auch euerer, des Canzelers, Unterſchrift ausgefertiget werden.

3. Faci-

Digitized

3. Facile adſentio *Reyhero in Conſilio poſthumo 34.* opifices invitos ad collegia ineunda a ſuperioribus adſtringi poſſe. Faciunt enim collegia ad bonum ordinem, ad florem commerciorum, atque adeo ad egregium publicum.

4. Vnum hominem duorum collegiorum membrum eſſe, vetant iura noſtra, tam civile in *L. 1. §. 2. de Collegiis, L. 10. §. 1. C. de Proximis ſacrorum ſcriniorum, L. 14 §. 1. C. de Adſeſſoribus,* quam canonicum in *c. 5. X. de Præbendis & c. 3. X. de clericis non reſidentibus.* Hoc iure nos etiam nunc hodie uti, negat *Carpzovius Deciſione 194.* aiunt *Brunnemannus ad L. 1. de Collegiis n. 5. & Schilterus Ex. 49. §. 54.* quibus ego adſentio. Exſtant quidem paſſim contraria exempla. Aſt ea non probantur, ſed tolerantur ſaltem, quamdiu nullus contradictor exiſtit.

SPE-

SPECIMEN DLX.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS

AD LIB. XLVIII. TIT. I.

DE

INQVISITIONE.

I.

Vox, inquiſitio, in nativa ſignificatione omnem de crimine cognitionem & perquiſitionem complectitur.

II.

Sed uſu fori inquiſitio κατ' ἐξοχὴν ſolemnem reſponſionem ad articulos denotat, & interrogationi ſimplici, der ſummariſchen Vernehmung, contradiſtinguitur.

III.

In inquiſitione ſolemni præſentia rei deſideratur, ſed in interrogatione ſimplici etiam procurator & ſcriptura admittuntur.

IV.

In Electoratu Saxoniæ tamen etiam hic rei præſentis reſponſio neceſſaria eſt.

De inquiſitione acturos ante omnia vocem, inquiſitio, ab ambiguitate liberare oportet. Si propriam eius & nativam ſignificationem ſpectas, omnem de crimine commiſſo cognitionem complectitur. Ipſa illa inveſtigatio & conquiſitio teſtimoniorum ac argumentorum, qua accuſator viam ſibi ad accuſandum parat, a bonis auctoribus inquiſitio vocatur. Sic *Cicero lib. 2. in Verrem cap. 4. n. 11. Ecquem*, ait, *exiſtimatis unquam ulla in provincia reum abſentem contra inquiſitionem accuſatoris tantis opibus, tanta cupiditate eſſe defenſum?* Verum uſus fori & antiquam illam retinuit,

&

& novam ac peculiarem ſignificationem introduxit. Scilicet ſecundum hunc fori uſum duo genera inquiſitionis ſunt, quorum alterum generalis, alterum ſpecialis, vocatur. Generalis inquiſitio omnem magiſtratus de crimine commiſſo, ſive id atrocius, ſive levius ſit, cognitionem complectitur. At inquiſitio ſpecialis, quam ego ſolemnem appellare ſoleo, quæque voce inquiſitionis ſimpliciter adhibita κατ' ἐξοχὴν intelligitur, potiſſimum in reſponſione ad articulos, quos vocant, ſeu quæſtiones, a iudice ex actis operoſe erutas & diſtinctas, conſiſtit. Atque hæc, quoniam, ut infra dicam, triſtes admodum effectus habet, non niſi in atrocioribus criminibus locum invenit, arg. *cap.* 21. *pr. X. de Accuſationibus.* Itaque in levioribus ſimplex interrogatio, die Vernehmung, decernitur, quæ etiam in gravioribus delictis ſolemnem inquiſitionem præcedit. Inter utramque hoc intereſt, quod interrogatio, die Vernehmung, generaliter, nec, ut inquiſitio, ſuper diſtinctis capitibus fiat. Deinde inquiſitio ſolemnis præſentiam eius, qui examinatur, deſiderat, & nec procuratorem nec ſcripturam admittit. Optima ratione. *Plurimum* enim, ut Arcadius in *L.* 10. §. 5. *de Quæſtionibus* ait, *in excutienda veritate vox ipſa & cognitionis ſubtilis diligentia adfert: nam & ex ſermone, & ex eo, qua quis conſtantia, qua trepidatione quid diceret, quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt.* At in exiguis criminibus, quorum cognitionem & coërcitionem iudicantis diſcretio ſecundum *cap.* 21. *pr. X. de Accuſationibus* moderari poteſt, tanta ſolicitudine opus non eſt, ſed, ſicut in civili litis conteſtatione, etiam procuratorem ac reſponſionem in ſcriptis admitti oportet. Ita ICti Helmſtadienſes menſe Iun. anni CIↃ IↃ CC XXIII. reſponderunt: Iſt der Fähndrich von Ochsheim zweyer mit der Caia und Sæia begangenen Stuprorum beſchuldiget, und, um ihn dieſerwegen mündlich zu vernehmen, zu unterſchiedenen malen vorgeladen worden, hat

aber niemalen in Perſon erſcheinen wollen, ſondern ſich nur durch einen Bevollmächtigten gemeldet, und, da man dieſen nicht angenommen, ſondern auf ſein perſönliches Erſcheinen gedrungen, eventualiter an das hochpreißliche Cammer-Gerichte zu Wetzlar appelliret; Wannenhero zu wiſſen verlanget wird, ob der Denunciat ſich des perſönlichen Erſcheinens entbrechen könne; Da nun einer Obrigkeit jederzeit frey ſtehet, aus erheblichen Urſachen die perſönliche Gegenwart des Citati zu fodern, ſo gewinnet es das Anſehen, ob müſſe der Fähndrich von Ochsheim nothwendig in Perſon erſcheinen. Alldieweil aber die dem Denunciaten beygemeſſene Delicta auf ein ſchlechtes Stuprum hinaus laufen, und denn in ſtupris auch andern geringern, eine bloſſe Geld- oder Gefängniß-Strafe nach ſich ziehenden criminibus, die ordentliche Inquiſition und Antwort auf Inquiſitional-Artickel nicht ſtatt findet, mithin die perſönliche Gegenwart des Denunciaten ſo ganz nothwendig nicht iſt, da zumal derſelbe ziemlich probable Urſachen ſeines Auſſenbleibens, daß er nemlich keine Erlaubniß, von ſeinem Regimente wegzugehen, bekommen könne, anführet, und in etwas beſcheiniget; So wird dem Fähndrich von Ochsheim, ſeine Antwort auf das ihm beygemeſſene Delictum entweder mündlich, oder ſchriftlich, oder per procuratorem ad acta zu bringen, billig frey geſtellet, und er zu dem Ende auf einen andern Tag ſub pœna confeſſi & convicti vorgeladen, die Citation in ſeines Vatern Guthe inſinuiret, endlich er im Fall ferneren Ungehorſams pro confeſſo & convicto erkläret, auch in eine Geld-Buſſe von 24 Thlr. ingleichen zu Erſtattung aller verurſachten Proceß-Koſten verdammet. Verum tamen uſus fori Electoralis Saxonici hac in parte peculiare quid recepit, atque præſentiam rei in interrogatione etiam non ſolemni, der ſummariſchen Vernehmung, deſiderat. Quem fori uſum non obſcure confirmavit Auguſtus I. rex in *reſcripto d. 7. Mart. anni* 1716. dato, ac *renovatæ conſtitutioni iudiciariæ ſub N. XIV.* adiecto, verbis: **auf Zulaſſung der Bevollmächtigten nicht ſprechen,**

Sic

Sic itaque ICti Vitembergenſes menſe Aug. anni CIↃ IↃ CC XXXIII. reſponderunt: Was die Frage betrift: ob durch des Secretarii in Schriften gethanes Bekänntniß die Sache, oder deſſen Vernehmung ſiſtiret werden müſſe; So iſt das ſchriftliche Bekänntniß des Secretarii die von der Hochfürſtlichen Regierung anbefohlne perſönliche Vernehmung deſſelben zu hindern oder aufzuhalten nicht hinlänglich, da der durchgehends eingeführte Stylus curiæ und ordentliche Proceß erfodert, daß ein Delinquent über die ihm beygemeſſene Verbrechen ſich perſönlich vernehmen laſſe, und litem mündlich conteſtire alſo deſſen Geſtändniß, Unterſchrift, auch andere Umſtände, auſſer allen Zweifel geſetzet werden.

V.

Libertas accuſandi adhuc hodie promiſcua eſt, nec ad ſolos, quorum intereſt, reſtringi debet.

VI.

Duo illa mala, quæ publicis accuſationibus vulgo adſcribuntur, removentur.

VII.

Metus calumniarum non ex ipſis accuſationibus, ſed ex ſpe præmiorum, accuſatoribus olim propoſitorum, oritur, atque hodie, ſublatis præmiis, ceſſat.

VIII.

Intereſt magiſtratuum, ut accuſationes magis, quam inquiſitiones, frequententur.

IX.

Poteſt aliquando iudex denunciationem & inquiſitionem in accuſationem convertere.

De uſu accuſationum hodierno lis eſt acerrima. Sed hi quidem, qui nullum plane ſupereſſe dicunt, facile refelluntur. Plerique accuſationes adhuc admittunt, verum his ſolis, quorum in cauſſa intereſt, permittunt, & ceteros omnes arcent, atque adeo non ipſas accuſationes, ſed promiſcuas ſaltem, abolitas credunt. Inter alios *Beyeri* hæc doctrina eſt *in Delineatione pandectarum lib.* 48. *tit.* 1. §. 2. *in not.* ubi ſic ait: *Ad denunciandum quilibet ex populo admittitur: ad accuſandum nemo, niſi quem ea res tangit, vel cui munus accuſandi publica auctoritate demandatum eſt.* Omnes, quas & ille & allegati ab eo auctores adferunt, rationes, ſi probe conſiderentur, ad has duas redeunt, primum, non poſſe non internecina odia inter accuſatorem eumque, cui diem dixerit, oriri, perque familias latius ſerpere; deinde calumnias metuendas eſſe. At, quod ad primam attinet, ſi hæc ratio ad tollendas accuſationes promiſcuas ſufficit, promiſcuas etiam denunciationes, ſeu delationes, quæ non minora odia conflant, tolli oportet. Atque has tamen, tanquam neceſſarias & utiles reipublicæ, Beyerus ceterique accuſationum hoſtes retinent. Internecina odia etiam ex civilibus actionibus, quæ de bonis omnibus aut magna eorum parte inſtituuntur, oriuntur. Ac de his tamen tollendis nemo unquam cogitavit. Itaque propter iſtum privatarum inimicitiarum metum accuſationes publicæ damnari non debent. Verum, ais, ſunt & alia mala, quæ ex promiſcuis accuſationibus fluunt. *Quantum*, inquit, Beyerus, *nocuerit effrenata accuſandi & deferendi licentia, ſatis præterea oſtendit Brummer. ad L. Cinc. cap.* 4. *pr.* Facilis ad hæc foret reſponſio, ſi dicas, mala hæc, ex ipſa Beyeri confeſſione, accuſationibus & delationibus communia eſſe. Sed nolo hac reſponſione uti. Meliorem habeo, quam ipſe mihi *Brummerus* ſuggerit. Scilicet malum, quod ille promiſcuis accuſationibus & delationibus adſcribit, unicum eſt; multitudo calu-

calumniarum, quibus tranquillitas publica & ſecuritas privata turbabatur. Iſtarum vero calumniarum fons non ipſa accuſandi & deferendi libertas, ſed, ut bene *Brummerus* obſervat, ſpes ingentium, quæ accuſatoribus decernebantur, præmiorum erat. Hæc ſola homines ad accuſandos & deferendos innocentes inflammabat. Sine præmio nemo improbus eſt. Ipſi hoc fatentur Suilius, Coſſutianus & ceteri calumniatores manifeſti apud *Tacitum annali XI. cap.* 7. &, ſublatis ſtudiorum pretiis, etiam ſtudia peritura, minantur. Et melius adhuc idem *Tacitus lib.* 1. *hiſtor. c.* 2. *Nec minus*, inquit, *præmia delatorum inviſa, quam ſcelera: quum alii ſacerdotia & conſulatus ut ſpolia adepti, procurationes alii & interiorem potentiam agerent, ferrent cuncta. Odio & terrore corrupti in dominos ſervi, in patronos liberti: &, quibus deerat inimicus, per amicos oppreſſi.* Adde *Briſſonium Antiqu. lib.* 3. *cap.* 27. Hanc tu modo præmiorum ſpem tolle, ipſam vero accuſandi libertatem relinque. Videbis confeſtim, totum calumniarum fontem exaruiſſe. Et hodie quidem iam diu antiquata ſunt ea præmia, abolitumque cum iis eſt, ceſſante calumniarum metu, odium accuſationum. Quæ quum ita ſint, ſupereſt profecto publicarum & promiſcuarum accuſationum uſus, quas nullus adhuc, quod recordor, legislator damnavit, atque *Elector Saxo in Reſolutionibus gravaminum anno* 1609. *tit. Iuſtitien-Sachen §.* 5. etiam probavit. Nec exſtabit facile exemplum accuſatoris per iudicem a limine iudicii repulſi. Certe iudex, qui id faceret, & accuſationem in inquiſitionem converteret, ſtultus foret ſupra modum. Eſſet e re magiſtratuum, ut, abolitis delationibus omnibus, ſolæ accuſationes relinquerentur. Delator quippe ab omni expenſa immunis eſt; contra accuſator partem ſumtuum fert. Vide *Conſtitutionem Caroli V. art.* 61. verbis: **der Anklåger allein ſeinen Koſten; item** *art.* 204 &

219. Deinde iudex in accuſationibus minus laboris habet. Accuſator teſtes nominat, articulos format, argumenta conquirit; quæ omnia in inquiſitionibus ad officium iudicis pertinent. Quamobrem tantum abeſt, ut ego iudicibus, ex accuſatione delationem & inquiſitionem faciendi, auctor ſim, ut ſuadeam potius, omnibus modis eniti, quo ex delatore accuſatorem, & ex inquiſitione accuſationem faciant. Et poterint hoc aliquando, videlicet, quum delator delationem ſuam non ſatis inſtruxit, iudicique idonea ad inquirendum argumenta non ſuppeditavit. Tunc, ut id faciat litique ſe immiſceat, cogi poteſt. Exemplum: vide *in Specim. DLII. de Pietate ac iuſtitia remediorum contra iniurias, meditat.* 10. Sic plus centies & ICti Vitembergenſes & ego ipſe conſultus reſpondimus: Denunciant iſt binnen 14 Tagen hinlängliche Beweisthümer an Hand zu geben, oder alle durch ſeine ungegründete Rüge verurſachte Unkoſten zu bezahlen ſchuldig. Quin etiam extra hunc caſum magiſtratus, qui viam inquiſitionis difficiliorem & ad convincendum reum non ſatis commodam, ſed contradictore opus eſſe, animadvertit, accuſatorem, ſeu, ut loqui ſolemus, advocatum fiſci, ex officio recte conſtituit. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Aprili anni CIↃ IↃ CC XXVIII. reſponderunt: Es ſeynd Herren Bürgermeiſtere und Rath wohl befugt, ja tragender theuren Pflicht nach, verbunden, die Special-Inquiſition aegen den D. Mucken über alle, ſowohl nach dem ihm conferirt. Amte, als vorher zu Hamburg, zu Helſingör, zum wilden Mann, begangene Sünden und Exceſſe anzuſtellen, auch, daferne ſie es gut und zur Erforſchung der Wahrheit nöthig finden, einen Fiſcal zu ordnen, der ihn anklage, gewiſſe Artickel, um ihn darüber zu befragen, formire, ſeine Exception und Defenſion beantworte, allenfalls Beweis führe und mit ihm zum Urthel beſchlieſſe.

X.

Inquiſitiones Romanis non incognitæ, ſed & ante Iuſtinianum in uſu, & a Iuſtiniano probatæ iuſſæque fuerunt.

Thomaſius in notis ad pandectas lib. 48. *tit.* 2. *Inquiſitio*, inquit, *omnino Romanis erat incognita, minimum ut proceſſus criminalis ordinarius, ſed in Germaniam mediante iure canonico fuit introducta, ac poſtea conſtitutione criminali, quamvis per indirectum, confirmata.* Idem copioſius *in Notis ad Lanceloti inſtitutiones iuris canonici lib.* 4. *tit* 1. 2. 3. exponit. Mirum. Sed miror magis, ſolertiſſimos antiquitatum Romanarum indagatores hac in parte Thomaſio adſentire, & nullam inquiſitionis apud Romanos uſitatæ mentionem facere. Fuit tamen illa in uſu etiam tanquam remedium ordinarium. Aliquot eius veſtigia in corpore noſtro iuris reperiuntur, ſed omnium evidentiſſimum in *Novella* 128. *cap.* 21. ubi ſic Iuſtinianus: *Iubemus*, ait, *omnes iudices, tam militares, quam civiles, per ſe requirere eos, qui latrocinia, aut violentias, aut rapinas rerum, aut feminarum, aut alia quælibet in provinciis illicita committunt, & ſupplicia eis legitima inferre.* Nec eſt, quod dicas, ſic tamen originem inquiſitionum recentem eſſe, nec ultra Iuſtinianum proferri poſſe. Eſt utique vetuſtior. Teſtes graviſſimos habeo Gordianum Imp. in *L.* 7. *C. de Accuſationibus & Libanium in Orat. de Vlciſcenda Iuliani nece*, quam a Godofrido Oleario latine verſam edidit *Fabricius in Bibliothecæ Græcæ Volum. VII. lib. V. cap.* 9. *pag.* 145. Ex hac oratione integra duo *capita* 14. & 15. huc pertinent, & uſum veterem frequentemque inquiſitionum apud Romanos luculenter oſtendunt. Ea itaque, ſicut ab Oleario verſa fuerunt, hic adiiciam: *Sed obiiciat aliquis: Nullus;*

Digitized by Google

lus, qui actoris partes ſuſcipiat, exſurrexit, neque teſtes ſuppetunt. Verum vel ſic etiam in rem iſtam nos inquirere decet, per dies quam plurimas ob illam iudicium exercendo, nec manus remittendo, eosve, qui habent quidem, quo ſontes convincant, cunctantur tamen, excitando, animum iis addendo, adhortando, præmia proponendo, dona promittendo, & denique per Iovem menarum neceſſitate, ut rumpant ſilentium, adigendo. Hæc ſi a nobis fierent, multos certe videretis clamantes, dicentes, edocentes, quis cædem illam ſtruxerit, qui primus de ea aliquid inaudiverit, quibus argumentis oppreſſor fuerit perſuaſus, qua mercede, qui ſceleris conſcii, quo ſe, qui vulnus inflixit, receperit, quos compotationis atque pæanis habuerit ſocios. Nobis enim quiete agentibus, illis quoque, premere auctores huius cædis poterant, tutius viſum, nihil dicere. Si vero Imperatores commoverentur, præfectique oſtenderent, ſe finem perquirendi non facturos, donec in lucem protrahantur occulta, ſubito in lucem certe prodirent. Siquidem & hactenus fuerunt, qui in angulis murmurarent, quomodo totum iſtud drama compoſitum fuerit: qui tamen ſummæ ſtultitiæ eſſe arbitrati ſunt, iis, quorum maxime erat indignari, minime omnium id facientibus, ſe, ad quos iſta non pertinerent, huic negotio committere, an cuiquam rem gratam eo facturi ſint, neſcios, contra vero timentes, ne aliquid detrimenti ſibi inde naſceretur. Iam viator aliquis iacuit obtruncatus: abivit vero ille, a quo interfectus eſt, & iis, quæ abſtulerat, ille gaudebat, neque erat, qui legibus eum traderet. Non tamen iudex propterea, quod nemo perſequeretur latronem, inexploratum facinus relinquens quievit: ſed omnia movens, nihilve omittens, lyncei mente rem omnem geſſiſſe viſus fuit, captusque eſt, qui manu ſua cædem patraverat, plane perſuaſum habens, ſe ita peccaſſe, ut nullo convictionis genere revinci poſſit. Mul-

ta

ta huiusmodi in locis deſertis, multa in urbibus, patrata non latuerunt. Neque contenti ſunt, qui curam gerunt amicorum, terræ mandaſſe obtruncatum, ſed præfectum adeant, rem omnem indicant, exponunt. Ille vero ſuarum partium eſſe arbitratur, ne ignoretur, qui facinus commiſit, efficere.

XI.

Inquiſitio ſolemnis duos fines habet, quorum uno ceſſante, & ipſa omitti debet.

XII.

Non omnia delicta, quorum cognitio ad ſuperiorem iurisdictionem refertur, atrocia ſunt, nec inquiſitione digna.

XIII.

Inquiſitionem recte detrectant vulnerantes in ſubita rixa, fures rerum exiguarum, ſtupratores.

Sæpe ego, quando, ſolemnem illam ac ſumtuoſam inquiſitionem in delictis apertis, antequam pœna infligeretur, decerni, animadverti, damnavi hanc praxin, & prorſus inutilem, quin imo damnoſam, ac ad hoc ſolum tendere credidi, ut ſumtus augeantur, & reus ſqualorem carceris diutius perpetiatur. Deinde vero, re rectius reputata, cognovi, morem hunc, reos, antequam ad ſupplicium abſtrahantur, ſolemniter interrogandi, aliquam utique rationem habere. Eſt ea duplex; primum, ne graviores pœnæ temere ac tumultuoſe irrogentur, quoniam

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt;

deinde, ut, reum ſpeciatim interrogando, circumſtantiæ omnes, tam, quæ ad rei defenſionem pertinent, quam, quæ reatum eius pœnamque augere poſſunt, certius eruantur. Vbi ergo altera ex his rationibus ceſſat, peccare iudicem puto, qui per ſolemnem inquiſitionem & impenſas & rei ærumnas multiplicat. Itaque etſi ille ſolus iudex, qui ſuperiore iurisdictione gaudet, ius ſolemniter inquirendi habeat, non debet tamen in omnibus, quorum cognitio ad eum pertinet, delictis inquiſitionem decernere. Non omnia crimina, quæ ad iurisdictionem ſuperiorem referuntur, atrocia nec inquiſitione digna ſunt. Huc vulnera non lethifera in ſubitis rixis illata, huc furta minora, huc ſtupra pertinent, in quibus reus ſolemnem inquiſitionem, ſi ad hanc vocetur, recte detrectat. Vide inprimis die Chur-Sächſiſche *Reſolution* und Erledigung derer Gebrechen vom Jahre 1609. *tit. Iuſtitien-Sachen* §. 5. verbis: Daß allein *in delictis manifeſtis, maioribus & ſcandaloſis*, und fürnemlich *in cauſſa turbationis violatæ pacis, excitati tumultus*, und andern dergleichen ſtrafwürdigen und frevelhafftigen Fällen, dadurch *Reipublicæ tranquillitas offendiret*, bemelderer Proceß angeordnet, und darauf rechtliches Erkänntniß erholet ꝛc.

XIV.

Inquiſitio ſolemnis ſolum a magiſtratu, qui ſuperiorem iurisdictionem habet, decerni poteſt.

XV.

Et in iis ſaltem delictis, quorum pœna veriſimiliter ad relegationem ex territorio pervenire poteſt.

XVI.

Pœna numellarum ſine inquiſitione ſolemni decerni poteſt.

XVII.

XVII.

Tunc tamen inquiſitio præmittenda, quando per eam augeri reatum pœnamque intendi poſſe, ſpes eſt.

Ex iis, quæ dixi, inquiſitionem non, niſi in atrocioribus delictis, locum habere, ſua ſponte fluit, eam ab hoc ſolo magiſtratu, qui ſuperiorem iurisdictionem habet, decerni poſſe. Vide *Carpzovium Quæſt. crim.* 107. *n.* 30. *Bergerum in Oeconomia iuris pag.* 1197. *Gribnerum in principiis proceſſus iudiciarii lib.* 2. *cap.* 10. §. 4. Non tamen inverti regulam oportet, nec dici: Quodcunque delictum magiſtratus ſuperioris cognitioni ſubeſt, inquiſitionem meretur. Multa crimina ad ſuperiorem iurisdictionem referuntur, atque tamen ſine prævia inquiſitione puniuntur. Sed definiamus certum aliquid. Nempe, ubi pœna ad ultimum ſupplicium, fuſtigationem & relegationem, ſaltem temporariam, pervenire poteſt, inquiſitio locum habet. Quid autem de numellis, dem Pranger, dem Halseiſen, dicendum? Numellas inter pœnas corpus adfligentes refert *Gloſſator* des Weichbildes *art.* 59. *n.* 4. verbis: Stöck, Pranger, Galgen, Staupen und allerley Sachen, damit man Miſſethäter peinigen ſoll, um ihr verdienet Lohn. Et *Carpzovius in Quæſt. crim.* 109. *n.* 73. negat, ad numellas ſiſti, niſi qui crimen tale perpetrarunt, quod ſua indole ad ſupremam iurisdictionem pertinet. Nolim tamen propterea iudicem, qui pœnam hanc decreturus eſt, ſimpliciter ad ſolemnia inquiſitionis alligare. Poterit, ſi ita videtur, ea omittere, argumento eorum, quæ idem *Carpzovius Quæſt. crim.* 129. *n.* 51. *ſqq.* habet, poterit etiam adhibere, tunc inprimis, quando ſpes adfulget, fore, ut reus, ſi accuratius inquiratur, graviorum delictorum conſcius & maiore pœna dignus reperiatur. Sic menſe Iulio anni cIↃ IↃ CC XXXIII. iudicavi: Weil die vorgeſchlagene Strafe des Prangers in den Ober-Gerichts-Fällen

und Inquiſitions-mäßigen Delictis ſtatt findet, auch aus allen Umſtänden, daß Reichert vom Holtzſtehlen ein Handwerck gemachet, und das Quantum ziemlich hoch anſteigen möchte, erhellet; So wird wider ihn mit der Special-Inquiſition gebührend verfahren, er über gewiſſe Artickel vernommen, und ſeynd über dasjenige, was er verneinet, Zeugen mittelſt Eydes abzuhören, auch, da nöthig, mit ihm zu confrontiren, anbey die eigentliche Zahl und Werth des bisher von ihm geſtohlnen Holtzes nach Möglichkeit feſt zu ſezzen, worauf nach Verſendung der Sache an ein Rechts-Collegium ferner ergehet, was recht iſt.

XVIII.

Inquiſitionis effectus ſunt levis notæ macula, labefactatio teſtimonii ac ſuſpenſio ab officio & honoribus.

XIX.

Habet ergo ſaltem locum in atrocibus delictis.

XX.

Iniuria magiſtratui illata atrox & inquiſitione dignum delictum eſt.

XXI.

Ceſſat tamen inquiſitio, quando vel iniuria magiſtratui fines officii excedenti illata fuit;

XXII.

Vel certum eſt, pœnam ultra mulctam pecuniariam extendi non poſſe.

Iſtas

Digitized by Google

Istas theſes omnes ſatis explicabit reſponſum a ICtis Vitembergenſibus menſe Auguſto anni CIↃ IↃ CC XXXIII. exaratum: Hat der Secretarius Melchior zu Wend den Bürgermeiſter Randewigen daſelbſt, als dieſer ihn bey Beſichtigung der Feuerſtätte durch den Raths-Diener aus ſeinem Hauſe ſtoſſen laſſen, mit dem Stocke geſchlagen, und iſt nunmehr deßhalb von den Stadt-Gerichten zur Vernehmung vorgeladen worden, da er denn anfänglich zu wiſſen verlanget, ob der Bürgermeiſter Randewig pro privato zu halten. Nun möchte zwar dagegen vorgewendet werden, es habe der Bürgermeiſter die Feuerſtätte von Amts wegen beſichtiget, und ſey in dieſer Amts-Verrichtung durch die von dem Secretario gebrauchte unhöfliche Worte: er wollte ihm ꝛc. höchlich beleidiget, mithin ſein obrigkeitliches Amt bey Anſehen zu erhalten, und die ihm in deſſen Verwaltung zugefügte Iniurie ſelbſt zu rächen veranlaſſet worden, könnte auch, wenn er ja aus Eifer etwas excediret, keinesweges zur Verantwortung gezogen werden. *Si quid enim magiſtratus adverſus reſiſtentem violentius fecerit, non tenebitur. L.* 29. §. *pen. Ad L. Aquiliam.* Alldieweil aber Bürgermeiſter Randewig, dem Anführen nach, gleich Anfangs darinnen zu weit gegangen, daß er, ſeinem Verſprechen, auch der eingewandten Proteſtation und Appellation zuwider, ſo gleich, und ohne periculo in mora, etwas am Mauerwerke einreiſſen, und bauen laſſen wollen, hierauf wegen der gegen ihn gebrauchten unhöflichen Worte nicht ordentlich und nach Vorſchrift der Rechte, ſondern ganz ungebührlich verfahren, und den ſonſt in perſonalibus ſeiner Gerichtsbarkeit nicht unterworfenen, ſondern unter der Regierung ſtehenden Secretarium durch den Raths-Diener aus dem Hauſe ſtoſſen laſſen, und dadurch äuſſerſt beſchimpft, dieſemnach die Grenzen ſeines Amts offenbarlich überſchritten, in welchem Falle die Rechte *in L.* 33. *C. de Decurionibus, L.* 5. *C. de iure fiſci, L.* 32. *de Iniuriis, L.* 170. *de Regulis iuris* dergleichen widerrechtlich procedirende Obrigkeit pro privato, und deren Verfah-

ren pro iniuria erklären, auch den privatis die Macht zu widerstehen ertheilen, vide *Strykii Dissert. de Facto iudicis de facto cap. 2. n. 81. sqq.* So möchte der Bürgermeister Randewig bey den mit dem Secretario Melchior gehabten Händeln pro privato wohl geachtet werden. Wird zweytens zu wissen verlanget, ob wider den Secretarium dieses Facti halber die Inquisition statt finde. Ob nun wol die einer Obrigkeit zugefügte Iniurien durchgehends pro atrocibus, §. 9. *I. de Iniuriis*, und daher vor Inquisitions-mäßig gehalten werden, *Struvius in Iurisprudentia Romano-Germanica lib. ult. cap. ult.* §. 4. Dennoch aber, und dieweil die Inquisition levis notæ maculam nach sich ziehet, arg. *L. un. C. de Reis postulatis*, eines Inquisiten Zeugniß verwerflich machet, *cap. 56. X. de Testibus*, und in währender Inquisition von seinen Ehren und Würden suspendiret, *L. 6. C. de Procuratoribus*, *cap. 10. X. de Purgatione canonica*, *Strykius de suspensione ab officio cap. 3. Leyser in Medit. ad ff. Specim. 52. de Infamia*, *medit. 6.* folglich honetten in Würden und Ansehen stehenden Leuten nicht leichtlich aufgebürdet werden soll, ja in solchen Delictis, worauf nur eine Geld-Strafe gesetzet ist, gar nicht statt findet, *cap. 21. pr. X. de Accusationibus*, *Carpzov. quæst. crim. 107. n. 31.* und denn die Wendische Statuta, daß, wer einen Bürgermeister in seinem Amte prügelt, 33 Thlr. 8 gr. büssen solle, klar verordnen, in gegenwärtigem Falle auch noch dieses hinzu kömmt, daß der Bürgermeister, wie bey der ersten Frage ausgeführet worden, durch den seiner Seits begangenen Excess zu den Iniurien Ursach und Gelegenheit gegeben, welches das Delictum des Secretarii ziemlich mildert, gestalt ein rechtschaffener Mann, welcher sich per vilem personam aus seinem Hause stossen lassen muß, durch solchen höchst empfindlichen Schimpf in den äusserſten Zorn, welchen er nicht so gleich zähmen kann, gesetzet, und dadurch wenigstens in etwas entschuldiget wird, überdies der

Secre-

Secretarius das Factum eingeſtehet, alſo die Sache keine weitläuftige Unterſuchung braucht; So findet, vorkommenden Umſtänden nach, die ſchimpfliche Special-Inquiſition allhier nicht ſtatt.

XXIII.

In crimine uſurariæ pravitatis inquiſitio ſolemnis extra Saxoniam locum non habet, bene tamen in Saxonia.

XXIV.

Solum læſi teſtimonium, etſi iureiurando firmatum, neque hic neque in aliis delictis ad decernendam inquiſitionem ſufficit.

Quæſtionem de uſuraria pravitate, an ſcilicet inquiſitio ſolemnis propter eam inſtitui poſſit, occupavi iam *in Specimine CCXLVI. de Vſuraria pravitate, medit.* 2. 4. 5. oſtendique, iure communi & imperii crimen uſurariæ pravitatis ad iurisdictionem inferiorem pertinere, atque adeo inquiſitionem propter id decerni non poſſe, in Electoratu autem Saxonico & delictum hoc in iudicio ſuperiore cognoſci, & inquiſitionem locum habere. Clarum hac de re exſtat *reſcriptum Electoris de anno* 1625. id quod deinde Auguſtus II. rex anno 1724. in dem *Mandat* wider die *Banqueroutiers* §. 2. confirmavit, addiditque de novo, daß dem *Denunciamten* ſowohl, als dem Schuldner ſelbſt, wenn er diesfalls *Special*-Umſtände anzugeben weiß, ſein Vorgeben und *Denunciation* eydlich zu beſtärken, frey gelaſſen, und, wenn ſolches erfolget, der *Creditor* dadurch wenigſtens *ad purgatorium graviret* zu ſeyn erachtet werden ſolle. Iſta verba grave & exiſti-

existimationi honestissimorum hominum periculosum dubium pepererunt. Creditum scilicet fuit a nonnullis, sufficere debitoris iusiurandum ad decernendam inquisitionem. Cohorrui, quum hoc primum inaudirem, atque, si ea opinio in fora reciperetur, actum esse de securitate publica & dignitate optimorum virorum dixi. Aperietur sic via improbis debitoribus, creditores suos pro lubitu vexandi. Notum est, quam omnia facere ac tentare soleant morosi debitores, ut dilationem executionis impetrent, & rigorem creditorum ulciscantur. Vtrumque facile consequentur, siquidem conventi exceptionem usurariæ pravitatis opponant & fictis historiolis exornent, atque harum veritatem iureiurando confirment. Sic bonus quilibet arbitrio infensissimorum hostium, nullum, quippe capitalius odium, quam interpellati debitoris, est, exponetur, atque, si hi velint, ignominiosissimam inquisitionem subire cogetur. Sed, ais, iurisiurandi religio debitorem a mendacio absterrebit. Respondebo *Iuvenalis in Satyra XIII.* verbis:

Sunt, in fortunæ qui casibus omnia ponant,
Et nullo credant mundum rectore moveri,
Natura volvente vices & lucis, & anni,
Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.
Est alius metuens, ne crimen pœna sequatur:
Hic putat, esse deos, & pejerat, atque ita secum:
Decernat, quodcunque volet, de corpore nostro
Isis, & irato feriat mea lumina sistro,
Dummodo vel cœcus teneam, quos abnego, numos.

Nunquam ergo hæc mens legislatoris Saxonis, quam aliqui ei adfingunt, esse potuit. Pugnat illa præterea cum analogia iuris. Inimici eiusve, cuius in caussa interest, testimo-

ſtimonium fidem nullam habet. At debitor & creditoris ſui hoſtis infenſiſſimus eſt, ut dixi, & ex inſtituta contra creditorem inquiſitione voluptatem mirificam fructumque inſignem capit. Duriuſculum iam videtur, quod debitoris teſtimonium iuriiurando purgatorio locum faciat. Itaque hoc ius ſingulare non eſt producendum ad conſequentias. *L.* 14. 15. 16. *de Legibus.* Præterea, quum lex de iureiurando purgatorio ſolum loquatur, privata interpretatione eam ad inquiſitionem extendi non licet. Moverunt hæc ICtos Vitembergenſes, ut ſic menſe Mart. anni CIↃ IↃ CCXXX: reſponderent: Wird Unterricht verlanget, ob die von dem Herrn Hofrathe unternommene und eydlich beſtärkte Denunciation die Inquiſition wider Abrahammen nach ſich ziehe, und den Wechſel-Proceß immittelſt ſuſpendire. Wenn nun gleich die von dem Herrn Hofrathe denunciirte Facta inquiſitions-mäßig, und durch die ihm, Kraft königlichen Befehls, verſtattete eydliche Beſtärkung ſemiplene erwieſen zu ſeyn ſcheinen. Dennoch aber, und dieweil die bloſſe obgleich eydlich beſtärkte Denunciation eines ohnedes durch den Arreſt erbitterten Schuldners, wenn ſolche nicht durch andere Indicia und Argumenta unterſtützet wird, ohnmöglich vor einen halben Beweis paſſiren, oder den Gläubiger zur Inquiſition graviren kann, indem, wenn dieſes frey ſtünde, ein jedweder Gläubiger der Diſcretion ſeines Schuldners ausgeſetzet würde, und bey Anſtellung einer Schuld-Klage die Inquiſition beſorgen müſte, der Schuldner hingegen Macht bekäme, durch dergleichen Denunciationes nach Belieben Friſt zu erlangen, und damit den Rigeur des Execution- und Wechſel-Proceſſes zu eludiren, gleichwol dieſes mit den ganz klaren Rechten, welche ſo ernſtlich und vielfältig alle illiquide Exceptionen und Ausflüchte in ſolchen Proceſſen verbiethen, ſtreitet, hiernächſt das *Banqueroutir-Mandat* §. 2. der bloſſen eydlichen Beſtärkung eines denunciirenden

Schuldners keinen Effect eines halben Beweises, noch der Inquisition, sondern eines schlechten indicii zum Reinigungs-Eyde ertheilet; So mag die von dem Herrn Hofrathe unternommene und eydlich bestärkte Denunciation, im Fall sie nicht durch nähere und stärkere Beweisthümer unterstützet wird, die Inqisition wider Abrahammen nicht nach sich ziehen, noch den Wechsel-Arrest suspendiren. Similiter ipsemet mense Septembri anni CIↃ IↃ CC XXXI. iudicavi: Dieweil das *Mandat* wider die *Banqueroutirers* §. 2. dem blossen Angeben specialer Umstände und der eydlichen Bestärkung des Denunciantens den Effect, zwar weder eines halben Beweises, noch der Inquisition, gleichwol eines schlechten zum Reinigungs-Eyde hinlänglichen Indicii, giebet; so wird Eyser zur eydlichen Bestärkung seiner Rüge gelassen, und sodann die Wachsmuthin zum Reinigungs-Eyde angehalten. Nachdem aber gedachter Denunciant auf die Inquisition dringet, und in casum denegationis appelliret, dieses Bitten hingegen höchst gedachtem Mandate nicht gemäß ist, auch mit der analogia iuris und der allgemeinen Sicherheit, vermöge deren der schlechte Eyd eines feindseligen und durch Eintreibung der Schuld erbitterten Denunciantens einen ehrlichen Mann durch Anstellung der schimpflichen Inquisition nicht um Ehr und Reputation bringen kann, streitet; So wird vor allen Dingen auf solche Appellation an das Hof-Gerichte Bericht erstattet.

XXV.

Digitized by

XXV.

Iudex ad avertendos funeſtos inquiſitionis effectus verba in factum temperare, omiſſaque inquiſitionis, inquiſiti & articulorum mentione, mitiora vocabula ſubſtituere poteſt.

Inquiſitionem in aliis delictis, quam manifeſtis, maioribus & ſcandaloſis, per quæ reipublicæ tranquillitas offenditur, decerni vetat legislator *Saxo in Reſolutione gravaminum anni* 1609. *tit. Iuſtitien-Sachen* §. 5. Oportebat idem & extra Saxoniam ſervari. At ſæpe id utrobique negligitur, ac inquiſitio temere decernitur, & ſic honeſtorum virorum exiſtimatio in diſcrimen adducitur. Cui inveterato malo ut medeantur ICti cordatiores, ſolent, ut cum *Ludovici in der Einleitung zum peinlichen Proceß c.* 4. §. 2. loquar, verba in factum temperare, ac, omiſſa horriſona inquiſitionis voce, mitiorem inveſtigationis, der Unterſuchung, ſubſtituere, nec reum inquiſitum, ſed denunciatum, inculpatum, appellare, eundemque non ſuper articulis, ſed ſuper quæſtionibus, interrogatoriis, punctis &c. examinare. Idem hac via, quod per modum inquiſitionis, obtinetur, ac ſaltem famæ rei parcitur. Poterat ergo hic locum invenire vulgatum illud, in verbis ſimus faciles, dummodo in re conveniamus. Placuit itaque hoc temperamentum etiam ſcabinis Lipſienſibus, teſte *Bergero in Electis iurisprudentiæ criminalis pag.* 210. *ſq. & in Oeconomia iuris pag.* 1198. qui tamen, collegia Vitembergenſia novum hunc modum non agnoſcere, addit. Diu ego diſſenſionis huius rationem fruſtra requiſivi, ſed tandem reperiiſſe mihi viſus ſum in *Molierii Comoedia*, quam *l'Amour Medecin* inſcripſit, *Act. II. ſcen.* 3. inprimis in verbis illis: *Ce n'eſt pas, que ſon avi ne fut beaucoup meilleur aſſurement. Mais enfin, il fau toûiours garder les formalitez, quoi qu'il puiſſe arriver. Vn homme mort*

n'eſt, qu'un homme mort, & ne fait point de conſequence; mais une formalité negligée port un notabel preiudice à tout le corps. Verum lCti Helmſtadienſes, quibus iſta ratio non ſatisfecit, ſcabinis Lipſienſibus acceſſerunt, & ſic menſe Iulio anni CIↃ IↃ CC XVIII. reſponderunt: Daß, wenn es auch bey der erkannten Inquiſition verbleibet, die Gräfliche Herrſchaft dennoch zu erſuchen ſey, des Herrn Arreſtaten Ehre zu verſchonen, und den Verluſt ſeiner Charge dadurch, daß man ihn, ohne das Wort Inquiſition zu gebrauchen, auf gewiſſe Fragſtücke vernehme, zu verhindern. Idem lCti Vitembergenſes poſtea, menſe ſcilicet Decembri anni CIↃ IↃ CC XXX. fecerunt: Wird ein auſſer Landes wohnender Miniſter vorgeladen, in Perſon zu erſcheinen, auf Inquiſitional-Artickel zu antworten, und nach Befinden der Confrontation zu erwarten. Es wird dannenhero zu wiſſen verlanget, ob die Inquiſition allhier gar ſtatt haben könne. Da nun, bekannten Rechten nach, die Dignität einen Delinquenten nicht ſchützet, ſo gewinnet es das Anſehen, ob finde die Inquiſition hier allerdinges ſtatt. Nachdem jedoch das dem Miniſter beygemeſſene Verbrechen, dem in der ſpecie facti befindlichen Anführen nach, weder capital noch peinlich ſeyn kann, alſo nicht einmal an ſich Inquiſitions-mäßig iſt, ſondern gar wohl in Schriften, oder auch durch einen Procuratorem, verhandelt werden kann, überdies der beſchuldigte Miniſter in hoher Würde und Anſehen ſtehet, alſo nicht leichtlich. auch in ſtärkeren Verbrechen, mit der ſchimpflichen Inquiſition zu belegen iſt; So wird er damit billig verſchonet, allenfalls auch, und da die Sache ohne ſein perſönliches Erſcheinen und mündliche Antwort nicht wohl auszumachen wäre, mit Weglaſſung des Worts Inquiſition, blos auf gewiſſe Fragſtücken vernommen.

XXVI.

Digitized by

XXVI.

Sola partis offenſæ denunciatio ad inquirendum non ſufficit.

XXVII.

Poteſt tamen delator, etſi pars læſa ſit, ad teſtimonium evocari, ſed non eſt omni exceptione maior.

Poſtquam *in præcedente Meditatione XXIV.* ſcripſiſſem, teſtimonium læſi ad decernendam inquiſitionem non ſufficere, incidi in *Carpzovii* locum, qui mihi magnopere contradicere videtur. Ait nempe ille *in Quæſt. crim.* 108. *n.* 54. denunciationem partis offenſæ indicium ad inquirendum facere. At enim vero ipſe *Carpzovius* hanc ſententiam temperat *in P.* 1. *C.* 16. *def.* 66. *n.* 2. requiritque, ut aliorum teſtium aſſertio & teſtimonium concurrat. Quod & rectæ rationi & analogiæ iuris conveniit. Ceterum facilius concedo *Schiltero Exerc.* 49. *Additam. V.* denunciantes, ſi ita iudici videatur, inter teſtes recipi poſſe, etſi tunc omni exceptione maiores non ſint, arg. *c.* 4. *X.* & *L.* 3. *pr.* & §. 2. *de Teſtibus.* Et ſic ICti Vitembergenſes menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XXXIII. reſponderunt: Es iſt nicht abzuſehen, wie dem abgehörten Eheweibe, da ſie von einem ihr angemutheten Ehebruche ausſaget, die exceptio propriæ cauſſæ & turpitudinis vorgeworfen werden könne, und die von dieſem Eheweibe vorgehabte Denunciation ihr Zeugniß verwerflich mache, da die Obrigkeit öfters einen Denuncianten zu eydlicher Beſtärkung ſeiner Rüge anhält, mithin ſich ſeines Zeugniſſes bedienet.

Digitized by Google

XXVIII.

Omnis inquiſitio brevi ac ſummario iudicio peragenda eſt.

XXIX.

Lex ea, quæ ad inveſtigandum verum abſolute non ſunt neceſſaria, iudicis arbitrio permittit.

XXX.

Poteſt ergo iudex & non poteſt reum ad videndum iurare teſtes & danda interrogatoria citare.

XXXI.

Poteſt & non poteſt articulos in examine teſtium adhibere.

XXXII.

Omiſſio horum articulorum iudicium non vitiat, dummodo teſtes non in ſolle, ſed diſtincte, factum expoſuerunt.

Graviſſime nobis obſtare videntur *cap.* 21. *pr.* verbis: *quo caſu erit ſicut in accuſationis iudicio procedendum*; & *cap.* 24. verbis: *diligens adhibeatur cautela, ne forte per leve compendium ad grave diſpendium veniatur*; *X. de Accuſationibus.* At vere non obſtant. Id ſolum enim in his capitulis præcipitur, inquiſitionem in criminibus gravioribus, item contra prælatos, maiore circumſpectione & diligentia tractandam eſſe, quam in delictis levioribus, & contra clericos minores. Vtrobique tamen breviter ac ſummariter procedendum, nec omnia, quæ ſolemnis ordo iudiciarius requirit, exigenda. Ipſum accuſationis iudicium, quod regu-

lam

Digitized by Google

lam esse iubet Pontifex, summarium est, breviusque longè, quam iudicium civile, finiendum. Vide *L.* 2. *&* 3. *C. Vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur*, iuncta *L.* 13. *pr. C. de Iudiciis.* Quamobrem *Clementina* 2. *de Verborum significatione*, qua iudex ita litem abbreviare iubetur, ut tamen probationes necessariæ & defensiones legitimæ admittantur, in inquisitionibus regula esse debet. In qua Clementina verba illa: *dare possit:* item: *valeat assignare*; notatu maxime digna sunt, quum ad decidendas vulgares lites plurimum faciant. Contenditur scilicet inter pragmaticos acriter, utrum necesse sit, testes super articulis interrogari, item, reum ad videndum iurare, & danda interrogatoria citari. Articulos stricte desiderant *Carpzovius Quæst. crim.* 114. *n.* 8. *Brunnemannus in Processu inquisitionis cap.* 8. *memb.* 2. *n.* 50. *Ludovici* in der Einleitung zum peinlichen Proceß *cap.* 6. §. 2. Citationem ad danda interrogatoria necessariam esse, *Mevius* modo adfirmat *P.* 2. *dec.* 321. *n.* 9. modo negat *P.* 6. *dec.* 292. Plerique cum *Brunnemanno loc. all. n.* 52. *&* *Ludovici loc. all.* §. 4. discrimen inter iura commune & Saxonicum faciunt. At enimvero, sive ius commune, sive Saxonicum spectes, deest lex, quæ iudici necessitatem, articulos in examine testium adhibendi & reum ad interrogatoria danda citandi, imponat. Neutrum quoque ad investigandam veritatem absolute necessarium est. Itaque Clementem sequuti rem totam iudicis arbitrio permittamus. Is non peccat, si articulis utitur & reo potestatem dat, interrogatoria offerendi. Quodsi tamen id non fecit, iudicium propterea rescindi nequit, quum lege deficiamur. Et sic ICti Helmstadienses mense Septembr. anni CIↃ IↃ CC XXIX. responderunt: Wir halten die von dem Defensore wider den geführten Proceß gemachte Zweifel, zu Abwendung der Todes-Strafe, nicht vor hinlänglich. Denn es ist aus den Rechten bekannt, daß alle Inquisitions-Sachen kurz

kurz und ſummariſch tractiret, und die zu Erforſchung der Wahrheit nicht unumgänglich nothwendige Formalitäten ausgelaſſen werden müſſen, geſtalt denn weder in der Anhältiſchen Proceß-Ordnung *tit.* 20. noch ſonſten erfodert wird, einen Inquiſiten ad videndum iurare teſtes und danda interrogatoria vorzuladen, noch die Zeugen eben auf Artickel zu befragen, auch hierunter dem Inquiſiten nichts abgehet, welcher ſeine Exceptiones wider die Zeugen in der Defenſion anführen, und ſolche abſonderlich über die zu ſeiner Defenſion gereichende Umſtände abhören laſſen kann. Equidem, quod articulos attinet, obiicientur nobis forſan *art.* 70. & 72. *Conſtitutionis Carolinæ*, qui in accuſatorio proceſſu articulos probatorios deſiderant. Verum verba captari non oportet. Sueta illa articulorum forma: Wahr, daß ꝛc. nihil ad verum indagandum facit. Hoc ſolum Imperatori cordi fuit, ut teſtes diſtincte, non in ſolle, teſtificentur. Apparet hoc ex verbis *articuli* 181. gar eigentlich, unterſchiedlich und ordentlich. Quodſi hoc factum, quamvis articuli omiſſi ſint, iudicium reſcindi atque teſtium examen repeti non convenit. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XXI. reſponderunt: Inquiſit führet in ſeiner Defenſion für ſich an, die beyde Zeugen, welche den Stich geſehen zu haben ausſagen, wären nicht gebührend über Artickel und interrogatoria abgehöret worden. Es ſcheinet demnach, ob ſey, dem Inquiſiten das Todes-Urtheil zu ſprechen, annoch zu früh, und müſſe zuförderſt auf ordentliche Abhörung der Zeugen über Artickel und interrogatoria interloquiret werden. Alldieweil aber die Zeugen ihre Ausſage ſowohl bey dem Examine ſelbſt, als bey der Confrontation, und zwar bey der letzten Punctweiſe, gar umſtändlich und ausführlich gethan, alſo dadurch der Mangel der ſonſt gewöhnlichen Artickel und Interrogatoriorum, welche doch eben kein Geſetze nothwendig ad eſſentiam inquiſitionis vorſchreibet, erſetzet wird; So haben wir keine Urſach gefunden, von der ordentlichen Todes-Strafe abzugehen.

XXXIII.

De confrontatione nihil certi in iure constitutum. Ergo ea tota prudentiæ iudicis relinquitur.

Sufficit hic responsum ICtorum Helmstadiensium mense Ianuario anni CIↃ IↃ CC XVIII. exaratum: Ist ein gewisser Beamter von seiner ihm vorgesetzten Obrigkeit eines vierfachen bey Führung einer Inquisition begangenen Fehlers beschuldiget, und deshalben mit einem harten Verweise angesehen, auch seine darauf eingebrachte Entschuldigung als impertinent verworfen, und ihm, die Acta auf seine Kosten zu versenden, anbefohlen worden. Es entstehet demnach die Frage, ob der Beamte illegal und wunderlich verfahren, und ob er in der Entschuldigung ungebührlich raisoniret und syndiciret. Was nun demselben beygemessen wird, daß er die Zeugen mit dem Inquisito Triepeln ante litem ad articulos inquisitionales contestatam confrontiret, solches wird gar füglich damit entschuldiget, daß die Rechte von der Confrontation nichts eigentliches verordnen, also die Sache dem Gutachten des Richters überlassen, daß, nach *Carpzovii Quæst. crim.* 114. *n.* 75. *sqq. Ludovici* in der Einleitung zum peinlichen Proceß *cap.* 7. §. 7. und der allda von ihm angeführten Rechtslehrer Meynung, die Confrontation ohne Nullität des Processes ganz wegbleiben könne, daß Inquisit gleichwohl vor der Confrontation schon summariter vernommen worden, und das Delictum negiret, daß secundum *Taborem de Confrontatione disp.* 2. §. 4. ibi: *illico post capturam*, die Confrontation so fort nach der gefänglichen Verhaftung geschehen müsse, daß durch dieselbe allhier unterschiedenes heraus gebracht, und der Weg zur Special-Inquisition gebahnet worden, daß der Beamte selbige zum Ueberfluß

Digitized by Google

nach der geſchehenen Antwort auf die Inquiſitional-Artickel wiederholet. Die Beſchuldigung, ob habe der Beamte keine ordentliche Confrontations-Artickel verfertiget, wird dadurch genugſam abgelehnet, daß dergleichen Confrontations-Artickel weder in den Rechten anbefohlen, noch von den Rechts-Lehrern, inſonderheit von Tabore, der doch einen ganzen Tractat von der Confrontation und der dabey in Acht zu nehmenden Form geſchrieben, erfodert werden, hiernächſt der Beamte das Exempel der vormals in ſeinem Amte ergangenen Inquiſitionen, und dabey auf gleiche Art gehaltenen Confrontationen, dawider die vorgeſetzte Obrigkeit niemalen was erinnert, vor ſich gehabt, überdies bey gegenwärtiger Confrontation alle Capita dem Inquiſiten und den Zeugen vorgehalten und ſie darüber befraget worden. Bey ſo geſtalten Sachen finden wir nicht, daß der Beamte illegal und wunderlich verfahren, noch, daß er in der Entſchuldigung ungebührlich raiſoniret und ſyndiciret.

COROLLARIA.

1. Is, contra quem inquiſitio decreta eſt, etſi de crimine interrogatus ſit, quamdiu tamen ad articulos non reſpondit, inquiſitus non eſt, vide *Specimen LXXX. de Litis conteſtatione, medit. 10.* Sic ICti Helmſtadienſes menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XX. reſponderunt: Beklagte beſchweren ſich darüber, daß Kläger bey der Poſſeſs geſchützet worden, da doch deſſen Zeugen von einem wegen falſorum und anderer Delictorum in Verdacht gerathenen Notario abgehöret worden. Dieweil aber dennoch Kamnitz, als er die Rotulos verfertiget, noch nicht auf die Inquiſitions-Artickel geantwortet gehabt, alſo ſein Notariat-Amt zu exerciren annoch befugt geweſen;

So

So haben wir es, dieſes Gravaminis ungeachtet, bey vorigem Urthel gelaſſen.

2. Nihil funeſtius eſt in inquiſitione, quam quod ea ſæpe malum gravius ſit ipſa, quæ poſtea reo convicto imponitur, pœna. Mille exempla novi, quibus inquiſitus, poſt peractam inquiſitionem carcere aliquot dierum vel mulcta X. XX. &c. thalerorum punitus, hanc pœnam æquo animo tulit, ſed de eo, quod durante inquiſitione vel carcere incluſus, vel ab officio ſuſpenſus, irreparabile in re familiari damnum ſenſerit, iacturamque inſignem exiſtimationis & dignitatis fecerit, ac nunc maiores, quam mulcta eſt, iudici impenſas perſolvere cogatur, conqueſtus eſt. Oportebat profecto, his malis, quæ magnam hominum partem peſſumdant, remedium quæri. Nec impoſſibile hoc foret, ſi in inquiſitionibus maior æquitatis ratio haberetur.

Digitized by Google

SPECIMEN DLXI.
MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVIII. TIT. II.
DE
CORPORE DELICTI.

I.

Neque ſpontaneæ reorum confeſſiones, neque ultroneæ ſui delationes & accuſationes ad plenam condemnationem ſufficiunt, ſed corpus delicti ante omnia inveſtigari oportet.

II.

Falſæ ſui accuſationes ex metu, deſperatione ſalutis, tædio vitæ, amicitia & impotentia amoris nonnunquam proficiſcuntur.

III.

Quibus cauſſis addi poſſunt ſtudium vindictæ, fides coniugalis, muneris eccleſiaſtici fuga.

In inquiſitionibus iudicem ante omnia de corpore delicti ſolicitum eſſe, hoc eſt, num crimen vere commiſſum ſit, inveſtigare oportet. Spontaneæ enim reorum confeſſiones, ſi nulla alia probatio religionem cognoſcentis inſtruat, pro exploratis facinoribus haberi non debent. *L.* 1. §. 17. *de Quæſtionibus*, C. *El. Saxon.* 33. *Part.* 4. Minus etiam ultroneæ ſuimetipſius delationes & accuſationes ad plenam condemnationem ſufficiunt. Nonnunquam enim,

Digitized by

enim, ut Vlpianus in *L.* 1. §. *ult. de Quæſtionibus* ait, homines aut metu, aut qua alia de cauſſa, in ſe confitentur. Et exemplum metus quidem ipſe Vlpianus deinde adfert. Itaque in præſens de aliis cauſſis diſpiciemus. Collegerunt varias interpretes. Pertinent huc inprimis ſalutis deſperatio, vivendi tædium, ac mortis votum, eaque ex rebus male & infeliciter geſtis, anguſtia rei familiaris, magnitudine æris alieni, amiſſione eorum, qui alicui cari atque in deliciis fuere, oborta: tunc enim fieri poteſt, ut homines, quaſi minus committant mali, qui eo pacto alienis, quam qui ſuis manibus vitæ ſeſe eximunt, talia nonnunquam adverſus ſe comminiſcantur: ac tales etiam facti ſpecies proponit *M. Seneca Excerpt. Controverſ. lib.* 8. *contr.* 11. *& Calpurnius Flaccus Declam.* 41. Horum hominum contra ſe pronunciatio non tam confeſſio eſt, quam vox doloris, ſecundum *Calpurnium Flaccum loc. cit. Lucianus* quoque *in Toxaride pr.* 54. hiſtoriam refert memorabilem de Demetrio quodam, qui, ut amico ſuo dilectiſſimo Antiphilo, ob levem ſuſpicionem commiſſi ſacrilegii in carcerem iniuſte coniecto, ſuccurreret, alloquioque ipſum & auxilio ſuo ſublevaret ac recrearet, denegato omni in carcerem aditu, ipſe magiſtratum adiit, ſe ipſe detulit, profeſſusque, ſeſe eiusdem ſacrilegii fuiſſe participem, ipſe quoque in carcerem coniectus fuit, ubi multis precibus a cuſtode obtinuit, ut quam proxime amicum ſuum, & eadem catena vinciretur, quo commodius ea ratione ipſi omnia obſequii & benevolentiæ officia præſtaret. Atque ita ambo ad aliquod tempus in carcere vixere, donec tandem felicior caſus utriusque detexit innocentiam, amboque dimiſſi, atque a iudice ampla pecuniæ ſumma donati fuerunt. Alium amoris in puellam, quam interfectam eſſe audiverat, vehementia adegit, ut huic quoque iungi vellet, quale exemplum invenire eſt apud *Achillem Tatium de Clitophont. & Leucipp. amorib.*

lib. 7. p. 429. Hæc omnia iam ab aliis, inprimis ab *Ant. Schultingio*, ICto elegantiſſimo, *in diſſert. ad L. 1. §. ult. de Quæſtionibus*, conquiſita ſunt. Suppleamus vero, quæ illi omiſere. Aliquando ſpontanea ſui accuſatio ex odio & vindictæ ſtudio proficiſcitur. Ipſe recordor, ancillulam, quam hera expulerat, ultro in iudicium veniſſe, atque ſe de lenocinio, quo heræ adulteriis inſerviiſſet, accuſaſſe, & eatenus fidem inveniſſe, ut virgis in carcere cæſa in quinquennium relegaretur, contra heram vero nihil decerneretur. Iuſtiſſime profecto, nec contra legem noſtram. Nam ſive verum erat crimen, quod detulerat, ſive confictum. Si verum, non poterat mitius puniri propter *art. 12. Conſtit. Carol. Conſtit. Elect. Sax. 29. §. ult. Part. 4. Ordinat. eccleſ. Sax. tit.* von Ehe-Sachen, *rubr.* von der Straf der Unzucht §. *ult.* Si confictum, ſola calumnia tantam pœnam merebatur. Simile quid in ſervulo eiecto, qui furtum a ſe iuſſu domini factum deferebat, contigiſſe, reminiſcor. Nonnunquam fides coniugalis, ut quis ſe ipſum deferat, efficit. Carpzovius vel alius, cuius nomen memoriæ meæ excidit, auctor narrat, uxorem opificis, qui domeſticum ſuum in rixa per iactum exanimarat, ſponte ſe de homicidio, ut maritum liberaret, accuſaſſe. Sed inter cauſſas propriæ accuſationis maxime memorabilis eſt fuga ſacerdotii. In prima ſcilicet eccleſia multi erant, qui ad epiſcopatum vel ſacerdotium vocati ex modeſtia ſe indignos illo faſtigio, aut imparès tam gravi muneri crederent, omniaque, ut id declinarent, facerent. Inter ceteras vias etiam hæc erat, quod criminibus & flagitiis ſe inquinatos dicerent, conſpurcataque tali mendacio fama ſua, quam in ſacerdote & epiſcopo bonam eſſe oportebat, aditum ſibi ipſis ad eas dignitates intercluderent. Quos quidem, etſi falſa eſſent, quæ ita in vulgus de ſe ſparſiſſent ipſi, ad Epiſcopatum evehi noluit *Concilium Valentinum I. c. 4. Nec illud, fratres, ſcribere alienum*

ab

ab Eccleſiæ utilitate cenſuimus, ut ſciretis, quicunque ſe ſub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterii, vel Epiſcopatus mortali crimine dixerint eſſe pollutos, a ſupra dictis ordinationibus ſubmovendos, reos ſcilicet vel veri confeſſione vel mendacio falſitatis. Neque enim abſolvi in his poteſt, quod dictum in alios puniretur, &c. Canoni huic conformis eſt epiſtola ſynodica eiusdem Concilii ad clerum & plebem Eccleſiæ Foroiulienſis: *Et licet non ignoraremus, multos verecundia, & nonnullos ſuſcipiendi ſacerdotii metu trepidos, quæ utique ſigna ſunt ſanctitatis, falſa in ſe, reiiciendi honoris cauſſa, dixiſſe tamen, quia omnium fere adeo, quæ ſunt peiora, proclive iudicium eſt, & materies diſputationum ex obtrectatione ſacerdotum Dei quæritur: ſedit in Synodo, ut, quisquis de ſe vera vel falſa dixiſſet, fides ei, quam ſuomet teſtimonio confirmaret, haberetur.* Commemorat hos canones *Zieglerus in commentariolo de Clerico renitente, ſive muneris eccleſiaſtici fuga* §. 87. *& in libro I. de Epiſcopis cap.* 5. §. 78. exempla tamen virorum, qui talia fecerint, non ſubiicit, niſi forte huc pertinent, quæ de Ambroſio ex *Paulino presbytero in vita Ambroſii* paulo ante narrarat. Is nempe Mediolani per populum mirabili & incredibili concordia electus epiſcopus *publicas mulieres publice ad ſe ingredi fecit, ad hoc tantum, ut viſis his populi intentio revocaretur. At vero populus magis magisque clamabat: Peccatum tuum ſuper nos!* Elegantius exemplum in *Syneſii epiſtola* 105. *ad Evoptium fratrem;* quam & *Nicephorus hiſtoriæ ſuæ lib.* 14. *cap.* 55. inſeruit, exſtat, in qua epiſtola Syneſius Ptolemaidos epiſcopus electus, & hunc honorem a ſe depulſurus, vitia ſua, quantum poteſt, exaggerat, fratremque, ut hanc epiſtolam publicet, rogat.

IV.

IV.

Ad corpus delicti certitudo moralis, qualis in rebus humanis haberi poteſt, non mathematica & abſoluta, requiritur.

V.

Eadem certitudo ſaltem quod ad factum, non etiam quod ad circumſtantias loci & temporis, neceſſaria eſt.

Dum certitudinem corporis delicti ad irrogandum ultimum ſupplicium deſideramus, talis certitudo ſuppo-nenda eſt, qualem res humanæ admittunt, moralis nempe, non mathematica & abſoluta. Qui hanc deſiderant, ſæpe manifeſtos reos meritiſſimæ pœnæ eximunt, & contra *art.* 6. *Conſtit. Carolinæ*, verbis: ſo viel möglich, und nach Geſtalt und Gelegenheit einer jeden Sache geſchehen kann; peccant. Dici tamen non poteſt, quousque ſcrupuloſitas ICtorum circa corpus delicti nonnunquam progrediatur. Requirunt aliqui certitudinem non in facto ſolum, ſed & in circumſtantiis. Exemplum hoc eſto: Maritus & uxor aliena de adulterio accuſati, ambo concubitum, etiam iteratum, faſſi erant, ſed quod ad locum & diem diſſentiebant, ſibique in confrontatione contradicebant. In hac contradictione defenſor adulteri potiſſimum nitebatur, negabatque corpus delicti adeſſe. At enim vero ſine lege loquebatur, quæ ſaltem certitudinem facti ipſius, non circumſtantiarum, exigit. *L.* 1. §. 24. *de S. C. Silan. Conſtit. crim. Caroli V. art.* 6. Reſcriptum Electorale Sax. apud *Carpzovium Quæſt. crim.* 107. *n.* 69. Itaque ICti Vitembergenſes menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XXXI. gladii pœnam decernere non dubitarunt: Haben beyde Inquiſiten theils in Güte, theils vor dem Scharfrichter bekannt, daß ſie zu unterſchiedenen malen mit einander Ehebruch und Ober-Hurerey getrieben, das Werk der fleiſch-

fleiſchlichen Vermiſchung würklich vollbracht, er, Bredtſchneider, ſeinen Saamen in der Holmannin Leib laufen laſſen, mithin obgedachter Bredtſchneider durch Abſchwörung des ihm ehemalen zuerkannten Reinigungs-Eydes einen ungezweifelten Meineyd begangen. Ob ſie nun gleich in ihren verſchiedentlich übergebenen Defenſions-Schriften anführen, daß beyde Inquiſiten in den angegebenen Umſtänden, ſonderlich der Zeit des begangenen Ehebruchs, nicht gänzlich mit einander übereinſtimmen, alſo das Corpus delicti ſeine völlige Richtigkeit nicht habe. Alldieweil aber beyde Inquiſiten bey der angeſtellten Confrontation in den Haupt-Umſtänden ſich mit einander vereiniget, mithin dieſes, daß Bredtſchneider den eigentlichen Tag und Stunde nicht zu benennen weiß, das Corpus delicti in keine Ungewißheit ſetzet, noch den geringſten Zweifel, als ob das Verbrechen nicht würklich begangen worden, übrig läſt, endlich der begangene Meineyd dieſes Bredtſchneiders Verbrechen vergröſſert, und ihn alles Mitleidens unwürdig machet; So wird Inquiſit, Johann Paul Bredtſchneider, daferne er bey ſeinem gethanen Bekänntniſſe vor gehegtem peinlichen Hals-Gerichte nochmalen freywillig beharret, oder deſſen, wie Recht, überführet wird, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht.

VI.

Fuſtigatio, relegatio minoresve pœnæ ſine corpore delicti infligi poſſunt.

VII.

Corpus delicti nec ad inquiſitionem, bene tamen ad tormenta decernenda, eſt neceſſarium.

Ait *Carpzovius Quæſt. crim.* 81. *n.* 58. *In caſu, quo reo non ultimum ſupplicium, ſed fuſtigatio aliave mitior pœna eſt infligenda, licet de corpore delicti non conſtet, ex ſola tamen confeſſione furem taliter puniri.* Adde *eundem Quæſt. crim* 108. *n.* 39. *ſq. & Mullerum ad Struvium tit. de Furtis* §. 25. *lit. π.* Convenit hoc *Conſtitutioni Elect. Sax.* 33. *P.* 4. Et ſic ICti noſtri ſæpius inter alia menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XXXIII. iudicarunt: Ob wol Beklagte Lehmannin, daß allhier gar kein Corpus delicti vorhanden, und Klägerin nicht einmal, daß ihr die Magd entlaufen, beygebracht, oder beſchworen, vielweniger die ihr, der Beklagten, fol. 1. b. beygemeſſene Worte erwieſen, hiernächſt ſie die Beklagte alle einen rechtmäßigen Verdacht erweckende Umſtände fol. 12. b. ſq. abgeleugnet, und aus demjenigen, was ſie eingeſtanden, kein rechtmäßiger Verdacht erzwungen werden könne, vorſchützet; Alldieweil aber die Rechte das Corpus delicti, oder eine ungezweifelte Gewißheit des begangenen Verbrechens, nur alsdenn, wenn die peinliche Frage, *L.* 1. §. 17. *de Quæſtionibus*, oder eine Lebens-Strafe, *Reſcriptum Auguſti Electoris de* 1579. *apud Carpzovium in Quæſt. crim.* 107. *n.* 69. erkannt wird, erfordern, in geringern Fällen aber, ja, ſo gar bey Erkennung des Staup-Beſens, auf die Richtigkeit ſolchen Corporis delicti gar nicht dringen, *Conſtitut. Elect. Sax.* 33. *P.* 4. *Carpzov. Quæſt. crim.* 81. *n.* 58. *& quæſt. crim.* 108. *n.* 39. *ſq.* folglich in ſolchen Fällen, da die Sache auf wenige Tage Gefängniß, oder einige Thaler ankommt, dergleichen ungezweifeltes Corpus delicti um ſo viel weniger nöthig iſt, als die Rechte dergleichen kleine Sachen auf einmal ohne koſtbare Interlocute, allenfalls durch den Eyd, auszumachen anbefehlen, und denn Klägerin zu dem Erfüllungs-Eyde, bey ermangelnden ſtärkern Beweiſe, zu laſſen bedenklich geweſen, Beklagte hingegen dadurch, daß, ihrem Geſtändniſſe nach, fol. 12. ſq. die der Klägerin entlaufene Magd in ihrem Hauſe geweſen, mit ihrem Sohne abſonderlich geredet, vor deſſen Schwägerin angegeben worden, und mit ihm fortgegangen, einigen Verdacht,

als

als ob ſie ihre Flucht befördert, auf ſich geladen; So iſt geſprochener Maaſſen billig erkannt worden. At vero idem *Carpzovius Quæſt. crim.* 16. *n.* 3. *Nec inquiſitio*, inquit, *contra aliquem formanda eſt, niſi de corpore delicti conſtet;* quod deinde *in Quæſt. crim.* 107. *n.* 72. repetit. Non cohærent hæc invicem, nec cum uſu fori conveniunt. Conſtans fori, inprimis Saxonici, uſus nunquam relegationem, ne quidem temporariam, admittit, niſi inquiſitio ſpecialis, ſeu examen rei ad articulos, præceſſerit. Conſequitur ergo, poſſe inquiſitionem ſpecialem decerni, quamvis corpus delicti adhuc dubium ſit. Nec miror errorem *Carpzovii*, qui nobiscum homo fuit. Magis miror cauſſam erroris. Fefellit eum reſcriptum Electoris Auguſti d. 5. Ianuar. anni 1579. datum, quod tamen opinionem eius aperte refellit. Nempe reſcriptum hoc, quod ipſe integrum *in Quæſt. crim.* 107. *n.* 69. exhibet, peracta inquiſitione, ante pœnæ exſequutionem corpus delicti accurate inveſtigari iubet. Clara reſcripti verba ſunt, ac noluit tamen ea videre *Carpzovius*, ſed, *ſequenti n.* 72. ubi illa excerpſit, integram, quæ ipſi obſtabat, lineam: und ehe dann die Strafe ergehe; omiſit. Conſulto, an per incuriam? Forte etiam Carpzovium decepit Vlpianus, qui in *L.* 1. §. 24. *de S. C. Silaniano* vetat, quæſtionem habere, niſi de corpore delicti conſtet. At hic error minus excuſabilis foret, quum omnes ſciant, quæſtionem & inquiſitionem toto cælo differre, atque quæſtionem in iure Romano & apud bonos auctores torturam, uti vulgus hodie loquitur, ſignificare.

SPECIMEN DLXII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVIII. TIT. II.

DE

ODIO DEFENSIONIS

PVBLICE DEFENSVM

A

FRIDERICO CHRISTIANO HOFMANNO

PVLSNICENSI LVSATO

MENSE FEBRVAR. ANNI CIↃ IↃ CC XXXIV.

I.

Defenſio in ſe ſpectata favorem maximum meretur, & in Carolina lege plus centies præcipitur.

II.

At uſus diverſam a Carolina defenſionem in fora invexit, quæ odio digniſſima eſt.

Pleræque res ita comparatæ ſunt, ut duas diverſas atque ſibi plane contrarias facies induant, &, ſi ex una ſpectentur, gratiſſimæ appareant, maximumque favorem apud omnes inveniant, ex altera horrorem incutiant & odium mereantur. Iam tum ante me *Thomaſius in Inſtitutionibus Iurisprudentiæ divinæ lib. 2. cap. 12. n. 169.* nullum dixit reperiri negotium humanum, quod ex omni parte

parte favorabile aut odioſum appellari poſſit, hocque deinde pluribus contra *Placcii* obiectiones *in Appendice ad lib. 2. iſtarum inſtitutionum pag. 372. ſqq. & in Quæſtionibus promiſcuis hiſtorico-philoſophico-iuridicis diſp. VII.* oſtendit. Exemplis, quæ ille plurima habet, ſubiicio nunc defenſionem reorum in cauſſis capitalibus. Eſt utique defenſionis per ſe ſummus favor, & ridiculi ſunt, qui, ut hunc, de quo nemo cordatus dubitavit, probent, *leges 3. de Iuſtitia & iure*, ac alias multas coacervant. Verum hoc erat, etſi Florentinus non dixiſſet. Agnoſcit hunc favorem *Carolus V.* atque *in lege ſua criminali* de nulla magis re, quam de rei defenſione, ſolicitus eſt. Hanc infinitis locis magiſtratibus modo præcipit, modo enixe commendat. Atqui tamen auſi ſumus, lucubratiunculam hanc de odio defenſionis inſcribere. Eius inſtituti ratio igitur reddenda eſt, ne puerili quorundam declamatorum ac leguleiorum more laureolam in muſtaceo quærere, & inanem gloriolam in titulo paradoxo aucupari videamur. Non eſt hic mos noſter, nec mens unquam, ſed tantum veritatis indagandæ cura. Itaque ſtatim in principio profitemur, defenſionem in ſe ſpectatam & nobis maximo favore dignam videri, eam ſcilicet, quam recta ratio ac ius naturæ ſuggerunt, quamque Carolus V. præcipit & commendat. Ea vero, quam corruptus fori uſus, rabularum effrenata impudentia & ſocors magiſtratuum indulgentia contra *Caroli* mentem & legis Carolinæ verba introduxerunt, odium maximum meretur. De hac itaque forenſi defenſione, quæ inculpatæ tutelæ moderamen excedit, non de legitima & Carolina, titulum ſcripti noſtri accipi oportet. De quo ut lucidius conſtet, diſcrimen, quod inter vulgarem, ſeu forenſem, & lege Carolina præceptam defenſionem intercedit, ante omnia explicandum eſt.

III.

In quibusnam capitibus usus fori, quod ad defensiones, a lege Carolina recesserit, ostenditur.

Recessisse usum fori, quod ad defensionem reorum, a Carolina lege, supra dictum. Sed ego non primus sum, qui hoc dico. Iam ante me *Beyerus* idem dixit, ac luculenter ostendit *in commentario ad articulum Carolinum* 151. quem adeo hic saltem exscribam: Modus defensionis hodiernus ab eo, qui in articulis præsentibus describitur, in multis differt, postquam iudiciorum apparatus & advocatorum frequentia incrementa sat ampla cœpit, & hi didicerunt, praxin criminalem auream esse. Caroli ævo accusatus ipse, factum confessus, excusationis momenta in medium proferre tenebatur, hodie vero expetitio defensionis absque momentorum explicatione sufficit. Imo reus sub finem articulorum inquisitionalium, ut vulgo fieri solet, quæsitus, num ipsi excusationis momenta suppetant, si respondeat: eorum nihil sibi in promtu esse, sed forte advocato, quem admitti cupiat; nihilominus defensio permittitur. Imo quod amplius est, in pœnis capitalibus, aut decernenda tortura, licet nullum ex actis defensionis momentum erui possit, nihilominus defensio, licet inquisito non petente, ex officio decernitur. Olim ipse inquisitus media probandi exponebat, quæ in articulos ab acturio vel scabino statim digerebantur, at hodie ipse inquisiti advocatus articulos defensionales, quoties testium examine ipsi opus videtur, concipit, neque iudici semper eiusve commissario, sed & subinde notario testium examen committit. Olim iudex ipse, adhibito prudentum consilio, de articulis ante testium examen iudicabat, an in thesi relevarent: hodie non nisi peracta defensione a ICtis cognitio desuper requiritur. Olim iudex solus, vel eius commissarius, hodie etiam notarius,

& quilibet iudex alius, teſtes examinat. Olim peracto examine prolixa innocentiæ deductio ignorabatur; hodie ea, licet nihil novi in facto propoſitum ſit, admittitur.

IV.

Ius Carolinum, quod reis ab alio defendi permittit, novum non eſt.

V.

Apud Græcos & Romanos reis, dummodo ipſi præſentes eſſent, ſemper licuit, defenſorem adhibeſe, abſentibus vero, per procuratorem ſe defendere, vetitum fuit.

VI.

Iura canonicum & Germanicum vetus cum Romano hac in parte conveniunt.

Nihil ex his, quæ Carolus de defenſione reorum ſancit, novum eſt, nihil non iam ante vel ex iure naturæ cognitum, vel lege vetere conſtitutum, vel uſu fori ſtabilitum. Equidem *Kreſſio in notis ad art.* 88. id, quod *Carolus in hoc articulo* conſtituit, ut tam accuſatori, quam accuſato, ſi hoc velint petantque, procurator concedatur, novum & a iure alienum videtur. Dixerunt idem alii ante *Kreſſium*, novamque hanc *Caroli* legem cum iuribus Romano & canonico, inter alia cum *L.* 13. §. 1. *de Publicis iudiciis*, *L.* 26. *C. de Procuratoribus*, & *can.* 40. *cauſ.* 2. *quæſt.* 6. pugnare, crediderunt. Ego vero, hunc *articulum* 88. novi quid continere, ac cum iuribus ſcriptis pugnare, nego. Antiquiſſimis iam temporibus reo capitalis criminis, advocatum & defenſorem adhibere, licuit. Græcos certe, a quibus Romani leges ſuas acceperunt, hoc reis ſuis permiſiſſe, vel ex *Demoſthenis* orationibus, quarum multæ nihil aliud quam defenſiones

siones sunt, apparet. Pulcherrimæ *Ciceronis* orationes sunt defensiones illæ *T. Annii Milonis*, quæ ceteras omnes exsuperat, *Sex. Roscii Amerini*, *Fonteii*, *A Cluentii Aviti &c.* Adde *Senecæ & Quintiliani* declamationes, ex quibus pleræque defensiones sunt. Neque mutatum hoc est sequentibus temporibus. Licuit semper reis ad Iustinianum usque & sub Iustiniano, advocatum secum in iudicium ducere, atque ope eius in defensione uti. Cui sententiæ meæ non obstant, quas supra memoravi, *L.* 13. §. 1. *de Publicis iudiciis & L.* 26. *C. de Procuratoribus.* Vetant hæ leges, reos publico iudicio accusatos abesse & per procuratorem se defendere. Hoc semper vetitum fuit etiam in libera republica. Nunquam licuit reo, in capitali caussa abesse, ne scilicet damnatus eluderet iudicium & sententiam inanem efficeret. T. Annius Milo abesse, dum a *Cicerone* defendebatur, a iudicio non potuit, sed interfuit, quamvis invitus, fastidiose & audacter, ita ut aliorum reorum morem non imitaretur, & nec comam poneret, nec vestem mutaret, teste *Plutarcho in vita Ciceronis.* At eo inhumanitatis legumlatores Romani progressi nunquam sunt, ut reos, rusticos sæpe homines & fandi rudes, indefensos & quasi ad palum deligatos accusatoribus, vaferrimis plerumque & eloquentissimis viris, tanquam bestiis, obiicerent. Nunquam id in mentem venisse Iustiniano & decessoribus eius, vel ex *L.* 19. *de Pœnis*, quæ servis ab alio defendi permittit, apparet. Absurde profecto & inique *Vlpianus* servis indulsisset, quod dominis eorum & liberis hominibus non licuisset. De iure canonico nihil est, quod dicamus. Observat recte *Bœhmerus in Iure eccles. protest. tit. de Procuratoribus* §. 16. ius canonicum nihil, quod ad hoc caput, ex iure Romano immutasse. Ergo etiam secundum illud præsens reus esse, & ipse factum proponere debet, *cap.* 14. *X. de Iudiciis*, excusare vero factum

Digitized by Google

ctum & defendere ſe per advocatum non prohibetur, abſentis ſaltem procurator non facile admittitur, *c.* 15. *X. de publicis iudiciis.* Denique apud Germanos reis ſemper licuiſſe, defenſorem, einen Vorſprecher, ſibi expetere, iudicemque petentibus hoc denegare non potuiſſe, omnes norunt. Vide *Speculum Saxonicum lib.* I. *art.* 60.

VII.

Defenſio neceſſaria & eſſentialis iudicii criminalis pars eſt.

VIII.

Ad quam tamen advocatus non eſt neceſſarius, niſi reus vel talem efflagitet, vel ob ſtuporem ingenii ſibi ipſi conſulere nequeat.

IX.

Vſus fori hac in parte legibus contrariatur, & advocatum defenſorem invitis ſæpe reis cum magno eorum malo obtrudit, aut hominibus callidiſſimis indulget.

Potiſſimum caput, in quo uſus fori a legibus ſcriptis recedit, eſt, quod ſecundum has defenſor non niſi petentibus detur, *L.* 19. *de Pœnis, Spec. Sax. lib.* I. *art.* 60. *art. Carolin.* 88. aliquando etiam non petentibus, quando videlicet ruſticitas eorum & ingenii ſtupor, ne ipſi excuſationes ſuas & iura proponant, impedimento eſt, *cap.* 14. *X. de Iudiciis, art. Carolin.* 47. praxis vero defenſorem etiam non petentibus, quin & invitis ac moram longiorem obnixe deprecantibus, obtrudat. Credunt vulgo, defenſionem rei eſſe neceſſariam iudicii criminalis partem, atque ad eſ-

Digitized by Google

ſentiam eius & integritatem ita pertinere, ut ſine illa ſententia capitalis ferri nequeat. Nec falluntur. Indefenſus damnari nemo debet, ſed & contumax, qui confeſſus iam & convictus declaratus fuit, ſi deinde capiatur ac defendere ſe velit, audiendus eſt, *art. Carolino* 155. Quin imo, ſi reus nec ipſe, nec per alium ſe defendat, iudex defenſionem ſuſcipere, ac de innocentia eius quærere, & argumenta atque teſtimonia innocentiæ inveſtigare debet. *L.* 19. *de Pœnis*, *art. Carolin.* 47. & 154. At enim vero ut reo, homini prudenti & fandi perito, ac excuſationes ſuas lucide exponenti, nec advocatum poſcenti, ſed aliquando detrectanti, & maturari ſententiam ac ſumtus minui flagitanti, tamen advocatus adiungatur, qui conquiſitis undique coloribus crimini manifeſto tenebras offundat, ac, dum in hoc laborat, carceris cruciatus in aliquot menſes & annos extendat, miſerumque clientem ſumtibus defenſionis ad incitas redigat, hoc iura noſtra neque præcipiunt, neque probant.

X.

Vſus fori defenſorem advocatum in criminibus etiam manifeſtis, & quæ celeriter puniri reipublicæ intereſt, neceſſario deſiderat.

XI.

In Saxonia tamen hæc neceſſitas per novas leges eſt remiſſa.

Tanta eſt praxeos circa defenſionem reorum per advocatos tyrannis, ut eam etiam in criminibus manifeſtis, & quæ celeriter expediri reipublicæ intereſt, decernat. Ridicule hic nonnunquam ſoliciti ſunt magiſtratus. Narrat auctor *des melanges hiſtoriques*, quæ anno 1718. Amſtelodami prodierunt, *in cap.* 1. epiſcopum Lauſannenſem anno 1479. excommunicaſſe erucas frugibus noxias ſolemni ritu, permiſſo tamen prius iis advocato, qui cauſſam ageret erucarum, ne in-

Digitized by Google

incognita cauſſa damnatæ viderentur. Sed in erucis hoc tolerari poteſt. Ipſi diabolo defenſor adiungitur. In illis ſcilicet ſolemnibus conſecrationibus, quæ Romæ ſubinde fiunt & vulgo canoniſationes appellantur, ne diabolo inaudito iniuria per relationem hominis immerentis inter divos fiat, orator conſtituitur, qui iura diaboli magna contentione adverſus candidatum conſecrationis tuetur, ac propterea advocatus diaboli vocatur. Narrabo hæc verbis *Labati in tomo VI. des Voyages d'Eſpagne & d'Italie pag.* 141. *ſq. A fin que la cauſe ſoit mieux diſcutée, le Fiſcal de la Congregation des Rites n'a pas manqué de nommer un Contradicteur, auquel on a donné par honneur le nom d'Avocat du diable. Ce galant homme, qui n'eſt pas payé pour aider le Saint, ayant pris communication des piéces, fait ſes remarques & ſes obiections, rien ne lui échape, la moindre formalité manquée le met en droit de demander, que les procedures ſoiént declares nulles. S'il apprend, que le ſuiet preſenté ait fait pendant ſa vie quelque choſe digne de correction, il lui faut des preuves bien evidentes d'une ſevére pénitence, &, s'il y a eu une partie lezée, il faut le convaincre d'une entiére ſatisfaction, ſi on veut lui fermer la bouche. On peut dire, que le perſonnage, que fait l'Avocat du Diable, eſt très neceſſaire & très propre, à fin qu'il ne reſte aucun doute ſur l'integrité du Saint propoſé. On dit, qu'une canoniſation, qui ſe fit au commencement du XVII. ſiécle, penſa être accrochée, parce que l'Avocat du Diable demanda iuſtice contre le Saint pour un paſſe-droit, qu'on pretendoit qu'il avoit fait en faveur de certaines Religieuſes contre les interéts de certains Religieux. Il fallut de grands eclairciſſements, & iuſtifier à pour & à plein la conduite du Saint. Cet Avocat ne laiſſe pas paſſer un miracle ſans l'eplucher depuis les pieds iusqu'à la tête, pour peu que la nature, les remedes, qui ont précedé la gueriſon, l'imagination, ou quelque autre cauſe naturelle ayent influé, ou pû influer dans le miracle, il eſt mis ſans*

miſericorde au billon, il en faut produire un autre. Il eſt vrai, que les regles ordinaires n'exigent, que deux ou trois miracles, mais il faut, qu'ils ſoient bien averez, & que l'Avocat du Diable, & dans le beſoin le Diable même, n'y ayent pû trouver rien à redire. Verum divus AVGVSTVS II. Poloniarum rex, agnovit hunc popularem errorem, & ſingularium certaminum ſeu duellorum reos, nec non raptores & fures violentos, ad ultimum ſupplicium, ſine defenſore advocato, rapi & iudicem ipſum de eorum defenſione ſolicitum eſſe, ſapientiſſime iuſſit in dem *Mandat* wider die Selbſt-Rache, *de anno* 1706. §. 31 & *de anno* 1712. §. 40. item in dem *Mandat* wider die Diebe und Räuber *de anno* 1719.

XII.

Defenſores per hoc, quod non tam verum exponere, quam obſcurare, & iudici fucum facere laborant, odium merentur.

Defenſionibus illis, quas intempeſtiva miſericordia magis, quam legis auctoritas, in fora invexit, hoc maxime vitium exprobrat *Beyerus in notis ad articulum Carolinum* 151. *ſqq.* §. 10. quod ſtylo florido & undique conquiſitis ornamentis oratoriis atque argumentis affectus potius moventibus, quam intellectum convincentibus, defenſores utantur. Et verum hoc eſt. Sæpe ego, quando defenſiones manifeſtorum ſicariorum, latronum, parricidarum, ſubtiliter elaboratas lego, tacitus mecum illud *Senecæ lib.* 3. *de Ira cap.* 14. de Præxaſpide, cædem filii ſui a Cambyſe rege peractam laudante, iudicium cogito: *Sceleratius telum illud laudatum eſt, quam miſſum.* Egregie Cicero apud *Ammianum Marcellinum lib.* 30. *cap.* 6. *Quum nihil*, inquit, *tam incorruptum eſſe debeat in republica, quam ſuffragium, quam ſententia, non intelligo, cur, qui ea pecunia corruperit, pœna dignus ſit, qui eloquentia, laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere videtur, qui oratione, quam qui pretio iudicem corrum-*

Digitized by Google

rumpit, quod pecunia corrumpere prudentem nemo poteſt, dicendo poteſt.

XIII.

Plurimi rei ex his, qui defenſionibus iuvantur, nocentes ſunt, ac ope defenſorum meritam pœnam effugiunt.

XIV.

Defenſiones ſæpe reorum cauſſam deteriorem reddunt, & vel pœnæ, quæ alias imponi non potuiſſet, locum faciunt, vel eandem exaſperant.

Equidem facile prævideo, hos, qui defenſionum utilitatem ac neceſſitatem tuentur, exempla plurima, quibus defenſio reis profuit, atque pœnam vel plane depulit, vel mitigavit, allaturos. Nec negare ea poſſum. Sed duo repono: primum, ex his, quibus defenſio profuit, plurimos, ſi non plerosque, nocentes fuiſſe, ac pœnam meruiſſe, ſed artibus cauſſidicorum, vel circa corpus delicti cavillantium, vel luci caliginem inducentium, vel actorum fidem propter omiſſam ſolemnitatem infringentium, vel miſericordiam commoventium, elapſos eſſe; deinde, multa etiam exſtare exempla, quibus defenſio reis magnopere nocuit, & pœnam, quam, omiſſa defenſione, vel plane effugiſſent, vel mitiorem ſuſtinuiſſent, attraxit. Retuli iam *in Specimine LXXIV. de Foro delicti, medit.* 5. defenſorem quemdam ex imperitia duriorem lege fuiſſe, &, quum hæc non niſi relegationem in crimen commiſſum ſtatueret, clientem ſuum præterea virgis cædendum eſſe, dixiſſe. Sed eius quidem errorem tunc correxerunt ICti. Fecerunt idem ICti Vitembergenſes menſe Septembri anni CIↃ IↃ CC XXXIV. Muliercula nempe de fæce plebis nobilem virum adulterii

Digitized by Google

inſimulabat ſine argumentis ac indiciis. Negabat hic factum, ac potuiſſet ſecurus ſententiam exſpectare. Ille vero, ut melius ſibi proſpiceret, advocatum adſciſcebat, qui in defenſione clientis nihil ſe videre aiebat, quod eum ultra iusiurandum purgationis oneraret. Itaque decerni petebat: Daß Inculpat ſich in Gegenwart eines Geiſtlichen eydlich zu reinigen ſchuldig ſey. Riſimus imperitiam hominis, ſupplevimus tamen, quod illi deerat, atque omiſſo iureiurando, reſpondimus: Daß Inquiſitin, Friderica Jägerin, des Landes auf 10 Jahr zu verweiſen, wider den von Eckard hingegen, in Anſehung, daß die bloſſe Beſchuldigung einer geſchwängerten Weibes-Perſon nicht einmal eine zum Reinigungs-Eyde hinlängliche Anzeigung machet, weiter nichts vorzunehmen. At aliquando incorrigibilis error eſt. Norunt collegiorum, ad quæ acta mitti ſolent, adſeſſores, ſæpiuscule reos, quum factum adhuc dubium eſt, nec probationes ad condemnationem ſufficere videntur, per teſtes defenſionales plene convinci, aut ex horum teſtimoniis circumſtantias, quæ ante latebant, & atrocitatem facinoris pœnamque augent, elucere. Ferebantur ad ICtos Vitembergenſes menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XXXIV. acta, da ein Inquiſit in puncto homicidii einen Defenſional-Artickel ſo einrichtete: Wahr, daß Inquiſit ſich allezeit friedlich und wohl aufgeführet. Reſpondebat teſtis, das könne er nicht ſagen, weil ſeine Eltern geklaget, daß er ſie geſchlagen habe. Quod teſtimonium multum reo in cauſſa principali nocuit. Hic tamen nihil imputari poteſt defenſoribus, qui bona fide, & de clientum ſuorum innocentia perſuaſi, teſtes nominant. Illi vero plus quam ridiculi ſunt, qui clientibus ſuis tales excuſationes & exceptiones ſuggerunt, per quas reatus augeretur. Et accidit tamen id interdum. Accuſabatur aliquando maritus in ducatu Brunſuicenſi de adul-

terio

terio cum puella commisso, nec negabat factum, fortunatus, nisi de defensione cogitasset. Leges enim Brunsuicenses adulterum simplicem pecunia, willkührlich mit Gelde, mulctari iubent. At miser advocatum defensorem sumserat. Is pro minuenda mulcta, clientem suum sedulo, ne semen immitteret, caviſſe, atque id in terram effudiſſe, allegabat, & sic fœdam criminis Onanitici, de quo vide *Geneſ. XXXVIII*, 9. 10. exceptionem opponebat. Cohorrescebant ICti Helmstadienses, acceptis mense Decembri anni 1713. actis, ad turpitudinem defensionis, eratque inter illos, qui cum *Ant. Matthæi de Criminibus lib.* 48. *tit.* 3. *cap* 6. *n.* 8. reo ultimum supplicium irrogandum contenderet. At post longam deliberationem tandem placuit, in locum mulctæ perpetuam relegationem & solemnem, adpensis de tergo virgis, ex oppido deductionem substitui. Non minus ridiculum est, quod in actis mense Octobri anni CIↃIↃCCXXX. ad me missis animadverti. Maritus, cuius uxor in fine septimi post nuptias mensis infantem enixa erat, in curiam vocatus, anticipati concubitus insimulatur. Negat ille anticipatum concubitum confidentissime, atque senatum vicissim iniuriarum postulat. Denunciat ei senatus, se acta ad me missurum, qui profecto, si illa, ut erant, ad me venissent, absolvere reum a reatu & expensis necessum habuissem, ac forte etiam eidem actionem iniuriarum propter obiectum innocenti crimen reservassem. Verum ille bonam causſam suam turpiter corrumpit. Adit nempe advocatum, & huic defensionem suam committit. Hic nomine clientis scriptum conficit, atque in eo ex legibus, nec non medicorum & ICtorum libris, partum legitimum & ex iustis nuptiis natum, quin imo totum fere mensem ei supereſſe, egregie ostendit, ac iterum de iniusta criminatione & iniuria

iuria per hoc facta queritur, tandem in fine addit: Nolite tamen mirari, domini, uxorem meam paulo citius, quam aliæ mulieres ſolent, puerperam factam, ego illam prægnantem duriſſimis laboribus fatigavi, ac perperam facienti ſubinde fuſtem impegi. Ita ergo homo clientis ſui cauſſam, quam iura ipſa ſatis tuebantur, oppoſita exceptione maleficii, deteriorem efficiebat. Nam mala uxoris tractatio per ſe maleficium eſt, in uxore gravida eo atrocius, quod abortus periculum indicit. Itaque quam ante lectionem defenſionis iam meditatus eram, ſententiam mutavi in peius, reumque a crimine anticipati concubitus abſolvi quidem, ſed ad expenſas litis damnavi, ac addita comminatione obiurgavi, iniuriæ vero, de qua ab initio queſtus fuerat, nullam mentionem feci: Weil die Rechte ein den 182ſten Tag nach der Hochzeit gebornes Kind vor rechtmäßig erklären, ſo hat es mit dem gegenwärtigen, welches den 207den Tag zur Welt gekommen, ganz keinen Zweifel. Inzwiſchen da Knoll ſelbſt bekennet, partus præcipitantiam facto illicito veranlaſſet zu haben, welchem die Frau beytritt; So iſt gedachter Knoll die verurſachte Unkoſten zu bezahlen ſchuldig, und wird auf den Fall, da er ſein Ehe-Weib ferner tyranniſch tractiren ſollte, mit harter Strafe bedrohet.

XV.

Inter præcipua defenſionum mala eſt mora litis & diuturnus carcer.

XVI.

Quod tamen non ipſis defenſionibus adſcribendum eſt, ſed nimio, qui illis tribuitur, favori.

XVII.

Propter hunc nullus dies, quem vel lex, vel iudex, defenſori præfigit, peremtorius creditur.

XVIII.

Defenſiones, non obſtante præcluſi pœna, admitti ſolent.

Inter præcipua defenſionum mala & hoc eſt, *quod per eas* cauſſæ criminales, quas tamen cito finiri & *reipublicæ &* reorum intereſt, diutiſſime extrahantur, *reique longius in* carcere detineantur. Novi reos, qui *quinque annos & ultra* in vinculis compediti iacuerunt, qui, *niſi defenſi fuiſſent,* primo ſtatim anno expediri [illegible] *iſſent. Neſcio, quid alii* ſentiant. Ego [illegible] *i mortem antefero, &* quod *Marti* [illegible] *7. epig* [illegible] *de diuturna lite civili* ſcribit [illegible]

[illegible] *ora brumæ* [illegible] *ec*
[illegible] *im* [illegible] *con-*
[illegible] *t* [illegible] *osque*
[illegible] *er* [illegible] *dum eius*
[illegible] *apud Ma-*
[illegible] *merito eam*
[illegible] *pro-*

Digitized by Google

Sed erro, qui longiſſimas iſtas moras, & diuturnitatem litis ac carceris defenſioni ipſi adſcribo. Non ea defenſioni, ſed favori defenſionis, quem pragmatici fingunt, ac propter quem innumera ſingularia excogitant, & contra rationem iuris in fora introducunt, adſcribi oportet. Ex iſtis vero ſingularibus nullum magis moræ cauſſam dat, quam quod, defenſiones ad nullum tempus alligari debere, ſed ſemper offerri poſſe, credunt. Equidem iudices & nonnunquam leges ipſæ diem definiunt, intra quem defenſio offerenda ſit. Verum ille dies dicis cauſſa ſaltem poſitus nec peremtorius exiſtimatur, ſed defenſor diu etiam, poſtquam is dies effluxit, admittitur, &, ſi iudex eum audire detrectat, ac acta ad collegium iuridicum mittit, hoc ea cum interlocutione, ut defenſio ante omnia illis inferatur, remittere & contradictorem in expenſas damnare ſolet. Sic ICti Vitembergenſes menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XXIX. reſponderunt: Daß D. Alwigs anderweite Defenſion annoch zuläßig, Denunciantin auch die durch gegenwärtige Verſchickung der Acten verurſachte Unkoſten zu tragen ſchuldig. V. R. W. Rat. dec. Als Denunciat wider das gegen ihn eingeholte Urthel um Verſtattung einer anderweiten Defenſion gebeten, ſo iſt ihm per ſignaturam eine vierwöchentliche Friſt darzu verſtattet worden, er aber damit zu rechter Zeit nicht eingekommen, worauf Denunciantin ihn contumaciret, und, da er wenig Stunden hernach die Defenſion übergeben, über Zuläßigkeit ſolcher Defenſion rechtliches Erkenntniß einzuholen gebeten, jedoch wider Beyfügung der Defenſion proteſtiret, und eventualiter appelliret. Ob ſie ſich nun wol auf den 59. §. des *Mandats* wider die Selbſt-Rache, worinnen den Richtern zu Eingebung einer Deduction nur eine einige, und zwar vierzehntägige, Friſt zu determiniren verſtattet wird, berufet; Dieweil aber dennoch weder in allerhöchſt gedachtem, Mandate, noch in der Signatur pœna præcluſi ausgedrucket iſt, und denn die Defenſiones überaus groſſen favo-

favorem haben, folglich in dubio, und ſo lange einer damit nicht völlig præcludiret, auch nach Ablauf der darzu geſetzten Friſt zugelaſſen werden, überdies allhier einige dem Denunciaten zu ſtatten kommende Umſtände aus den Acten hervorſcheinen, und, daß im künftigen Erkenntniſſe ſeine Momenta defenſionis in Betrachtung gezogen werden möchten, ziemliche Hofnung vorhanden iſt, endlich Denunciantin, wenn ſie ja über Zuläßigkeit der Defenſion rechtliches Erkenntniß eingeholet wiſſen wollen, gleichwol eventualiter die Defenſion beylegen laſſen, und, daß allenfalls darauf geſprochen würde, verſtatten, nicht aber durch ihre Proteſtation und Appellation ein leeres Urthel verurſachen ſollen; So haben wir, immaſſen in unſerm Urthel enthalten, erkannt. Cave tamen credas, adiecta præcluſi pœna effici, ut defenſio deinde non admittatur. Vel centum exempla novi, quibus defenſio, non obſtante præcluſi pœna, admiſſa fuit. Et allegantur hanc in rem iſta *L.* 18. §. 9. *de Quæſtionibus* verba: *quocunque tempore.*

XIX.

Id porro in defenſionibus odioſum eſt, quod per illas ſæpe inviti rei,

XX.

Aliquando eorum parentes,

XXI.

Quin nonnunquam ipſi adverſarii, e. g. maritus uxorem adulterii accuſans, ſumtibus onerentur.

XXII.

Quod ultimum tamen limitari oportet.

Illud porro defenſiones non parum odioſas reddit, quod per eas inviti ſumtibus onerantur. Sæpe rei, iam tum mercedibus cuſtodiarum ceterisque impenſis iudicialibus exhauſti, magnumque, dum in vinculis iacuerunt, rei familiaris damnum perpeſſi, defenſionem, qua ſe porro ad inciras redactum iri animadvertunt, anxie deprecantur. Sed obtruditur eis tamen defenſor, cui, ſive bene ſive male cauſſam agat, mercedem perſolvere neceſſum habent. Et ſic, ut cum *Iuvenali in Satyra III. verſ.* 208. *ſqq.* loquar:

Nil habui Codrus, quis enim negat? & tamen illud
Perdidit infelix totum nihil: ultimus autem
Aerumnæ cumulus, quod nudum, & fruſtra rogantem
Nemo cibo, nemo hoſpitio tectoque iuvabit.

Nec ſolis reis iſti ſumtus graves ſunt. Creduntur alimentorum rationem ac favorem habere. Itaque illos porro ad eosdem ferendos cogimus, qui ad alendum reum, ſi is nihil habeat, ſunt obligati. Huc inprimis pater pertinet, contra quem ſic reſponderunt ICti Vitembergenſes menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XXX: Dieweil in ſchweren peinlichen Fällen die Inquiſitiones nicht ohne Defenſion vollführet werden, alſo die Defenſion dabey vor ein nothwendiges Stück geachtet wird, ſo ſeynd ſolche Defenſions-Koſten von des Inquiſiten Vater, welcher nach der natürlichen Billigkeit etwas auf Erhaltung ſeines Sohnes Leben von dem Seinigen zu verwenden ſich nicht entbrechen mag, zu tragen. Sed in patre quidem hoc tolerari poteſt. At magis mirum videbitur, quod interdum ipſe accuſator vel delator mercedem defenſori, accuſationem & delationem ſuam oppugnanti, ſolvere compellitur. *Strykius de Decreto interimiſtico cap.* 2. *n.* 121. ſententiam Conſiſtorii Berolinenſis refert, qua maritus, qui uxorem de adulterio accuſarat, durante accuſatione, ad ſumtus litis ferendos coactus fuit. Et habet hæc res rationem: *Defendi enim uxores*

a viris, æquum eſt, ut recte *Iuſtinianus in* §. 2. *I. de Iniuriis* ait. Præterea adverſarium ſumtus litis adverſario ſuggerere, aliquando æquum eſt, *L.* 27. §. 3. *de Inoff. teſt.* qua de re plura vide in *Specimine LXXXIV. de Sumtibus litis ab adverſario ſuppeditandis.* Sed huic tamen doctrinæ neceſſaria exceptio in *Specimine CCCXIII. de Divortio ob adulterium, medit.* 7. ſubiicitur. Scilicet maritus uxorem adulterii inſimulans huic non aliter ſumtus litis ſuppeditat, quam ſi de huius innocentia & iuſta cauſſa veriſimiliter conſtat. Duriſſimum quippe foret, maritum, graviſſimas adulterii ſuſpiciones contra uxorem adferentem ac propterea divortium petentem, cogi, ut impenſa ſua uxori, meritam accuſationem eludere cupienti, cavillationes emat, rabulasque conducat.

XXIII.

Communis opinio, quod teſtes inhabiles in probanda rei innocentia habiles reputentur, cum iure pugnat.

XXIV.

Nec locum invenire debet, niſi alia adminicula & circumſtantiæ concurrant.

Pervulgata doctrina eſt, teſtes inhabiles & ſuſpectos ad probandam rei innocentiam & defenſionem in criminalibus admitti, plenamque fidem facere, nec ullam eis exceptionem opponi poſſe. Ita omnes fere, qui de teſtibus ſcribunt, ſentiunt, ex quibus in præſens mihi *Farinacius de Teſtibus, Quæſt.* 62. *n.* 90. *Carpzov. Quæſt. Crim.* 115. *n.* 77. *& Mevius Conſil.* 83. *n.* 57. *ſqq.* ſuccurrunt. Originem hæc doctrina debet intempeſtivæ & bono publico maxime contrariæ miſericordiæ, qua ICti in maleficos feruntur, hosque omni modo meritis ſuppliciis eximere laborant. Nullum eius in iure fundamentum eſſe, agnoverunt iam alii apud *Maſcardum de Probationibus concl.* 904. *n.* 6. ac merito eam

propterea in dubium vocarunt. Miror, *Farinacium* ad *cap.* 14. X. *de Præſumtionibus* provocare, in quo fratri fatrem de hæreſi accuſanti maior fides, quam eidem illum de hoc crimine purganti, habetur. Nihil profecto communi opinioni magis eſt contrarium, pro qua ſi quod adhuc argumentum adferri poteſt, id deſumi oportet ex *L.* 18. §. 9. *de Quæſtionibus*, in qua ſedes notiſſimi canonis eſt: in favorem defenſionis multa admittuntur, quæ regulis iuris alias contrariari videntur. Verum hunc defenſionis favorem, quantuscunque ſit, non eo extendi oportet, ut propter illum regulas iuris omnes, in recta ratione & æquitate fundatas, ſubvertas. Et quid magis rectæ rationi convenit, quam teſtes, in quibus, ut cum *Calixto* pontifice in *can.* 12. *cauſ.* 3. *quæſt.* 5. loquar, propinquitatis, familiaritatis ac dominationis adfectio veritatem impedit, & amor carnalis, timor atque avaritia ſenſus hebetat, & opiniones pervertit, non audiri? Ipſum, quod ex condemnatione delinquentis in parentes eius, coniugem, liberos, fratres, cognatos, adfines, amicos, domeſticos redundat, dedecus efficit, ut, dum innocentem illum dicunt, quaſi teſtes in propria cauſſa videantur. Quæ quum ita ſint, etſi regulam ab initio poſitam, auctoritate tot commentatorum & rerum iudicatarum ſultam, evertere totam non audeo, non admitto tamen aliter, quam quum circumſtantiæ hoc ſuadent. *L.* 3. §. 2. *de Teſtibus*. Pro harum igitur varietate teſtibus ſuſpectis in probanda rei innocentia fidem aliquando adhibuimus, aliquando denegavimus. Sic menſe Iulio anni 1712. in cauſſa homicidii homicidæ famulum, qui ſolus præſens fuerat, dominumque excuſabat, quum nullæ aliæ probationes ſuppeterent, teſtem admiſimus, teſtimonioque eius moti iusiurandum purgatorium decrevimus. At in alia homicidii cauſſa menſe Martio anni 1717. homicidæ matrem, quæ vulnus non a filio, ſed ab alio inflictum teſtabatur, quum ceteri teſtes

ſtes omnes filium accuſarent, non audivimus, Vtrumque reſponſum reperies in *Specimine CCLXXXIII. de Arbitrio iudicis, ubi ad doctrinæ de teſtibus fundamento, medit.* 29. & 30.

XXV.

Inutiles allegationes defenſionem inviſam reddunt.

XXVI.

Firmiſſima pro reo argumenta ex facto & recta ratione ſumuntur.

XXVII.

Optima conficiendi defenſiones methodus breviter traditur.

Illud defenſionis non tam odium, quam contemtum & lectoribus nauſeam parit, quod fabricatores earum, ut cum *Beyero ad art. Carolinum* 151. §. 11. loquar, *nimis occupentur in allegatione legum & interpretum, rationem vero æquitatis, & momenta leges ampliandi vel reſtringendi, omnino negligant.* Et legum quidem allegationes concoqui adhuc poſſunt, quamvis non immemor ſim eius, quod *Surdus de Aliment. tit* 1. *quæſt.* 45. *n.* 58. *Legem*, ait, *quærere, ubi eſt ratio naturalis, eſt infirmitas intellectus.* At illa auctorum plauſtra, quibus acta legentes fatigantur, quin obruuntur, intolerabilia ſunt. Atque his tamen non ipſæ ſaltem defenſiones, ſed eorum etiam, qui de defenſionibus reorum commentarios ediderunt, *Tobiæ Granzii, Sebaſtiani Guazzini, Io. Davidis Thœnnikeri* & aliorum ſcripta tota referta ſunt. Narrabat ſubinde in ſcholis ſuis *Thomaſius*, ſe, quum primo Lipſia Halam veniſſet, a ſalinatoris cuiusdam, de rapina in via pu-

inſimulabat ſine argumentis ac indiciis. Negabat hic factum, ac potuiſſet ſecurus ſententiam exſpectare. Ille vero, ut melius ſibi proſpiceret, advocatum adſciſcebat, qui in defenſione clientis nihil ſe videre aiebat, quod eum ultra iusiurandum purgationis oneraret. Itaque decerni petebat: Daß Inculpat ſich in Gegenwart eines Geiſtlichen eydlich zu reinigen ſchuldig ſey. Riſimus imperitiam hominis, ſupplevimus tamen, quod illi deerat, atque omiſſo iureiurando, reſpondimus: Daß Inquiſitin, Friderica Jägerin, des Landes auf 10 Jahr zu verweiſen, wider den von Eckard hingegen, in Anſehung, daß die bloſſe Beſchuldigung einer geſchwängerten Weibes-Perſon nicht einmal eine zum Reinigungs-Eyde hinlängliche Anzeigung machet, weiter nichts vorzunehmen. At aliquando incorrigibilis error eſt. Norunt collegiorum, ad quæ acta mitti ſolent, adſeſſores, ſæpiuscule reos, quum factum adhuc dubium eſt, nec probationes ad condemnationem ſufficere videntur, per teſtes defenſionales plene convinci, aut ex horum teſtimoniis circumſtantias, quæ ante latebant, & atrocitatem facinoris pœnamque augent, elucere. Ferebantur ad ICtos Vitembergenſes menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XXXIV. acta, da ein Inquiſit in puncto homicidii einen Defenſional-Artickel ſo einrichtete: Wahr, daß Inquiſit ſich allezeit friedlich und wohl aufgeführet. Reſpondebat teſtis, das könne er nicht ſagen, weil ſeine Eltern geklaget, daß er ſie geſchlagen habe. Quod teſtimonium multum reo in cauſſa principali nocuit. Hic tamen nihil imputari poteſt defenſoribus, qui bona fide, & de clientum ſuorum innocentia perſuaſi, teſtes nominant. Illi vero plus quam ridiculi ſunt, qui clientibus ſuis tales excuſationes & exceptiones ſuggerunt, per quas reatus augeretur. Et accidit tamen id interdum. Accuſabatur aliquando maritus in ducatu Brunſuicenſi de adulterio

terio cum puella commisso, nec negabat factum, fortunatus, nisi de defensione cogitasset. Leges enim Brunsuicenses adulterum simplicem pecunia, willkührlich mit Gelde, mulctari iubent. At miser advocatum defensorem sumserat. Is pro minuenda mulcta, clientem suum sedulo, ne semen immitteret, caviſſe, atque id in terram effudiſſe, allegabat, & sic fœdam criminis Onanitici, de quo vide *Geneſ. XXXVIII*, 9. 10. exceptionem opponebat. Cohorrescebant ICti Helmstadienses, acceptis mense Decembri anni 1713. actis, ad turpitudinem defensionis, eratque inter illos, qui cum *Ant. Matthæi de Criminibus lib.* 48. *tit.* 3. *cap* 6. *n.* 8. reo ultimum supplicium irrogandum contenderet. At post longam deliberationem tandem placuit, in locum mulctæ perpetuam relegationem & solemnem, adpensis de tergo virgis, ex oppido deductionem substitui. Non minus ridiculum est, quod in actis mense Octobri anni CIↃIↃCCXXX. ad me missis animadverti. Maritus, cuius uxor in fine septimi post nuptias mensis infantem enixa erat, in curiam vocatus, anticipati concubitus insimulatur. Negat ille anticipatum concubitum confidentissime, atque senatum vicissim iniuriarum postulat. Denunciat ei senatus, se acta ad me missurum, qui profecto, si illa, ut erant, ad me venissent, absolvere reum a reatu & expensis necessum habuissem, ac forte etiam eidem actionem iniuriarum propter obiectum innocenti crimen reservassem. Verum ille bonam causſam suam turpiter corrumpit. Adit nempe advocatum, & huic defensionem suam committit. Hic nomine clientis scriptum conficit, atque in eo ex legibus, nec non medicorum & ICtorum libris, partum legitimum & ex iustis nuptiis natum, quin imo totum fere mensem ei supereſſe, egregie ostendit, ac iterum de iniusta criminatione & iniuria

iuria per hoc facta queritur, tandem in fine addit: Nolite tamen mirari, domini, uxorem meam paulo citius, quam aliæ mulieres ſolent, puerperam factam, ego illam prægnantem duriſſimis laboribus fatigavi, ac perperam facienti ſubinde fuſtem impegi. Ita ergo homo clientis ſui cauſſam, quam iura ipſa ſatis tuebantur, oppoſita exceptione maleficii, deteriorem efficiebat. Nam mala uxoris tractatio per ſe maleficium eſt, in uxore gravida eo atrocius, quod abortus periculum indicit. Itaque quam ante lectionem defenſionis iam meditatus eram, ſententiam mutavi in peius, reumque a crimine anticipati concubitus abſolvi quidem, ſed ad expenſas litis damnavi, ac addita commination obiurgavi, iniuriæ vero, de qua ab initio queſtus fuerat, nullam mentionem feci: Weil die Rechte ein den 182ſten Tag nach der Hochzeit gebornes Kind vor rechtmäßig erklären, ſo hat es mit dem gegenwärtigen, welches den 207den Tag zur Welt gekommen, ganz keinen Zweifel. Inzwiſchen da Knoll ſelbſt bekennet, partus præcipitantiam facto illicito veranlaſſet zu haben, welchem die Frau beytritt; So iſt gedachter Knoll die verurſachte Unkoſten zu bezahlen ſchuldig, und wird auf den Fall, da er ſein Ehe-Weib ferner tyranniſch tractiren ſollte, mit harter Strafe bedrohet.

XV.

Digitized by Google

XV.

Inter præcipua defenſionum mala eſt mora litis & diuturnus carcer.

XVI.

Quod tamen non ipſis defenſionibus adſcribendum eſt, ſed nimio, qui illis tribuitur, favori.

XVII.

Propter hunc nullus dies, quem vel lex, vel iudex, defenſori præfigit, peremtorius creditur.

XVIII.

Defenſiones, non obſtante præcluſi pœna, admitti ſolent.

Inter præcipua defenſionum mala & hoc eſt, quod per eas cauſſæ criminales, quas tamen cito finiri & reipublicæ & reorum intereſt, diutiſſime extrahantur, reique longius in carcere detineantur. Novi reos, qui quinque annos & ultra in vinculis compediti iacuerunt, qui, niſi defenſi fuiſſent, primo ſtatim anno expediri potuiſſent. Neſcio, quid alii ſentiant. Ego tam longo ſqualori mortem antefero, & quod *Martialis lib.* 7. *epigramm.* 64. de diuturna lite civili ſcribit, huc traho:

Lis de his decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit una tribus, Gargiliane, foris,
Ah miſer & demens, viginti litigat annis
Quisquam, cui vinci, Gargiliane, licet.

Digitized by Google

Sed erro, qui longiſſimas iſtas moras, & diuturnitatem litis ac carceris defenſioni ipſi adſcribo. Non ea defenſioni, ſed favori defenſionis, quem pragmatici fingunt, ac propter quem innumera ſingularia excogitant, & contra rationem iuris in fora introducunt, adſcribi oportet. Ex iſtis vero ſingularibus nullum magis moræ cauſſam dat, quam quod, defenſiones ad nullum tempus alligari debere, ſed ſemper offerri poſſe, credunt. Equidem iudices & nonnunquam leges ipſæ diem definiunt, intra quem defenſio offerenda ſit. Verum ille dies dicis cauſſa ſaltem poſitus nec peremtorius exiſtimatur, ſed defenſor diu etiam, poſtquam is dies effluxit, admittitur, &, ſi iudex eum audire detrectat, ac acta ad collegium iuridicum mittit, hoc ea cum interlocutione, ut defenſio ante omnia illis inferatur, remittere & contradictorem in expenſas damnare ſolet. Sic ICti Vitembergenſes menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XXIX. reſponderunt: Daß D. Alwigs anderweite Defenſion annoch zuläßig, Denunciantin auch die durch gegenwärtige Verſchickung der Acten verurſachte Unkoſten zu tragen ſchuldig. V. R. W. Rat. dec. Als Denunciat wider das gegen ihn eingeholte Urthel um Verſtattung einer anderweiten Defenſion gebeten, ſo iſt ihm per ſignaturam eine vierwöchentliche Friſt darzu verſtattet worden, er aber damit zu rechter Zeit nicht eingekommen, worauf Denunciantin ihn contumaciret, und, da er wenig Stunden hernach die Defenſion übergeben, über Zuläßigkeit ſolcher Defenſion rechtliches Erkenntniß einzuholen gebeten, jedoch wider Beyfügung der Defenſion proteſtiret, und eventualiter appelliret. Ob ſie ſich nun wol auf den 59. §. des *Mandats* wider die Selbſt-Rache, worinnen den Richtern zu Eingebung einer Deduction nur eine einige, und zwar vierzehntägige, Friſt zu determiniren verſtattet wird, berufet; Dieweil aber dennoch weder in allerhöchſt gedachtem, Mandate, noch in der Signatur pœna præcluſi ausgedrucket iſt, und denn die Defenſiones überaus groſſen favo-

favorem haben, folglich in dubio, und ſo lange einer damit nicht völlig præcludiret, auch nach Ablauf der darzu geſetzten Friſt zugelaſſen werden, überdies allhier einige dem Denunciaten zu ſtatten kommende Umſtände aus den Acten hervorſcheinen, und, daß im künftigen Erkenntniſſe ſeine Momenta defenſionis in Betrachtung gezogen werden möchten, ziemliche Hofnung vorhanden iſt, endlich Denunciantin, wenn ſie ja über Zuläßigkeit der Defenſion rechtliches Erkenntniß eingeholet wiſſen wollen, gleichwol eventualiter die Defenſion beylegen laſſen, und, daß allenfalls darauf geſprochen würde, verſtatten, nicht aber durch ihre Proteſtation und Appellation ein leeres Urthel verurſachen ſollen; So haben wir, immaſſen in unſerm Urthel enthalten, erkannt. Cave tamen credas, adiecta præcluſi pœna effici, ut defenſio deinde non admittatur. Vel centum exempla novi, quibus defenſio, non obſtante præcluſi pœna, admiſſa fuit. Et allegantur hanc in rem iſta *L.* 18. §. 9. *de Quæſtionibus* verba: *quocunque tempore.*

XIX.

Id porro in defenſionibus odioſum eſt, quod per illas ſæpe inviti rei,

XX.

Aliquando eorum parentes,

XXI.

Quin nonnunquam ipſi adverſarii, e. g. maritus uxorem adulterii accuſans, ſumtibus onerentur.

XXII.

Quod ultimum tamen limitari oportet.

Illud porro defenſiones non parum odioſas reddit, quod per eas inviti ſumtibus onerantur. Sæpe rei, iam tum mercedibus cuſtodiarum ceterisque impenſis iudicialibus exhauſti, magnumque, dum in vinculis iacuerunt, rei familiaris damnum perpeſſi, defenſionem, qua ſe porro ad inceitas redactum iri animadvertunt, anxie deprecantur. Sed obtruditur eis tamen defenſor, cui, ſive bene ſive male cauſſam agat, mercedem perſolvere neceſſum habent. Et ſic, ut cum *Iuvenali in Satyra III. verſ.* 208. *ſqq.* loquar:

Nil habui Codrus, quis enim negat? & tamen illud
Perdidit infelix totum nihil: ultimus autem
Aerumnæ cumulus, quod nudum, & fruſtra rogantem
Nemo cibo, nemo hoſpitio tectoque iuvabit.

Nec ſolis reis iſti ſumtus graves ſunt. Creduntur alimentorum rationem ac favorem habere. Itaque illos porro ad eosdem ferendos cogimus, qui ad alendum reum, ſi is nihil habeat, ſunt obligati. Huc inprimis pater pertinet, contra quem ſic reſponderunt ICti Vitembergenſes menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XXX: Dieweil in ſchweren peinlichen Fällen die Inquiſitiones nicht ohne Defenſion vollführet werden, alſo die Defenſion dabey vor ein nothwendiges Stück geachtet wird, ſo ſeynd ſolche Defenſions-Koſten von des Inquiſiten Vater, welcher nach der natürlichen Billigkeit etwas auf Erhaltung ſeines Sohnes Leben von dem Seinigen zu verwenden ſich nicht entbrechen mag, zu tragen. Sed in patre quidem hoc tolerari poteſt. At magis mirum videbitur, quod interdum ipſe accuſator vel delator mercedem defenſori, accuſationem & delationem ſuam oppugnanti, ſolvere compellitur. *Strykius de Decreto interimiſtico cap.* 2. *n.* 121. ſententiam Conſiſtorii Berolinenſis refert, qua maritus, qui uxorem de adulterio accuſarat, durante accuſatione, ad ſumtus litis ferendos coactus fuit. Et habet hæc res rationem: *Defendi enim uxores*

a viris, æquum eſt, ut recte *Iuſtinianus in* §. 2. *I. de Iniuriis* ait. Præterea adverſarium ſumtus litis adverſario ſuggerere, aliquando æquum eſt, *L.* 27. §. 3. *de Inoff. teſt.* qua de re plura vide in *Specimine LXXXIV. de Sumtibus litis ab adverſario ſuppeditandis.* Sed huic tamen doctrinæ neceſſaria exceptio in *Specimine CCCXIII. de Divortio ob adulterium, medit.* 7. ſubiicitur. Scilicet maritus uxorem adulterii inſimulans huic non aliter ſumtus litis ſuppeditat, quam ſi de huius innocentia & iuſta cauſſa veriſimiliter conſtat. Duriſſimum quippe foret, maritum, graviſſimas adulterii ſuſpiciones contra uxorem adferentem ac propterea divortium petentem, cogi, ut impenſa ſua uxori, meritam accuſationem eludere cupienti, cavillationes emat, rabulasque conducat.

XXIII.

Communis opinio, quod teſtes inhabiles in probanda rei innocentia habiles reputentur, cum iure pugnat.

XXIV.

Nec locum invenire debet, niſi alia adminicula & circumſtantiæ concurrant.

Pervulgata doctrina eſt, teſtes inhabiles & ſuſpectos ad probandam rei innocentiam & defenſionem in criminalibus admitti, plenamque fidem facere, nec ullam eis exceptionem opponi poſſe. Ita omnes fere, qui de teſtibus ſcribunt, ſentiunt, ex quibus in præſens mihi *Farinacius de Teſtibus, Quæſt.* 62. *n.* 90. *Carpzov. Quæſt. Crim.* 115. *n.* 77. *& Mevius Conſil.* 83. *n.* 57. *ſqq.* ſuccurrunt. Originem hæc doctrina debet intempeſtivæ & bono publico maxime contrariæ miſericordiæ, qua ICti in maleficos feruntur, hosque omni modo meritis ſuppliciis eximere laborant. Nullum eius in iure fundamentum eſſe, agnoverunt iam alii apud *Maſcardum de Probationibus concl.* 904. *n.* 6. ac merito eam

propterea in dubium vocarunt. Miror, *Farinacium* ad *cap.* 14. X. *de Præſumtionibus* provocare, in quo fratri fatrem de hæreſi accuſanti maior fides, quam eidem illum de hoc crimine purganti, habetur. Nihil profecto communi opinioni magis eſt contrarium, pro qua ſi quod adhuc argumentum adferri poteſt, id deſumi oportet ex *L.* 18. §. 9. *de Quæſtionibus*, in qua ſedes notiſſimi canonis eſt: in favorem defenſionis multa admittuntur, quæ regulis iuris alias contrariari videntur. Verum hunc defenſionis favorem, quantuscunque ſit, non eo extendi oportet, ut propter illum regulas iuris omnes, in recta ratione & æquitate fundatas, ſubvertas. Et quid magis rectæ rationi convenit, quam teſtes, in quibus, ut cum *Calixto* pontifice in *can.* 12. *cauſ.* 3. *quæſt.* 5. loquar, propinquitatis, familiaritatis ac dominationis adfectio veritatem impedit, & amor carnalis, timor atque avaritia ſenſus hebetat, & opiniones pervertit, non audiri? Ipſum, quod ex condemnatione delinquentis in parentes eius, coniugem, liberos, fratres, cognatos, adfines, amicos, domeſticos redundat, dedecus efficit, ut, dum innocentem illum dicunt, quaſi teſtes in propria cauſſa videantur. Quæ quum ita ſint, etſi regulam ab initio poſitam, auctoritate tot commentatorum & rerum iudicatarum ſultam, evertere totam non audeo, non admitto tamen aliter, quam quum circumſtantiæ hoc ſuadent. *L.* 3. §. 2. *de Teſtibus*. Pro harum igitur varietate teſtibus ſuſpectis in probanda rei innocentia fidem aliquando adhibuimus, aliquando denegavimus. Sic menſe Iulio anni 1712. in cauſſa homicidii homicidæ famulum, qui ſolus præſens fuerat, dominumque excuſabat, quum nullæ aliæ probationes ſuppeterent, teſtem admiſimus, teſtimonioque eius moti iusiurandum purgatorium decrevimus. At in alia homicidii cauſſa menſe Martio anni 1717. homicidæ matrem, quæ vulnus non a filio, ſed ab alio inflictum teſtabatur, quum ceteri teſtes

ſtes omnes filium acculaſent, non audivimus, Vtrumque reſponſum reperies in *Specimine CCLXXXIII. de Arbitrio iudicis, ethico doctrinæ de teſtibus fundamento, medit.* 29. & 30.

XXV.

Inutiles allegationes defenſionem inviſam reddunt.

XXVI.

Firmiſſima pro reo argumenta ex facto & recta ratione ſumuntur.

XXVII.

Optima conficiendi defenſiones methodus breviter traditur.

Illud defenſionis non tam odium, quam contemtum & lectoribus nauſeam parit, quod fabricatores earum, ut cum *Beyero ad art. Carolinum* 151. §. 11. loquar, *nimis occupentur in allegatione legum & interpretum, rationem vero æquitatis, & momenta leges ampliandi vel reſtringendi, omnino negligant.* Et legum quidem allegationes concoqui adhuc poſſunt, quamvis non immemor ſim eius, quod *Surdus de Aliment. tit* 1. *quæſt.* 45. *n.* 58. *Legem*, ait, *quærere, ubi eſt ratio naturalis, eſt infirmitas intellectus.* At illa auctorum plauſtra, quibus acta legentes fatigantur, quin obruuntur, intolerabilia ſunt. Atque his tamen non ipſæ ſaltem defenſiones, ſed eorum etiam, qui de defenſionibus reorum commentarios ediderunt, *Tobiæ Granzii, Sebaſtiani Guazzini, Io. Davidis Thœmikeri* & aliorum ſcripta tota referta ſunt. Narrabat ſubinde in ſcholis ſuis *Thomaſius*, ſe, quum primo Lipſia Halam veniſſet, a ſalinatoris cuiusdam, de rapina in via pu-

Digitized by Google

publica commiſſa accuſati, ac bis iam operoſiſſime defenſi, ſed tamen ad equuleum damnati, ſodalibus aditum, ac, ut rei defenſionem ſuſciperet, rogatum elaborafſe aliquid & in iudicium detuliſſe, illos vero, interiectis paucis diebus, triſtes ad ſe rediiſſe, dixiſſe, ſe a celeberrimis viris monitos, nihil hanc Thomaſii lucrubrationem, in qua nec leges, nec nomina commentatorum comparerent, reo, quem binæ allegationibus refertiſſimæ defenſiones non iuviſſent, profuturam, tandem ægre perſuaſos, ut tentarent ſaltem fortunam, acquieviſſe feliciſſimo ſucceſſu; nam reum, ab imputato rapinæ crimine abſolutum, modicam petulantiæ pœnam dediſſe. Inſeruit *Thomaſius* defenſionem hanc cum binis prioribus *Parti II.* ſeiner ernſthaften, aber doch muntern und vernünftigen Gedanken und Erinnerungen über allerhand auserleſene Juriſtiſche Händel, *n.* 2. Inter omnes, quæ unquam elaboratæ fuerunt, defenſiones principem locum meretur *Ciceronis pro T. Annio Milone oratio*, quæ profecto ſui ſimilem non habet. Hanc advocati noſtri & defenſores, ſi ſaperent, imitari debebant, hanc ipſe ego, ſi mihi unquam defenſio rei obtingit, mihi in exemplum proponam. Teſtor, me in vita mea aliquot millia defenſionum legiſſe, multasque ex illis laude ſua privari non poſſe, duas tamen ſingulari artificio confectas mirifice ſe meo animo inſinuaſſe, ac, ut eas ceteris omnibus longe anteponam, meruiſſe. Vnus ambarum auctor erat, atque in utraque ſic verſatus erat, ut poſt breve exordium confeſtim ad narrationem facti accederet, eamque continua ſerie ad finem usque perduceret, floſculis & ſententiis ornaret, argumenta etiam & leges nonnunquam convenientibus locis apte & concinne interſereret, ac tandem petitionem, ut par eſt, annecteret. Dici non poteſt, quantopere hæc methodus animis iudicum illabatur, ac, ne tædio adficiantur, impediat. Nec ſentiunt quidem, ſe

in

in actis legendis occupari, hiſtoriæ, quæ ſcite narratur, intenti & de exitu curioſi. Quæ inſperguntur, argumenta & refutationes contrariorum, tantum abeſt, ut voluptatem minuant, ut magis ipſa variatione delectent. Tantopere itaque hæc methodus mihi placuit, ut ipſe nonnunquam ea in cauſſis civilibus, vel propriis vel alienis, feliciter uſus ſim. Equidem *Quinctilianus Inſtit. orator lib.* 4. *cap.* 2. *Argumentabimur*, inquit, *in narratione nunquam.* Sed ipſe deinde ſubiicit: *Argumentum ponemus aliquando. Inſeremus expoſitioni & brevem, quum res poſcet, defenſionem, & rationem factorum. Nec enim narrandum eſt tanquam teſti, ſed tanquam patrono. Ego narrationem, ut ſi ullam partem orationis, omni qua poteſt gratia & venere exornandam puto. Nec in ulla parte intentior eſt iudex: eoque nihil recte dictum perit.*

XXVIII.

Non omnis, ſed nimius defenſionum favor damnatur.

XXIX.

Aliquis defenſionum favor legitimus eſt, & adverſus diſſentientes defenditur.

XXX.

Etiam contumacibus defenſio non eſt deneganda.

Fore aliquos prævideo, qui, omnem defenſionis favorem a me damnari, arbitrabuntur. His ego, me non ipſum favorem, ſed nimium ſaltem favorem, qui malis ſupra memoratis cauſſam dat, improbare, iam in principio lucubratiunculæ huius edixi, & nunc iterum edico. Ceteroquin defenſionibus ea beneficia, quæ ius naturæ, æquitas, lex

Digitized by Google

ſcripta & ratio legis ipſis tribuunt, lubens relinquo, quin etiam adverſus contradicentes tuebor. Aliquot id nunc ſpeciminibus oſtendam. Refellam primum eos, qui contumaces, quemadmodum ab appellatione, ſic & a defenſione arcent. Id vero melius facere non poſſum, quam verbis ICtorum Helmſtadienſium, in reſponſo, quod menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XXVII. exararunt: Iſt der geheime Rath von Herbſt von dem Königl. Cammer-Collegio auf Inquiſitional-Artickel zu antworten edictaliter vorgeladen, deſſen Anwald auch mit der geſuchten Defenſion pro avertenda inquiſitione abgewieſen worden; Wannenhero zu wiſſen verlanget wird: Ob der Herr geheime Rath, ungeachtet der in der Edictal-Citation geſetzte erſte Termin bereits verfloſſen, und die Special-Inquiſition ſchon erkannt worden, nichts deſto weniger mit der Defenſion pro avertenda inquiſitione zu hören ſey? Nun ſeynd zwar ziemlich ſtarke Vermuthungen vorhanden, daß der Herr geheime Rath von der angeſchlagenen Citation einige Nachricht gehabt, oder wenigſtens, da er ſich nur ein wenig erkundigen wollen, haben können, mithin ungehorſamlich auſſen geblieben, dieſemnach ihm die Rechte, welche einem Ungehorſamen die Appellation und andere remedia ſuſpenſiva abſchneiden, *L.* 1. *C. Quorum appellationes non recipiuntur*, *Novella* 82. *cap.* 5. *can.* 6. *cauſſ.* 24. *quæſt.* 3. und von *Hornio de contumace non appellante* §. 41. auch auf die Defenſiones erſtrecket werden, im Wege zu ſtehen ſcheinen. Nächſtdem möchte ihm dieſes vorgeworfen werden, daß dasjenige Urthel, welches ihm die Antwort auf die Inquiſitional-Artickel auferleget, Kraft Rechtens ergriffen, alſo keine fernere remedia ſuſpenſiva admittire. Endlich wird auch dieſes urgiret, daß allhier nur die Frage von der Defenſion pro avertenda inquiſitione ſey, und die Haupt-Defenſion dem Herrn geheimen Rathe vorbehalten werde, folglich der Favor, welcher dieſer letzteren zugeſtanden wird, der erſten nicht zu ſtatten komme. Dennoch aber und dieweil die Defenſion in criminalibus viel leichter, als die Appel-

Appellation in cauſſis civilibus, verſtattet, und nicht einmal denenjenigen, welche das Delictum bekennen, verſaget wird, alſo vielmehr denen Contumacibus zugeſtanden werden muß, da zumal die peinliche Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 155. die Defenſion ſo gar denenjenigen Contumacibus, welche bereits in die Mord-Acht erkläret worden, erlaubet, immaſſen auch *Hornius* denen Contumacibus die Defenſion nicht gänzlich, ſondern, wie aus dem vorhergehenden §. 38. der oben angeführten *Diſſertation* erhellet, nur in dem Fall, da die Sache geringſchätzig, und die zu beſorgende Strafe nicht viel zu bedeuten hat, verſaget, weiter die Rechts-Kraft der in Criminal-Sachen geſprochenen Urtheile die Defenſion nicht ausſchlieſſet, wie aus obangeführten 155. *art.* der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung erhellet, geſtalt ohnedes in favorem defenſionis viel irregulaires eingeführet, und ein reus mit ſeiner Defenſion auch noch poſt terminum præcluſivum in praxi zugelaſſen wird, *arg. L.* 19. *de pœnis*, übrigens die Inquiſition levis notæ maculam mit ſich führet, und einen Inquiſiten ſo lange, als ſie dauret, von allen Ehren und Würden ſuſpendiret, *L.* 6. *C. de Procuratoribus*, *L. un. C. de Reis poſtulatis*, *cap.* 10. *X. de Purgatione canonica*, *Leyſer in Medit. ad ff. Specim. LII. de Infamia*, *medit.* 6. mithin dem Herrn Geheimen Rathe ſolche abzuwenden, und ſeine Ehre zu retten höchlich angelegen ſeyn muß, bey welcher Bewandniß die Wichtigkeit und der Favor dieſer dilatoriſchen Defenſion faſt eben ſo groß als der Haupt-Defenſion iſt; So findet die von dem Herrn Geheimen Rathe geſuchte Defenſion pro avertenda inquiſitione, des abgelaufenen erſten Termins und der erkannten Special-Inquiſition ungeachtet, annoch ſtatt.

XXXI.

Defenſionem pro avertenda inquiſitione reo petenti permitti, æquum eſt.

XXXII.

Defenſio etiam contra alia gravamina admitti debet.

Porro ICtis Helmſtadienſibus, quorum reſponſum modo attuli, etiam in hoc adſentio, quod reus & ad defenſionem pro avertenda inquiſitione admittendus ſit. Diſſentiunt multi, ac inter hos *Lynckerus in Reſolut.* 193. creduntque hanc defenſionem non niſi moras facere, & favore omni indignam eſſe, quum integrum ſit reo, peracta inquiſitione ante definitivam ſententiam in defenſione innocentiæ, in der Haupt-Defenſion, iſtis omnibus argumentis, quibus nunc iudicium detrectare vult, uti, entia vero præter neceſſitatem non ſint multiplicanda. Adſentirem his ego, ſi reſponſio ad articulos inquiſitionales perinde, ut litis conteſtatio in cauſſis civilibus, ſe haberet, nulloque malo reſpondentem mactaret. At poſtquam uſus fori, argumento aliquot legum innixus, reum ex reſponſione ad articulos notabili macula adſpergit, ab honoribus arcet, & ab officii exercitio ſuſpendit, conſequitur, inquiſitionem ſæpe maius malum eſſe, quam pœnam, quæ inquiſito tandem peracta inquiſitione imponitur, & aliquando intra mulctam pecuniariam aut carcerem aliquot dierum ſubſiſtit. Qui ergo de avertendo tanto detrimento laborat, profecto favorem meretur. Conſentit *Mevius in Part.* 6. *deciſ.* 253. Optime *Kreſſius in notis ad art. Carol.* 7. *pag.* 20. tot, ait, debere eſſe ſpecies defenſionum, quot gravaminum. Sicut ergo de iuſtitia defenſionum contra torturam & pœnam ipſam nemo dubitat, ita ego defenſiones contra inquiſitionem ipſam, contra carcerem, contra examen teſtium inhabilium, pro obtinendo ſalvo conductu, pro mitiganda pœna merita, iuſtas eſſe poſſe puto, & admiſſas fuiſſe recordor.

XXXIII.

Digitized b

XXXIII.

Priſci de defenſione reorum auctores laudantur ac recentioribus antetponuntur.

Scripſere multi de defenſione reorum veteres ac recentiores ICti. Et recentiores quidem leguntur ac allegantur paſſim. Veteres autem, qui mihi tamen meliores videntur, negliguntur, quin imo advocatis plerisque incogniti ſunt. Quotus enim quisque ex iis *Ciceronis* commentarios ad *oratoriam artem* pertinentes, quibus defenſorem paſſim inſtruit, vidit; aut *Quinctiliani Inſtitutiones oratorias*, inprimis *lib.* 4. *cap.* 2. quod de narratione, & *lib.* 5. *cap.* 13. quod de refutatione agit, luſtravit. Ego tamen in his plus bonæ frugis, quam in toto *Guazzini*, reperi. Exſtat etiam ex quarto ſæculo *Maximi Sophiſtæ* περὶ ἀλύτων ἀντιθεσεων libellus, primum a *Carolo Stephano Pariſiis anno* 1554. Græce editus, deinde a *Fabricio in Bibliothecæ Græcæ Volumine IX. p.* 570. *ſqq.* Latine verſus, miro artificio ſcriptus. Nonnunquam ſcilicet reo obiiciuntur, quæ dilui nulla ratione poſſe videntur. Ad has itaque obiectiones inſolubiles reſpondendi, easque declinandi & eludendi, ſeptendecim vias monſtrat, atque exemplis ex Demoſthene petitis colluſtrat, multo cum legentium fructu.

COROLLARIA.

1. Dixi ſupra *in meditat. 8.* reo, ſaltem flagitanti, advocatum defenſorem dari. Addidi tamen exceptionem, ſi propter ſtuporem ingenii ſibi ipſi conſulere nequeat. Sed addo nunc aliam ex *L. 6. de Appellationibus*, ſi appareat, reum perire feſtinantem ex vitæ tædio defenſioni reſiſtere.

2. Multi favorem defenſionis eo extendunt, ut reis, teſtem de crimine, quod ipſe commiſerit, quodque vel ad excuſationem rei, vel ſaltem

ſaltem ad pœnæ mitigationem pertineat, e. g. uxori de adulterio convictæ maritum, an non & ipſe aliquando adulteratus ſit, interrogare, permittant. Sed nimium hoc eſt & contra iuris analogiam.

3. Commemoravi *in medit. 27.* duas defenſiones egregias, easque aliis omnibus, quas unquam vidi, antepoſui. Sed nunc aliam recordor, his duabus meliorem, hominis ruſticani. Is molitor in pago erat, ac filium unicum habebat, qui in militiam quærebatur, ſed a patre ſtudioſiſſime occultabatur. Tandem vero conquiſitores molendinum ex omni parte circumdant, iuvenemque ex latibulis extrahunt. Tum pater medius inter eos & filium conſiſtens baliſtam profert, mortemque ei, qui filium attingere auſus fuerit, minatur, ac, quum illi tamen inſiſterent, anteſignanum telo traiicit, ac necat. In hoc tumultu filius elabitur, ſed capitur pater, & iudicio ſiſtitur homicidii reus. Nec negat factum, ſed fatetur omnia ingenue, atque tandem de more interrogatus: num defenſorem deſideret? reſpondet: Nein darzu habe er kein Geld; interrogatus iterum: Was er denn ſelbſt zu ſeiner Defenſion anzuführen hätte? reponit: Dieſes einige, daß eine Gluckhenne, welcher man ein Küchelgen nehmen wolle, demjenigen, ſo es angriffe, in das Geſichte flöge. Dici non poteſt, quantopere brevis hæc defenſio animos iudicum permulſerit, atque ad pœnam mitiſſimam imponendam induxerit.

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DLXIII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVIII. TIT. III.

DE

CVSTODIA REORVM.

I.

Etſi inquiſitio locum habeat, cuſtodia tamen rei confeſtim decerni nequit.

II.

Ad hoc, ut reus in cuſtodiam mitti poſſit, duo communiter deſiderantur, legitima indicia, & grave ſcelus.

III.

Sed loco gravis ſceleris, quod neceſſarium non eſt, præſtat, ſubſtitui ſuſpicionem fugæ.

IV.

Quodſi hæc duo concurrant, reus, etſi deinde innocens deprehendatur, actionem tamen contra magiſtratum, accuſatorem & delatorem non habet.

Verum eſſe, quod aiunt: dies diem docet; quotidie experior, & nunc luculento exemplo oſtendam. Sciunt omnes, magiſtratus, ſi qua in re in hoc maxime circumſpectos eſſe oportere, ne reum temere in vincula coniiciant. Novi, qui ob decretum nimia facilitate carcerem maximas moleſtias ab iis, quos carceri mancipaſſent, perpeſſi ſunt. Sed & multi circa hoc nimis cauti, dum male-

maleficos incuſtoditos reliquerunt, his deinde fuga elapſis, ab advocato fiſci correpti, atque iurisdictionis male adminiſtratæ accuſati fuerunt. Quæ dum animadverti, ſubinde de regula cogitavi, qua obſervata iudex ſecurus foret. Et in principio quidem, correlata eſſe inquiſitionem & carcerem, atque eum, contra quem inquiſitio locum haberet, in carcerem quoque mitti poſſe, putavi. Verum hunc errorem agnovi mox, poſtquam collegio iuridico adſcriptus fui, ubi inter primas quæſtiones hanc elaborandam accepi, quomodo adverſus hominem de uſuraria pravitate ſuſpectum procedi oporteat. Reſponſum fuit ex unanimi collegii conſenſu, inquirendum eſſe ſolemniter, at reum in cuſtodiam mitti non poſſe. Reſponſum hoc vide in *Specim. CCXLVI. de Vſurar. pravitate, med.* 1. *ſqq.* Poſthæc diu in communi opinione, quam plerique interpretes amplectuntur, acquievi, duo nempe ad carcerem decernendum neceſſaria eſſe, primo magnas ſuſpiciones & indicia, ſecundum *artic. Carol.* 6. & 11. deinde grave ſcelus per *L.* 3. *de Cuſtod. & exhibitione reorum.* Atque hunc in modum menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XIII. nomine ICtorum Helmſtadienſium reſpondi: Es wird der Regierung ſo gar ſchwer nicht fallen, das ihr beygemeſſene illegale Verfahren, indem ſie gleich von der Execution angefangen, und Angeklagtens Perſon arretiren, und ſeine Sachen und Schriften hinweg nehmen laſſen, noch ziemlich zu entſchuldigen. Denn, wenn gleich aus den angegebenen Umſtänden einige Affecten und Privat-Feindſchaft hervor ſcheinen, dieſe auch vielleicht Anlaß gegeben haben mögen, daß der Proceß mit ſolchem Eifer angefangen und verfolget worden, ſo hat man ſich doch dabey ſo wohl in Acht genommen, daß äuſſerlich eben nichts wider die Rechte vorgegangen. Die DD. ſtimmen diesfalls mit einander überein, daß alsdenn der Anfang mit perſönlichem Arreſte gemachet werden könne, wenn erſtlich ſtarke und genugſame Vermuthungen wider einen Reum vorhanden, zum andern das Delictum, deſſen

man

man ihn beschuldiget, also beschaffen, daß darauf eine Leib- oder Lebens-Strafe erfolgen kann. Beyde Umstände scheinen allhier zusammen zu kommen. An starken Verdacht wider den Angeklagten kann es nicht gemangelt haben, da derselbe in so grossen Ausgaben gesteckt, mit so vielen Schulden beladen gewesen, und seine Güter mit unterschiedenen Hypothequen beschweret, es auch nachgehends der Augenschein gewiesen, daß er eine so starke Summa von den Königlichen Cassen-Geldern genommen, wobey man denn nicht wissen können, ob und wie weit sein Vermögen, solche zu ersetzen, zureichen möchte. Was aber das ihm beygemessene Delictum betrift, so ist solches capital, und demnach zulänglich, daß man sich der Person desselben, welcher sich dieserhalben genugsam verdächtig gemacht, versichere. Bey solcher Bewandniß, und da nach der peinlichen Halo-Gerichts-Ordnung *art.* 61. derjenige, welcher wegen starken Verdachts zur Haft gezogen, hernach aber schuldig befunden wird, wider die Obrigkeit des ihm zugefügten Unrechts halber nicht klagen kann, seynd wir bewogen worden, die Satisfaction, welche der Gefangene wegen der geschehenen Inhaftirung und ihm dadurch zugefügten Schäden suchet, in dem Urthel zu übergehen. Primum requisitum dubio caret, & in supra memoratis *articulis* 6. & 11. clare præcipitur. Sed de altero ipsi dubitant interpretes. Equidem in superiore responso grave delictum dixi tale, in quod leges vel ultimum supplicium, vel tamen pœnam corporis adflictivam statuant, *Carpzovium* hac in parte sequutus *in Quæst. crim.* III. *n.* 6. Verum a Carpzovio recedit *Gribnerus in Principiis processus iudiciarii lib.* 2. *cap.* 10. §. 5. atque relegationem perpetuam sufficere dicit. Quam pugnam sic optime tolli posse putavi, ut tertium requisitum adderem & cum secundo, gravitate scilicet criminis, coniungerem, nempe suspicionem fugæ. Sic certe mense Iunio anni CIↃ IↃ CCXX. iterum nomine ICtorum Helmstadiensium respondi: Ist unter der

publica commiſſa accuſati, ac bis iam operoſiſſime defenſi, ſed tamen ad equuleum damnati, ſodalibus aditum, ac, ut rei defenſionem ſuſciperet, rogatum elaboraſſe aliquid & in iudicium detuliſſe, illos vero, interiectis paucis diebus, triſtes ad ſe rediiſſe, dixiſſe, ſe a celeberrimis viris monitos, nihil hanc Thomaſii lucrubrationem, in qua nec leges, nec nomina commentatorum comparerent, reo, quem binæ allegationibus refertiſſimæ defenſiones non iuviſſent, profuturam, tandem ægre perſuaſos, ut tentarent ſaltem fortunam, acquieviſſe feliciſſimo ſucceſſu; nam reum, ab imputato rapinæ crimine abſolutum, modicam petulantiæ pœnam dediſſe. Inſeruit *Thomaſius* defenſionem hanc cum binis prioribus *Parti II.* ſeiner ernſthaften, aber doch muntern und vernünftigen Gedanken und Erinnerungen über allerhand auserleſene Juriſtiſche Händel, *n.* 2. Inter omnes, quæ unquam elaboratæ fuerunt, defenſiones principem locum meretur *Ciceronis pro T. Annio Milone oratio*, quæ profecto ſui ſimilem non habet. Hanc advocati noſtri & defenſores, ſi ſaperent, imitari debebant, hanc ipſe ego, ſi mihi unquam defenſio rei obtingit, mihi in exemplum proponam. Teſtor, me in vita mea aliquot millia defenſionum legiſſe, multasque ex illis laude ſua privari non poſſe, duas tamen ſingulari artificio confectas mirifice ſe meo animo inſinuaſſe, ac, ut eas ceteris omnibus longe anteponam, meruiſſe. Vnus ambarum auctor erat, atque in utraque ſic verſatus erat, ut poſt breve exordium confeſtim ad narrationem facti accederet, eamque continua ſerie ad finem usque perduceret, floſculis & ſententiis ornaret, argumenta etiam & leges nonnunquam convenientibus locis apte & concinne interſereret, ac tandem petitionem, ut par eſt, annecteret. Dici non poteſt, quantopere hæc methodus animis iudicum illabatur, ac, ne tædio adficiantur, impediat. Nec ſentiunt quidem, ſe

in

in actis legendis occupari, hiſtoriæ, quæ ſcite narratur, intenti & de exitu curioſi. Quæ inſperguntur, argumenta & refutationes contrariorum, tantum abeſt, ut voluptatem minuant, ut magis ipſa variatione delectent. Tantopere itaque hæc methodus mihi placuit, ut ipſe nonnunquam ea in cauſſis civilibus, vel propriis vel alienis, feliciter uſus ſim. Equidem *Quinctilianus Inſtit. orator lib.* 4. *cap.* 2. *Argumentabimur*, inquit, *in narratione nunquam.* Sed ipſe deinde ſubiicit: *Argumentum ponemus aliquando. Inſeremus expoſitioni & brevem, quum res poſcet, defenſionem, & rationem factorum. Nec enim narrandum eſt tanquam teſti, ſed tanquam patrono. Ego narrationem, ut ſi ullam partem orationis, omni qua poteſt gratia & venere exornandam puto. Nec in ulla parte intentior eſt iudex: eoque nihil recte dictum perit.*

XXVIII.

Non omnis, ſed nimius defenſionum favor damnatur.

XXIX.

Aliquis defenſionum favor legitimus eſt, & adverſus diſſentientes defenditur.

XXX.

Etiam contumacibus defenſio non eſt deneganda.

Fore aliquos prævideo, qui, omnem defenſionis favorem a me damnari, arbitrabuntur. His ego, me non ipſum favorem, ſed nimium ſaltem favorem, qui malis ſupra memoratis cauſſam dat, improbare, iam in principio lucubratiunculæ huius edixi, & nunc iterum edico. Ceteroquin defenſionibus ea beneficia, quæ ius naturæ, æquitas, lex

Digitized by Google

Appellation in cauſſis civilibus, verſtattet, und nicht einmal denenjenigen, welche das Delictum bekennen, verſaget wird, alſo vielmehr denen Contumacibus zugeſtanden werden muß, da zumal die peinliche Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 155. die Defenſion ſo gar denenjenigen Contumacibus, welche bereits in die Mord-Acht erkläret worden, erlaubet, immaſſen auch *Hornius* denen Contumacibus die Defenſion nicht gänzlich, ſondern, wie aus dem vorhergehenden §. 38. der oben angeführten *Diſſertation* erhellet, nur in dem Fall, da die Sache geringſchätzig, und die zu beſorgende Strafe nicht viel zu bedeuten hat, verſaget, weiter die Rechts-Kraft der in Criminal-Sachen geſprochenen Urtheile die Defenſion nicht ausſchlieſſet, wie aus obangeführten 155. *art.* der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung erhellet, geſtalt ohnedes in favorem defenſionis viel irregulaires eingeführet, und ein reus mit ſeiner Defenſion auch noch poſt terminum præcluſivum in praxi zugelaſſen wird, *arg. L.* 19. *de pœnis*, übrigens die Inquiſition levis notæ maculam mit ſich führet, und einen Inquiſiten ſo lange, als ſie dauret, von allen Ehren und Würden ſuſpendiret, *L.* 6. *C. de Procuratoribus*, *L. un. C. de Reis poſtulatis*, *cap.* 10. *X. de Purgatione canonica*, *Leyſer in Medit. ad ff. Specim. LII. de Infamia*, *medit.* 6. mithin dem Herrn Geheimen Rathe ſolche abzuwenden, und ſeine Ehre zu retten höchlich angelegen ſeyn muß, bey welcher Bewandniß die Wichtigkeit und der Favor dieſer dilatoriſchen Defenſion faſt eben ſo groß als der Haupt-Defenſion iſt; So findet die von dem Herrn Geheimen Rathe geſuchte Defenſion pro avertenda inquiſitione, des abgelaufenen erſten Termins und der erkannten Special-Inquiſition ungeachtet, annoch ſtatt.

XXXI.

Defenſionem pro avertenda inquiſitione reo petenti permitti, æquum eſt.

XXXII.

Defenſio etiam contra alia gravamina admitti debet.

Porro ICtis Helmſtadienſibus, quorum reſponſum modo attuli, etiam in hoc adſentio, quod reus & ad defenſionem pro avertenda inquiſitione admittendus ſit. Diſſentiunt multi, ac inter hos *Lynckerus in Reſolut.* 193. creduntque hanc defenſionem non niſi moras facere, & favore omni indignam eſſe, quum integrum ſit reo, peracta inquiſitione ante definitivam ſententiam in defenſione innocentiæ, in der Haupt-Defenſion, iſtis omnibus argumentis, quibus nunc iudicium detrectare vult, uti, entia vero præter neceſſitatem non ſint multiplicanda. Adſentirem his ego, ſi reſponſio ad articulos inquiſitionales perinde, ut litis conteſtatio in cauſſis civilibus, ſe haberet, nulloque malo reſpondentem mactaret. At poſtquam uſus fori, argumento aliquot legum innixus, reum ex reſponſione ad articulos notabili macula adſpergit, ab honoribus arcet, & ab officii exercitio ſuſpendit, conſequitur, inquiſitionem ſæpe maius malum eſſe, quam pœnam, quæ inquiſito tandem peracta inquiſitione imponitur, & aliquando intra mulctam pecuniariam aut carcerem aliquot dierum ſubſiſtit. Qui ergo de avertendo tanto detrimento laborat, profecto favorem meretur. Conſentit *Mevius in Part.* 6. *deciſ.* 253. Optime *Kreſſius in notis ad art. Carol.* 7. *pag.* 20. tot, ait, debere eſſe ſpecies defenſionum, quot gravaminum. Sicut ergo de iuſtitia defenſionum contra torturam & pœnam ipſam nemo dubitat, ita ego defenſiones contra inquiſitionem ipſam, contra carcerem, contra examen teſtium inhabilium, pro obtinendo ſalvo conductu, pro mitiganda pœna merita, iuſtas eſſe poſſe puto, & admiſſas fuiſſe recordor.

XXXIII.

Digitized by Google

XXXIII.

Priſci de defenſione reorum auctores laudantur ac recentioribus anteponuntur.

Scripſere multi de defenſione reorum veteres ac recentiores ICti. Et recentiores quidem leguntur ac allegantur paſſim. Veteres autem, qui mihi tamen meliores videntur, negliguntur, quin imo advocatis plerisque incogniti ſunt. Quotus enim quisque ex iis *Ciceronis* commentarios ad *oratoriam artem* pertinentes, quibus defenſorem paſſim inſtruit, vidit; aut *Quinctiliani Inſtitutiones oratorias*, inprimis *lib.* 4. *cap.* 2. quod de narratione, & *lib.* 5. *cap.* 13. quod de refutatione agit, luſtravit. Ego tamen in his plus bonæ frugis, quam in toto *Guazzini*, reperi. Exſtat etiam ex quarto ſæculo *Maximi Sophiſtæ* περὶ ἀλύτων ἀντιθεσεων libellus, primum a *Carolo Stephano Pariſiis anno* 1554. Græce editus, deinde a *Fabricio in Bibliothecæ Græcæ Volumine IX. p.* 570. *ſqq.* Latine verſus, miro artificio ſcriptus. Nonnunquam ſcilicet reo obiiciuntur, quæ dilui nulla ratione poſſe videntur. Ad has itaque obiectiones inſolubiles reſpondendi, easque declinandi & eludendi, ſeptendecim vias monſtrat, atque exemplis ex Demoſthene petitis colluſtrat, multo cum legentium fructu.

COROLLARIA.

1. Dixi ſupra *in meditat. 8.* reo, ſaltem flagitanti, advocatum defenſorem dari. Addidi tamen exceptionem, ſi propter ſtuporem ingenii ſibi ipſi conſulere nequeat. Sed addo nunc aliam ex *L. 6. de Appellationibus*, ſi appareat, reum perire feſtinantem ex vitæ tædio defenſioni reſiſtere.

2. Multi favorem defenſionis eo extendunt, ut reis, teſtem de crimine, quod ipſe commiſerit, quodque vel ad excuſationem rei, vel ſaltem

ſaltem ad pœnæ mitigationem pertineat, e. g. uxori de adulterio convictæ maritum, an non & ipſe aliquando adulteratus ſit, interrogare, permittant. Sed nimium hoc eſt & contra iuris analogiam.

3. Commemoravi *i: medit. 27.* duas defenſiones egregias, easque aliis omnibus, quas unquam vidi, antepoſui. Sed nunc aliam recordor, his duabus meliorem, hominis ruſticani. Is molitor in pago erat, ac filium unicum habebat, qui in militiam quærebatur, ſed a patre ſtudioſiſſime occultabatur. Tandem vero conquiſitores molendinum ex omni parte circumdant, iuvenemque ex latibulis extrahunt. Tum pater medius inter eos & filium conſiſtens baliſtam profert, mortemque ei, qui filium attingere auſus fuerit, minatur, ac, quum illi tamen inſiſterent, anteſignanum telo traiicit, ac necat. In hoc tumultu filius elabitur, ſed capitur pater, & iudicio ſiſtitur homicidii reus. Nec negat factum, ſed fatetur omnia ingenue, atque tandem de more interrogatus: num defenſorem deſideret? reſpondet: Nein darzu habe er kein Geld; interrogatus iterum: Was er denn ſelbſt zu ſeiner Defenſion anzuführen hätte? reponit: Dieſes einige, daß eine Gluckhenne, welcher man ein Küchelgen nehmen wolle, demjenigen, ſo es angriffe, in das Geſichte flöge. Dici non poteſt, quantopere brevis hæc defenſio animos iudicum permulſerit, atque ad pœnam mitiſſimam imponendam induxerit.

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DLXIII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVIII. TIT. III.

DE

CVSTODIA REORVM.

I.

Etsi inquisitio locum habeat, custodia tamen rei confestim decerni nequit.

II.

Ad hoc, ut reus in custodiam mitti possit, duo communiter desiderantur, legitima indicia, & grave scelus.

III.

Sed loco gravis sceleris, quod necessarium non est, praestat, substitui suspicionem fugæ.

IV.

Quodsi hæc duo concurrant, reus, etsi deinde innocens deprehendatur, actionem tamen contra magistratum, accusatorem & delatorem non habet.

Verum esse, quod aiunt: dies diem docet; quotidie experior, & nunc luculento exemplo ostendam. Sciunt omnes, magistratus, si qua in re in hoc maxime circumspectos esse oportere, ne reum temere in vincula coniiciant. Novi, qui ob decretum nimia facilitate carcerem maximas molestias ab iis, quos carceri manciparant, perpessi sunt. Sed & multi circa hoc nimis cauti, dum male-

Digitized by Google

maleficos incuſtoditos reliquerunt, his deinde fuga elapſis, ab advocato fiſci correpti, atque iurisdictionis male adminiſtratæ accuſati fuerunt. Quæ dum animadverti, ſubinde de regula cogitavi, qua obſervata iudex ſecurus foret. Et in principio quidem, correlata eſſe inquiſitionem & carcerem, atque eum, contra quem inquiſitio locum haberet, in carcerem quoque mitti poſſe, putavi. Verum hunc errorem agnovi mox, poſtquam collegio iuridico adſcriptus fui, ubi inter primas quæſtiones hanc elaborandam accepi, quomodo adverſus hominem de uſuraria pravitate ſuſpectum procedi oporteat. Reſponſum fuit ex unanimi collegii conſenſu, inquirendum eſſe ſolemniter, at reum in cuſtodiam mitti non poſſe. Reſponſum hoc vide in *Specim. CCXLVI. de Vſurar. pravitate, med.* 1. *ſqq.* Poſthæc diu in communi opinione, quam plerique interpretes amplectuntur, acquievi, duo nempe ad carcerem decernendum neceſſaria eſſe, primo magnas ſuſpiciones & indicia, ſecundum *artic. Carol.* 6. *&* 11. deinde grave ſcelus per *L.* 3. *de Cuſtod. & exhibitione reorum.* Atque hunc in modum menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XIII. nomine ICtorum Helmſtadienſium reſpondi: Es wird der Regierung ſo gar ſchwer nicht fallen, das ihr beygemeſſene illegale Verfahren, indem ſie gleich von der Execution angefangen, und Angeklagtens Perſon arretiren, und ſeine Sachen und Schriften hinweg nehmen laſſen, noch ziemlich zu entſchuldigen. Denn, wenn gleich aus den angegebenen Umſtänden einige Affecten und Privat-Feindſchaft hervor ſcheinen, dieſe auch vielleicht Anlaß gegeben haben mögen, daß der Proceß mit ſolchem Eifer angefangen und verfolget worden, ſo hat man ſich doch dabey ſo wohl in Acht genommen, daß äuſſerlich eben nichts wider die Rechte vorgegangen. Die DD. ſtimmen diesfalls mit einander überein, daß alsdenn der Anfang mit perſönlichem Arreſte gemachet werden könne, wenn erſtlich ſtarke und genugſame Vermuthungen wider einen Reum vorhanden, zum andern das Delictum, deſſen man

man ihn beschuldiget, also beschaffen, daß darauf eine Leib- oder Lebens-Strafe erfolgen kann. Beyde Umstände scheinen allhier zusammen zu kommen. An starken Verdacht wider den Angeklagten kann es nicht gemangelt haben, da derselbe in so grossen Ausgaben gestecket, mit so vielen Schulden beladen gewesen, und seine Güter mit unterschiedenen Hypothequen beschweret, es auch nachgehends der Augenschein gewiesen, daß er eine so starke Summa von den Königlichen Cassen-Geldern genommen, wobey man denn nicht wissen können, ob und wie weit sein Vermögen, solche zu ersetzen, zureichen möchte. Was aber das ihm beygemessene Delictum betrift, so ist solches capital, und demnach zulänglich, daß man sich der Person desselben, welcher sich dieserhalben genugsam verdächtig gemacht, versichere. Bey solcher Bewandniß, und da nach der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung *art.* 61. derjenige, welcher wegen starken Verdachts zur Haft gezogen, hernach aber schuldig befunden wird, wider die Obrigkeit des ihm zugefügten Unrechts halber nicht klagen kann, seynd wir bewogen worden, die Satisfaction, welche der Gefangene wegen der geschehenen Inhaftirung und ihm dadurch zugefügten Schäden suchet, in dem Urthel zu übergehen. Primum requisitum dubio caret, & in supra memoratis *articulis* 6. & 11. clare præcipitur. Sed de altero ipsi dubitant interpretes. Equidem in superiore responso grave delictum dixi tale, in quod leges vel ultimum supplicium, vel tamen pœnam corporis adflictivam statuant, *Carpzovium* hac in parte sequutus *in Quæst. crim.* III. *n.* 6. Verum a Carpzovio recedit *Gribnerus in Principiis processus iudiciarii lib.* 2. *cap.* 10. §. 5. atque relegationem perpetuam sufficere dicit. Quam pugnam sic optime tolli posse putavi, ut tertium requisitum adderem & cum secundo, gravitate scilicet criminis, coniungerem, nempe suspicionem fugæ. Sic certe mense Iunio anni CIↃ IↃ CCXX. iterum nomine ICtorum Helmstadiensium respondi: Ist unter der

Gerichtsbarkeit Herrn Bürgermeistere und Raths zu Stadthagen eine Schlägerey vorgegangen, und der dabey hauptsächlich interessiret gewesene Heinrich Rinne einige Wochen nachher verstorben, auch von wolgedachtem Rathe die General-Inquisition dieserhalben vorgenommen worden; wird demnach Unterricht begehret, ob diese Inquisition von dem Rathe nicht legal oder gar partheyisch tractiret worden. Nun finden wir nach genauer Durchsehung der Acten nicht, worinnen es wolgedachter Rath bey der angestellten Inquisition versehen. Denn, obgleich dafür gehalten werden könnte, es hätte der Rath den verdächtigen, und von dem verstorbenen Rinnen selbst auf dem Tod-Bette beschuldigten, Lamprecht zuforderst in gefängliche Haft bringen sollen; so kann doch dem Rathe ganz wol zur Entschuldigung dienen, daß die Verhaftung eines in Verdacht kommenden rei dreyerley erfodere, erstlich ein an Leib oder Leben gehendes Crimen, zweytens starcke Indicia, drittens suspicionem fugæ, gleichwol allhier es fast an allen dreyen Stücken ermangelt, indem die dem Rinnen in rixa von vielen zugefügte Beschädigung, sonderlich, da derselbe mit Schlagen den Anfang gemachet, an einer von den bey der Schlägerey gewesenen Personen so gar hart nicht gestrafet werden kann, nächstdem die blosse Beschuldigung eines auf dem Tod-Bette Liegenden ohne anderen Beweis keinen Glauben findet, wenn zumal, wie allhier, die abgehörte Zeugen, auch Mit-Interessenten nichts gravirendes wider den Beschuldigten aussagen, endlich die suspicio fugæ, da Lamprecht ein wohlbegüterter Mann ist, und nach des Rinnens Tode sich ohne Bedenken vor Gericht gestellet hat, ziemlich hinweg fällt; Diesemnach hat der Rath unserem Bedenken nach durch illegales und partheyisches Verfahren zu Avocation gegenwärtiger Sache keine Ursach gegeben. At nunc tandem animadverto, me entia citra necessitatem multiplicasse, & sufficere duo requisita, gravia nimirum argumenta,

menta, & ſuſpicionem fugæ. Grave ſcelus prorſus omitto. Nec obſtat *lex* 3. *de Cuſtodia & exhib. reorum;* cuius hæc ſententia eſt, reum ſatisdare paratum cuſtodiæ mandari non poſſe, niſi de atrociſſimo delicto plene convictus carceris pœnam etiam ante ſupplicium mereatur. Singularis ergo in ea lege caſus eſt, extra quem regulariter ad gravitatem delicti plane non reſpicitur, ſed inprimis ad ſuſpicionem fugæ. Cuſtodia quippe rei ob hoc ſolum decernitur, ne ille fuga iudicium eludat. *L.* 8. §. 9. *de Pœnis.* Ergo ubi metus fugæ ceſſat, & iudex certus eſt, ſententiam ſuam effectum habituram, cuſtodia opus non eſt, quantumvis grave ſit crimen. Contra etiam in leviſſimo, ſi reum fugiturum & iudicium nullum redditurum eſſe, apparet, peccat iudex, qui reum non cuſtodit. Oſtendam hoc exemplis: Viator, ein reiſender Handwerks-Burſche, in popinam venit ac bene potus cum caupone rixari incipit, huncque verberibus male mulctat. Advocat caupo ſcultetum & ſcabinos, & tumultuantem in vincula coniici petit. Tergiverſantibus illis, effugit viator. Tum caupo apud præfectum de denegata iuſtitia quiritur. Reſpondet ſcultetus & ſcabini, leve viatoris delictum, ut ille carceri manciparetur, non meruiſſe. Verum hæc excuſatio iis ob manifeſtam fugæ ſuſpicionem non profuit. Ipſi itaque ob neglectum officium ad mulctam ſolvendam damnati ſunt. Alio tempore duo nautæ, dum ratis ipſorum lente vehitur, in ripam exſcendunt, atque armentarium, pecora ſua ibi forte paſcentem, convitiis laceſſunt. Indignatus hic lictores accerſit. Comprehenduntur igitur convitiatores, ac in carcerem ducuntur. Illi vero, quanquam convitia non negarent, ſibi tamen in crimine adeo levi per carcerem iniuriam factam, maximumque, impedita

per hoc navigatione, damnum illatum queruntur, ac ſatisfactionem poſtulant. Sed eos cum petitione hac reieci. Iterum alio tempore advocatus quidam, iurium doctor, & prædii poſſeſſor, interpolaſſe quid in actis iudicialibus inſimulatur. Iudex loci, in quo delictum commiſſum dicebatur, eques erat, advocato huic, qui ruſticorum cauſſam adverſus ipſum ſæpe defenderat, iam tum infenſus. Hic ergo advocati adventum in villam ſuam præſtolatur, venientemque corripi ac fruſtra obluctantem, & pignora atque fideiuſſorem offerentem, cuſtodiri iubet. Putabat eques, ſe recte feciſſe, propterea, quod interpolatio falſum eſſet, ac eius pœna ad fuſtium ictum extendi poſſet. Verum præterquam, quod cauſſa, in qua falſum commiſſum dicebatur, levis eſſet, ſi vel maxime fuſtium ictus decerni potuiſſet, quod tamen nec veriſimile videbatur, dignitas, gravitas & latis nota opulentia rei omnem fugæ ſuſpicionem tollebant, nec dubitari poterat, quin pœnam, quæcunque imponeretur, facile redemturus eſſet. Itaque ipſi equiti privatim conſultus reſpondi, excuſari vix poſſe, quod oblatam ſatisdationem recuſaſſet, viroque honeſtiſſimo detentione maculam non exiguam inuſſiſſet.

V.

Reus de gravi crimine ſuſpectus, etſi nondum auditus, capi tamen & in cuſtodiam mitti poteſt.

VI.

Reus, etſi nec vagabundus, nec de fuga ſuſpectus, ſi tamen ad forum delicti non veniat, ubicunque deprehenditur, eius magiſtratus ope comprehendi poteſt.

VII.

Digitized by Google

VII.

Errant, qui forum deprehenſionis in reo, per breve ſaltem tempus alicubi commorante, locum habere negant.

VIII.

In capiendis reis aſtu & dolo bono uti licet.

Princeps miniſtro ſuo ſtatim in principio ſuſcepti muneris, ſe nihil gravius contra eum inauditum decreturum eſſe, pollicitus erat, & extra aulam in prædiis ſuis, in alia provincia, habitare permiſerat, atque ſic opera eius extra curtem, ut ſic loquar, von Hauſe aus, utebatur. Interiectis aliquot annis, miniſter hic in gravem violatæ fidei ſuſpicionem incidit. Princeps igitur, hoc crimen inquiſiturus, vocat illum ad ſe. At ille, quæ in ſe cudantur, perſentiſcens, venire non detrectat, ſed, quantum poteſt, differt, ſpecioſa ſemper prætexens. Tum princeps, poſtquam illum in aulam allici poſſe deſperat, alia via ingreditur, ipſeque ad vicinum oppidum, alii principi ſubiectum, iter facit, miniſtrumque, ut eo veniat, ac ſecum de graviſſimis negotiis deliberet, humaniſſime invitat. Miniſter, nihil mali ſuſpicatus, accurrit, blande accipitur & tractatur, ac in poſterum diem iterum adeſſe iubetur. Sed interim princeps cum domino oppidi agit, facileque ab eo impetrat, ut miniſter in cuſtodiam mittatur. Captus hic de iniuſtitia carceris acerbiſſime queritur, quinque potiſſimum obiectans, quod ſcilicet 1) contra datam fidem, 2) inauditus, 3) nec vagabundus, nec de fuga ſuſpectus, 4) extra locum delicti & domicilii, 5) aſtu circumventus in vincula coniectus ſit. At ICti Helmſtadienſes, nihil his obiectionibus moti, principem recte feciſſe, menſe Iulio anni CIↃ IↃ CC XVIII. re-

Digitized by Google

ſponderunt. Nam quod ad 1) receperat quidem princeps, ſe adverſus inauditum nihil durius ſtatuturum. Sed promiſſio omnis ſecundum leges interpretanda eſt, niſi is, qui quid ultra iura cupit, id claris verbis ſit ſtipulatus. *L.* 39. *de Pactis.* Itaque promiſſio iſta principis id ſolum, ne miniſter inauditus damnaretur, cavebat, facultatem vero ſuſpectum capiendi, quam magiſtratus etiam ante audientiam omni iure habet, non tollebat. Namque 2) ipſa recta ratio magiſtratibus, reos gravi ſuſpicione oneratos, ne fuga elabantur, ac cauſſæ cognitionem inanem efficiant, improviſos & nihil tale cogitantes comprehendere, permittit. Conſentiunt iura ſcripta in *articulis* 6. & 11. *Conſtitutionis Carolinæ.* Quod deinde 3) obiiciebatur, maius pondus habere videbatur. Ipſe ſupra *in meditatione* 3. dixi, carcerem ad continendos reos haberi, *L.* 8. §. 9. *de Pœnis*, atque adeo contra illum, quem, ceſſante fugæ ſuſpicione, contineri neceſſe non eſt, decerni non debere. Ille vero miniſter & alterius principis purpuratus erat, & latifundia poſſidebat, atque adeo de fuga nunquam cogitarat. At vagabundis & illi æquiparantur, qui, etſi in certo loco commorantur, ad alium locum, in quo comparere obligati erant, vocati non comparent, atque citationem eludunt. *Clement. un. de Foro competente*, *Clement.* 1. *de Iudiciis.* Facilior erat 4) reſponſio ad exceptionem fori incompetentis, videlicet in delictis gravioribus præter fora delicti commiſſi & domicilii etiam forum deprehenſionis legitimum eſſe. *L.* 1. *C. Vbi de criminibus.* Nec moveor in contrarium auctoritate *Boerii deciſ.* 270. *n.* 4. & *Klockii tom. I. Conſil.* 53. *n.* 24. *ſqq.* qui negant, maleficum eo loco, ubi ſaltem per breve tempus commoratur, prehendi & de delicto alibi commiſſo interrogari poſſe, niſi vel do-

domicilium ibi fixerit, vel ſaltem per decem annos verſatus ſit. Nam Boerius & Klockius ſine lege & contra legem loquuntur. Denique 5) negari quidem non poterat, aſtum in capiendo reo adhibitum fuiſſe, principemque ſimulatione uſum. Sed non omnis ſolertia & ſimulatio damnanda eſt. Iura noſtra dolum bonum admittunt, *L.* 1. §. 2. & 3. *de Dolo malo*, quem profecto, ſi privatis permittimus, etiam magiſtratibus permittere debemus, quidquid contradicat *Zieglerus in Dicaſtice Concluſ.* 29. §. 3. Adnectam ipſa reſponſi verba: Iſt Herr Modeſtinus, Königlicher Neapolitaniſcher würklicher Geheimder Rath und Fürſtlicher Modeneſiſcher Præſident, auf Anſuchen ſeiner Fürſtlichen Herrſchaft, aus Urſachen, daß er den derſelben ſchuldigen Reſpect in Reden oder Schriften nicht beobachtet, ſondern ſie empfindlich angegriffen, auch ſonſt wider deren Intereſſe eines und das andere unternommen haben ſoll, zu Mayland, vermittelſt ausgebrachten Hertzoglich Mayländiſchen Befehls, arreſtiret und auf die Veſtung gebracht, auch nunmehr in die ſechſte Woche in enger und harter Verwahrſam gehalten worden. Entſtehet demnach die Frage: Ob die geſchehene Arreſtirung rechtmäßig, und nicht vielmehr null und nichtig ſey? Wiewol nun dem Herrn Arreſtato in ſeinem Beſtallungs-Briefe ausdrücklich verſprochen worden, daß, da wider ihn etwas angebracht würde, es ſey groß oder klein, die Fürſtliche Herrſchaft ſolches ihm eröfnen, den Anbringer melden, ihn ſelbſt darüber hören wolle, und, ehe dies geſchehen, er nichts entgelten ſolle, hiernächſt die Arreſtirung in Mayland, wo der Fürſtlichen Herrſchaft keine Gerichtsbarkeit zuſtehet, und, wo der Herr Arreſtat weder ex capite contractus, noch delicti, noch domicilii, noch als ein Vagabundus ſein Forum hat, auch dazu bey einer ganz ſonderlichen Gelegenheit geſchehen, indem er von der Fürſtlichen Herrſchaft nach Mayland zu Expedirung einiger Amts-Sachen berufen worden, den Tag

ſeines

seines Unglücks bey selbiger gnädige Audienz gehabt, und auf folgenden Tag wieder beschieden worden, welches denn der bonæ fidei und dem in einer jeden Ladung stillschweigend enthaltenen salvo conductui zuwider läuft, endlich die Constitutio Imperii de pignorationibus, das Privilegium Neapoliatnum de non evocando, und der zwischen Mayland und Neapolis errichtete Vergleich, Kraft dessen einer des andern Unterthanen ad forum competens zu verweisen hat, die Formalia der geschehenen Arrestirung nicht wenig zweifelhaftig machen; Dieweil aber dennoch das in der Bestallung enthaltene Versprechen dergestalt, daß die Herrschaft den Herrn Arrestaten, ehe sie ihn genugsam vernommen, nicht condemniren wolle, erkläret werden kann, ihr auch dadurch die Macht, ihn, ne iudicium reddatur elusorium, in sichere Verwahrung zu bringen, nicht eben benommen ist, ferner die wider ihn angebrachte und sonder Zweifel durch Zeugen und Briefe bestärkte Violation des Fürstlichen Respects, Verachtung ihres Interesse, Debauchirung ihrer Diener, ꝛc. allerdinges harte und bey einem Bedienten gar strafbare Delicta seynd, worinnen das Forum deprehensionis billig statt findet, da zumal Arrestat in geraumer Zeit nicht nach Modena gekommen, demnach, daß der Process allda wider ihn angestellet werden können, verhindert, also die Fürstliche Herrschaft nothwendig auf Mittel bedacht seyn müssen, ihn mit Manier in Arrest zu bringen, übrigens der Hertzog von Mayland ihn nicht als einen Neapolitanischen Unterthan, sondern als einen Fürstlichen Bedienten auf der Fürstlichen Herrschaft Ansuchen arrestiren lassen; So mag die geschehene Arrestirung vor null und nichtig nicht gehalten werden.

IX.

Digitized by Google

IX.

Carcer ſemper publicus eſſe debet, locus tamen carceris aliquando privatus eſt.

X.

Periculoſiſſimum eſt, reos in privatis & maxime in propriis ædibus cuſtodiri.

XI.

Itaque iudex, qui reum in dignitate conſtitutum carceri publico includit, non peccat.

Prohibitio carcerum privatorum, cuius in *L.* 1. *C. de Privatis carceribus* ſedes eſt, eo ſaltem pertinet, ut ne quis auctoritate privata reum detineat. Et hinc eſt, quod cuſtodiam ſemper publicam eſſe dicit *Venuleius* in *L.* 224. *de Verborum ſignif.* Ad locum vero hoc referri non debet. Is enim, ſi iudici ita videtur, privatus eſſe poteſt. Apparet hoc clare ex *L.* 1. *de Cuſtodia & exhib. reor.* Et in prima quidem republica Romana, quam uno carcere contentam fuiſſe, *Iuvenalis Satyra III.* v. 314. ſcribit, neceſſe ſæpe erat, reos, quibus detinendis iſte carcer non ſufficiebat, privatis cuſtodiendos tradi. Deinde, auctis amplificatisque carceribus publicis, dignitati tamen reorum quorundam hoc datum fuit, ne in illos conſcerentur, ſed potius privatim adſervarentur. Liberas cuſtodias hoc appellabant. Quum itaque, detecta Catilinaria coniuratione, aliquot ſenatores & patricii, quin prætor ipſe, conſcii reperirentur, ſenatus

Digitized by Google

apud *Salluſtium in Bello Catilinario pag.* 29. decrevit, ut in liberis cuſtodiis haberentur, & Lentulus, prætor, P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæſari, Gabinius M. Craſſo, Cepario Cn. Terentio ſenatori traderentur. Idem adhuc hodie ſæpiſſime fit, reique illuſtres ac nobiles in privatis, quin aliquando in propriis, ædibus adſervantur. Quam periculoſum tamen hoc ſit, quotidie experimur. Hi maxime, qui in domibus ſuis cuſtodiuntur, latebrarum & effugiorum optime gnari, deluſa cuſtodum vigilantia, evadunt ſubinde, fidemque ipſis habitam fallunt. Quamobrem ego iudici auctor non ero, ut reum, etſi magnæ dignitatis virum, in loco privato detineri ſinat, ne, illo deinde aufugiente, in ſuſpicionem colluſionis incurrat. Nec ſolent collegia iuridica in ſententiis ſuis hoc præcipere. Interrogati menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XVIII. ICti Helmſtadienſes, an comprehendendus, & in qualem cuſtodiam mittendus eſſet, duorum principum purpuratus, de magnis facinoribus accuſatus, hoc ſolum reſponderunt: Daß Cornelius in 1) ſichere, doch 2) leidliche, und 3) honette Verwahrung zu nehmen; de loco vero, utrum is publicus, an privatus eſſe deberet, quidquam addere auſi non ſunt, ſed hoc arbitrio & prudentiæ iudicis permiſerunt. Idem Vlpianus in *L.* 1. *de Cuſtodia & exhib. reorum*, voce: *æſtimare*; facit. Quodſi ergo iudex, ne verba ſibi dentur, ſubvereatur, poterit reum, quamvis honeſtiſſimum, carceri publico includere ſine iniuriarum metu. Nam, quod iudicis poteſtati permittitur, hoc iuris neceſſitati non ſubiicitur. *L.* 40. *pr. de iudiciis.* Et ſic ICti Vitembergenſes: Obgleich die Obrigkeit nach Befinden der Umſtände eine wol angeſehene und geſeſſene Perſon mit dem öffentlichen Arreſte wol verſchonen und ſolchen in einen Haus-Arreſt verwandeln mag; Dennoch aber und dieweil regulariter der Arreſt in loco publico ver-

vermöge der Rechte gehalten werden ſoll, alſo einer Obrigkeit, wenn ſie ſolcher Verordnung nachgehet, nichts ungleiches beygemeſſen werden kann, und dieſe Verfügung lediglich in derſelben arbitrio beruhet; So hat der Magiſtrat durch die in loco publico geſchehene Verarreſtirung nichts ſtrafbares begangen.

XII.

Privatis etiam, facinoroſos fugientes comprehendere, vel ex fuga retrahere, &, donec iudici exhibeantur, cuſtodire, licet.

XIII.

Si quis privatus, dum reum comprehendere conatur, eum reſiſtentem verberat, vulnerat, occidit, impune eſt.

EQuidem iura noſtra privatos carceres ſeveriſſime inhibent in *L.* 1. *C. de Privatis carceribus.* At eadem iura in *L.* 10. §. 16. *Quæ in fraudem creditorum* creditoribus, debitorem fugientem e fuga retrahere & comprehendere, & in *L.* 25. *ad legem Iuliam de adulteriis* marito & patri, adulterum cum uxore & filia deprehenſum retinere ac privatim cuſtodire, permittunt. Quod ita privatis ob ſua commoda licet, id magis iisdem in cauſſa, in qua totius reipublicæ intereſt, licebit. Intereſt vero reipublicæ, ut delicta puniantur. Fac ergo, maleficum, patrato facinore, fugam capeſſere. Num peccabit privatus, qui fugientem capit, & iudicio ſiſtit? Non puto. Rem optime exemplo illuſtrabo. Duo milites nobiles per ſegetem iter faciunt, atque a domino agelli, cui damnum fiebat, de hoc damno reſtituendo interpellantur. Reſpondent more militari acerbius. Fit rixa & mox pugna, accurentibus ex vicino pago

Digitized by Google

ruſticis. In ea pugna ruſticus telo traiectus occumbit. Qua nece inflammati ceteri impetum in milites faciunt, utrumque comprehenſuri. Sed alter eorum feliciter evadit, alter valido fuſte armatus fortiter reſiſtit, malumque inſtantibus minatur; ſed impar multitudini, acceptis multis verberibus, comprehenditur tandem, vincitur, in iudicium deducitur, ac de homicidio accuſatur, ſed, cædem a ſocio, quem fugiſſe dixi, non a ſe factam, luculenter oſtendit, atque abſolvitur. Abſolutus viciſſim ruſticos apprehendit, & carceris privati, tumultus, vis publicæ, iniuriarum atrocium reos facit. Verum ICti Helmſtadienſes menſe Iulio anni CIↃ IↃ CC XVII. ruſticos abſolverunt. Ruſtici nempe, dum homicidam aut ſaltem homicidii complicem, & rixæ, in qua cædes facta erat, auctorem capere conabantur, in re licita, ut ſupra dixi, occupabantur. Non debebat itaque illis reſiſtere miles. Dum ergo reſiſtebat, ipſe ſibi plagarum, quas in prœlio paſſus erat, cauſſa exſtiterat, atque ius agendi non habebat per aperta iura, *L.* 29. §. *pen. Ad L. Aquiliam*, *L.* 4. *C. de his, qui ad eccleſias confugiunt, artic. Carolin.* 150. qui ultimus etiam cædem factam excuſat. Et Ebræi, teſte Maimonide apud *Seldenum de Iure naturali & gentium lib.* 4. *cap.* 2. *pag.* 487. eum, qui renitentem reum occideret, culpa omni vacuum declarabant, adeo, ut nec ad aſyla, quæ ex divino præcepto, *Exod. XXI*, 13. *Num. XXXV*, 22. *Deuteron XIX*, 5. iis, qui per incuriam hominem necarant, perfugium præſtabant, confugere opus haberet. Adnectam verba ſententiæ: Ob wol Denunciant, ſo viel die an Joachim Muſeholffen begangene Entleibung betrift, ſeine Unſchuld ausgeführet, demnach mit gutem Recht der gefänglichen Haft erlaſſen und von weiterer Strafe losgeſorpchen worden; Dennoch aber und dieweil aus den mitgeſandten Acten und der abgehörten Leute einſtimmigen Ausſage ſo viel erſcheinet, daß der Denunci-

nunciante anfänglich unterſchiedene Exceſſe mit begangen, und die Bauern irritiret, hiernächſt, als ſie nach der dem Muſeholff zugefügten tödtlichen Verwundung ihn und ſeinen Cammeraden nicht unbillig in Arreſt nehmen wollen, ſich ihnen mit der Heugabel widerſetzet, und durch Drohungen ſelbige noch darzu weiter aufgebracht, dieſemnach die erlittene Schläge ihm ſelbſt durch ſein ungebührliches Verfahren zugezogen; So halten wir dafür, daß Denunciaten mit keiner Strafe beleget, gleichwol insgeſammt wegen einer mit unterlaufenden Culpa die durch dieſen Proceſs verurſachte Koſten zu erſtatten angehalten werden können.

XIV.

Iudex reum In carcerem per alienum territorium traducturus, veniam a magiſtratu, cuius territorium tranſit, petere debet.

XV.

Imploratus magiſtratus, ſiquidem traductio neceſſaria eſt, veniam denegare nequit.

XVI.

Eadem venia tunc, quum pœna in alieno territorio exſequutioni mandatur, magis opus eſt.

Sæpe fines iurisdictionum ita invicem commixti ſunt, ut neuter magiſtratus quid in ſuo facere poſſit, niſi transeundo per alterius territorium. Quod magis in circumſepta, ut vocatur, iurisdictione accidit, quam qui habet, ſi quid eo pertinens expedire, inprimis reum in ſuos carceres ducere vult, circumiacentes agros attingere neceſſum habet. Duæ tunc quæſtiones oriuntur, quarum prima eſt:

Digitized by Google

liceatne hoc ſine venia & reverſalibus, quas vocant, litteris? altera: num iudex, per cuius fines reus ducendus eſt, implo-ratus veniam denegare poſſit? Prima harum quæſtionum mihi nec controverſa videtur. Neminem credo cordatum iurium interpretem ſerio de ea dubitaſſe. Equidem in ſub-iectis rationibus diſſentientes allegantur. At enimvero hoc tunc fide aliena properanter factum. Nunc otium nactus, dum illud *Klockii conſilium* 53. inſpicio, eum non ſolum non diſſentire, ſed nec dubitaſſe quidem animadverto. Clariſſi-ma eius verba ſunt *in n.* 10. 11. 12. 13. 14. inprimis autem *in* 15. ubi ſic ait: Immaſſen denn gleichfalls bey allen Ständen im Römiſchen Reich ſolches in üblicher Obſervanz als ohnver-rückt gehalten, noch keinen, ohne ſonderbar deswegen erlang-tes Glaidt, ſeinen Gefangenen durch eines Obrigkeit zu füh-ren geſtattet oder geſtanden, ſondern, da dergleichen etwas *de facto attentiret* und vorgangen, alsbald darwieder *proteſtirt*, und *pro turbatione* am Käyſerlichen Cammer-Gericht täglich in Recht geandet wird. Vnde coniicio, Wehnerum, cuius con-ſilia nunc ad manus non ſunt, eadem, qua Klockium, fide allegari. Et profecto nec apparet quidem ulla ſolida ra-tio dubitandi. Dices forſan, innoxium per terras alienas tranſitum iure naturali & gentium liberum eſſe, atque adeo venia non indigere. Fateor hoc, quando quis tanquam privatus tranſit. At quando tanquam imperator cum exercitu, vel tanquam magiſtratus cum poteſta-te, eius utique, qui imperium ibi & poteſtatem ſolus habet, conſenſu opus eſt. Convenit hoc etiam iuribus ſcriptis, *L. ult. de Officio præfecti urbi*, *L. ult. de Officio proconſulis*, *L. 3. de Officio præſidis*, Reichs-Abſchied vom Jahre 1559. §. 26. Supereſt itaque altera quæſtio, utrum magiſtratus veniam petitam denegare poſſit. Qui eum hoc poſſe exiſtimant, re-gulam illam iuris; eius eſſe nolle, qui poteſt velle, *L. 3. de Regulis iuris*, item *legem* 40. *pr. de Iudiciis* obtendunt. Ve-

rum

rum ea omnium commune aliquod caput agnoſcentium magiſtratuum obligatio eſt, ut ſibi in exercendis iudiciis & adminiſtranda iuſtitia mutuam opem ferant. Si quis imploratus id non facit, plectitur. *Novella* 134. *cap.* 5. Sed ais, ludibrio habetur, qui de conſenſu interpellatur, ſi diſſentire non poteſt. Et videtur hoc utique prima facie abſurdum, quum, qui veniam dare neceſſum habet, non tam rogetur & imploretur, quam certior reddatur & commoneſiat. At nihil abſurdi in vocibus, *venia*, *conſenſus*, *imploratio*, *petitio*, etiamſi retineantur, latet. Qui imploratur, etſi ſimpliciter negare nequeat, poteſt tamen ex iuſta cauſſa negare, poteſt, ſi conſentit, modum ducendi, ne ſibi per hunc noceatur, præſcribere, loca & itinera oſtendere, ducentes comitari, litteras reverſales ſibi expetere, ne alio modo, vel alia via, reus ducatur, vetare. Eſt itaque in illa, quam dixi, conſentiendi neceſſitate plurimum libertatis. Nec deſunt ſimilia in iuribus noſtris exempla. Sic ſecundum *L.* 3. *C. de Iure emphyteutico* emphyteuta emphyteuſin ſine domini conſenſu alienare, dominus vero imploratus conſenſum denegare, nequeunt; ſic electiones ſine adſenſu eius, qui ius conſentiendi habet, non valent, adſenſus tamen hic, ſi petatur, dandus eſt neceſſario, *cap* 3. *&* 14. *X. de Electione*, ſic princeps præſentatos ſibi a civibus ſuis, diverſam a ſua religionem profitentibus, miniſtros eccleſiæ ſine recuſatione confirmare iubetur in *tabulis pacis Oſnabrugenſis art.* 5. §. 1. *in fine.* Quodſi per talem veniæ petitionem mora fiat & adminiſtrationi iuſtitiæ noceatur, poterit temperamentum adhiberi, ac magiſtratus, ut una petitione ac generalibus litteris reverſalibus contentus ſit, cogi. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Auguſto anni CIↃ IↃ CC XIX. nomine regis Pruſſiæ inter die Müllen-Vogtey zu Magdeburg, Kläge-

rc,

re, &. den Dom-Vogtey-Amts-Verweſer, Beklagten, iudicarunt: Würde Beklagter den offerirten generalen Revers der Müllen-Vogtey ausſtellen, ſo wird er von der Klage, in ſo weit ſelbige die Durchführung der Delinquenten durch die Müllen-Vogtey-Gerichte betrift, entbunden. Dahingegen muß er, ſo viel das Auspeitſchen von des Pfandemanns in Weſterhauſen Hauſe nach dem Peleritz, und Begleitung bis an die Froſiſche Grentzen belanget, ſein Befügniß binnen vier Wochen, mit Vorbehalt des denn Kläger dawider zuſtehenden Gegen-Beweiſes, Eydes-Delation und anderer rechtlichen Nothdurft, beweiſen. V. R. W. Rat. dec. Was anfänglich die Durchführung der Delinquenten durch die Müllen-Vogtey-Gerichte betrift, ſo ſtehen zwar unterſchiedene Rechts-Lehrer mit *Wehnero in Conſil. Francon.* 92. und *Klockio vol.* I. *Conſil.* 53. in den Gedanken, daß die bloſſe Durchführung eines Delinquenten durch fremde Gerichte die Gerichtsbarkeit des andern nicht turbire, demnach ohne ſeine Bewilligung geſchehen könne. Alldieweil aber dergleichen Durchführung eine gewaltſame That iſt, welche niemand in einem fremden Territorio ohne Erlaubniß verrichten kann, ſo fallen wir vielmehr dem *Strykio* bey, welcher *in diſſ. de Iurisdictione circumſepta cap.* 3. *n.* 57. dafür hält, es könne der andere Iudex die Durchführung zwar nicht verſagen, müſſe jedoch vorher um die Erlaubniß angeſprochen und ihm dieſerwegen ein Revers ausgeſtellet werden. Unterdeſſen, da der Müllen- und der Dom-Vogtey-Gerichte mit einander vermiſchet ſeynd, und die Durchführungen ſich öfters begeben, folglich allezeit mit Erlaubniß-bitten und Reverſen ſich aufzuhalten zu weitläuftig fällt; So haben wir dafür gehalten, es müſſe ſich die Müllen-Vogtey an einem General-Reverſe, wodurch ihre Iura genugſam conſerviret werden, begnügen. Dahingegen hat es eine andere Bewandniß mit Exſecution des Staupbeſens,

der

der Verweiſung und anderer Strafen. Durch ſolche wird die Iurisdiction des fremden Richters merklich violiret, und iſt alſo hierzu deſſen Special-Erlaubniß nothwendig. Folglich, da Kläger Beklagten, daß er ſolches auf den zu der Müllen-Vogtey gehörigen Straſſen ohne Vergönſtigung thun laſſen, beſchuldiget, dieſer hingegen theils eine ihm auf den angegebenen Straſſen mit zuſtehende Iurisdiction, theils præſcriptionem vorſchützet; So haben wir ihm, ſein Befugniß ordentlich zu erweiſen, auferlegt.

XVII.

Magiſtratus, reum, quem carceri includere debebat, ex miſericordia dimittens, culpam latam committit.

Narrant *Oldekopius in Obſervatione criminali 4. tit. 3. n. 9.* atque ex eo *Dœplerus* im Schauplatz der Leibes- und Lebens-Straſen *Part. 1. cap. 10. §. 75.* magiſtratus quosdam furem vindemiarum tempore, quod ipſi fructibus colligendis diſtinebantur, comprehenſum dimiſiſſe, cognitioni ſe nunc vacare poſſe, negantes, a fure tamen reditum ad carceres ſtipulatos eſſe, furem vero fidem fefelliſſe, nec rediiſſe. Addit *Oldekopius*, ſibi factum hoc in principio incredibile viſum, & ſe propterea dubitaſſe, an referre deberet, deinde vero iudicium longe abſurdius collegii ſapientiſſimi reperiſſe, areopagitarum ſcilicet, qui apud *Valerium Maximum lib. 8. cap. 1.* in fine, & *Gellium Noct. Attic. lib. 12. cap. 7.* mulierem, quæ maritum & filium ex eo ſuum, quod hi alterum filium mulieris, ex viro priore genitum, adoleſcentem optimum & innocentiſſimum, inſidiis exceptum occidiſſent, venenis clam datis interfecerat, atque id ſe feciſſe confitebatur, & accuſatorem eius poſt centum annos redire iuſſerunt. At ipſi, Oldekopius & Dœplerus, qui acumen areopagitarum non perſpiciunt, cæci hic ſunt, & ridiculi. Et perſpexiſſent facile, ſi modo Valerium & Gel-

lium, qui rationem eius iudicii reddunt, inſpexiſſent. At hos auctores illi, quanquam eos allegent, nunquam viderunt, ſed hiſtoriolam illam ex *Menochio de Retinenda poſſeſſione remed.* 3. *n.* 750. qui eam ex Valerio & Gellio excerpſit, nec rationem tamen ſubiecit, hauſerunt. Itaque areopagitarum factum cum ſenatuli iſtius facto comparari nequit. Ego tamen ſimile ſenatuli cuiusdam Saxonici factum recordor. Venit ad hunc mercator cum litteris regiis, atque ex iis, debitorem quendam ſuum cambialem cuſtodiæ mandari, deſiderat. Accerſitur debitor in curiam, agnoſcit manum ſuam, fatetur debitum, ſed carcerem deprecatur enixe, calamitatem ſuam lamentabili voce deplorat, atque, ſi in vincula coniiciatur, actum de ſe & familia ſua eſſe dicit, at, ſi dimittatur, propediem ſe ſoluturum pollicetur. Tum ſenatulus illum ad lares ſuos redire & creditori quam primum ſatisfacere iubet, carceremque, ſi differat longius ſolutionem, regaliter minatur. Ille vero confeſtim extra portam it, atque, ut credo, etiam nunc fruſtra exſpectatur. Tum creditor querelam ad regem defert, qui a ſenatulo rationem facti, & iuribus cambialibus & reſcripto regio contrarii, expoſcit. Reſpondet ſenatulus, ſe omnia ex miſericordia feciſſe. Mittuntur ergo acta ad lCtos Vitembergenſes, qui ſenatulum in omne id, quod creditoris intererat, damnarunt. Nam intempeſtiva miſericordia, ſi non dolus, ſaltem culpa lata eſt, §. *ult. in fin. I. de Lege Aquilia, L.* 7. §. 7. *de Dolo malo, L.* 10. §. 8. *Mandati.* Adde *Specimen CLIV. de Culpa, medit.* 8.

COROLLARIA.

1. Fideiuſſor, qui pro reo de iudicio ſiſti cavit, ſi magiſtratus deinde reum in carcerem coniiciat, liberatus, nec, reo e carcere fugiente, ad ſolvendam, in quam cavit, pecuniam obligatur, quemadmodum

modum recte ſentit *Strykius in Vſu moderno tit. de Fideiuſſoribus §. ult.* Simile exemplum eſt captivi, qui fidem de non fugiendo dedit, ac deinde cuſtodiæ mandatur. Is, ſi fugiat, fidem non fallit. Narrat tale factum *Schilterus in Addit. ad diſſert. de Iure obſidum cap. 7. n. 16.*

2. Carceris horrendi exemplum verbis *auctoris anonymi*, des Bedenkens von Verbeſſerung des *Juſtiz*-Weſens *de anno 1607.* quod *Wehnerus Obſervationibus ſuis p. 350. ſqq.* omiſſa tamen illa hiſtoria, inſeruit, narrabo: „Es ſoll ſich in dieſem 1607. Jahre den „1. Auguſti, auf einem Edel-Sitz, bey Cron-Weiſſenburg, begeben „haben, daß ein Mägdlein ein Kind auf dem Arm getragen, daß „ſelbige aber ihm unverſehens entfallen, und dadurch an einem „Bein verletzet worden, darüber die Edel-Frau dermaſſen ergrim„met, daß ſie ihren Junckern auch zu Zorn bewogen, und demſelben keine Ruhe gelaſſen, bis er das Mägdlein in einem Thurm „an den Boden ſetzen laſſen. Als es nun hinab kommen, hat es „bald jämmerlich und ſehr angefangen zu ſchreyen, der Knecht, „welcher ſolches gehöret, hat es aus groſſen Mitleiden der Edel„Frau angezeiget, ſie hat ihm aber kein Gehör geben wollen, ſon„dern ihn übel abgewieſen, und geſagt: Er ſollte ſeiner Geſchäf„te abwarten, und fremder Händel ſich nicht annehmen. Deſſen „ungeachtet iſt er gegen Abend zum andernmal vor den Thurm „gegangen, hat das Mägdlein je länger je mehr jämmerlich wim„mern hören, und weil es ein ſehr bös Gefängniß, hat er ſich „nicht geſcheuet, der Edel-Frauen noch einmal einzureden, hat aber „alles nicht helfen wollen. Nachdem aber das Mägdlein gegen „12. Uhr in der Nacht ſtille worden, der Knecht aber nicht ſchla„fen können, und ein Grauſen ihn ankommen, iſt er zum dritten„mal vor der Edel-Frauen Gemach kommen, und ihr zu Gemü„the geführet, wie das Mägdlein ganz ſtill worden, und er nichts „Guts vermuthe, die Edel-Frau iſt endlich dadurch bewogen, „und hat befohlen, daß man eine Leuchte hinab in den Thurm „laſſen ſollte, welches denn auch alſobald geſchehen, und hat man

Digitized by Google

„dā befunden, daß das Mägdlein todt an der Erden gelegen, ihm „eine groſſe Schlange um den Hals, eine um den Schenckel, und „eine um den Leib gewickelt, auch eine in den Hals gekrochen gewe„ſen, daß man ſie oben beym Schwantze hat halten können, ſo ſich „todt an des Mägdleins Blut geſogen: Wie die Edel-Frau ſol„chen Jammer vor Augen geſehen, iſt ſie von Sinnen gekommen, „und hat ſich zu todt gewütet, dem Juncker aber iſt von des „Mägdleins Vater hart gedrauet worden.„

3. Sola fama communis ad ſuſpectum carceri includendum ſufficit, ſecundum *articulum Carolinum 6.*

4. *Legem 2. C. de Privatis carceribus* ſpuriam & Codici noſtro per errorem inſertam eſſe, oſtenditur in *Specimine DVII. de Pœnis eorum, qui ipſi ſibi ius dicunt, medit. 6.*

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DLXIV.
MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVIII. TIT. III.
DE
VIOLATIONE CARCERIS.

I.

Violatio carceris etiam in innocente punitur.

II.

Eadem ſuſpiciones & indicia contra ſuſpectum de crimine auget.

III.

Gradus torturæ iam decretæ ob fugam intervenientem amplificatur.

Violatio carceris grave crimen eſt, etiam per ſe, licet aliud crimen non concurrat. Itaque reus, qui ruptis vinculis effugit, tametſi innocens ex crimine, propter quod in carcerem impactus eſt, inveniatur, punitur tamen. *L.* 13. *de Cuſtodia & exhib. reorum.* Vide reſponſum ſcabinorum Lipſienſium apud *Schilterum Exercit.* 49. §. 43. Quodſi de innocentia non conſtat, eruptio illa auget ſuſpiciones, novumque ad torturam indicium facit. *Conſtit. crim. art.* 25. *n. ult.* Et, ſi tortura iam decreta fuit, reus vero ante eius exſecutionem carcere elapſus ex fuga retrahatur, gradus torturæ augeri poteſt, arg. *L.* 18. §. 1. *de Quæſtionibus.* Sic ICti Helmſtadienſes men-

Digitized by Google

ſe Octobri anni CIↃ IↃ CC XIII. reſponderunt: Daß Johann Tobias Höhning und Johann Heinrich Tönicke in ihren Defenſionen etwas, ſo ihnen zu ſtatten kommen möchte, nicht ausgeführet, derowegen die fol. 463. 787. und 974. befindliche Urtheile an ihnen billig vollſtrecket, und dem letzteren, wegen des durch die unternommene Flucht und andere darzu gekommene Indicia wider ihn vermehrten Argwohns, aber die Daum- auch die Bein-Schrauben angeleget werden. V. R. W.

IV.

Cuſtodes, reum ex carcere dolo emittentes, ſimili ſupplicio adficiuntur.

V.

Quæ pœna locum habet, tametſi vis nulla ſit adhibita.

VI.

Carpzovius quidem & alii, mitiorem pœnam in praxi receptam, teſtantur.

VII.

Sed praxis illa certa & conſtans non eſt, atque bina exempla in contrarium adferuntur.

Nunquam fere rei e carcere elabuntur, niſi per colluſionem cum commentarienſi & cuſtodibus, aut ſaltem ex negligentia & incuria eorum. Sæpe ergo de commentarienſis & cuſtodum pœna interrogantur ICti. Tunc vero ante omnia, dolusne an culpa intervenerit, inveſtigandum eſt. Quodſi cuſtos doli & colluſionis convincitur, iura eum eidem pœnæ ſubiiciunt, cui obnoxius docebitur fuiſſe, qui fugerit, in *L.* 4. *C. de Cuſtodia reorum, & art.* 180. *Conſtit. crim.* Quem *articulum* 180. *Carpzovius in Quæſt. crim.* III. *n.* 108. ad eum cuſtodem, qui, violentia adhibita, veluti

Digitized by Google

veluti armata manu, carcerem fragendo, captivum liberat & abducit, reſtringit, in eo vero, qui connivet ſaltem ac fugam permittit, ultra fuſtigationem veniri poſſe negat. Mirum. Tria ſcilicet argumenta adfert. Primum ait: *Pœnam mortis cuſtodi irrogari, admodum durum foret.* At quæ durities? Si durum non eſt, ſed ſalutare reipublicæ, & ad conſervandam tranquillitatem & ſecuritatem omnium neceſſarium, fures in furcam agi, prædones rota contundi, incendiarios cremari, homicidas capite plecti, nec durum erit, hos, qui, rupta fide ſua iurata, propter vile plerumque lucrum iſtos facinoroſos pœnæ promeritæ eximunt, & in perniciem publicam liberant ac quaſi armant, ad ſimile ſupplicium abſtrahi. Deinde *Carpzovius* vocem: aushilft, quæ in *articulo* 180. reperitur, urget. Teſtor eorum fidem, qui linguæ noſtræ Germanicæ indolem norunt, num voce hac aushelfen violentiam ſignificari, credant. Ego profecto hoc non credo. Certe in vita communi quotidie de advocato, amico, proxeneta, magiſtratu &c. dicimus: Er hat ihn aus der Verdrießlichkeit, aus dem Gefängniſſe, aus der böſen Sache, aus den Händen ꝛc. geholfen. Denique *Carpzovius* verba *Spec. Sax. lib.* 3. *art.* 9. gewaltiglich dem Gericht entführet; allegat. Sed hæc nihil ad nos. Speculator ibi de commentarienſi & cuſtodibus plane non agit, ſed de extraneis. Et nec credo quidem, caſum unquam exſtiturum, quo commentarienſis & cuſtodes vim in liberando captivo ſint adhibituri. Neque enim vi opus habent, qui dormiendo ſaltem aut aſtu, certe ſine omni ſtrepitu, captivum dimittere poſſunt. Ridiculi forent, ſi ad hoc ipſum homines conducerent, aut arma induerent. Quidquid tamen ſit, maior eſt *Carpzovii*, quam legum, auctoritas in animis pragmaticorum, qui adeo eum ſequuti dolum in commentarienſi & cuſtodibus ſaltem fuſtigatione puniunt. Vide *Bergeri Supplem.*

plem. ad Elect. Iurispr. crim. p. 5. & quos ibi allegat. Ego tamen de constantia istius praxeos dubito. Narrabo, quæ ipse viderim. Me puero, circa finem Seculi XVII. miles homicida, Magdeburgi in carcerem compactus, custodem suum itidem militem corruperat. Aufugiunt igitur ambo, murumque transiliunt, sed custos ille corruptus tam infeliciter, ut crus frangeret. Homicida ergo solus evadit. Custos comprehenditur, &, me adstante ac inspiciente, globis plumbeis traiicitur, quod arquebousiren vocant, ad quam pœnam damnatus ante fuerat is, quem e custodia emiserat, homicida. Recentius exemplum anno 1701. contigit. Ragozium, Hungarorum rebellium principem & antesignanum, centurio quidam, Lehmannus nomine, cui custodia eius commissa fuerat, emisit, damnatusque est, ut tanquam rebellis vivus in quatuor partes secaretur, quam pœnam tamen Leopoldus, indulgentissimus princeps, de more in gladii supplicium commutavit. Vide des neu eröfneten Bilder-Saals sechsten Theil, *pag.* 238. *sq.*

VIII.

Culpa custodum, quibus reus evasit, si magna & supina fuit, pœnam corporis adflictivam & perpetuam relegationem meretur.

IX.

Culpa mediocris carcerem aut mulctam.

X.

In Saxonia tamen iusiurandum, quod dolus abfuerit, ante omnia exigi solet.

Frequentius est, ut rei, qui in custodia sunt, per negligentiam custodum evadant. Atque tunc pro modo culpæ in hos custodes statui iubet *Adrianus Augustus* in *L.* 12.

gitized by Google

L. 12. *pr. de Custodia & exhib. reorum*, quod & in *art.* 180. *Constit. crim.* verbis: nach Gestalt der Sachen; præcipitur. Et posset secundum *istam L.* 12. custodibus, si culpa eorum nimia deprehendatur, ultimum supplicium irrogari. At vero in praxi, si *Carpzovio Quæst. crim.* III. *n.* 110. *sqq.* inprimis 113. & *Bergero in Parte I. Suppl. ad Electa Iurispr. crim. pag.* 5. credimus, tantum abest, ut ultimum supplicium custodibus, quanquam desidiosissimis, imponatur, ut ne quidem ad fustigationem perveniri possit, quin nec ad relegationem, nisi lata, aut latissima sit culpa. Ita quidem Carpzovius dictatorie sine lege, quin & contra legem loquitur. Ego tamen eos, qui a Carpzovii sententia recedunt, a sacrilegii pœna absolvo. Ipse aliquando, quum ICtis Helmstadiensibus adsiderem, horum nomine custodem, cuius supina negligentia latrones improbissimi evaserant, ad fustes & exilium perpetuum mense Octobri anni CIↃ IↃ CC XXVI. damnavi: Daß Inquisit Schäfer mit Staupen-Schlägen des Landes ewig zu verweisen, und sein Ehe-Weib ihm zu folgen schuldig sey. V. R. W. Rat. dec. Inquisit als Gerichts-Knecht und dessen Ehe-Weib seynd deshalb ins Gefängniß und Inquisition gerathen, daß sie zwey wegen Diebstahls und begangenen Mords in Verhaft gerathene und ihnen anvertraute Zigeuner entkommen lassen. Ob nun wol die gegen sie vorhandene Muthmassungen sie eines mit den entlaufenen Delinquenten gemachten Complots und vorsetzlicher Erlassung zu überführen nicht hinlänglich seynd, da zumal der Umstand, daß Inquisit den einen Zigeuner bey der ersten Flucht selbst wieder eingeholt, den Verdacht eines Doli einigermassen ablehnet. Alldieweil aber Inquisit wenigstens eine supinam culpam und negligentiam, ja in so weit, daß er wider seinen geleitesten Amts-Eyd und Pflicht gehandelt, auch einen Dolum begangen, indem er 1) die beyde gefangene Zigeuner ausser dem Gefängnisse auf der Treppen sitzen und Toback rauchen, 2) selbige, um ihre Nothdurft zu verrichten, beyde zugleich aus dem

Gefängnisse gehen lassen, 3) ihnen vergönnet, daß sie sich hinter das Gefängniß an einem Orte, wo er sie nicht in den Augen gehabt, gesetzet, ferner, 4) andere Leute mit ihnen vor dem Gefängnisse sprechen lassen, 5) Messer bey ihnen gefunden, und solches den Gerichten nicht angezeiget, endlich 6) auf etliche Tage lang ohne Vorwissen und Erlaubniß der Gerichts-Obrigkeit verreiset; So gehet zwar die im 180. Artikel der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung gesetzte gleichmäßige Strafe ab. Jedoch da culpa dolo proxima übrig bleibt, verdienet Inquisit wenigstens mit Staupenschlägen des Landes ewig verwiesen zu werden, und zwar um so viel mehr, da durch Echapirung der gottlosen und mörderischen Zigeuner die allgemeine Ruhe und Sicherheit nicht wenig gestöhret wird. Uebrigens, und weil gegen das Ehe-Weib keine sonderliche Indicia vorhanden seynd, so haben wir weiter nichts, als daß sie ihrem Ehe-Manne folgen solle, erkannt. Vide *L.* 3. §. 1. *de Officio præfecti vigilum*, ubi culpa fustibus punitur. Ceterum, si culpa mediocris saltem fuit, e. g. custos somnum sibi obrepere passus est, carcer vel mulcta dictatur, solet tamen ex stylo JCtorum Saxonicorum ante omnia iusiurandum decerni, dolum abfuisse. Sic JCti Vitembergenses mense Iunio anni CIↃIↃ CⅭIX. responderunt: Würde der Richter Coßmann und Peter Kreußler sich endlich reinigen, und, daß sie Joachim Levi wissentlich und vorsetzlich nicht entlaufen lassen, schwören, immassen ihnen, nach vorgehender scharfen Verwarnung für der schweren Strafe des Meineydes, zu thun oblieget, so ist zwar diesfalls wider sie weiter nichts fürzunehmen. Es seynd aber selbige nichts destoweniger beyderseits ihrer Nachläßigkeit halber 14 Tage lang mit Gefängniß, oder um 2 Rßo. billig zu bestrafen, wie nicht weniger zu Erstattung der Unkosten, so viel jeder verursachet, anzuhalten. V. R. W.

XI.

XI.

Cuſtodibus, qui vafre & ſubtiliter decepti cuſtodias amiſerunt, nihil imputari poteſt.

Hadrianus in *L.* 12. *pr. de Cuſtodia & exhib. reorum* nihil in eos milites, qui cuſtodias ſuas fortuito amittant, ſtatuendum eſſe ait. Ad caſus autem fortuitos etiam referri oportet, quando cuſtodes vafritie reorum decipiuntur. Eſt ſcilicet vafrities illa nonnunquam adeo ſubtilis, ut lynceos quoque oculos effugiat. Ab ea ſibi cavere, ſupra humanam prudentiam eſt. Sæpe rei, qui fugam moliuntur, tanta ſolertia & calliditate utuntur, ut ipſa cuſtodum ſedulitas & vigilantia liberationis inſtrumentum fiat. *Le Sieur de Ioli dans ſes Memoires tom. I. pag.* 88. artes, quibus principes Condæus & Contius ac dux Longævillæ, iuſſu Mazarini capti & cuſtodiæ Barii, hominis vigilantiſſimi, traditi, hunc deceperint, ac commercium litterarium libere cum amicis exercuerint, fugæque conſilia agitarint, hunc in modum deſcribit: *Le Sr. de Montreuil, Secretaire de M. le Prince de Conti, étoit celui, qui conduiſoit le commerce ſi adroitement, & par des inventions ſi ſubtiles, que le Sr. de Bar étoit ſouvent lui-même l'inſtrument, dont il ſe ſervoit, pour faire tenir les lettres aux Princes. Pour cela on avoit fait faire des écus creux, qui ſe formoient à vis, qu'on melois avec ceux, qu' on envoyoit de tems en tems aux priſonniers pour iouer, & que l'on confioit au Sr. de Bar, pour les leur remettre lui-même entre les mains. On ſe ſervoit auſſi quelque fois du miniſtre des officiers de la chambre & même d'un valet du Sr. de Bar, ſans pluſieurs autres fineſſes, dont les priſonniers ne manquent iamais.*

Digitized by Google

mais. Et videtur utique ei, qui ſe decipi patitur, aliquid imputari poſſe. At, ſi rem recte conſideres, iniqua foret iſtiusmodi imputatio. Negat Vlpianus in *L.* 6. *de Iuris & facti ignorantia*, delatoriam curioſitatem a quoquam exigi. Et clarius adhuc Iulianus in *L.* 20. *Commodati* inter caſus fortuitos refert, quando idoneus homo a malis hominibus decipitur. Quamobrem cuſtodes, qui a captivis in fraudem deducti eluſique fuerunt, a pœna omni immunes ſunt.

COROLLARIVM.

Cuſtos, qui debitorem in vincula coniectum, vel ſibi commiſſum, fuga elabi ſeu per dolum, ſeu per negligentiam ſinit, etiam civiliter tenetur, arg. *L.* 7. *pr. Depoſiti*, & a creditoribus, ut æs alienum fugitivi ſolvat, conveniri poteſt. Vide *Döpleri* **Schauplatz der Leibes- und Lebens-Strafen**, *Part.* 1. *cap.* 5. §. 30. *p.* 512. & quos ibi allegat.

SPE

Digitized by

SPECIMEN DLXV.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVIII. TIT. III.

DE

BLASPHEMIA.

I.

Blaſphemiæ ſunt ſpecies iniuriarum, atque ex doctrina de iniuriis explicandæ.

II.

Diviſiones iniuriarum etiam ad blaſphemias pertinent.

III.

Blaſphemia alia atrox eſt, alia non atrox.

IV.

Vltimum ſupplicium non niſi ob atrocem irrogatur.

Doctrina de blaſphemiis, quamdiu ad ſua principia non revocatur, difficilis eſt & multas diſputationes excitat, mihi tamen, ſi recte explicetur, planiſſima videtur. Difficultates omnes tollet iuſta definitio, in qua ſtruenda non ICti ſaltem a theologis, quemadmodum *Io. Chriſtian Fritſchius* in ſeltzamen, jedoch wahrhaftigen theologiſchen, iuriſtiſchen, mediciniſchen und phyſicaliſchen Geſchichten, *part.* 1. *hiſtor.* 3. obſervat, ſed ipſi inter ſe diſſentiunt. Ego breviter blaſphemiam definio aut deſcribo potius, iniuriam in Deum, eaque omnia, quæ

Digitized by Google

de iniuriis in homines traduntur, huc traho, ſimili tamen ratione, qua *Carolus V. in articulo* 174. doctrinam de furtis ad ſacrilegia, ut nempe blaſphemi minore indulgentia tractentur, quam convitiatores. Ex hoc principio controverſias fere omnes, quæ de blaſphemia moventur, decido, ac dubia explano. Quemadmodum ergo omne id, quod in contemtum hominis vel fit, vel dicitur, iniuria eſt, *pr. I. de Iniuriis*, ita & blaſphemia, quidquid in Dei contemtum tendit. Porro blaſphemiæ in tot claſſes & genera, in quot iniuriæ, diſpeſcuntur. Sicut igitur iniuriæ aliæ atroces ſunt, aliæ non atroces, ita & blaſphemiæ. Obiicies forſan, iniuriam omnem in Deum atrocem eſſe. Fateor. Sunt tamen gradus atrocitatis, qui efficiunt, ut delictum, per ſe & ſua natura atrox, aliquando κατ' ἐξοχὴν atrox dicatur. Exemplum in iniuria, quæ parentibus infertur, habemus. Ea omnis gravis & atrox eſt, §. 9. *I. de Iniuriis*, *L.* 1. §. 2. *de Obſequiis parentibus.* Ad exheredationem tamen liberorum non omnis ſufficit, ſed atrox in ſpecie, quam Iuſtinianus in *Novella* 115. *cap.* 3. §. 2. gravem & inhoneſtam appellat, requiritur; vide *Specimen CCCLVII. de Exheredatione, medit.* 1. Idem eſt in blaſphemiis, quæ omnes atroces ſunt, ſed tamen, ut ultimum ſupplicium locum inveniat, κατ' ἐξοχὴν atroces eſſe debent. Itaque iam diu receſſimus á rigore Iuſtiniani, qui in *Novella* 77. ultimis ſuppliciis ſubdit eos, qui per capillos & caput Dei iurant, qualis blaſphemia atrox dici nequit. Atrocitas tamen certis finibus circumſcribi nequit, quum ab ipſis legumlatoribus, *Carolo V. in articulo* 106. in der Reichs-*Policey*-Ordnung *de anno* 1577. *tit.* 1. & in der Chur-Sächſiſchen *Policey*-Ordnung *de anno* 1661. *tit.* 3. arbitrio ICtorum æſtimanda relinquatur.

V.

V.

Blaſphemiæ aliæ immediatæ ſunt, aliæ mediatæ & obliquæ.

VI.

Ad obliquas referuntur convitia in ſacramenta & ſacrum codicem.

Porro quemadmodum iniuriæ vel mediatæ ſive obliquæ ſunt, vel immediatæ, ſic & blaſphemiæ. Blaſphemiam mediatam, ſeu obliquam, eodem modo, quo iniuriam obliquam *in Specimine DXLVI. de Iniuriis obliquis coroll.* 1. definivi, deſcribo dictum factumve ratione ipſius Dei non iniurium, ſed quod tamen vel ducto argumento vel per interpoſitam perſonam ad Deum refertur. Videamus primum de his blaſphemiis, quæ ducto argumento pro talibus reputantur. Inter has potiſſimum refero, quæ in ſacramenta, nulla licet Dei mentione facta, vel in ſacrum codicem iaciuntur. Simplex execratio per ſacramenta blaſphemia eſt, ſed gravius, ſi Dei nomen adiiciatur, punitur. Vide edictum regis & electoris Saxonis de anno 1712. in *Corpore Auguſteo tom. I. pag.* 1805. Magis ergo huc pertinent ſcommata, ſeu contumelioſa aut procacia verba, quibus quis contemtum & deſpicientiam ſacrorum myſteriorum declarat. Hoc blaſphemiæ genus inprimis Friderico II. imperatori a pontifice Romano eiusque aſſeclis obiicitur. Sic e. g. *Io. Vito Duranus in Chronico* apud *Leibnitium in Acceſſionibus hiſtoricis p.* 11 *ſq.* de eo ſcribit: *Aſtruitur, quadam dierum ipſum in pompa præcellenti, ſtipatum undique corona procerum, miſſarum ſolemniis interfuiſſe, & ibidem a Soldano, vel principe quodam alio infideli, inquiſitum ab eo fuiſſe: quid in manibus ſacerdotis elevaretur, & cum adoratione tam reverenda ab eo & cunctis Chriſticolis tam diligenter con-*

conſpicaretur; tale dicitur ei dediſſe reſponſum: Sacerdotes noſtri fabulantur, id, quod ſurſum erigitur, fore Deum noſtrum. Fertur & de ipſo, dum tranſiret quadam die cum exercitu ſuo campum prope fluvium Rhenum, plenum ſegetibus uberibus ſpeltarum, quod dixerit, impie & perverſe ſentiens de altiſſimo ſacramento corporis Chriſti: O quot dii ex hoc frumento ſuo tempore conficientur.

VII.

Obliquarum blaſphemiarum genus eſt, quod in divos ſeu ſanctos eructatur.

VIII.

Inprimis in Mariam.

IX.

Convitia in divos & Mariam etiam ab evangelicis pro blaſphemia reputantur, ſed tamen indulgentius, quam a catholicis, puniuntur.

Sicut homines iniuriis per interpoſitas perſonas adficiuntur, ita & Deum convitia aliena ſæpe lædunt. Novimus, iniurias defuncto illatas in heredem redundare, atque huic ius agendi dare. *L.* 1. §. 4. & 6. *L.* 27. *de Iniuriis.* Simile ratione iniuria divis, ſeu, ut a catholicis vocantur, ſanctis illata, Deum offendere creditur, ac inter blaſphemias refertur. Et quamvis evangelici ſanctorum cultum iam diu abrogarint, hoc tamen blaſphemiæ genus abrogatum non eſt. Læditur enim utique Deus convitio in eos, quos in tutelam, &, ut ſic dicam, contubernium ſuum recepit, iacto. Quum vero inter divos Maria eximium locum habeat, contumeliæ adverſus eam prolatæ recte in *articulo Carolino* 106. blaſphemiæ dicuntur, & tanquam tales etiam inter nos puniuntur. Verum quod ad pœnam ipſam,

ipſam, maximum eſt inter catholicos et nos diſcrimen. Ille ipſe cultus, quem catholici divis tribuunt, efficit, ut, quo altior creditur ſanctitatis gradus, eo atrocior convitianti infligatur pœna, atque adeo Mariæ, cui principem locùm adſignant, contemtores cum Dei contemtoribus ferme exæquentur. Evangelici contra, qui divos & Mariam ſaltem venerantur, convitiatores eorum indulgentius tractant, ac arbitrarie longeque infra modum, quo immediatas blaſphemias ulciſcuntur, puniunt. Patebit hoc ex reſponſo a ICtis Helmſtadienſibus menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XXI. adverſus hominem, qui ebrius, ſe Mariam nihili facere, triviali verbo: er ‥ was in die ‥ die alte ‥ declararat, exarato: Wird Jacob Hanſen beſchuldiget, geſagt zu haben ꝛc. will aber ſolches keinesweges geſtehen, ſondern iſt mit einer Vorſtellung pro avertenda inquiſitione eingekommen, da denn zu wiſſen verlanget wird, wie weiter mit Denunciaten zu verfahren ſey. Nun werden zwar in dem 106. Artickel der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung die zu Schändung der Jungfrau Maria ausgeſtoſſene Reden einer wider GOtt ſelbſt vorgebrachten Läſterung an die Seite geſetzet, und gewinnet es folglich das Anſehen, ob finde die ordentliche Strafe der GOttes-Läſterer auch im gegenwärtigen Falle ſtatt, und könne dieſemnach Denunciat bey einem ſo groben Leib- und Lebens-Strafe nach ſich ziehenden Delicto, welches *Frölich in Commentario* in die peinliche Hals-Gerichts-Ordnung *tract. 2. lib. I. tit. 2. n. 6.* gar zu einer unmittelbaren Blaſphemie zu machen ſcheinet, ſich der Antwort auf Inquiſitional-Artickel nicht entbrechen. Alldieweil aber die Meynung von gleichmäßiger Beſtrafung der Läſterungen wider GOtt und wider Mariam eigentlich ex principiis catholicorum herflieſſet, *Zieritz in Conſtit. Crim. in art.* 106. alſo von den Proteſtanten nicht angenommen iſt, auch ohne Verletzung des Gewiſſens nicht wol angenommen werden kann, *Carpzov. Quæſt. crim.* 45. *n.* 73. ſondern bey ſelbigen die Schmä-

hung der Jungfrau Maria und der Heiligen nur arbitrarie mit Relegation, Gefängniß oder um Geld gestrafet wird, *Carpzov. d. l. Beyer in art.* 106. *Constit. crim.* §. 6. auch allhier der Casus, dessen Frölich gedenket, nicht vorhanden ist, überdies Inquisit seine Trunkenheit, wegen welcher die Strafe so gar in blasphemia immediata gemäßiget wird, ziemlich bescheiniget; So tragen wir Bedenken, die Inquisition, welche die Ehre eines Inquisiten empfindlich kränket, folglich nur in den Leib- und Lebens-Strafen, oder Landes-Verweisung nach sich ziehenden Delictis statt findet, zu erkennen. Gleichwol, da Denunciat in seiner Defension, daß er wegen übermäßiger Trunkenheit sich der damals geführten Reden nicht erinnere, gestehet, also die Sache auf der Zeugen Aussage ankommen muß, und denn deren zwey die obgedachte grobe Worte gehöret zu haben bezeugen, davon die eine zwar wegen Feindschaft gegen Denunciaten etwas verdächtig ist, gleichwol ihre Deposition vermittelst Eydes bestärket, wider des zweyten Zeugen Aufrichtigkeit hingegen in Actis nichts zu finden ist; So wird Denunciat, Jacob Hansen, wenn zuförderst Conrad Krieg seine fol. 6. b. gethane Aussage eydlich erhärtet, ein Jahr lang des Landes verwiesen, oder um 30. Rthlr. bestrafet, auch zu Erstattung der durch diese Untersuchung verursachten Unkosten angehalten. Observandum est, hoc responsum extra Saxoniam datum fuisse, ubi relegationis pœna, etsi solemnis ad articulos responsio non præcesserit, decerni potest.

X.

Iniuriæ sacerdotibus illatæ, siquidem verbales sint, ad blasphemias obliquas referuntur, si reales, ad sacrilegia.

XI.

Hoc tamen non aliter, quam si sacerdoti vel sacra tractanti, vel intuitu sacri, quod gerit, muneris inferantur.

Patrem-

Patremfamilias ex iniuria ſervo ſuo mercenario facta agere poſſe, ſiquidem in ipſius patrisfamilias contumeliam tendat, iam tum iure Romano conſtitutum eſt, §. 6. *I.* & *L.* 15. §. 48. *de Iniuriis.* Cenſetur vero iniuria tunc maxime in contumeliam domini facta, quando famulus circa herile negotium occupatus eam patitur. Idem recte ad iniurias ſacerdotibus illatas profertur, per quas Deus oblique offenditur. Verbales igitur ad blaſphemias referendæ ſunt, ſed non aliter, quam ſi contumelia inde quodammodo in Deum redundat. Ridiculus profecto foret, ſi quis ruſticum cum ſacerdote ſuo in popina rixantem blaſphemiæ inſimularet. At ſi quis ſacerdotem, vel ſacra tractantem, vel privatim agentem, ſed intuitu tamen ſacri, quod gerit, muneris, laceſſat, divinum numen oblique violat, atque adeo blaſphemus eſt. Conſentit mecum, & exemplum huiusmodi blaſphemiæ mediatæ relegatione in biennium punitæ commemorat *Bergerus in Part.* 1. *reſponſo* 179. *n.* 1. Reales iniuriæ ſacerdotibus illatæ ſacrilegiis adnumerantur. Quamvis enim Ioannes VIII. papa in *can.* 21. §. 1. *cauſ.* 17. *quæſt.* 4. ſacrilegium committere dicat, quisquis clericis iniuriam intulerit, apparet tamen ſatis, eum de iniuriis, quæ manibus inferuntur, agere. Verum hic manifeſta eſt inter iura civile & canonicum pugna. Canonicum hos omnes, qui clericis violentas manus iniiciunt, ſacrilegii damnat, in dicto *can.* 21. & clarius adhuc in illo celebratiſſimo *can. Si quis ſuadente diabolo* 29. *cauſ.* 17. *quæſt.* 4. Quem canonem quoties lego, ſemper reminiſcor excuſationem eam, qua, ſi recte recordor, *Ioannes Sarisberienſis* uſum aliquando eſſe dicit hominem, qui ob clericum verberibus adfectum ex *can. hoc Si quis ſuadente* accuſatus fuerat. Negavit ſcilicet ille, ſe, quod feciſſet,

ſuadente diabolo feciſſe, ſed ſponte ſe ac nemine inſtigante ſacerdotem verberaſſe dixit. Verum Romanum ius, rectæ rationi convenientius, ad ſacrilegii crimen deſiderat, ut ex verberibus his aliqua in ipſum Deum contumelia redundet, e. g. ut ſacerdos, dum ſacrum ſuum munus obit, verberatus ſit. *L.* 10. *C. de Epiſcopis & clericis*, *Novella* 123. *cap.* 21. Ex eadem ratione is quoque ſacrilegus, &, ſi non ultimo, huic tamen proximo ſupplicio adficiendus foret, qui ſacerdotem extra ſacra conſtitutum intuitu officii pulſat, e. g. quod ab eo acrius propter crimina obiurgatus vel a ſacrorum uſu excluſus eſt.

XII.

Blaſphemiæ, ſicut iniuriæ, in verbales & reales diſtinguuntur.

XIII.

Realium exempla ſunt contumelioſa imaginum divinarum, item hoſtiæ in ſacra cœna, tractatio.

XIV.

Dantur & blaſphemiæ pictæ aut ſculptæ.

Iniuriæ in verbales & reales diſtinguuntur. *L.* 1. §. 1. *D.* item §. 1. *I. de Iniuriis.* Blaſphemiæ ſimiliter diſtinguendæ ſunt. Equidem in antecedentibus dixi, reales iniurias, quæ in Deum redundant, ſacrilegia vocari. At ſacrilegii vox hic admodum improprie accipitur. Proprie enim ſacrilegium nunquam ſine furto eſt. Igitur hoc genus ſacrilegii, quo reverentia Deo debita violatur, cultusque

Digitized by Google

que eius ſine ablatione rei cuiusquam turbatur, rectius ad blaſphemias refertur. Ridebunt forſan aliqui, & ignorare me graecam vocis huius originem, quod ſcilicet a φημί, *dico*, *loquor*, deſcendat, obiicient. Novi hoc, ſed me tamen non peccare credo, quod ICtorum more aliquando a proprietate & prima origine vocum recedo. Temeritatem hanc infinita, quæ in ipſo corpore iuris noſtri occurrunt, exempla excuſant. Sic convicium a voce derivatur in *L.* 15. §. 3. *de Iniuriis*, ac tamen ſcriptura fieri dicitur in *L.* 3. *pr. de Liberis & poſthumis*, codicilli, quæ vox tabulas ſcriptas ſignificat, etiam ſine ſcriptura conficiuntur. *L. ult.* §. *ult. C. de Codicillis.* In hoc igitur blaſphemiæ realis crimen incidunt inprimis, qui Chriſti cruci adfixi imaginem contumeliæ cauſſa conſpuunt, cædunt, lapide, enſe &c. percutiunt. Dico: contumeliæ cauſſa. Nam aliquando id per ceremoniam, parum tamen rationabilem, ſolemniter fit, teſtibus *Buſchio de Reformatione monaſteriorum lib.* 1. *cap.* 13. & *Leibnitio in Introductione in tomum II. ſcriptorum Brunſvicenſia illuſtrantium pag.* 45. Aliud blaſphemiæ realis exemplum *Maſius*, theologus Hafnenſis, *in tomo I. diſſertatione academica* 15. de milite, qui, ad ſacram admiſſus menſam, hoſtiam conſecratam ex ore ſuo rurſus extraxit, ea abuſurus ad philtrum, incantationes, feriendi certitudinem, cutis indurationem, aliasque diabolicas artes, habet, ac graviſſima pœna contendit afficiendam eſſe iſtam hoſtiæ profanationem, eosque, qui ſcelus illud ſupplicio capitis perſequendum eſſe negant, irreligioſorum hominum in numerum referre non dubitat. Refero & huc blaſphemias pictas, aut ſculptas, e. g. ſimulacrum illud, quo *Sandius lib. enucleatæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ pag.* 82. ſanctam trinitatem in utero Mariæ aperto repræſentari memorat.

XV.

Blaſphemiæ nonnunquam per exſuperantiam pietatis committuntur.

XVI.

Prætextus pietatis pœnam nec iniuriarum nec blaſphemiarum tollit, ſed tamen minuit.

Gilbertus *Burnetus*, doctus ille & cordatus Sarisberii in Anglia epiſcopus, *in itinerario per Helvetiam, Italiam partemque Germaniæ & Galliæ epiſtola* I. *pag.* 4. narrat, ſe Lugduni in Gallia inſcriptionem veterem ſepulcralem, quam nullus ſcriptor ante ipſum notarit, hanc inveniſſe: *D. M. & memoriæ æternæ Sutiæ Anthedis, quæ vixit annis XXV. M. XI. D. V. quæ, dum nimia pia fuit, facta eſt impia; & Attio Probatiolo, Cerealius Caliſtio, coniux & pater, & ſibi vivo ponendum curavit, & ſub aſcia dedicavit.* Ipſe ego, hanc inſcriptionem me alibi legiſſe, non recordor, atque adeo Burneto, qui eam nobis conſervavit, gratias ago. Sed parum abeſt, quin Burnetus beneficium ſuum corrumpat, dum inſcriptionem, quam ego ad Auguſti ſæculum vel circiter refero, in ſæculis barbaris confectam, inprimis ex voce *Nimia*, quam ille falſam & a bona latinitate abhorrentem vocat, coniicit. Ego vero, conſtructionem hanc aureo argenteoque ſæculo convenire, ſum perſuaſus. Boni auctores infinitis locis adiectivum *nimius, nimia, nimium*, adhibent, ubi adverbium nimis poni debere videbatur. Vitem *Cicero de Senectute n.* 52. amputandam & coercendam eſſe dicit, *ne ſilveſcat ſarmentis & in omnes partes nimia fundatur.* Vlpianus noſter, qui certe barbare non ſcripſit, in *L.* 22. §. 6. *Soluto matrimonio*, uxorem marito immoderate & ultra, quam ſatis eſt, adhærentem nimiam circa maritum appel-

Digitized by Google

appellat. Sed fac, dictionem hanc bonæ notæ non esse. Propterea tamen sæculis aureo & argenteo abiudicari non potest. Habemus inscriptiones, quæ indubie istorum sæculorum sunt, tot erroribus ac solœcismis refertas, ut sine risu legi nequeant. Ne calumniari antiquitatem videar, ex collectoribus priscarum inscriptionum, qui primus in oculos ac manus incidit, *Ioannem Vignolium de Columna Imperatoris Antonini Pii* evolvo, & inter veteres inscriptiones selectas, quas commentario suo adiecit, pauculas has ex *pag.* 204. 205. 272. 330. seligo:

D. M.
T. AEL. DIONYSIVS AVG. LIB. FECIT SE VIVO ET AELIAE. CALLITICENI CONIVGI. SANTISSIMAE CVM QVEM VIX. ANN. XXX. SEN. VLLA. QVERELIAE FEMINE INSOPARABILI. ET. AEL. PERSEO. COLLIBERTO. ET. LIBERTIS. LIB. POSTERIQVE EORVM.

C. SEIVS. VITALIS
VIXIT. ANNIS. XIIII
MENSIBVS VI
DIEBVS XXII
QVEM NON LICVIT
PLVS AETATEM SVAM
FRVI INFELICISSIMAM
MATREM SVAM FECIT
CATTIA FORTVNATA
FECIT FILIO SVO
PIENTISSIMO.

Q. ME-

Digitized by Google

Q. MEDICVS AVG. LIB.
A SOLO SIBI FECIT
HOCCE POTAFIV QVINTA
VITALIS FILIA MEA
POSSIDEBET SINE CONTROVERSIA.

D. M.
P. OCTAVI CARI.
OCTAVI.
CORINTHIANVS.
ET KARVS. PATRI.
KARISSIMO. AD
QVE. INCOMPARABILI.

Altera Burneti nota, qua verba illa inſcriptionis: *quæ, dum nimia pia fuit, facta eſt impia;* explicat, melior eſt longe ac ingenioſior. Sic ait ſcilicet: Impietas illa, cuius uxorem ſuam tam confidenter ac publice inſimulat Cerealius Caliſtio, publica fuerit, oportet. Fuit ſcilicet Sutia Anthis chriſtiana, maritus vero eius paganus; hic ergo uxorem ſuam, quæ idola porro adorare noluit, impiam ex nimia, id eſt, ut Caliſtio autumabat, ſuperſtitioſa pietate, factam credidit. Hæc Burnetus. Equidem non diſſimulabo, me, quum primo hanc inſcriptionem, nondum viſa Burneti nota, legerem, aliam explicationem mente concepiſſe, genio ac ſtylo primorum ſæculorum magis convenientem, ac magis ſimplicem. Pietas nempe a Cicerone & ſæculi Auguſtei ſcriptoribus aliquando quidem ad Deos, ſed frequentius ad patriam, coniuges, parentes, patronos, fratres, propinquos, refertur. Forſan ergo Sutia, dum nimis in filium Attium Probatiolum pia mortem huius immoderatius luxit, ipſa mœrore contabuit, atque ſic in maritum, quem moriens deſeruit, impia facta eſt.

eſt. Norunt antiquarii, impios hoc ſenſu ſubinde in monumentis liberos coniugesque vocari. Verum coniecturæ huic meæ non inſiſto, facilisque ad Burneti coniecturam tranſeo, & hoc ſolum ex ea, ſi vera eſt, animadverto, inſcriptionem ex barbaro ſæculo eſſe non poſſe. In barbaris enim ſæculis chriſtiana religio dominata eſt, cuius aſſeclæ, impiam illam publice vocari, profecto non tuliſſent. Quidquid ſit, in præſens id unice obſervo, poſſe quem, dum nimius etiam in Deum pius eſt, impium fieri. Scilicet nonnullos ruſtica quædam & ſtolida pietas, ſeu ſuperſtitio potius & ſimplicitas, eo perducit, ut verbis factisve Deum honoraturi quid agant dicantve, quod contumeliam ei potius facit, atque adeo vera blaſphemia eſt. Ex paganorum religione exempla adferre nolo, præter unum hoc, quod ſtoliditate reliqua omnia vincit, atque his verbis a *Lactantio divinarum inſtitutionum lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 31. narratur: *Apud Lindum, quod eſt oppidum Rhodi, Herculis ſacra ſunt, quorum a ceteris longe diverſus eſt ritus; ſiquidem non* εὐφημίαι, *(ut Græci appellant) ſed maledictis & exſecratione celebrantur, eaque pro violatis habent, ſi quando inter ſolemnes ritus, vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum.* Sed pergo ad chriſtianos. Horum piæ, aut ſuperſtitioſæ potius, blaſphemiæ latiſſimum mihi campum aperiunt. Sed fecit iam meſſem doctus cordatusque Ieſuita, *Theophilus Raynaudus*, cuius opera undeviginti voluminibus comprehenſa anno 1665. prodierunt, atque ex his volumina XV. et XVI. *heteroclita ſpiritualia & anomala pietatis* inſcripta, impiam illam pietatem ſale meritiſſimo perfricant. Non potuit tamen pulchra illa Raynaudi ſatyra bonam mentem reddere omnibus eius ſodalibus. Profecit illa quidem non parum in Gallia. Sed Germani ineptiores ſunt, quam ut emendari ſe patiantur. Habeo graviſſimum ea de re catholicorum virorum teſtimo-

nium. Quum ſcilicet *Franciſcus Noël*, Ieſuita, *opuſcula ſua poëtica* Francofurti anno 1717. ederet, atque *parti quartæ* tragœdiam ſub titulo *Amor*, qua hiſtoria Chriſti in cruce morientis luditur, inſereret; auctores *diarii eruditorum Pariſienſis* menſe Aprili anni 1720. de inſtituto hoc ſic iudicant: *Il paroit par les obſervations, qui ſont à la marge, que cette Piéce étoit melée de chants & de danſes, qu'on n'a rien oublié pour exciter la curioſité du Spectateur, par la varieté, par la multiplicité, & par la magnificence du Spectacle; ainſi le Pere Noël a crû devoir conſerver aux Theatres d'Allemagne la répreſentation des myſteres, que les François ont crû depuis long-tems ne devoir point faire paroitre ſur la Scene, de peur de bleſſer le reſpect, qui eſt dû aux ſaints myſteres. Les fictions, dont nôtre Auteur dit, qu'il eſt abſolument neceſſaire de ſe ſervir, pour que les Ouvrages de cette nature paroiſſent de veritable Poëmes, ne conviennent guere ſur des ſujets ſi importans & ſi dignes de nôtre admiration.* Supereſſe tamen etiam poſt Raynaudum in Gallia piarum illarum blaſphemiarum veſtigia vel ex eo, quæ *du Pin in Tomo XVIII. bibliothecæ ſuæ pag.* 177. narrat, colligo: Gilbert de Choiſeul, primum Convenenſis poſtea Tornacenſis Epiſcopus, approbaverat librum inſcriptum: Monita ſalutaria B. Mariæ virginis ad cultores ſuos indiſcretos; id quum ipſi nonnulli vitio verterent, litteris paſtoralibus docuit, Mariam & Sanctos honorandos eſſe, & imaginibus eorum ut & reliquiis reverentiam exhibendam, ſed quoniam ex ignorantia & ſtupiditate mentis oriantur abuſus, merito eos in illo libro damnari. *Item pag.* 271. mentionem facit inſcriptionis, quæ Rhemis conſpicitur: *Deo homini & B. Franciſco utrique crucifixo. Et Gayot de Pitaval dans la Bibliotheque des gens de cour tom. V. pag.* 374. has concionatoris Gallici blaſphemas ineptias narrat: *Un Predicateur commença ainſi ſon ſermont à la fête de l'Annoncia-*

tion

tion de la Vierge. Il y a promeſſe de mariage entre tres-haut & tres-puiſſant Seigneur le Saint Eſprit d'une part, & tres-haute & tres-puiſſante Dame Marie Levi d'autre part; ſi quelqu'un y veut mettre empéchement, il n'a qu'à ſ'expliquer. Le Prédicateur fit alors une pauſe. Comme perſonne ne ſ'aviſa de ſ'oppoſer à ce mariage, il continua; puis que perſonne, dit-il, n'y met empêchement, je m'y oppoſe de la part du monde, de la part du démon, & de la part de chair; ce furent les trois points de ſon diſcours. Refero porro ad hanc claſſem blaſphemias myſticas, quas optime deſcribit *Philippus Revenius lib.* 1. *de Republica chriſtiana cap.* 43. *pag.* 278: *Non raro*, inquiens, *ſanctimoniales*, de quibus ibi agit, *ſuperbiam aliquam coniunctam habent, ut ambulent in magnis & mirabilibus ſuper ſe, ut vileſcant illis ordinaria pietatis exercitia, approbata ab Eccleſia, vel a Patribus commendata, nihil crepent, niſi uniones cum Deo, cum uniantur proprio, ſi non peiori, ſpiritui; iactent tranſubſtantiationes myſticas, cordis concentrationes: potentiarum, imo omnis ſui eſſe, annihilationem, connubium eſſentiæ creatæ & Divinitatis, ſpirituale Sacramentum inſeparabilitatis, ſommium omnium affectionum, abſorptionem & liquefactionem in amplexu ſponſi, triplicem animæ hierarchiam, orationem in quiete paſſiva, ebrietatem ſpiritualem, cordis ſilentium, meditationes negativas, uniones ſupereſſentiales, puteum & gurgitem annihilationis, amorem Deificum, transformantem, unientem, ſtringentem, amplexantem, ſuavitatem cor auferentem, ſugentem ſponſi ubera, ruminantem collum, abſorbentem enthuſiaſmum, inſenſibilitatem & oblivionem omnium, inducentem abyſſalem cum Deo identificationem, confricationem Deificam, incendentem & conſumentem cor, elevationem ad ſuavitatem cœleſtem ex infernali languore, introverſionem ſupercœleſtem, caliginem & umbram Dei, allocutiones internas, elevationes incognitas, extenſiones & applicationes amoroſas, animæ ſuſpenſiones, deliquium, ſuſpiria,*

mortem ſenſuum & omnium affectuum, ecſtaſin continuam, iuſtitium ratiocinii, cordis contactum & patefactionem, liquefactionem, influxum, inflammationem, aſſultus, qui ferri nequeant, penetrationes ad intima, vulnerationes, conſtrictiones, alligationes inſeparabiles, adſpectus penetrantes & oblectantes, voces tremulas, murmura columbina, guſtus ſuaviſſimos, odores graviſſimos, auditus melodiæ cœleſtis, hypermiſticas Dei & animæ perichoreſes, impudentiam ſpiritualem, aſpirationes myſanthropicas, ignem ſine carbone, flammam ſine corpore, holocauſtum meridianum in viſcerali & medullari penetrabilitate, contactum mirabilem & ſuaviſſimum, obſcuræ noctis gaudia & caliginem. Hæc & ſimilia ſeſquipedalia verba in nova pietatis ſchola inter ſponte electos magiſtros, & diſcipulas curioſas, adeo frequenter tenero proferuntur palato, ut intimis in viſceribus ſentiantur. Ii etiam a piæ blaſphemiæ reatu liberari vix poſſunt, qui veterum Deorum nomina vero Deo tribuunt. Ego profecto, quoties Deum noſtrum ab imprudentiſſimis poetis Iovem appellari audio, totus cohorreo, ſtupra, adulteria, calamitates, fugas, periuria, furta, fraudes, quibus Iovem ſuum Græci Romanique condecorant, cogitans. Quæ qui reminiſcitur, non poteſt ſine indignatione & ſtomacho illos *Buſchii in Chronologia monaſteriorum Germaniæ pag.* 669. verſus legere:

Oſſa vocare poteſt, quod deſtruit omnia, tempus:
Aſt animas ſecum Iupiter ipſas habet
Iupiter, ætherea qui donet ab arce quietem
Omnibus his lætam, quos habet iſte locus.

Sed ſatis exemplorum. Quæro nunc, utrum prætextus pietatis ſuperſtitioſas has blaſphemias pœnæ eximat. Negamus. Sicut enim prætextus pietatis & religionis hos, qui iniurias & vim inferunt, non excuſat, *L.* 6. *C. de Paganis*

ganis & ſacrificiis, ita nec blaſphemiam. Ruſticitas tamen ſeu ſimplicitas, quum in aliis delictis pœnam mitiget, quemadmodum in *Specim. DXXXII. de His, qui ex imbecillitate mentis delinquunt*, *med.* 9. 10. 11. ex *L.* 2. *Si quis in ius vocatus*, *L.* 7. §. 4. *de Iurisdict.* oſtenſum, hic quoque efficit, ut, qui per exſuperantiam pietatis blaſphemant, indulgentius tractentur, ac nunquam ad ultimum ſupplicium abſtrahantur.

XVII.

Conditio, iniuriæ vel blaſphemiæ adiecta, pœnam non mitigat.

XVIII.

Ordinaria ſacerdotum blaſphemantium pœna eſt depoſitio.

Iniuriam ſub conditione enunciatam veram iniuriam eſſe, ſive conditio illa tempus præteritum ſive futurum reſpiciat, recte ait *Ludovici in doctrina Pandectarum tit. de iniuriis* §. 5. Sed rationem, quam ille ſubjicit, aut non capio ſatis, aut infirmiſſimam eſſe, credo. Vera in eo conſiſtit, quod omne dictum factumve contemtum alterius indicans iniuria eſt, arg. *pr. l. de Iniuriis*, is vero, qui iniuriam ſub conditione profert, ſe eum, quem offendit, flocci non facere, ſat aperte declarat. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Martio anni cIↃ IↃ ccxxv. iudicarunt: Nachdem alle Worte und Handlungen, welche des andern Ehre quovis modo angreifen, und eine Verachtung gegen deſſen Perſon anzeigen, pro iniuriis geachtet werden, ſo ſeynd die unter einer Condition vorgebrachte Beſchimpfungen gleichfalls dahin zu rechnen, als wodurch eine Geringſchätzung deſſen, den man alſo iniuriiret, an den Tag geleget wird. Dieſemnach hilft Beklagtem ſein Vorwand, ob fehle

Digitized by Google

es hier an einer Iniurie und an dem animo iniuriandi, wenig. Simillima eſt blaſphemiarum ratio, quarum adeo pœnam adiecta conditio non mitigat. Memorabile exemplum *Bergerus P. I. Supplem. criminal. pag.* 117. *ſq.* habet, ſacerdotis, nempe, ob hæc verba: GOtt, du biſt ein gerechter GOtt, und ein barmherziger GOtt, nach deiner Gerechtigkeit ſtrafeſt du, nach deiner Barmherzigkeit hilfeſt du, du weiſt, daß ich eine gerechte Sache habe, du wirſt mir in meiner gerechten Sache beyſtehen, und ſolteſt du mir in meiner gerechten Sache nicht beyſtehen, ſo wollte ich ſprechen, du wäreſt nicht des Himmels werth, oder nicht werth, daß du im Himmel wohneſt; ex officio ſuo eiecti. Ejectio hæc ſeu depoſitio ordinaria clericorum blaſphemantium pœna eſt ſecundum *can.* 10. *pr. cauſ.* 21. *quæſt.* 1. quam adeo conditio blaſphemiæ adiecta mitigare non potuit. Et vellem profecto, ut clericis blaſphemantibus aſperiores eſſemus. Dici non poteſt, quam multi ex illis inconſiderate de Deo rebusque divinis loquantur, & inprimis veneranda ſacri codicis loca ſcurrilibus iocis fœdent. Eſt hæc utique blaſphemia, obliqua quidem, ut ſupra dixi, ſed blaſphemia tamen. Exempla quotidie ad conſiſtoria deferuntur. Intereram aliquando iuvenis nuptiali convivio, & adſidebant lateri meo decem circiter de rure ſacerdotes. Hi murmurabant magnopere, quod vinum non propinaretur. Tum unus ex illis ad ceteros verſus: Exſpectate, ait, paulisper ſodales; aderit iam mater Dei, & vinum hic deficere monebit. Eo ſcitior hic locus videbatur, quod ante biduum memoria nuptiarum Canæ Galileæ factarum in templis celebrata eſſet. Itaque maximo cachinno exceptus eſt. Sed ego non parum indignatus ſum.

XIX.

Digitized by Google

XIX.

Nominatio auctoris neque iniurias neque blaſphemias excuſat.

XX.

Is, qui verba blaſphema excerpſit & ſubnotavit, curioſitatis obtentu non excuſatur.

XXI.

Reſponſum theologorum Pariſienſium in cauſſa Vnruhiana excutitur.

Nominationem auctoris iniurianti non prodeſſe, omnes norunt. Quin imo, ſi quis iniurias ſcriptas & famoſos libellos non corrumpit, ſed manifeſtat, tanquam auctor ipſe punitur. *L. un. C. de Famoſis libellis.* Magis hæc doctrina in blaſphemiis locum habet, quo atrocius hoc delictum ſimplici iniuria eſt. Commemorandum mihi hic eſt notabile illud theologorum Pariſienſium, quorum collegium Sorbona appellatur, reſponſum anno 1717. in cauſſa Vnruhiana exaratum. Vnruhius hic, eques Polonus, dum peregrinaretur, in pugillaribus ſuis varia falſe, ridicule ac ingenioſe dicta aut ſcripta annotaverat, atque inter alia ex libro Gallico, *L'eſprit des cours pour l'année* 1709. *mois de Septembre-Decembre pag.* 585. hæc: *La verité ſalutaire n'eſt elle donc deſcendue du ciel, que pour etre aux habitans de nôtre globe une occaſion perpetuelle d'erreur, de guerre, de diviſion?* excerpſerat. Pugillaribus his ad tribunal Petricovienſe delatis, tribunal Vnruhium blaſphemiæ reum facit, citatumque ſed non comparentem; ut dextra eius manus abſciſſa igni tradatur, lingua per cervicem extracta præcidatur, ac caput amputetur, bonorum autem univerſorum dimidia pars fiſco regio, altera actori cedat, denique pugillares

Digitized by Google

res infamibus flammis exurantur; damnat, & ſententiam hanc quod ad pugillares confeſtim exſequitur. Vnruhius ipſe profugit, Deique & hominum toto terrarum orbe habitantium fidem obteſtatur, ac inprimis Sorbonam de iuſtitia cauſſæ ſuæ conſulit; quæ ſic reſpondit: *Primo, propoſitionem prout iacet in libro, cui titulus eſt: L'eſprit des Cours pour l'Année* 1709. *Mois de Septembre-Decembre, pag.* 585. *& ſequentibus, unde excerpta eſt, non eſſe blaſphemam; Siquidem blaſphemia ex unanimi Theologorum conſenſu eſt locutio contumelioſa in Deum: Cuius generis non eſt hæc propoſitio, La verité ſalutaire &c. quæ ad id tantum pertinet, ut condemnentur errores, ſchiſmata &c. quæ non ex ipſa veritate, ſeu religionis & divinæ revelationis cognitione oriuntur, ſed ex pravis hominum affectibus, dum illi, ſub obtentu veritatis, ea conflant aut nutriunt, atque in hunc ſenſum verba ſua Autor ipſe ſtatim exponit, dicens, a veritate ſeu myſteriorum notitia, quam de ſe tendere ad hominum ſalutem diſerte fatetur, hæreſium, ſchiſmatum &c. occaſionem ſibi ſumere infelices homines, atque, ut ipſe ait, perditionem eorum ab ipſis eſſe; Secundo, propoſitionem illam in ſe ſpectatam nec blaſphemam eſſe, nec ulla cenſura dignam, cum id unum ſignificet, veritatem eſſe occaſionem errorum, ſchiſmatum &c. non datam, ſed ſumtam ab hominibus, ut de Lege Moſaica dicit S. Thomas Apoſtoli verba exponens* 1. 2. *quæſt.* 98. *artic.* 1. *ad* 2*um. Aliunde vero ex familiari omnium uſu manifeſte patet, interrogationem, quam continet propoſitio illa, eſſe increpationem hominum ſalutari veritate abutentium, nedum contumelia ſit in ipſam veritatem. Tertio, etiamſi contumelia praedicta propoſitio re ipſa blaſphema foret, qualem non eſſe conſtat ex prædictis, non continuo blaſphemia condemnandum, qui eam excerpſerit, cum vel animo confutandi, vel alia intentione aut licita, aut ſaltem non blaſphema, id fieri poſſit. Quapropter iudicio adverſus Titium lato ius*

omne

omne ſive divinum ſive humanum apertiſſime violari. Non diſſimulabo tamen, diſplicere mihi illa reſponſi fere circa finem verba: *alia intentione aut licita, aut ſaltem non blaſphema.* Probant ſcilicet Pariſienſes his verbis non obſcure excuſationem, qua Vnruhius uſus fuerat, ſe *nullatenus ex odio erga fidem Romano-Catholicam, neque ea intentione, ut liber ille typis ederetur, ſed mere ex curioſitate, & in memoriæ ſubſidium, ex variis autoribus iſta in pagellas ſuas bona fide conieciſſe; quod ſibi fraudi haud eſſe debeat, cum in ipſa Sacra Scriptura alienæ blaſphemiæ hiſtorice annotatæ reperiantur,* e. gr. 3 *Reg.* 20. *v.* 23. 28. 4 *Reg.* 18. *v.* 34. 35. *Matth.* 8. *v.* 29. *Matth.* 27. *v.* 39. &c. At enimvero hæc excuſatio, ſi verba ipſa blaſphema fuerunt, Vnruhium a crimine blaſphemiæ non liberabit. Curioſitas nempe obtenditur, hoc eſt, Vnruhius, ſe memoriæ & voluptatis cauſſa verba illa ſubnotaſſe, fatetur. Iſta autem curioſitas Vnruhio, ſi ex ſeditioſo contra principem aut famoſo contra virum illuſtrem libello capita maxime iniurioſa excerpſiſſet, non profuiſſet. *Strykius in diſſert. de curioſitate,* quæ *in Volumine III. diſſertationum eius Francofurtanarum XIII.* eſt, *cap.* 1. *n.* 28: *Si,* inquit, *circa res licitas licito modo occupata ſit curioſitas, eadem a iure noſtro præcipitur: Si vero in res vel illicitas, vel licitas illicito modo inquirat, ab eodem prohibetur & damnatur.* Libros improbatæ lectionis protinus corrumpi iubet *lex* 4. §. 1. *Familiæ erciſcundæ.* Impium eſt, memoriæ & voluptatis cauſſa eos exſcribi. Quamobrem etſi priores duas theologorum Pariſienſium rationes non oppugnem, ultimam tamen aperte improbo.

XXII.

Adulatores aliquando in crimen blaſphemiæ incidunt;

XXIII.

Quos deficiens animus blaſphemandi non excuſat.

Dicendum nunc eſt de blaſphemiis adulatorum. Sæpe ſcilicet, qui principi aut patrono cuipiam ſuo blandiuntur, in cœlum eos verbis evehunt, & vel Deo æquant, vel aliquando ſupra eum collocant. Priſcis Romanis ſcriptoribus primi ſecundique poſt Chriſtum natum ſæculorum hoc perquam familiare eſt, poetis maxime, inter quos *Martialis* eminet, cuius *epigramma* 4. *libri* 9.

Quantum iam ſuperis, Cæſar, cœloque dediſti,
Si repetas, & ſi creditor eſſe velis;
Grandis in ætherio licet auctio fiat olympo,
Coganturque Dei vendere, quidquid habent:
Conturbabit Atlas, & non erit uncia tota,
Decidat tecum qua pater ipſe Deum.
Exſpectes & ſuſtineas, Auguſte, neceſſe eſt:
Nam tibi, quod ſolvat, non habet arca Iovis;

tam ſupra modum eſt, ut, magis adulatorium conditum unquam fuiſſe aut condi poſſe, olim in *Specimine CCCCLXXVIII. de Concurſu creditorum, medit.* 1. negaverim. Sed incidi deinde in *Plinii*, qui tamen *in epiſtola* 5. *lib.* 1. ſub ipſo Domitiano ab omni adſentationis labe alienus fuiſſe videri vult, *panegyricum Traiano dictum*, iſtaque *in capite* 74. *n.* 4. verba: *Civitas religionibus dedita, ſemperque Deorum indulgentiam pietate merita, nihil felicitati ſuæ putat aſtrui poſſe, niſi ut dii Cæſarem imitentur*; Martialis adulationem ſuperare credo. Iſta tamen impietas in paganis ſcri-

Digitized by Google

ſcriptoribus, qui Deos maximis vitiis commaculatos ſibi fingebant, minor eſt, ſed intolerabilis plane in chriſtianis, qui nec ipſi ab hac ſcelerata adulatione abſtinent. Et olim quidem abſtinere difficile fuit, quum ipſi Chriſtiani imperatores divinos honores ſibi arrogarent, ſeque numina ac edicta & reſcripta ſua divina oracula appellarent, qua de re plura habet *Antonius van Dale de Oraculis veterum ethnicorum pag.* 558. *&* 619. *ſqq.* Verum piis etiam principibus, qui honores divinos ipſi non uſurpant, eosdem obtrudunt impuriſſimi adulatores, qui ſæpe propterea ab his, quos tam nefarie adorant, reprehenduntur. Certe Ludovicus XIV. Galliarum rex, laudum mendaciſſimarum ceteroquin patientiſſimus, obiurgavit tamen graviter poetam, qui: *ſi Dieu n'étoit pas Dieu, nôtre Roi le ſeroit*, dixerat, teſte *Gayot de Pitaval dans la Bibliotheque des gens de cour tom. IV. pag.* 133. Sed ſatis exemplorum eſt. Quæro de pœna. Num forte has blaſphemias excuſabit deficiens animus blaſphemandi? Nam, quæ alia excuſatio aut defenſio adferri poſſit, non video. Nequaquam. Non poteſt enim animus blaſphemandi a verbis per ſe blaſphemis abeſſe. Sed Paulum forte nobis obiicies, qui in *L.* 33. *de Iniuriis: Quod*, ait, *reipublicæ venerandæ cauſſa ſecundum bonos mores fit, etiam ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen ea mente facit, ut iniuriam faciat, actione iniuriarum non tenetur.* Non reſpondebo ad hæc. Reſpondebit ipſe Paulus verbis: *ſecundum bonos mores.*

Digitized by Google

XXIV.

Verba ambigua, dubitantia & falſa, quibus veritas & auctoritas religionis chriſtianæ oblique impetitur, etſi veræ blaſphemiæ non ſint, tamen extra ordinem puniuntur.

XXV.

Eadem in crimine blaſphemiæ indicium ad torturam faciunt.

XXVI.

Præterea fides hominis, talia iactantis, minuitur; nec is facile ad iusiurandum admittitur.

Eſt genus aliquod hominum, quos Galli *des Eſprits forts* appellant, qui laudem ex eo, quod ſupra vulgus ſapiant, aucupantes nihil tam exiſtimationi ſuæ obfuturum autumant, quam ſi receptas publice doctrinas & ipſi amplectantur. Itaque etſi non aperte atheos ſe vel apoſtatas vel hæreticos profiteantur, nec iniurias adverſus Deum resque divinas evomant, in ſermonibus tamen familiaribus, &, ſi doctores ſunt, in ſcholis ſuis paſſim dubia iocosque malignos de veritate religionis chriſtianæ, de immortalitate animæ, de auctoritate ſacri codicis, de officio ſacerdotum, inſpergunt, aliquando contra animi ſui ſententiam, ſaltem quia pulchrum & gloriæ plenum credunt, a magnis viris & maiore hominum parte diſſentire. Et ſolent plerumque in proferendis his dubiis ac ſalibus tali circumſpectione uti, ut blaſphemiæ crimen ipſis impingi nequeat. Vtuntur maxime verbis ambiguis, quæ in utramque partem diſputari poſſunt, & interpretationem benigniorem admittunt.

Digitized by Google

tunt. Exemplo ſit epitaphium, quod Buckinghamius dux, anno 1721. in Anglia mortuus, ſibi fecit:

PRO REGE SAEPE, PRO REPVBLICA SEMPER
DVBIVS SED NON IMPROBVS VIXI;
INCERTVS MORIOR NON PERTVRBATVS.
HVMANVM EST NESCIRE ET ERRARE.
CHRISTVM ADVENERROR, DEO CONFIDO OMNI-
POTENTI BENEVOLENTISSIMO.
ENS ENTIVM MISERERE MEI;

quod poſt multas diſputationes antiſtites templi Weſtmonaſterienſis, in quo dux ſepultus fuit, admiſere quidem, ſed tamen illa verba: *Chriſtum adveneror*; quæ Chriſtum a Deo diſtinguere videntur, omitti iuſſerunt. Vide *les Voyages de la Motraye tom. II. chap.* 21. *pag.* 460. Etſi vero huiusmodi ſalſe ac dubitanter prolata verba veræ blaſphemiæ non ſint, turbant tamen animos audientium ac incertos reddunt, & propterea recte extra ordinem puniuntur. Præterea quantum hi, qui talia iaciunt, ſibi ipſis noceant, luculento exemplo oſtendam. Ferebantur menſe Auguſto anni CIↃ IↃ CC XXXIII. ad ICtos Vitembergenſes acta, in quibus vir ceteroquin honeſtus de aliquot blaſphemiis accuſabatur. Negabat ille has conſtanter, teſtibusque adverſus ſe productis exceptionem odii & inimicitiæ obiiciebat. Et in principio quidem nobis ille ad iusiurandum, quod purgatorium vocant, admittendus videbatur. Et admiſſus fuiſſet, ni obſervaſſemus, illum ex dictis, quorum inſimulabatur, aliqua fateri, quæ in ſe blaſphema non erant, ſed tamen animum in religione fluctuantem ac dubiis gaudentem, *un eſprit fort*, indicabant. Credimus ergo, hominem, qui talia iactat, etiam atrociora proferre poſſe. Deinde virum, qui de rebus divinis dubitat, facile iuraturum eſſe, animadvertimus, ſed fidem iuranti adhibere non potuimus.

Digitized by Google

Quamobrem tormenta decrevimus hunc in modum: Wird Leonhard verschiedener Gottes-lästerlichen, ruchlosen und anstößigen, auch verführischen Reden beschuldiget. Ob er nun wol solche ableugnet, auch keiner von selbigen durch zwey völlig übereinstimmende Zeugen überführt ist, abey den ihn vornemlich gravirenden Melchiorn und Bastianen eine gegen ihn tragende offenbare Feindschaft, das ihm sonst von ihnen ertheilte gute Zeugniß, unterschiedene Verbrechen auch andere bedenkliche Umstände vorwirft, und sich auf den sonst erlangten guten Namen und die Attestata seiner Beicht-Väter berufet; Alldieweil aber aus den ganzen Actis und selbst demjenigen, was Inquisit eingestehet, klar erhellet, daß er in seinen Discursen allerhand Zweifel, Bedenken und Einwürfe bey den göttlichen Wahrheiten und Orten heiliger Schrift vorzubringen, und diejenige, mit welchen er geredet, in sochen Glaubens-Sachen irre, sich aber mit dergleichen vermeynten philosophischen Subtilitäten groß zu machen, stets beflissen gewesen, hiernächst dasjenige, was Bastianen vorgeworfen wird, von keiner sonderlichen Erheblichkeit ist, zudem dessen und Melchiors eydliche Aussage, wenn sie allein Inquisiten völlig zu überführen schon nicht hinreichet, gleichwol durch den erst gedachten Umstand und die ihnen gewisser Maassen beypflichtende eydliche Zeugnisse Johann Abrahams und George Isacs kräftig unterstützet wird, und denn bey so vielen zusammenlaufenden Argumentis in einer Gottes Ehre betreffenden Sache vielgemeldeten Inquisiten zum Reinigungs-Eyde, welchen er bey so gestalten Sachen ohnedes wenig achten möchte, zu lassen höchst bedenklich und fast unverantwortlich scheinet; So wird Inquisit, Leonhard, vor allen Dingen zur gefänglichen Haft gebracht, so dann, im Fall er sich sein Geständiß richtiger zu thun ferner verweigert, dem Scharfrichter dergestalt untergeben ꝛc.

XXVII.

Digitized by Google

XXVII.

Desperatio, ira aliique gravissimi adfectus pœnam iniuriarum ac blasphemiarum non tollunt, sed minuunt.

XXVIII.

Calor adfectuum delicta saltem in continenti commissa excusat.

XXIX.

Eius ergo, qui ex intervallo peccat, pœna non mitigatur.

Equidem calor iracundiæ ac alii graves adfectus delinquentes pœnæ non eximunt. *L.* 16. §. 2. *de Pœnis*, *L.* 5. *C. de Iniuriis.* Quoniam tamen furorem adfectuum retinere, perfectæ, ut *Iustinianus in Novella* 74. *cap.* 1. *pr.* loquitur, philosophiæ est, datur aliquid imbecillitati humanæ, hique, qui vehementibus adfectibus inflammati delinquunt, mitius, quam alii, qui deliberato animo lentoque gressu ad maleficia eunt, puniuntur, etiam in atrocioribus criminibus, quale homicidium est, *articulo Carolino* 137. Idem in blasphemiis locum habere, eo minus dubitandum est, quo apertiorem hac de re inter Recessus Imperii nostri legem habemus, scilicet Maximiliani I. Königliche Satzung von den Gotteslästerern zu Wormbs *anno* 1495. aufgerichtet; quæ discrimen facit inter eos, qui aus Hitz, Zorn oder Trunkenheit, & qui freventlich schwören, ac illos quidem pecunia mulctat, his vero ultimum supplicium irrogat. Quod discrimen etiam usu fori accurate servatur. Vnum tamen hic monebo; graves scilicet adfectus non aliter prodesse blasphemo aliisque facinorosis, quam si crimen in continenti ac medio æstu perpetratum est. Calor enim adfectuum interposito tempore defervescit, &, si quæ etiam eius vestigia

ſtigia remanent, rationi tamen ſua libertas iam tum reddita eſt, quæ impetum facili negotio cohibere poteſt. Ergo ſi poſt ſedatum primum animi tumultum quis tamen blaſphemare pergit, perſeverantia hæc indignum illum venia omni reddit, arg. *L.* 48. *de Reg. iuris.* Quam ſententiam noſtram mirifice firmat *Maximilianus I. in edicto ſupra memorato cap.* 1. addita voce: unbedachtſam. Recte itaque ſcabini Lipſienſes, apud *Fritſchium* in den ſeltſamen jedoch wahrhaftigen, theologiſchen, juriſtiſchen, mediciniſchen, und phyſicaliſchen Geſchichten *hiſt.* 3. hominem, qui deſperabundus dixerat: er wolle Gott nicht mehr dienen, denn, weil ihn derſelbe mit ſo viel Creutz belege, ſo könne er weder wahrhaftig, noch gerecht ſeyn; Gott ſey ein Lügner, es wäre kein Teufel; Er wollte, daß er den Hals gebrochen, da er das erſtemal in die Kirche gegangen; Er begehre von Gott keine Gnade, und danke es einen mit dem Teufel, der ein Vater Unſer vor ihn beten würde; virgis cædi & ergaſtulo includi, deinde, quum incluſus maledicta contra Deum evomere pergeret, capite plecti iuſſerunt. Videmus ſæpe in vita communi hos, quibus mors coniugem liberosque percaros eripit, acerbiſſimo dolore efferatos indignas contra Deum voces iacere. Ignoſcendum his eſt. Sed fuerunt, qui maledicta talia lapidibus ſepulchralibus inſcriberent, & Deum iniquitatis ac ſceleris inſimularent, manusque contra eum levarent. Exempla *Mabillon & Germain in tomo I. Muſei Italici pag.* 79. *ſqq.* hæc habent: *Varii ibidem lapides cum inſcriptionibus, quarum una eſt de puero quinquenni immaturius exſtincto, mœrentibus parentibus, qui dolorem ſuum teſtati ſunt his verbis: DIS INIQVIS, qui rapuerunt animulam tuam &c. Romæ in ædibus Porcariorum non ita pridem conſimilis fere, depictis duabus manibus erectis, legebatur inſcriptio.*

PRO-

Digitized by Google

PROCOPE. MANVS. LEBO. CONTRA DEVM. QVI. ME. INNOCENTEM. SVSTVLIT. QVAE. VIXIT. ANNOS. XX. POS. PROCLVS.

Mater quædam, vocabulo Claudia Agapomene, imperante Claudio, his verbis in filiorum ſuorum epitaphio uſa eſt: Filiis ſuis infeliciſſimis, qui ætate ſua non ſunt fruiti, fecit mater ſcelerata &c. Hoc epitaphium integrum eſt relatum a Marco Velſero in epiſtola LXXXII. ubi quæſtionem quaſi difficilem movet, cur mater hoc loco ſe ſceleratam dicat. Hanc autem vocem uſurpat ob ſcelus in ſe, non a ſe perpetratum in morte liberorum. Apprime ad hunc locum Vgutio apud eruditiſſimum Cangium: Sceleratus, in quo fit ſcelus: ſceleroſus, per quem fit. Nullam merentur veniam inſcriptionum harum auctores, qui illas ex intervallo ac deliberato animo fieri ac monumenta poni curarunt,

XXX.

Vltimum ſupplicium, in blaſphemos ſtatutum, ab uſu non receſſit, poteſt tamen a principe remitti.

In blaſphemiam, tanquam in graviſſimum delictum, graviſſima pœna, ultimum nempe ſupplicium, ſtatuitur. Cave tamen, hanc pœnam iuri naturali adſcribas. Ius naturale enim pœnas nullas determinat. Errant quoque *Zierizius* & *Bullus ad art.* 106. *Conſtit. Carolinæ*, qui, hanc pœnam a principe non magis minui, vel tolli poſſe, dicunt, quam a prætore iniuriam regi ſuo illatam remitti. Verum pœna ſta, lege forenſi Iudaica ſtatuta, ad ius divinum univerſale haud pertinet, adeoque hodie mere humana eſt, & a principe recte remittitur. Quod tamen ICti Itali, *Menochius de arbitrariis iudicum quæſtionibus caſu* 375. *n.* 26. *Decianus lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 7. *Clarus* & alii, ultimum ſupplicium in blaſphemos ſtatutum ab uſu receſſiſſe, dicunt, in Germania ſaltem verum non eſt.

SPECIMEN DLXVI.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS

AD LIB. XLVIII. TIT. IV.

DE

H A E R E S I.

I.

Definitio hæretici in iure Iuſtinianeo poſita accurata non eſt, ſed ex ſuperſtitione & tyrannide cleri profecta, atque cum ea, quæ in Auguſtana Confeſſione reperitur, pugnat.

II.

Hæreticus non eſt, qui in levi, & ad ſalutem non neceſſario argumento errat.

In *Auguſtana confeſſione* poſt *articulum XXI.* Proteſtantes ab hæreſeos crimine vindicantur ex hac potiſſimum ratione, quod, ſi vel maxime circa traditiones errorem committerent, de articulis tamen fidei chriſtianæ fundamentalibus recte ſentiant, atque adeo hæreſeos nota adſpergi non poſſint. Cui argumento non parum definitio hæretici in iure Iuſtinianeo poſita repugnat. Scilicet in *L.* 2. §. 1. *C. de Hæreticis* Imperatores: *Hæreticorum*, inquiunt, *vocabulo continentur & latis adverſus eos ſanctionibus ſuccumbere debent, qui vel levi argumento a iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare.* Sufficit ergo ſecundum hanc legem ad hæreſin error etiam in levi argumento, quum Auguſtana confeſſio einen Ungrund oder Mangel an den Haupt-Artikeln requirat. Aperta hæc pugna eſt. Videndum igitur, quæ ex his duabus deſcriptionibus ſit melior, & ante omnia mens imperatorum inſpicienda. Legem eorum contra Eureſium quendam latam fuiſſe, ex altera eius parte, quæ in *L.* 28. *C. Theod. de Hæreticis* ſuper-

eſt,

Digitized by Google

eſt, diſcimus. Facilior nobis futura erat huius legis interpretatio, ſi de Eureſio hoc & eius erroribus certiores eſſemus. At nulla eius Eureſii mentio fit alibi, præterquam in quadam veterum canonum collectione, in qua hæc habentur: *Fauſtinus, Presbyter Eleutheropolitanus, in libello, quem Marcellianus Presbyter obtulit Valentiniano, Theodoſio & Arcadio A. A. A. pro Luciferianis, de Damaſo Archiepiſcopo: Sed & nuper tentavit graviter perſequi beatiſſimum Eureſium, Epicopum ſanctitate & fidei æmulatione ferventem, ordinatum inimante plebe Romana a conſtantiſſimo Epiſcopo Toargia, & pſo illibatæ fidei, verum ſub invidia falſi impoſiti cognomenti, per ſuos defenſores interpellans iudicem Baſſum, quaſi adverſus Luciferianos, ſed Baſſus, olim Catholicam fidem venerans, ſciebat, in Lucifero nullam hæreſeos fuiſſe pravitatem: quippe qui & bene noverat, pro fide Catholica decem annos exilia fuiſſe perpeſſum. Et pro conſtantiæ ſuæ integritate repulit accuſatores *) Damaſi, negans ſe facturum, ut homines Catholicos & integræ fidei viros inſequeretur: maxime quod ipſi conſtitutiones Imperatorum contra hæreticos ſolummodo promulgatæ viderentur, non contra hos, qui ſanctiſſimam fidem ſine ſæculi ambitione conſervant.* Ex quo loco id unice cognoſcimus, Eureſium cum Lucifero ſenſiſſe, & propterea a Damaſo, pontifice maximo, graviter, ſubiectis accuſatoribus, vexatum fuiſſe. Lucifer vero, vir pius ceteroquin & veræ religionis ac Athanaſii tenaciſſimus defenſor, quem *Hieronymus* ipſe *in Dialogo adverſus Luciferianos* beatum vocare & bonum paſtorem non dubitat, in hoc ſolo erravit, quod lapſos olim in Arianam hæreſin & ad veram fidem reverſos homi-

*) Vox: *accuſatores;* recte ſe habet. Intelliguntur ſcilicet accuſatores a Damaſo ſubornati. Igitur *Iac. Gothofredus*, qui locum hunc *in not. ad L. 28. C. Th. de Hæreticis* allegat, vocem hanc ſine neceſſitate emendat, & pro ea: *defenſores;* ſubſtituit.

nes, ſi de plebe eſſent, non repelleret, ſolos vero epiſcopos, quamvis pœnitentes & deprecantes, reſtituere in priſtinum locum detrectaret, & ab iis quoque, qui eos admittebant, ſe ſegregaret. Vide *can.* 39. *cauſſ.* 24. *quæſt.* 3. §. 54. Qua in re errarunt utique Lucifer & aſſecla eius Eureſius, ſed non capitaliter, ac magis in ſchisma, quam in hæreſin, inciderunt. Attamen propter hunc ipſum errorem Eureſius ab Arcadio & Honorio Imperatoribus in lege noſtra inter hæreticos relatus, & nova illa hæretici definitio excogitata eſt. Quam definitionem multi iam olim, teſte *Iacobo Gothofredo ad lib.* 16. *Cod. Theod. tit.* 5. *leg.* 28. latam vel laxam nimis queſti ſunt, imo intolerabilem dixerunt & bruti fulminis inſtar deriſerunt. Nec ipſi diſſimulamus, nobis legem hanc unam ex iis videri, quæ a puriore primorum chriſtianorum doctrina ac moderatione recedunt, & invaleſcentem iam tunc tyrannidem ac ſuperſtitionem ſapiunt, quarum plurimæ paſſim in Codice & Novellis Iuſtinianeis exſtant, e. g. quod pontifex Romanus ſit ſanctiſſimus, & beatitudo eius caput omnium ſanctiſſimorum Dei ſacerdotum, *L.* 7. *C. de ſumma trinitat.* quod animæ eorum, qui ad ſanctiſſimas eccleſias accurrunt, & eis omnes ſuas facultates adferunt & derelinquunt, per hoc ſalvæ fiant, *L.* 42. §. 1. *C. de Epiſcop. & cler.* formula ridicula fere iurisiurandi ab his, qui adminiſtrationes ſuſcipiunt; præſtandi, *Nov.* 8. *in fin.* &c. Quicquid ſit, definitionem illam Iuſtinianeam duriorem mollierunt iam diu iuris canonici collectores, horumque veſtigia ſequuti ICti & theologi cordatiores, ex quibus duos ſaltem nominabimus in præſens, omni fere exceptione maiores, *Gerhardum Loc. de miniſter. eccl. num.* 317. & ex Gerhardo *Zieglerum in notis ad Stephani Inſtitut. iur. can. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 12. qui ſic aiunt: *Vt quis hæreticus dici queat, quinque hæc requiruntur:* 1. *ut ſit membrum Eccleſiæ,* 2. *ut erret in fide, &*

quidem

quidem 3. *in ipso eius fundamento*, 4. *ut errori coniuncta sit malitia & pertinacia nulli admonitioni succumbens*; 5. *ut dissensiones & scandala in Ecclesia excitet, eiusque unitatem scindat.* Nec nova Gerhardi Zieglerique doctrina est, sed vetustissima, & doctrinæ primorum ecclesiæ patrum convenientissima. Similiter enim *Augustinus in can.* 28. & 29. *causs.* 24. *quæst.* 3. *Hæreticus*, inquit, *est, qui alicuius temporalis commodi & maxime gloriæ, principatusque sui gratia falsas ac novas opiniones vel gignit*; *vel sequitur. Ille autem, qui huiusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam veritatis ac pietatis illusus. Sed qui sententiam suam, quamvis falsam atque perversam, nulla pertinaci animositate defendunt; præsertim quam non audacia suæ præsumtionis pepererunt, sed a seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt; quærunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati, quum invenerint; nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.* Quapropter rectissime idem *Zieglerus ad Lancellotum lib.* 1. *tit.* 20. §. 4. *Non omnis*, ait, *qui a nobis aliquando dissentit, illico haberi debet pro hæretico.* Adsentiunt Zieglero *Reinkingk de Regim. sæcul. & eccleſiaſt. Lib.* 3. *claſſ.* 1. *cap.* 5. §. 8. & 15. & *Stryk. ad Brunnem. Ius Eccl. L.* 2. *c.* 18. §. 12. & definitionem illam Justinianeam haud obscure improbant. Idem ergo Augustanæ confessionis auctores faciunt, & ad hæresin einen Unterſcheid oder Mangel an den Haupt-Artikeln desiderant.

III.

Quælibet ecclesia hæreses ex libris suis symbolicis iudicat, atque horum professionem & subscriptionem a membris suis exigit.

IV.

Quæ subscriptio & antiquissima est, & iusta ac pia,

V.

Nec per quatenus, sed per quia fieri debet.

Digitized by Google

Præcedentes duæ meditationes, ex *Florum ſparſione ad Auguſtanam confeſſionem Obſervat. XXX.* exſcriptæ, etſi per ſe veræ ſint, multum tamen in applicatione ad factum difficultatis reperiunt. Quas antequam explanare ſuſcipio, neceſſe eſt, ut de libris ſymbolicis, quibus, tanquam potiſſima norma, in iudicandâ hæreſi utimur, aliaque præmittamus. Scilicet eccleſiæ omnes, etiam quæ a recto tramite receſſerunt, poſtquam e primis turbis, quibus incunabula earum vexata ſunt, emerſerunt ac ordinari cœperunt, certa ſibi ſymbola fecerunt, e quorum profeſſione membra ſua agnoſcerent, ac ab aliarum eccleſiarum adſeclis diſtinguerent. Sic eccleſia Iudaica pro ſymbolo habuit legem in libris Moſaicis comprehenſam. Chriſtiana eccleſia ab initio ſymbolum apoſtolicum publice profeſſa eſt, deinde, ut ſeſe ab Arianis & aliis hæreticis diſtingueret, ſymbolum Nicenum condidit. Poſtquam porro in latinam & græcam eccleſiam ſciſſa fuit, eccleſia græca peculiares ſibi libros ſymbolicos fecit, quos *Kohl*, Prof. Petropolitanus, *in Introd. in Hiſt. & rem litter. Slavorum* propediem edere promittit. Eccleſia latina pro ſymbolis Apoſtolicum, Nicenum & Athanaſianum retinuit, donec reformatio Lutheri & Calvini novum illis ſymbolum, quo ſe ab his diſtingueret, extorſit. Hoc vero fuit concilium Tridentinum. Reformati catechismum Heidelbergenſem, ſynodum Dordracenam &c. pro ſymbolis agnoſcunt. Iſtorum itaque ſymbolorum profeſſionem, ſeu ſubſcriptionem, quælibet eccleſia a membris ſuis exigit. Quæ ſubſcriptio non nova eſt, & a proteſtantibus demum introducta, ut aliqui autumant, ſed antiquiſſima, atque iam ante ſæculum IX. uſitata, quemadmodum ex reſcripto Ioannis pontificis in *can.* 4. *diſt.* 100. patet. Nihil impietatis hæc exactio in ſe habet, nec coactio dici vere poteſt. Subſcriptio quippe ſymbolorum non con-

conſtringit conſcientiam interne, ſed obligat ſaltem ſubſcribentem externe, ut, num conformiter cum publice recepta doctrina ſentiat, declaret, ac nihil ab ea diverſum dicat vel faciat, aut, ſi onus hoc ſubire nolit, e provincia exeat, & officium, ſi quod gerit, deponat. Fit hoc boni publici cauſſa, quando nempe leges & inſtituta civitatis, ut omnes, qui in ea vivunt, aut munera publica gerunt, uniformiter de rebus divinis ſentiant, nec per diverſas opiniones de religione, quæ in publicam rem maxime influit, concordiam & quietem turbent, requirunt. Chriſtianus II. El. Saxo, hanc potiſſimum rationem ſtabilitæ in Saxonia ſubſcriptionis in reſcripto de anno 1602. quod in *T. I. corporis Aug. pag.* 1770. exſtat, memorat, quod Saxonibus deſultoria levitas, & mutatio confeſſionis ſuæ per ſingula ſeptennia obiiciatur. Ab initio multi etiam ex ICtis ſe ſubſcriptioni huic oppoſuerunt, inprimis Iacobus Schultheſius, Lipſienſis, cuius argumenta in contrarium excerpſit *Thomaſius* im Verſuche von *Annalibus* von *anno* 1409. bis 1629. Is maluit dignitatibus carere, quam ſubſcribere. Sequentibus temporibus ſubſcriptio minores quidem difficultates invenit, ſed cavillatio inventa eſt, dum candidati libris ſymbolicis ſubſcriberent, non quia, ſed quatenus ſacro codici conveniant. Eum modum ſubſcribendi per quatenus multi probant, & contrariam ſententiam impiam ac ſacræ ſcripturæ quodammodo iniuriam reputant. Verum quum ſubſcriptio nihil aliud ſit, quam confeſſio fidei ſuæ, ſubſcriptio vero per quatenus hanc confeſſionem incertam reddat, & cavillationibus, item reſervationibus mentalibus, locum faciat, ea tolerari non poteſt. Certe profeſſiones fidei, quæ in ſacro Codice occurrunt, e. g. *Actor. XXIV*, 14. 2 *Cor. IV*, 13. claræ ſunt & illimitatæ; nec probo plene temperamentum *Speneri* in theologiſchen Bedenken *P.* 1. *cap.* 2. *art.* 3. *Sect.* 2. *p.* 596. *ſqq.*

VI.

VI.

Leviusculi errores & dubia circa libros ſymbolicos, quæ poſt ſubſcriptionem ſuperveniunt, hæreſis non ſunt.

VII.

Quis ſit levis, quis gravis error, & quis articulum fidei lædat, aut non, definire, nec theologorum, nec ICtorum eſt, ſed eccleſiæ totius aut ſenatus eccleſiaſtici, qui auctoritate publica inſtitutus eccleſiam repræſentat.

VIII.

In ſacerdote, qui de aliquo doctrinæ chriſtianæ capite dubitare incipit, non ſufficit promiſſio ſilentii, & quod nihil ei contrarium docere velit.

Vir probus & doctus ad ſacerdotium evehitur, ac in principio ſuſcepti muneris libris ſymbolicis bona fide ſubſcribit. Steterat iam per aliquod tempus in officio, quum forte in libros de renovatione & inſtauratione rerum omnium, & reſtitutione damnatorum ſcriptos incidit, atque ex hac lectione de æternitate tartari ac pœnarum infernarum dubitare incipit. Dubia hæc ſua amico cuidam fidiſſimo per litteras familiares exponit, ac fatetur ingenuus, contraria argumenta ſibi non ſatisfacere, nec ſcrupulum ex animo ſuo evellere. Poſt hanc epiſtolam nihil ſcribit, dicit, docetque ad ſingularem hanc opinionem pertinens, ſed dubia ſua pectore premit, ut nemo ex auditoribus per duodeviginti annos, illum de communi ac orthodoxa doctrina dubitare, perſentiſcat. Longam hanc quietem & univerſorum plauſum turbat tandem mors amici iſtius, & inventa in relicta eius ſuppellectile epiſtola. Defertur hæc ad antiſtitem, qui, congregato decanorum ac ſeniorum concilio, ſacerdotem advocat, & prolata epiſtola, num adhuc de æternitate pœnarum divinarum dubitet, interrogat,

Digitized by Google

gat, denique retractare, quæ ſcripſerit, iubet. Ille, ſe
huc dubitare, reſpondet, & quamdiu dubia ex animo
o nondum ſint evulſa, religioni ſibi eſſe dicit, retracta-
ac damnare doctrinam, quam veram credat, ſimul ta-
en, ſe nunquam ea de re verba ad populum facturum,
l ſermonem cum privato habiturum, pollicetur. Tum
itiſtes & concilium ipſum ab officio ſuſpendunt. Ac ap-
rebat facile, ſuſpenſo, ni retractaret, ipſam remotionem
opediem imminere. Confugit ergo ad ICtos Helmſtadien-
s, atque ab his menſe Septembri anni CIↃ IↃ CC XXVI. huius-
odi reſponſum accipit: Iſt ein frommer und gelehrter Prediger
n der Wiederbringung aller Dinge in ſeinem Gewiſſen über-
iget, dieſerwegen von ſeinem General-Superintendenten vor
ier ziemlichen Anzahl Decanorum und Seniorum Eccleſia-
corum zur Rede geſtellet, und, nachdem er ſich durchaus zu
ner Revocation verſtehen wollen, von ſeinem Amte, welches
achtzehn Jahre ſehr wohl verwaltet, ſuſpendiret worden, wan-
nhero erſtlich und drittens zu wiſſen verlanget wird, ob ein Ev-
geliſcher Kirchen-Lehrer, welcher in ſeinem Herzen von der Wie-
rbringung aller Dinge überzeuget, ſonſten aber in der Lehre von
m Wege des Heyls nach den ſymboliſchen Kirchen-Büchern
thodox iſt, bloß wegen obigen Puncts ſeines Amtes zu ent-
en, und der den Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten in
iedens-Schlüſſen und andern publiquen Tractaten verſtatte-
i Beneficiorum unfähig zu halten, oder vielmehr, in Fall er
gelobt, von der Wiederbringung aller Dinge weder öffentlich,
ch privatim, zu lehren, in ſeinem Amte zu dulden ſey. Nun
rd zwar der obengedachte Prediger ſonder Zweifel, vermöge der
y allen Evangeliſchen Kirchen eingeführten Gewohnheit, ſich bey An-
tt ſeines Amts zu den von der Evangeliſchen Kirche angenom-
nen ſymboliſchen Büchern entweder mündlich oder ſchriftlich
ennet haben. Folglich, und da er nunmehr in dem Puncte der

einem zur Seligkeit eben nicht gehörigen Puncte von der Augspurgischen Confession dissentiret, solche hingegen in allen andern Puncten annimmt und agnosciret, nicht aufhöret ein Augspurgischer Confessions-Verwandter zu seyn, demnach die diesen Confessions-Verwandten zustehende Rechts-Wohlthaten nicht verlieret, *Zieglerus ad Lancellotum Libr.* 1. *tit.* 20. §. 4. *verb. si pro hæresi*, ferner die oben aus dem Corpore iuris Romani angeführte Definitio eines Ketzers von allen bewehrten Rechts-Gelehrten dergestalt erkläret wird, daß sie zugleich errorem in ipsum fidei fundamentum impingens, wie auch excitationem dissensionum & scandalorum in ecclesia & scissionem unitatis eius, erfordern, *Reinkingk. de Regim. secul. & eccleſiaſt. lib.* 3. *Claſſ.* 1. *cap.* 5. §. 8. & 15. *Ziegler. ad Lancell: Lib.* 4. *tit.* 4. §. 1. *verb. hæretici ſunt. Stryk. ad Brunn. Ius Eccleſ. L.* 2. *cap.* 18. §. 12. und denn keines von diesen beyden Requisitis auf gegenwärtigen Prediger gezogen werden kann; So mag derselbe Prediger bloß wegen dieser von Wiederbringung aller Dinge gefasseten Meynung von seinem Amte nicht gestossen, noch der den Augspurgischen Confessions-Verwandten ertheilten Religions-Beneficien beraubet werden, sondern wird gegen Versprechung, daß er diese Meynung weder öffentlich noch privatim lehren wolle, bey Verwaltung seines Amtes billig gelassen. Wird zweytens und viertens zu wissen verlanget: Ob der Clerus Fug und Recht habe, ohne Vorwissen der Kirche und der Patronen, auch der weltlichen Obrigkeit, einen solchen Lehrer von seinem Amte zu suspendiren oder gar zu setzen? Nun könnte zwar gedachter Clerus vor sich anführen, daß sowohl Paulus *ad* 1 *Timoth. V*, 19. 20. als die *Canones Apoſtolic. Can.* 31. dem Bischof allein die Macht, einen Priester seines Amts zu entsetzen, geben, solche Macht auch in den Canonischen Rechten den Bischöfen nicht genommen, sondern nur dergleichen Absetzung in synodali conventu

Digitized by Google

zu vorzunehmen befohlen ſey. *Can. ult. Cauſ.* 15. *quæſt.* 7. ingleichen, daß allhier periculum in mora vorhanden, und der Prediger ohne groſſes Aergerniß in ſeinem Amt nicht länger geduldet werden können. Dieweil aber nach göttlichen und natürlichen Rechten die Berufung eines Lehrers und Predigers eigentlich der ganzen Kirche und Gemeinde, der er vorgeſetzet werden ſoll, und keinesweges dem Clero allein, zuſtehet, folglich auch die Macht, einen ſolchen Prediger wieder zu entſetzen, eben derſelben Kirche zu laſſen iſt, und denn die ganze Kirche nicht von dem Clero allein, ſondern zugleich von der Obrigkeit, Kirchen-Patronen und Gemeinde repræſentiret wird, nächſtdem die Entſetzung und Suſpenſion eines Kirchen-Dieners accuratam cauſſæ cognitionem erfodert, mithin ein actus iurisdictionis iſt, demnach a Clero, welchem keine Gerichtsbarkeit zuſtehet, nicht exerciret werden mag, ſondern denenjenigen, denen die Iurisdictio Eccleſiaſtica zukommt, zu überlaſſen, dieſes auch der Praxi der Proteſtantiſchen Kirchen durchaus gemäß iſt, vid. *Carpz. Iurispr. Conſiſt. Lib.* 3. *Def.* 110. & 111. *Schilt. Inſtit. Iuris Can. Lib.* 1. *Tit.* 19. §. 9. ferner der Zuſtand der alten Apoſtoliſchen Kirche, bey welcher die weltliche Obrigkeit nicht concurriret, und die Gemeinden in kein rechtes Corpus und Collegium verſammmelt waren, ſondern nur aus wenigen hin und wieder zerſtreueten Leuten beſtanden, von dem unſrigen gänzlich unterſchieden, und die Kirchen-Diſciplin nachgehends erſt in eine rechte Ordnung gebracht worden, weiter die proteſtantiſche Superintendenten und ihr Clerus ſich der in den Canoniſchen Rechten den Biſchöfen und ihren Synodis gegebenen Iurium ſchlechtweg nicht anmaſſen können, ſondern die vornehmſte derſelben der hohen Obrigkeit und den ihnen vorgeſetzten Conſiſtoriis überlaſſen müſſen, endlich da der vielgemeldete Prediger ſeine Meynung niemanden beyzubringen ſuchet, weder ein Aergerniß noch periculum in mora zu

fürchten iſt; So iſt der Clerus in gegenwärtigem Fall ohne Conſens der Kirche, Patronorum und der ordentlichen Obrigkeit, einen Prediger von ſeinem Amte zu ſuſpendiren oder zu entſetzen nicht befugt. Relegens hoc reſponſum, quod ipſe olim elaboravi, aliqua animadverto, quæ mea nunc facere non audeo. Probatur ſcilicet non obſcure ſententia theologorum, qui doctrinam de æternitate pœnarum divinarum articulum fidei eſſe negant. Atque tamen hæc doctrina *in articulo* 17. *Auguſtanæ confeſſionis* ſtabilita eſt. Ergo ad ICtos deciſio huius quæſtionis non pertinet, quin nec ad theologos ſolos. Eccleſiæ hanc facultatem relinqui oportet. Equidem eccleſia conſenſum ſuum optime in conciliis, ſive univerſalibus, ſive nationalibus, ſive provincialibus, declarat. Verum convocatio horum conciliorum innumeras difficultates habet. Itaque in ſingulis provinciis ſacer ſenatus, principis & ordinum auctoritate ſtabilitus eccleſiam repræſentat. Et profecto æternitas pœnarum divinarum arduum religionis caput eſt, multumque ad continendum in officio & abſterrendum a vitiis populum facit. Facilius tamen in laico huiusmodi dubitationes tolerantur, ſiquidem is ſilentium promittat. At in ſacerdote vix ſufficit, nihil eum adverſus receptas doctrinas docere. Oportet etiam easdem inculcare, & populum dubitantem confirmare, aut errantem in viam reducere. Qui hoc non facit, ſacerdos officio ſuo non ſatisfacit. Adde Edictum Senatus Norimbergenſis in den unſchuldigen Nachrichten auf das Jahr 1710. *pag.* 850.

IX.

Digitized by Google

IX.

Ius definiendi articulos fidei & declarandi hæreticos penes ecclesiam est.

X.

Ecclesia non, ut communiter creditur, duplex, sed triplex est, universalis, particularis & singularis.

XI.

Corpus Evangelicum in Germania ecclesiam nationalem seu particularem repræsentat.

XII.

Singularam rerumpublicarum in Germania ecclesiæ ius sacrorum & annexam ei articulos fidei definiendi & hæreticos declarandi facultatem habent.

XIII.

Id ius in senatibus ecclesiasticis exercetur, fines tamen reipublicæ non egreditur.

Quod in thesi VII. diximus, facultatem definiendi articulos fidei, &, quod inde sequitur, hæreticos declarandi, penes ecclesiam, ac, qui eam repræsentat, senatum ecclesiasticum esse, multis obscurius videbitur, & est etiam, itaque explicari oportet. Ecclesiam *Brunnemannus in Iure ecclesiastico lib.* I. *cap.* I. §. 3. & alii in universalem & particularem dividunt. Ego tertiam speciem, nempe ecclesiam

Digitized by Google

ſiam ſingularem, addo, aut potius, ne quis hac voce offendatur, eccleſiam in univerſalem, nationalem & provincialem diſtinguo. Vniverſalem voco cœtum hominum, Deum recte ac pure colentium, per totum terrarum orbem diſperſorum. Eccleſia nationalis ſeu particularis eſt corpus hominum in una natione, diverſis tamen principibus vel in diverſis rebuspublicis viventium, in unam fidei formulam & eundem Dei colendi ritum conſentientium. Eccleſia ſingularis ſeu provincialis eſt cœtus fidelium, in una eademque republica viventium. Equidem, dum hæc ſcribo, prævideo, multos mihi rerum novarum ſtudium, & quod entia citra neceſſitatem multiplicem, obiecturos. Ego vero, ſine hac novitate, ſi modo talis eſt, rem recte explicari & difficultatibus liberari poſſe, nego. Nec imaginaria eſt hæc novitas, ſed in re ipſa ac hiſtoriis fundata. Nullibi hoc clarius, quam in Germania noſtra elucet. Qui in ea puriorem doctrinam amplectuntur, cum his, qui ipſis in Suecia, Dania, Norvegia, Pruſſia, Livonia, Belgio &c. adſentiunt, univerſalem eccleſiam conſtituunt. At, quia diſperſæ hæ gentes convenire in unum, deliberare communiter & conſentire vix poſſunt, natio Germana ſola, quæ ſcilicet Deum puriore ritu colit, eccleſiam particularem conſtituit. Hæc eccleſia particularis Lutheri temporibus *Auguſtanam Confeſſionem*, tanquam communem fidei formulam, publice propoſuit, & Carolo V. exhibuit, deinde in formulam concordiæ conſenſit, poſtea in comitiis Imperii nomen Corporis Evangelici adſumſit in principio ſæculi XVIII. novum calendarium recepit, multaque alia ſalubriter in commune religioris bonum ſancivit. Iſta tamen eccleſia particularis iura eccleſiarum ſingularum ſeu provincialium non ſuſtulit. Singulæ nempe respublicæ in Germania iura ſacrorum, ſeu poteſtatem leges de rebus ſacris ferendi, habent, itaque ritus colendi

lendi Deum præſcribere, feſta inſtituere &c. poſſunt. Faciunt ergo ſingulæ eccleſias, a nationali illa & univerſali diverſas. Neque in Germania noſtra hoc peculiare eſt. Reformati Helveti Belgæque ſimillima exempla ſuppeditant. In præſens ſaltem de Belgio fœderato dicam. Singulæ eius provinciæ iura ſacrorum habent, ſingulasque eccleſias efficiunt. Diu hæc ſingularitas impedimento fuit, ne concilium nationale haberetur. Ii nempe, qui tale concilium nolebant, hoc maxime obiiciebant, obfuturum id maieſtati ac libertati provinciarum, quarum ſingulæ ius res ſacras & religionem apud ſe ordinandi habeant, atque hanc libertatem iudicio & arbitrio ceterarum provinciarum ſine iuris ſui imminutione ſubiicere nequeant. Sed pervicerunt tandem, qui concilium cupiebant, ita tamen, ut ordines in edicto publice propoſito, quo concilium indicabant, atque Dordracum convenire iubebant, ſolemniter teſtarentur, nihil per hoc concilium maieſtati, libertati & ſacris iuribus ſingularum provinciarum detractum iri. Narrat hæc accurate *Benthemius* in dem Holländiſchen Kirch- und Schulen-Staat *Part.* 1. *cap.* 12. §. 4. & 5. Convenerunt ergo ſingularum provincialium eccleſiarum legati anno 1618. Dordraci, continuatisque in annum 1619. conventibus confeſſionem Belgicam, catechismum Heidelbergenſem multosque peculiares canones communia fidei ſymbola eſſe iuſſerunt, atque eccleſiam nationalem, qualis ante non fuerat, inſtituerunt. Sed ſatis de Belgis. Revertor ad Germanos, atque ea, quæ ante dixi, ad hæreticos adplico. Nec difficilis hæc adplicatio erit, ſed ſimillima ei, quæ *in Specimine LXII. de Capite minutis, médit.* 5. 6. 7. proponitur. Vti nempe triplex in Germania ius civitatis triplicem capitis diminutionem facit, ſic & hæreticorum tres apud nos claſſes ſunt. Qui in fidei capitibus ab univerſa eccleſia Evangelica receptis

diſſentit, hæreticus & in Germania, & in ceteris evangelicis regnis ac rebuspublicis erit. Si quis autem ab iis doctrinis, quas libri ſymbolici unanimi nationis Germanicæ, quatenus evangelica eſt, conſenſu ſtabiliti continent, recedit, hæreticus in toto imperio reputabitur, ac iuribus, quæ evangelicis in pace Weſtphalica tributa ſunt, non fruetur. Denique ſingularum in Germania rerumpublicarum eccleſiæ, ſicut ius ſacrorum habent, articulos fidei, ſeu doctrinas, quas apud ſe publice tradi oporteat, determinare poſſunt. Sicubi ergo dubium hac de re naſcitur, eius deciſio & declaratio, num quis hæreticus ſit, non ad collegia theologcrum, nec ICtorum, ſed ad eum ſenatum, per quem respulica, vel princeps, ſumma ſacrorum iura exercet, pertinet, fines autem provinciæ non egreditur.

XIV.

Ius definiendi articulos fidei & hæreticos declarandi olim penes concilia fuit.

XV.

Primum concilium chriſtianum Actorum XV. *memoratur, ſed tamen ſingulare ſaltem, non univerſale fuit, ac a conciliis ſequentium temporum in multis capitibus differt.*

XVI.

Reliqua quoque trium poſt Chriſtum natum ſæculorum œcumenica dici vix poſſunt.

Ius articulos fidei definiendi, &, quod inde conſequitur, diſſentientibus hæreſeos notam inurendi, primis temporibus penes concilia fuit, & adhuc hodie, ſi modo concilia habeantur, erit. Dicendum igitur eſt de his conciliis. Primum

Digitized by Google

Primum eorum *Actorum XV.* memoratur. Diſſentitur quidem hic in utramque partem. Namque aliqui cum *Baronio* antiquius quoddam, Cæſareanum nempe, ſibi fingunt, & locum *Matthæi XVI*, 13. *ſqq.* huc trahunt, ſed facile ex inſpectione ipſius loci huius refelluntur. Alii negant, iſtam congregationem concilium appellari poſſe. Et ipſe fateor, eam concilii univerſalis notas non habere. Defuit enim convocatio ex toto orbe chriſtiano, quæ ad concilium univerſale ſine dubio neceſſaria eſt. Fuit ergo magis conventus, ſeu concilium ſingulare, eccleſiæ Hieroſolymitanæ, quam ceteræ eccleſiæ tanquam fontem & caput ſuum reverebantur, ac arbitram controverſiarum ſuarum ſponte faciebant. Nec quod ad convocationem ſolum, ſed in aliis quoque capitibus, concilium hoc Hieroſolymitanum diverſum fuit a conciliis ſequentium temporum. Potiſſimæ differentiæ hæ ſunt, quod 1) diſſentientes ipſi ſponte, nemine cogente, in deciſionem conventus Hieroſolymitani conſenſerint & compromiſerint, *Actorum XV*, 2. ad ſequentia vero concilia altera pars invita plerumque tracta ſit, deinde 2) conventus Hieroſolymitanus ex toto populo chriſtiano, clericis laicisque, conſtiterit, *Actorum XV*, 4. 6. 22. ſequentia concilia ſolus clerus, eccleſiam repræſentans, habuerit, porro 3) in conventu Hieroſolymitano utraque pars ſufficienter audita, & ad liberam diſputationem admiſſa, *Actorum XV*, 7. in ſequentibus vero conciliis alterauter vel plane non, vel ſaltem perfunctorie auditus ac tamen damnatus ſit, tum 4) decreta concilii Hieroſolymitani unanimia, *Actorum XV*, 25. ſequentium vero ex conſenſu maioris partis confecta fuerint, denique 5) decretum concilii Hieroſolymitani abſentibus fratribus non pro imperio obtruſum, ſed conſilii inſtar ad eos miſſum, atque ab iis ſponte receptum ſit, *Actorum XV*, 27. 28. 31. ſequentia con-

Wiederbringung aller Dinge von der Lehre der symbolischen Bücher abweichet, und der seiner anfänglichen Amts-Bestallung implicite angehängten Condition, im Fall er nemlich die Evangelische Glaubens-Bücher annehmen und vor richtig halten würde, zuwider handelt, so scheinet es, ob sey er dadurch seines übernommenen Amts ipso facto verlustig worden, und könne demnach in seinem Amte weiter nicht geduldet werden. Nächstdem restringiret der *anno* 1555. aufgerichtete *Religions*-Frieden §. 17. die Religions-Beneficia lediglich auf die Augspurgische Confessions-Verwandte, und schliesset alle andere davon aus, welches denn in dem Osnabrückischen Friedens-Schlusse *art.* 5. §. 1. bestätiget, und *art.* 7. nur auf die Reformirte erstrecket wird. Da nun vorgemeldter Prediger von der Augspurgischen Confession abweichet, so gewinnet es freylich das Ansehen, ob sey er dadurch der Religions-Beneficien unwürdig geworden. Ferner ist die Ketzerey nach aller Theologorum und Juristen Bekänntniß und klarer Verordnung der Rechte eine der vornehmsten Ursachen, einen Geistlichen seines Amts zu entsetzen, und wird ein Ketzer *in L.* 2. §. 1. C. *de Hæreticis* derjenige genennet, der auch in einem geringen Stücke, levi argumento, von dem Judicio der gemeinen Kirche und dem ordentlichen Wege abweichet, oder nach den Reichs-Gesetzen, welcher nicht eine der drey in dem Römischen Reiche eingeführten Religionen annimmt und bekennet. Alldieweil aber hier gar nicht die Frage ist: Ob ein Mann, welcher bey der ihm abgefoderten Unterschrift der symbolischen Kirchen-Bücher über ein und den andern Artikel Bedenken und Schwürigkeit machet, zu dem Predigt-Amte zu lassen sey? sondern eigentlich nur darüber Zweifel ist: Ob ein angenommener Prediger, der bey Antritt seines Amts sich zu den symbolischen Kirchen-Büchern ohne Ausnahme bekennet, und nur nachgehends über den Punct, von Wiederbringung aller Dinge, welchen bewehrte

Digitized by Google

wehrte Theologi unſerer Kirchen, keinen Glaubens-Artikel zu ſeyn, mit ſtarken Gründen behaupten, in Scrupel geräth, die Meynung davon vor wahrhaftig hält, und von ſelbiger abzugehen durch Vorſtellung widriger Rationum nicht überredet werden kann, mithin dieſe ſeine Gedanken vor einen Irrthum zu erkennen, und zu wiederrufen ſich weigert, gleichwol ſolche weder öffentlich noch privatim gelehret, ſondern nur in einem Briefe an einen guten Freund deren Erwehnung gethan, dieſerwegen von ſeinem Amte, welchen er wohl und mit großen Nutzen vorſtehet, gejaget werden müſſe, und denn viel härter und bedenklicher iſt, jemanden ſeines Amtes zu entſetzen, als denſelben nicht darzu zu laſſen, nam non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum reiiciunt, *Gratian. cauſ.* 15. *quæſt.* 1. *in f.* immaſſen die Entſetzung nicht anders, als aus höchſt wichtigen und cum bono publico verknüpften Urſachen geſchehen ſoll, dergleichen allhier nicht vorhanden ſeynd, indem eine ſolche ſonderbare mit den Grund-Geſetzen unſerer Religion nicht ſtreitende, auch bloß in animo und cogitatione behaltene, Meynung vor keine Sünde geachtet werden kann, da der, ſo ſolche annimmt, hierunter, daß ihm dieſelbe wahrſcheinlicher, als die gemeine Lehre, vorkömmt, und er die ihm dawider vorgeſtellte Argumenta nicht ſtark und überzeugend genug findet, weder Dolum noch Culpam begehet, alſo ohne Ungerechtigkeit nicht beſtrafet werden kann, anbey der Kirche kein Nachtheil zuwächſet, da obgedachter Maaſſen dieſe ſingulaire Meynung nicht mit den Grundgeſetzen der chriſtlichen Lehre ſtreitet, überdies von dem Prediger weder heimlich noch öffentlich gelehret worden, noch in Zukunft gelehret werden ſoll, ja es vielmehr ſeiner Gemeinde und dem Publico ſchaden würde, daferne er durch Entſetzung von ſeinem Amte daſſelbe weiter nicht zu führen, und die ihm anvertraute Seelen, ſo mit ihm überaus wohl zufrieden, zu verlaſſen gezwungen werden ſolle, hiernächſt der Prediger dadurch, daß er in

einem zur Seligkeit eben nicht gehörigen Puncte von der Augspurgischen Confession dissentiret, solche hingegen in allen andern Puncten annimmt und agnosciret, nicht aufhöret ein Augspurgischer Confessions-Verwandter zu seyn, demnach die diesen Confessions-Verwandten zustehende Rechts-Wohlthaten nicht verlieret, *Zieglerus ad Lancellotum Libr.* 1. *tit.* 20. §. 4. *verb. si pro hæresi*, ferner die oben aus dem Corpore iuris Romani angeführte Definitio eines Ketzers von allen bewehrten Rechts-Gelehrten dergestalt erkläret wird, daß sie zugleich errorem in ipsum fidei fundamentum impingens, wie auch excitationem dissensionum & scandalorum in ecclesia & scissionem unitatis eius, erfordern, *Reinkingk. de Regim. secul. & eccleſiaſt. lib.* 3. *Claſſ.* 1. *cap.* 5. §. 8. & 15. *Ziegler. ad Lancell: Lib.* 4. *tit.* 4. §. 1. *verb. hæretici ſunt. Stryk. ad Brunn. Ius Eccleſ. L.* 2. *cap.* 18. §. 12. und denn keines von diesen beyden Requisitis auf gegenwärtigen Prediger gezogen werden kann; So mag derselbe Prediger bloß wegen dieser von Wiederbringung aller Dinge gefasseten Meynung von seinem Amte nicht gestossen, noch der den Augspurgischen Confessions-Verwandten ertheilten Religions-Beneficien beraubet werden, sondern wird gegen Versprechung, daß er diese Meynung weder öffentlich noch privatim lehren wolle, bey Verwaltung seines Amtes billig gelassen. Wird zweytens und viertens zu wissen verlanget: Ob der Clerus Fug und Recht habe, ohne Vorwissen der Kirche und der Patronen, auch der weltlichen Obrigkeit, einen solchen Lehrer von seinem Amte zu suspendiren oder gar zu setzen? Nun könnte zwar gedachter Clerus vor sich anführen, daß sowohl Paulus *ad* 1 *Timoth. V*, 19. 20. als die *Canones Apoſtolic. Can.* 31. dem Bischof allein die Macht, einen Priester seines Amts zu entsetzen, geben, solche Macht auch in den Canonischen Rechten den Bischöfen nicht genommen, sondern nur dergleichen Absetzung in ſynodali conventu

tu

tu vorzunehmen befohlen ſey, *Can. ult. Cauſ.* 15. *quæſt.* 7. ingleichen, daß allhier periculum in mora vorhanden, und der Prediger ohne groſſes Aergerniß in ſeinem Amt nicht länger geduldet werden können. Dieweil aber nach göttlichen und natürlichen Rechten die Berufung eines Lehrers und Predigers eigentlich der ganzen Kirche und Gemeinde, der er vorgeſetzet werden ſoll, und keinesweges dem Clero allein, zuſtehet, folglich auch die Macht, einen ſolchen Prediger wieder zu entſetzen, eben derſelben Kirche zu laſſen iſt, und denn die ganze Kirche nicht von dem Clero allein, ſondern zugleich von der Obrigkeit, Kirchen-Patronen und Gemeinde repræſentiret wird, nächſtdem die Entſetzung und Suſpenſion eines Kirchen-Dieners accuratam cauſſæ cognitionem erfodert, mithin ein actus iurisdictionis iſt, demnach a Clero, welchem keine Gerichtsbarkeit zuſtehet, nicht exerciret werden mag, ſondern denenjenigen, denen die Iurisdictio Eccleſiaſtica zukommt, zu überlaſſen, dieſes auch der Praxi der Proteſtantiſchen Kirchen durchaus gemäß iſt, vid. *Carpz. Iurispr. Conſiſt. Lib.* 3. *Def.* 110. & 111. *Schilt. Inſtit. Iuris Can. Lib.* 1. *Tit.* 19. §. 9. ferner der Zuſtand der alten Apoſtoliſchen Kirche, bey welcher die weltliche Obrigkeit nicht concurriret, und die Gemeinden in kein rechtes Corpus und Collegium verſammmelt waren, ſondern nur aus wenigen hin und wieder zerſtreueten Leuten beſtanden, von dem unſrigen gänzlich unterſchieden, und die Kirchen-Diſciplin nachgehends erſt in eine rechte Ordnung gebracht worden, weiter die proteſtantiſche Superintendenten und ihr Clerus ſich der in den Canoniſchen Rechten den Biſchöfen und ihren Synodis gegebenen Iurium ſchlechtweg nicht anmaſſen können, ſondern die vornehmſte derſelben der hohen Obrigkeit und den ihnen vorgeſetzten Conſiſtoriis überlaſſen müſſen, endlich da der vielgemeldete Prediger ſeine Meynung niemanden beyzubringen ſuchet, weder ein Aergerniß noch periculum in mora zu

fürchten iſt; So iſt der Clerus in gegenwärtigem Fall ohne Conſens der Kirche, Patronorum und der ordentlichen Obrigkeit, einen Prediger von ſeinem Amte zu ſuſpendiren oder zu entſetzen nicht befugt. Relegens hoc reſponſum, quod ipſe olim elaboravi, aliqua animadverto, quæ mea nunc facere non audeo. Probatur ſcilicet non obſcure ſententia theologorum, qui doctrinam de æternitate pœnarum divinarum articulum fidei eſſe negant. Atque tamen hæc doctrina *in articulo* 17. *Auguſtanæ confeſſionis* ſtabilita eſt. Ergo ad ICtos deciſio huius quæſtionis non pertinet, quin nec ad theologos ſolos. Eccleſiæ hanc facultatem relinqui oportet. Equidem eccleſia conſenſum ſuum optime in conciliis, ſive univerſalibus, ſive nationalibus, ſive provincialibus, declarat. Verum convocatio horum conciliorum innumeras difficultates habet. Itaque in ſingulis provinciis ſacer ſenatus, principis & ordinum auctoritate ſtabilitus eccleſiam repræſentat. Et profecto æternitas pœnarum divinarum arduum religionis caput eſt, multumque ad continendum in officio & abſterrendum a vitiis populum facit. Facilius tamen in laico huiusmodi dubitationes tolerantur, ſiquidem is ſilentium promittat. At in ſacerdote vix ſufficit, nihil eum adverſus receptas doctrinas docere. Oportet etiam easdem inculcare, & populum dubitantem confirmare, aut errantem in viam reducere. Qui hoc non facit, ſacerdos officio ſuo non ſatisfacit. Adde Edictum Senatus Norimbergenſis in den unſchuldigen Nachrichten auf das Jahr 1710. *pag.* 850.

IX.

Digitized by Google

IX.

Ius definiendi articulos fidei & declarandi hæreticos penes ecclesiam est.

X.

Ecclesia non, ut communiter creditur, duplex, sed triplex est, universalis, particularis & singularis.

XI.

Corpus Evangelicum in Germania ecclesiam nationalem seu particularem repræsentat.

XII.

Singularam rerumpublicarum in Germania ecclesiæ ius sacrorum & annexam ei articulos fidei definiendi & hæreticos declarandi facultatem habent.

XIII.

Id ius in senatibus ecclesiasticis exercetur, fines tamen reipublicæ non egreditur.

Quod in thesi VII. diximus, facultatem definiendi articulos fidei, &, quod inde sequitur, hæreticos declarandi, penes ecclesiam, ac, qui eam repræsentat, senatum ecclesiasticum esse, multis obscurius videbitur, & est etiam, itaque explicari oportet. Ecclesiam *Brummemannus in Iure ecclesiastico lib.* 1. *cap.* 1. §. 3. & alii in universalem & particularem dividunt. Ego tertiam speciem, nempe ecclesiam

Digitized by Google

ſiam ſingularem, addo, aut potius, ne quis hac voce offendatur, eccleſiam in univerſalem, nationalem & provincialem diſtinguo. Vniverſalem voco cœtum hominum, Deum recte ac pure colentium, per totum terrarum orbem diſperſorum. Eccleſia nationalis ſeu particularis eſt corpus hominum in una natione, diverſis tamen principibus vel in diverſis rebuspublicis viventium, in unam fidei formulam & eundem Dei colendi ritum conſentientium. Eccleſia ſingularis ſeu provincialis eſt cœtus fidelium, in una eademque republica viventium. Equidem, dum hæc ſcribo, prævideo, multos mihi rerum novarum ſtudium, & quod entia citra neceſſitatem multiplicem, obiecturos. Ego vero, ſine hac novitate, ſi modo talis eſt, rem recte explicari & difficultatibus liberari poſſe, nego. Nec imaginaria eſt hæc novitas, ſed in re ipſa ac hiſtoriis fundata. Nullibi hoc clarius, quam in Germania noſtra elucet. Qui in ea puriorem doctrinam amplectuntur, cum his, qui ipſis in Suecia, Dania, Norvegia, Pruſſia, Livonia, Belgio &c. adſentiunt, univerſalem eccleſiam conſtituunt. At, quia diſperſæ hæ gentes convenire in unum, deliberare communiter & conſentire vix poſſunt, natio Germana ſola, quæ ſcilicet Deum puriore ritu colit, eccleſiam particularem conſtituit. Hæc eccleſia particularis Lutheri temporibus *Auguſtanam Confeſſionem*, tanquam communem fidei formulam, publice propoſuit, & Carolo V. exhibuit, deinde in formulam concordiæ conſenſit, poſtea in comitiis Imperii nomen Corporis Evangelici adſumſit in principio ſæculi XVIII. novum calendarium recepit, multaque alia ſalubriter in commune religioris bonum ſancivit. Iſta tamen eccleſia particularis iura eccleſiarum ſingularum ſeu provincialium non ſuſtulit. Singulæ nempe respublicæ in Germania iura ſacrorum, ſeu poteſtatem leges de rebus ſacris ferendi, habent, itaque ritus colendi

lendi Deum præſcribere, feſta inſtituere &c. poſſunt. Faciunt ergo ſingulæ eccleſias, a nationali illa & univerſali diverſas. Neque in Germania noſtra hoc peculiare eſt. Reformati Helveti Belgæque ſimillima exempla ſuppeditant. In præſens ſaltem de Belgio fœderato dicam. Singulæ eius provinciæ iura ſacrorum habent, ſingulasque eccleſias efficiunt. Diu hæc ſingularitas impedimento fuit, ne concilium nationale haberetur. Ii nempe, qui tale concilium nolebant, hoc maxime obiiciebant, obfuturum id maieſtati ac libertati provinciarum, quarum ſingulæ ius res ſacras & religionem apud ſe ordinandi habeant, atque hanc libertatem iudicio & arbitrio ceterarum provinciarum ſine iuris ſui imminutione ſubiicere nequeant. Sed pervicerunt tandem, qui concilium cupiebant, ita tamen, ut ordines in edicto publice propoſito, quo concilium indicabant, atque Dordracum convenire iubebant, ſolemniter teſtarentur, nihil per hoc concilium maieſtati, libertati & ſacris iuribus ſingularum provinciarum detractum iri. Narrat hæc accurate *Benthemius* in dem Holländiſchen Kirch- und Schulen-Staat *Part.* 1. *cap.* 12. §. 4. & 5. Convenerunt ergo ſingularum provincialium eccleſiarum legati anno 1618. Dordraci, continuatisque in annum 1619. conventibus confeſſionem Belgicam, catechismum Heidelbergenſem multosque peculiares canones communia fidei ſymbola eſſe iuſſerunt, atque eccleſiam nationalem, qualis ante non fuerat, inſtituerunt. Sed ſatis de Belgis. Revertor ad Germanos, atque ea, quæ ante dixi, ad hæreticos adplico. Nec difficilis hæc adplicatio erit, ſed ſimillima ei, quæ *in Specimine LXII. de Capite minutis, medit.* 5. 6. 7. proponitur. Vti nempe triplex in Germania ius civitatis triplicem capitis diminutionem facit, ſic & hæreticorum tres apud nos claſſes ſunt. Qui in fidei capitibus ab univerſa eccleſia Evangelica receptis

diſſentit, hæreticus & in Germania, & in ceteris evangelicis regnis ac rebuspublicis erit. Si quis autem ab iis doctrinis, quas libri ſymbolici unanimi nationis Germanicæ, quatenus evangelica eſt, conſenſu ſtabiliti continent, recedit, hæreticus in toto imperio reputabitur, ac iuribus, quæ evangelicis in pace Weſtphalica tributa ſunt, non fruetur. Denique ſingularum in Germania rerumpublicarum eccleſiæ, ſicut ius ſacrorum habent, articulos fidei, ſeu doctrinas, quas apud ſe publice tradi oporteat, determinare poſſunt. Sicubi ergo dubium hac de re naſcitur, eius deciſio & declaratio, num quis hæreticus ſit, non ad collegia theologcrum, nec ICtorum, ſed ad eum ſenatum, per quem respulica, vel princeps, ſumma ſacrorum iura exercet, pertinet, fines autem provinciæ non egreditur.

XIV.

Ius definiendi articulos fidei & hæreticos declarandi olim penes concilia fuit.

XV.

Primum concilium chriſtianum Actorum XV. *memoratur, ſed tamen ſingulare ſaltem, non univerſale fuit, ac a conciliis ſequentium temporum in multis capitibus differt.*

XVI.

Reliqua quoque trium poſt Chriſtum natum ſæculorum œcumenica dici vix poſſunt.

Ius articulos fidei definiendi, &, quod inde conſequitur, diſſentientibus hæreſeos notam inurendi, primis temporibus penes concilia fuit, & adhuc hodie, ſi modo concilia habeantur, erit. Dicendum igitur eſt de his conciliis. Primum

Digitized by Google

Primum eorum *Actorum XV.* memoratur. Diſſentitur quidem hic in utramque partem. Namque aliqui cum *Baronio* antiquius quoddam, Cæſareanum nempe, ſibi fingunt, & locum *Matthæi XVI*, 13. *ſqq.* huc trahunt, ſed facile ex inſpectione ipſius loci huius refelluntur. Alii negant, iſtam congregationem concilium appellari poſſe. Et ipſe fateor, eam concilii univerſalis notas non habere. Defuit enim convocatio ex toto orbe chriſtiano, quæ ad concilium univerſale ſine dubio neceſſaria eſt. Fuit ergo magis conventus, ſeu concilium ſingulare, eccleſiæ Hieroſolymitanæ, quam ceteræ eccleſiæ tanquam fontem & caput ſuum reverebantur, ac arbitram controverſiarum ſuarum ſponte faciebant. Nec quod ad convocationem ſolum, ſed in aliis quoque capitibus, concilium hoc Hieroſolymitanum diverſum fuit a conciliis ſequentium temporum. Potiſſimæ differentiæ hæ ſunt, quod 1) diſſentientes ipſi ſponte, nemine cogente, in deciſionem conventus Hieroſolymitani conſenſerint & compromiſerint, *Actorum XV*, 2. ad ſequentia vero concilia altera pars invita plerumque tracta ſit, deinde 2) conventus Hieroſolymitanus ex toto populo chriſtiano, clericis laicisque, conſtiterit, *Actorum XV*, 4. 6. 22. ſequentia concilia ſolus clerus, eccleſiam repræſentans, habuerit, porro 3) in conventu Hieroſolymitano utraque pars ſufficienter audita, & ad liberam diſputationem admiſſa, *Actorum XV*, 7. in ſequentibus vero conciliis alteruter vel plane non, vel ſaltem perfunctorie auditus ac tamen damnatus ſit, tum 4) decreta concilii Hieroſolymitani unanimia, *Actorum XV*, 25. ſequentium vero ex conſenſu maioris partis confecta fuerint, denique 5) decretum concilii Hieroſolymitani abſentibus fratribus non pro imperio obtruſum, ſed conſilii inſtar ad eos miſſum, atque ab iis ſponte receptum ſit, *Actorum XV*, 27. 28. 31. ſequentia con-

cilia abſentibus, vel diſſentientibus, ni iuſſa ſua reciperent, anathema, exilium, infamiam, deiectionem de dignitate, vincula, fuſtium ictum & mortem denunciarint, quin imo, implorata magiſtratuum ope, irrogarint. Sequentium etiam duorum ſæculorum concilia ex eadem cauſſa, quod ſcilicet ſolemnis convocatio ex toto chriſtiano orbe eadem non præceſſit, conciliis univerſalibus adnumerari vix poſſunt.

XVII.

Solemnium & univerſalium conciliorum initia ad ſæculum poſt Chriſtum natum IV. & Conſtantini M. tempora referri oportet.

XVIII.

Reſpondetur iis, qui ſæculi IV. mores & Conſtantini M. vitam atro nimis colore pingunt.

Ex his, quæ in antecedentibus dixi, apparet, ſolemnium & univerſalium conciliorum initia ad ſæculum IV. & Conſtantinum M. referri oportere. Et profecto nullum ex omnibus ſæculis chriſtianis conciliorum tam univerſalium quam ſingularium feracius fuit quarto illo, quod etiam ob multitudinem canonum in eo confectorum canonicum appellatum fuiſſe, *Meierus in hiſtorica relatione de canonum collectionibus* §. 3. teſtatur. Eius ſæculi IV. mores ita deſcribunt aliqui, ut omnem in eo pietatem ac virtutem exulaſſe dicant. Facit hoc inprimis *Arnoldus in der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie P. 1. lib. 4. cap. 3.* Sed hoc in Arnoldo mirabitur nemo, qui has illum inſtituti rationes habuiſſe cogitat, ut, quæcunque ab aliis reprehenduntur ac damnantur, ipſe laudet, &, quæ communiter laudantur ac pro-

probantur, ipſe improbet. Magis miror, *Moshemium*, cordatum ingenuumque theologum, & in hiſtoriis ſacris eruditiſſimum, hac in parte Arnoldo adſentire. Generaliter ille *in Inſtitutionibus hiſtoriæ eccleſiaſticæ Sæc. IV. part. 2. ſect. 2. §. ult. Sanctis*, inquit, *legibus peſſime vivebant Chriſtiani, & univerſe male audiebant.* Teſtem ſibi adducit *Lactantium de Opificio Dei cap. 1. n. 2.* Sed præterquam, quod Lactantius in eo loco non de chriſtianis, ſed de philoſophis loqui videtur, ſi vel maxime de chriſtianis loquitur, rhetor eſt, cuius declamationes, &, ut cum *Werenfelſio* loquar, meteora orationum, non ſemper ad literam capi oportet. Idem ad Euſebii aliorumque teſtimonia, in quibus *Arnoldus* nititur, reſpondeo. Eſt hic theologorum & ſacrorum oratorum mos, ut, dum civitatis & reipublicæ, in qua vivunt, aut ſæculi ſui vitia reprehendunt, pio fervore inflammati altius evehantur, ac vitam populi & principum eius atris horridisque coloribus depingant. Errat, ſi quis hæc ſimpliciter ita, quemadmodum dicta & ſcripta ſunt, accipit, nec oratorias artes cogitat. Eſt in Saxonia noſtra urbs florentiſſima, in qua ſuperiore ſæculo ſacer orator vixit, ſummam eloquentiæ laudem adeptus. Is in concionibus ſuis & ſcriptis urbem iſtam ſubinde Sodoma & Gomorra peiorem vocavit, quin in aliquo loco elogium hoc ad univerſam Saxoniam transtulit. Non ſpero, nepotes noſtros, qui forte in lectionem eius loci incident, tam iniuſtos futuros, ut Saxoniam noſtram Sodomæ & Gomorræ ſimilem crediturі ſint. Fuit utique ſæculum poſt Chriſtum natum IV. ſuis vitiis obnoxium, attamen & multa ex vetere primorum chriſtianorum pietate & virtute retinuit, ac profecto melius longe ſequentibus ſæculis vixit. Idem *Arnoldo* & *Thomaſio in tom. I. Obſerv. Hallenſ. 22. 23. 24.* Conſtantinum M. acriter nimis reprehendentibus, reſpondebo.

Non quidem ego facta illius omnia excuſo, nec leges omnes, in quarum multis, inprimis in *L.* 1. *C. Theod. de Paganis ſacrificiis* & *L.* 1. *&* 2. *C. Theod. de Malefic. & mathem.* magnas veteris ſuperſtitionis reliquias invenies, probo, nec ſcriptoribus, vitam eius merum virtutum contextum perhibentibus, adſentio, ſed tamen nec fidem habeo omnibus *Zoſimi*, pagani & Conſtantino infenſiſſimi auctoris, calumniis, quarum aliquæ cum fide hiſtorica aperte pugnant, e. gr. Conſtantinum ideo chriſtianorum ſacra amplexum fuiſſe, quod paganorum nullæ luſtrationes eſſent expiandis eius ſceleribus, itaque ab Aegyptio, neſcio quo, perſuaſum religioni chriſtianæ nomen dediſſe, quippe quæ criminum quorumcunque veniam promitteret. Certe Conſtantinus M. iam anno 311. quo Criſpum filium, Fauſtam uxorem & Licinium adfinem nondum occiderat, nec atrocia, quæ ei obiiciuntur, facinora patraverat, edicta pro chriſtiana religione propoſuit. Minorem vero adhuc fidem *Iulianus in Cæſaribus*, qui liber mera ſatyra eſt, meretur. Et ſunt tamen chriſtiani ſcriptores, qui longius, quam pagani, eunt, & Conſtantinum plane chriſtianum fuiſſe negant. *Scaliger* certe *in Scaligerianis alteris p.* 55. *Conſtantin*, inquit, *etoit auſſi peu Chretien, que moi Tartare: mais cette pretenſion & pretexte l'a acheminé à l' Empire.* Ego vero mediam cum *Mottano Vayero in iudicio de hiſtoriis Græcis Operum tom. I. pag.* 363. *ſq.* item *pag.* 674. *ſq.* & *Fabricio in Bibliotheca Græca lib.* 5. *cap.* 5. §. 21. *p.* 608. *ſq.* viam teneo, & Conſtantinum chriſtianum, ſed in vita eius aliqua mala bonis mixta fuiſſe, confiteor.

XIX.

Concilia poſteriorum ſæculorum ſenſim in peius ruere cœperunt.

XX.

XX.

Principes proteſtantes, qui tempore reformationis ad concilium provocarunt, non tale, quale in medio ſæculo haberi ſolebat, ſed ſimile primi chriſtiani concilii intellexerunt.

Quæ poſt primum concilium Hieroſolymitanum habita fuerunt, ſi cum primo illo comparantur, eius quidem ſanctitatem & integritatem non adſequuntur, ſed tamen non penitus ab ea degenerarunt, nec acerbam illam *Arnoldi*, qui in deſcribendis conciliorum vitiis modum excedit, laudemque omnem etiam meritam, iis detrahit, cenſuram totam merentur. Multa in iis, maxime in Nicæno, priſcæ fidei ac religionis veſtigia reperies. Sed ſequentia primum minus bona, deinde mala, poſt peiora, tandem peſſima fuerunt. Vide *Baylii Dictionarium art. Bagni lit. B. & art. Neſtorius lit. B.* item *M. Antonium de Dominis in Republica eccleſiaſtica lib. 6. cap. 5. n. 94.* Dici non poteſt, quam lubricum ſæpe fuerit & iniuſtum priſcorum conciliorum in medio ævo iudicium, & quam ſæpe in illis per cleri pontificii artes & tyrannidem innocentiſſimi ſint damnati. Ex infinitis, quæ paſſim exſtant, exemplis unicum memorabimus, concilii nempe anno 1140. apud Senones in Gallia habiti, cuius conſeſſus ſic deſcribit *Petrus Berengarius in Apologia Petri Abælardi*, in iſto concilio damnati: *Poſt aliqua pontifices inſultare, pedem pedi applodere, ridere, mugari conſpiceres, ut facile quilibet indicaret, illos non Chriſto vota perſolvere, ſed Baccho. Inter hæc ſalutantur cyphi, pocula celebrantur, laudantur vina, pontificum guttura irriguntur; lethæi potio ſucci pontificum corda iam ſepelierat. Ecce, inquit Satyricus, inter pocula quærunt Pontifices ſaturi, quid dia poëmata narrent. Denique quum aliquid ſubtile divinumque*

que ſonabat, quod auribus pontificalibus erat inſolitum, audientes omnes diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in Petrum, & oculos talpæ habentes in philoſophum; hoc, inquiunt, ſineremus vivere monſtrum! Vini calor ita inceſſerat cerebris, ut in ſomni letargiam oculi omnium ſolverentur. Inter hæc ſomat lector, ſtertit auditor. Alius cubito innititur, ut det oculis ſuis ſomnium, alius ſuper molle cervical dormitionem palpebris ſuis molitur, alius ſuper genua caput reclinans dormitat. Quum itaque lector in Petri ſcriptis aliquod reperiret ſpinetum; ſurdis exclamabat auribus pontificum: damnatis? Tunc quidam vix ad extremam ſyllabam expergefacti, ſomnolenta voce, capite pendulo: damnamus; aiebant. Alii vero damnantium tumultu excitati, decapitata prima ſyllaba namus; inquirunt. Mirifice illo ipſo, quo Auguſtana confeſſio exhibebatur, tempore *Erasmus Roterodamus*, proteſtantium quidem oppugnator, ſed tamen a veritate non prorſus alienus, depinxit modum in conciliis & conſeſſibus illis procedendi *lib.* 19. *epiſt.* 71. *In omni*, inquiens, *conſeſſu ſemper fuerunt, qui ſtudiis & improbitate rerum ſummam ſibi vindicant, nec temere fit, ut melior pars vincat. Per illos primum res privatim decernitur, mox excluduntur integriores, adhibentur idonei, præfatio commendat concordiam, adduntur minæ; hic, inquiunt, apparebit, qui ſunt Lutheranæ factionis; Si quis dixerit aliquid æquius, mox audit a frementibus; Luthero peior, Sunt ingenia modeſta, quæ malint quieſcere, quam cum talibus contentionem ſuſcipere. Sunt, qui in gratiam privatam deflectant a ſua ſententia; ſunt, qui metuant aut ſperent aliquid, eoque premant, quod iudicant optimum; ſunt, qui non intelligant, quod nude proponitur; ſunt, qui iisdem affectibus excœcati ſunt. quibus Beda; ſunt, quos utcunque ſanos clamor ac tumultus aliorum, ita ut fit, agit in furias. Ita non fit, ſed extorquetur ſenatusconſultum. In quo prodendo rurſus, qui*

exterſerunt, admiſcent affectus ſuos, aliis vel inſciis, vel conniventibus. Et hoc dicitur collegii decretum. Idem *Erasmus in ſupputatione errorum in cenſuris Bedæ: Deliguntur*, ait, *deputati ad id idonei, quos optant ii, quorum vel auctoritas vel improbitas vincit in collegiis, in quibus frequenter, quod ait Livius, maior pars vincit meliorem, nonnunquam minor, ſed importunior, ſuperat & maiorem & meliorem. Allegatur relator. Decernitur. Interim cum ſcribis res eſt. Et hic inſulciuntur quædam obiter, quæ vel non ſentiuntur, vel diſſimulantur.* Quæ dum conſideramus, ipſi mirati ſumus nonnunquam, principes evangelicos olim ſub Carolo V. Imperatore in proteſtatione & appellatione ſua auſos fuiſſe, ſalutem ſuam & doctrinam concilio, cuius membra maximam partem cæſari, qui eos iam damnaverat, pontifici Romano regibusque & principibus catholicis obnoxia futura erant, committere. Quid, credis, futurum erat, ſi cæſar precibus eorum annuiſſet, atque concilium, quod tantopere flagitabant, convocaſſet? Annon multitudine diſſentientium obruti ipſi pauciores corruiſſent, atque damnationem certam ſubiiſſent? Ita credidimus olim, & cohorruimus nonnunquam, dum hæc cogitavimus, atque imaginem famoſi illius concilii Dordraceni nobis ob oculos poſuimus, quod theologi remonſtrantes in Belgio etiam expetierant, deinde vero iniquiſſimum in ſe fuiſſe, ex plurimis veriſimilibus rationibus oſtenderunt apud *Benthem.* im Holländiſchen Kirch- und Schulen-Staat *Part.* I. *cap.* 14. §. 18. *ſqq.* Sed nunc, re rectius cogitata, principes ordinesque ab omni imprudentiæ nota abſolvimus, atque ſecure ad concilium provocaſſe exiſtimamus. Neque enim per concilium congregationem aliquam cleri intelligebant, nec multitudini ſuffragiorum ſe ſubmittebant, id quod ſine dubio periculoſiſſimum fuiſſet. Expetebant concilium liberum, univerſale &

christianum, non ergo conventum cleri solius, verum Christianorum omnium, etiam laicorum. Clara satis sunt verba in ipso protestationis & appellationis instrumento die 27. Aprili anno 1529. confecti: *Protestiren, recusiren, provociren, appelliren, suppliciren* und berufen wir die obgemeldten Chur-Fürsten und Fürsten, für uns selbst, unsere Unterthanen, und Verwandten, auch yetzige und künftige Anhänger, und *Adhærenten*, in und mit dieser gegenwärtigen Schrift, in der besten Form und Maaß, wie wir sollen und mögen, von allen obangezeigten Beschwerden, so uns von Anfang dieses Reichs-Tags, bis zu Ende, und mit dem vermeinten Abschied begegend seyn, auch aller Handlung und aller andern Beschwerungen, wie die daraus entspringen, oder hierunter gezogen oder folgen werden mögen, sie seynd hierinnen benennet oder nit, ihre Untüchtigkeit und *Nullität* in allweg vorbehalten, zu und für die Römische Käyserliche und Christliche Majestät, unserm allergnädigsten Herrn, und darzu an und für das schierst künftig frey christlich gemein *Concilium* und Versammlung der heiligen Christenheyt, für unser *National* zusammen kommen, und darzu einen yden dieser Sachen bequemen unpartheyischen und christlichen Richter, und unterwerfen uns, unser Fürstenthum, Herrschaften, Land und Leute, Leyb und Gut, auch alle yetzige und künftige dieser unser *Appellation* Anhänger, in der Kayserlichen Mayst. und eines christlichen *Concilii* Schutz und Schirm. Volebant scilicet tale concilium, quod cum primo concilio christiano in omnibus conveniret. Id si obtinuissent, nihil eis metuendum erat.

XXI.

Ius convocandi & dirigendi concilia universalia olim, quamdiu catholicæ ecclesiæ omnes Imperatori subfuerunt, penes Imperatorem fuit.

XXII.

XXII.

Ius hoc deinde, avulsis ab imperio Romano plurimis provinciis, pontifici Romano cessit.

XXIII.

Imperator tamen aliquas veteris auctoritatis suæ reliquias retinuit.

XXIV.

Auctores protestantes, qui Imperatori adhuc hodie ius convocandi & dirigendi concilia universalia tribuunt, contra rectam rationem, fidem historicam & ipsius Imperatoris voluntatem peccant.

Ius convocandi concilia universalia, & præsidendi in iis, communiter ab evangelicis scriptoribus imperatori nostro adscribitur, & sic beneficium quasi invito obtruditur. Probationis loco provocant ad historias imperatorum Romanorum, Francicorum & Germanorum, qui iure illo usi sint. Et negari nequit, plurimos eo usos fuisse. Verum præterquam, quod usus ille constans & perpetuus non est, multaque in contrarium exempla conciliorum, sine imperatoris auctoritate convocatorum, a *M. Antonio de Dominis in lib. 6. cap. 5. n. 89.* memorantur, antiquus ille usus contra omnem rationem, historiarum fidem & ipsorum imperatorum voluntatem ad nostra tempora trahitur. Ius scilicet convocandi, & magis adhuc præsidendi, imperium aut saltem iurisdictionem in eos, qui convocantur, supponit. Nam vana est convocatio & inane præsidium sine facultate cogendi. Quamdiu ergo Romanum imperium maximam orbis terrarum cogniti partem ample-

Digitized by Google

xum eſt, quamdiu eccleſiæ catholicæ omnes imperatorem dominum agnoverunt, convocatio conciliorum & præſidium in iis ad ſolos imperatores pertinuit. At poſtquam plurimæ provinciæ, ab imperio Romano avulſæ, ſuos reges & principes habere atque ab his ſolis regi cœperunt, ipſi imperatores prudentiſſimo conſilio, ne auctoritatem ſuam committerent, convocatione ac iuſſibus abſtinuerunt. Oportebat tamen aliquem eſſe, qui convocaret, obſequium detrectantes cogeret, conventus dirigeret, & in iis præſideret. Is vero alius eſſe non poterat, quam quem imperator, reges, principes, respublicæ et eccleſiæ catholicæ omnes tanquam caput ſuum revererentur. Et hic ſine dubio poſt ruinam veteris imperii Romani ad Lutheri usque tempora pontifex Romanus fuit, qui etiam iura illa ad Lutherum usque exercuit, imperatori tamen, tanquam primo inter ceteros reges & principes, & Romanæ ſedis protectori & advocato, hoc tribuit, ut ante omnia conſilia de convocando concilio, de tempore item & loco concilii, cum eo communicaret, opera eius potiſſimum in monendis reliquis regibus ac principibus, ſi forte voluntati pontificis obluctarentur, uteretur, primumque ipſi in concilio poſt ſe locum adſignaret. Poſtquam Lutherus venit, iſta rerum facies exiguam admodum & fere hanc unicam ſaltem mutationem paſſa eſt, ut nempe reges principesque, qui puriorem religionem agnoverant, obſequium convocanti pontifici detrectarent. Imperator vero ac ceteri principes, qui iugum Romanum non excuſſerant, perrexerunt pontificis vocantis dicto audientes eſſe, auctoritatemque eius in ipſis conciliis agnoſcere. Qua de re ſi quis dubitat, legat is ſaltem hiſtorias et diaria concilii Tridentini. Ipſe Carolus V. *in Rec. imperii de anno* 1524. §. 28. profitetur: Es ſolle ein gemeines freyes *Concilium* durch

päbſtliche Heiligkeit mit Käyſerlicher Bewilligung verkündiget und ausgeſchrieben werden. Supereſt ergo hodie imperatori 1) ius conſentiendi, ut ſcilicet convocatio pontificis cæſarem invitum & contradicentem non obliget, 2) primus in concilio inter reges & principes locus, 3) facultas recipiendi vel improbandi decreta concilii, quæ ſine confirmatione imperatoris in imperio non valent, 4) poteſtas auctoritate concilii adverſus ipſum pontificem, ad eum nempe coërcendum & in officio continendum, utendi. Quam poteſtatem Sigismundus in concilio Conſtantienſi eo extendit, ut Iohannem pontificem de ſede ſua etiam deiiceret, ac in locum eius Martinum V. ſufficeret. Quin & Carolus V. quum Clemens VII. pontifex Franciſcum I. Galliarum regem a iurisiurandi Carolo præſtiti nexu abſolveret, a pontifice ad concilium provocavit, teſte *Goldaſto in Vol. I. Conſtitutionum Imper. pag.* 479.

XXV.

Proteſtantes & catholici in Germania noſtra ab hæreſeos nota ſunt liberi.

XXVI.

Proteſtantes in evangelicos & reformatos, catholici in pontificios & catholicos moderatos, ſubdividuntur.

XXVII.

Quæ pontificii docent, male catholicis imputantur.

Duæ ſunt Chriſtianorum ſectæ, quas leges imperii ab hæreſeos nota liberant, una catholicorum, altera proteſtantium, quarum ſingulæ in duas alias ſectas abeunt.

Et proteſtantes quidem in evangelicos & reformatos dividi, ſat notum eſt. Inter catholicos vero ſimile vel maius etiam diſcrimen animadvertas. Inter hos ſcilicet aliqui ſunt, quos pontificios appellare poſſis, qui a ceteris catholicis longiore intervallo, quam reformati ab evangelicis, diſſident. Pontificii illi auctoritatem pontificis ad cælum usque extollunt, & cum *Bellarmino l. 4. de Pontifice c. 5. Si papa*, inquiunt, *erraret, præcipiendō vitia, vel probibendo virtutes, tuetur eccleſia credere, vitia eſſe bona, & virtutes malas, ni velit contra conſcientiam peccare.* Iidem duas in una republica ſummas poteſtates faciunt, alteram ſacram, alteram civilem, & huic quidem ius omne in clericos abiudicant, adeo ut, clericos non legibus civilibus ſed ſolo bono publico obligari, contendant, poteſtati vero ſacræ, quam pontifici tribuunt, aliquam poteſtatis civilis particulam ad coërcendos principes & tuendam auctoritatem ſacram admiſcent. Ita poſt Italos auctores plurimos *Kolbius in Examine iuris canonici*, Viennæ anno 1728. edito, *lib. I. tit. II. & 34.* Ab his longiſſime recedunt catholici moderati, &, poſſe talia cuipiam in mentem venire, etiam mirantur. Sic certe auctores diarii eruditi Pariſienſis, *Journal des Sçavans*, qui proteſtantibus alias non favent, de Kolbii libro *menſe Decembri anni* 1729. *pag.* 509. iudicant. Porro hi catholici moderati, nimiam iſtam pontificis Romani poteſtatem, quam pontificii tuentur, non ſolum non probant, ſed etiam originem eius falſo & errori ingenue adſcribunt. Ne quid fingere videar, teſtem produco locupletiſſimum ſummæque fidei & dignitatis virum, *Claudium Fleury*, atque ex eius *diſcurſu IV. in principio tomi XVI. hiſtoriæ eccleſiaſticæ* poſito ſequentia excerpo: Præcipuas nempe auctæ in immenſum & contra ius ac fas poteſtatis pontificiæ confert in epiſtolas decretales, quas Iſido-

Iſidorus Mercator epiſcopis Romanis trium priorum ſeculorum ſuppoſuit. Dum enim ex his quaſi decretis apoſtolicis Leo IX. Gregorius VII. Vrbanus II. & eorum ſucceſſores, diſciplinam eccleſiæ collapſam & culpa antecedentium pontificum Romanorum, quos Baronius apoſtaticos & meretricios vocare non dubitat, per 150. annos miſere corruptam, inſtaurare aggreſſi ſunt, carbones pro theſauris amplexi, novam plane & apud veteres chriſtianos inauditam regiminis eccleſiaſtici formam invexerunt. Sic e. g. pſeudo-decretales in *Victoris Ep.* 1. & *Iulii Ep.* 2. ſanciunt, epiſcopos non niſi a papa Romano iudicandos eſſe: plane contra morem antiquum, quo Paulus Samoſatenus, epiſcopus Antiochenus, ab epiſcopis Orientalibus, & plures alii a ſynodis provincialibus usque ad ſeculum X. inconſulto papa Romano, iudicati & exauctorati ſunt. Nihilominus per illam legem novam Gregorius VII. epiſcopos ex Germania, Gallia, Britannia & aliis remotiſſimis terris Romam vocatos coram ſe cauſſam dicere iuſſit. Similiter novos epiſcopatus a ſolo pontifice Romano inſtitui poſſe, pſeudo-decretales aiunt, *Clem. Ep. I. Anacleti Ep.* 2. 3. contra *canonem Africanum* 98. & communem veteris eccleſiæ conſuetudinem, usque ad Hincmari Rhemenſis tempora ſervatam, qui epiſcopatum Lugdunenſem ſecundum canonem Africanum ſine pontificis Romani auctoritate fundavit. At poſtea pontifices Romani non tantum novos epiſcopos, ſed & archi-epiſcopos & primates creandi ius ſibi arrogarunt, non alia, quam illa Iſidori impoſtoris, auctoritate nixi. Gregorius certe VII. in Bulla, qua primatum Lugdunenſis epiſcopi confirmat, ipſa verba epiſtolæ Anacleti recitat. Nulla autem res magis diſciplinam eccleſiæ pervertit, quam provocationes ad curiam Romanam, quas impoſtor ille in *Anacleti Ep.* 1. *Sixti I. Ep.*

Ep. 2. *Sixti II. Ep.* 1. & 2. *Fabiani Ep.* 3. *Cornelii Ep.* 3. & compluribus aliis locis tam crebro commendat, ut hunc quaſi præcipuum ſcopum ſibi propoſuiſſe videatur. Hæ igitur provocationes ſeculo XI. in uſum deductæ occupationes curiæ Romanæ in immenſum auxerunt, ut vel ex Innocentii III. epiſtolis perſpicere licet, plenis litium ex omnibus orbis chriſtiani partibus ad illum delatarum, quas omne tempus precibus, ſacrarum literarum ſtudiis & aliis officiis epiſcopalibus debitum præripuiſſe neceſſe eſt. Hinc tot nova curiæ Romanæ iura exſtiterunt, ab Innocentio III. & Gregorio VII. tanta contentione propugnata, quæ S. Leo & Gregorius M. pontifices, alioquin ſine controverſia meliores, plane ignorarunt. Scilicet hi Romam ſanctam, illi divitem reddere ſtuduerunt: hi populi ſalutem, illi ſuæ auctoritatis amplificationem quæſiverunt. Plures alias huiusmodi corruptelas, partim ex pſeudo-decretalibus, per Gratiani decretum ſec. XII. publicam auctoritatem nactis, partim ex prava clericorum ratiocinatione ortas, ingenue prodit, ut immunitatem clericorum a iudiciis ſecularibus §. 7. poteſtatem & dominationem epiſcoporum ſecularem §. 8. legatorum papalium iura & diſcrimina §. 9. ſupplicia & pœnas hæreticorum §. 14. indulgentias §. 15. & reliqua. Excerpſi hæc paulo accuratius, eam maxime ob cauſſam, ut peccare proteſtantes illos oſtendam, qui catholicos cordatiores cum pontificiis confundunt, horumque inexcuſabiles errores illis, qui tamen ab eis abhorrent, imputant. Certe, ne quid diſſimulem, catholici illi moderatiores longius a pontificiis, quam a nobis, abſunt.

XXVIII.

XXVIII.

Disputationes theologicæ multas quidem hæreses excitarunt, sed tamen interdici ncc debent, nec possunt.

XXIX.

Disputari & in templis & in scholis licet, sed cum aliquo discrimine.

XXX.

Abstinendum est a novis thesibus ac phrasibus, quæ scilicet nec in sacro codice, nec in libris symbolicis reperiuntur.

Plurimæ hæreses, de quibus alias nec cogitatum fuisset, ex disputationibus natæ sunt. Ergo multi, disputationes omnes de religione in republica interdici oportere, credunt. Et videntur illis adsentire Martianus Imperator in *L.* 4. *C. de summa trinitate*, quin & leges publicæ in *Recessibus imperii de annis* 1530. §. 55. *in fine*, & 1542. §. 41. nec non in *tabulis pacis Osnabr. art.* 5. §. 50. Sed ad leges quidem publicas responsum fuit in *Specimine DXLVIII. de Convitiis concionatorum, meditat.* 9. & 10. Martianus vero aperte de tumultuariis disputationibus in cœtibus & conviviis loquitur, quas cordatus nemo probabit. At eruditæ illæ, quæ in cathedris, tam scholarum quam templorum, ventilantur, aboleri nequeunt, quamdiu ea, quæ nunc est, theologiæ facies manet. Quamdiu scilicet in theologo eruditionem desideras, non video, quomodo eum a disputando arcere possis. Nam quod *Cicero in Tusculanarum quæstionum lib.* 2. *cap.* 2. ait: *Philosophia tanto in honore nunquam fuisset, nisi doctissimorum contentionibus dissensionibusque viguisset*; hoc ego ad theologiam quoque traho.

Digitized by Google

Aliquid tamen inter utramque cathedram, ſcholaſticam ſeu academicam, & ſacram in templis, intereſt, hoc nempe, quod in illa controverſias etiam eruditas, quæ fundamentum religionis non attingunt, proponi liceat, in hac non niſi eas lites, quæ ad veritatem in ipſis doctrinæ chriſtianæ capitibus pertinent, tractari, nec animos plebis non neceſſariis rixis turbari & irritari oporteat. Deinde in utraque cathedra abſtinendum eſt a novis theſibus ac phraſibus, quæ ſcilicet nec in ſacro codice, nec in libris ſymbolicis reperiuntur. Sat eſt, eas defendi, quæ ibi proponuntur. Quid opus eſt, nova excogitari? Ceterum de diſputationibus theologicis multa egregia præcipiuntur in Chur Fürſt *Auguſti* zu Sachſen Verordnung, wie es in Dero beyden Univerſitäten zu Leipzig und Wittenberg mit Lehr, *Diſciplin* und ſonſten allenthalb gehalten werden ſoll; *tit.* von denen *Diſputationibus* in der theologiſchen Facultät.

XXXI.

Hæreſis, quatenus ſaltem in errore conſiſtit, in foro humano crimen non eſt, nec puniri poteſt.

XXXII.

Hæretici ne quidem propterea, quod ſuo more privatim Deum colunt, puniri poſſunt.

XXXIII.

Hæreticus, qui falſas opiniones ſuas alios contra legis probibitionem docet, vel cultu ſuo religioſo tranquillitatem publicam turbat, vel blaſphemias eructat, recte punitur, non tamen propter hæreſin, ſed propter hæc maleficia.

XXXIV.

Digitized by Google

XXXIV.

Hæreticus pœnarum comminatione, ut ad puriora ſacra revertatur, cogi nequit.

XXXV.

Cogi tamen poteſt, ut remedia, quibus errores eius diſcutiantur, adhibeat, ac inſtitutionem in vera doctrina admittat.

XXXVI.

Hæreticus obſtinatus, & poſt inſtitutionem etiam errorum ſuorum tenax, tamen puniri non debet.

XXXVII.

Leges, quæ in ſimplicem hæreſin infamiam, exilium, bonorum ademtionem, et honorum privationem ſtatuunt, impiæ ſunt, & cum recta ratione pugnant.

XXXVIII.

Magis ergo illæ, quæ hæreticos quieſcentes morte puniunt.

XXXIX.

Poteſt tamen princeps vel respublica hæreticos, etſi quietos, e provincia exire iubere, ab honoribus & muneribus publicis arcere, a poſſeſſione bonorum immobilium & commerciis excludere, atque ex officiis, quæ iam gerunt, honeſte dimittere.

XL.

Idem, quod de hæreticis dictum, etiam ad apoſtatas pertinet.

Digitized by Google

Conſtitueram ab initio, operoſe hic de pœnis hæreticorum agere. Quod ut accuratius facerem, binos dies in legendos *Alfonſi a Caſtro de iuſta hæreticorum punitione* commentarios, *Iacobi Simancæ Enchiridion iudicum violatæ religionis ad exſtirpandas hæreſes*, *Scioppii Claſſicum ſacrum*, & excerpenda ex iis potiſſima capita impendi, deinde alios binos dies in pervolutandos, qui contrariam ſententiam tuentur, auctores inſumſi, ac inprimis, quæ noſtra ætate *Baylius*, *Noodtius* ac *Moshemius* hanc in rem docte & elegánter ſcripſerunt, conſideravi. Sed deſtiti tamen a primo propoſito, tum magnitudine laboris deterritus, tum, quod, ſola recta ratione ſpectata, rem adeo planam & certam eſſe credam, ut, ſi modo diſtincte & lucide proponatur, confeſtim lectorem quemlibet cordatum in adſenſum raptura ſit. Itaque totam diſputationem brevibus theſibus complexus ſum. Nec nova ſunt, quæ doceo. Docuit eadem ante me in hac academia *Zieglerus in Iuribus maieſtatis lib.* I. *toto capite* 16. a quo tamen in eo diſſentio, quod ille in §. *ult.* Iuſtinianeas leges ſibi non obſtare putat. Obſtant hæ utique, & plus quam ferina immanitate hæreticos perſequuntur. Equidem in molliendis & conciliandis cum recta ratione his legibus laboravit olim ſtrenue *Iuſtus Meierus*, ICtus Argentoratenſis, in libro, quem: *Iuris publici quæſtio capitalis, ſintne proteſtantes iure cæſareo hæretici, & ultimo ſupplicio afficiendi;* inſcripſit. At mihi profecto ille non ſatisfacit, nec Iuſtiniani inexcuſabilem duritiem excuſare potis eſt. Melior hac in parte Iuſtiniano eſt Carolus V. Nunquam ille adduci potuit, ut hæreſin ſimplicem puniret. Exprobrat ei hanc indulgentiam non obſcure *Alfonſus a Caſtro in dedicatione* libri ſupra memorati, ac inflammare animum eius laborat: *Sæpe*, inquiens, *relicta chriſtianiſſima Imperatrice coniuge tua*, *quæ tibi*

Digitized by Google

tibi chariſſima erat, relicto etiam Hiſpaniarum potentiſſimo regno, quod ipſa coniuge et filiis multo charius eſſe oportebat, per horrendas maris tempeſtates, & aſperrima montium itinera Germaniam adiiſti, ut magnam illius partem, quæ ab eccleſiæ unitate ſe ſubtraxerat, eidem reconciliares. Qua in re illum verum paſtorem optime expreſſiſti, atque effigiaſti, qui nonaginta novem oves, quas paſcendas ſuſceperat, in deſerto reliquit, ut centeſimam, quæ perierat, inveniret. Sæpiſſime pro diſſidiis religionis componendis, quæ plurima ubique in Germania ſcatebant, comitia, quæ nunc Dietam vocant, ex tota illa inclyta natione celebraſti: bis, aut ter Vormatiæ, bis etiam Auguſtæ, totidem Ratisbonæ, & neſcio an pluries Spiræ. In his omnibus, vere chriſtianum agens Imperatorem, aliquando illos arguiſti: ſæpe iuxta Pauli conſilium obſecraſti, aliquando cum maxima modeſtia corripuiſti, ſperans, ut aliquando Deus illis pœnitentiam daret, & ſic illi reſipiſcerent a laqueis diaboli, a quo captivi tenebantur. Tam modeſtum quidem te illis tribuiſti, ut multis viſus fueris nonnihil tuæ imperiali celſitudini pro illis recuperandis detraxiſſe. Sed qui hoc tibi, Chriſtianiſſime Cæſar, exprobrabant, non attendebant, quanta ſint toleranda, ut errabunda ovis inveniatur, & ad gregem, unde neſcia diſceſſerat, reducatur. Verum hi, prō quibus tu, illorum ſaluti conſulere optans, tot tantaque perpeſſus es, ut nihil, quod chriſtianum principem deceret, omiſiſſe videaris, beneficium non agnoverunt: ſed benignitate tua abutentes in peius quotidie profecerunt. Nam qui antea ſolam eccleſiæ poteſtatem negabant & ſolum illius iugum, quod diu antea portaverant, a ſe excuſſerant, poſtmodum ad tantam rebellionem proruperunt, ut tibi ipſi de illis optime merito, & cui ſe firmiſſimo ſacramento ad obedientiam obſtrinxerant, tam impudenter pro multis aliis rebus, & pro chriſtiana potiſſimum religione multi ex illis rebellarint, ut non ſint veriti adverſus tuam imperialem maieſtatem exerci-

tum cogere & te ad publicum certamen provocare. Reliquum eſt, ut illos omnes ad gregem dominicum, unde diſceſſerant, redire, & iugum eccleſiaſticum, quod diu ante reiecerant, ſubire cogas: & pœnis urgentibus illos in ſuſcepta ſemel fide perpetuo contineas, prout Hiſpanos, gentem non minus liberam atque ferocem, in tua obedientia & vera fide catholica hactenus ſervaſti. Precor tamen Cæſaream Maieſtatem tuam, ut hæc non ideo a me dicta eſſe putes, ut meis adhortationibus te quaſi nolentem trahere velim: ſed ut ultro currenti calcaria addam. Luculentum æquitatis ſuæ ſpecimen *Carolus V. in Conſtitutione ſua de criminibus* edidit. Nihil in illa contra hæreticos aſperius conſtituit. Promulgaverat ante Carolum Georgius, Bambergenſium epiſcopus, anno 1510. conſtitutionem de criminibus, quam Carolus in ſua conſtitutione, quod ad pleraque capita, ſequutus eſt, ut adeo *Ludovici*, in ipſo ſtatim *titulo notarum ad Conſtitutionem Carolinam*, Bambergenſem hanc conſtitutionem matrem Carolinæ appellet. In *Bambergenſi* vero illa *articulus* 130. von Straff der Ketzerey inſcribitur, & ignis pœnam in hæreticos ſancit. Verum huius articuli nullum in Carolina lege veſtigium comparet. De cetero Conſiſtorium Vitembergenſe in hanc, quam ego nunc tueor, ſententiam menſe Aprili anni CIↃ IↃ CC XXX. reſpondit: Daß Schultze den Predigern göttlichen Worts zu untergeben, und von ihnen gründlich und freundlich ſeiner Irrthümer halber zu unterweiſen, auch, daß er ſich wöchentlich 1. oder 2. Stunden ſolcher Unterweiſung bediene, durch gehörige Zwangs-Mittel anzuhalten, überdies bey Vermeidung der Relegation, oder noch härterer Strafe, zu bedeuten, daß er ſich alles Umganges mit Hahnſpachen und andern verdächtigen Leuten enthalten, und ſeine eigene von der eingeführten chriſtlichen Lehre abgehende Meynungen weder einem ſeiner Haus-Genoſſen, noch ſonſt jemanden beybringen ſolle. Inzwiſchen werden

den ihm die weggenommene anſtößige Bücher nicht zurück gegeben. V. R. W.

COROLLARIA.

1. Apoſtatæ vox tres diverſas ſignificationes habet. In prima eccleſia apoſtatæ hi ſoli dicebantur, qui Chriſto penitus renunciabant, ac vel ad iudaicam, vel ad paganam ſuperſtitionem transibant. *L. 1. C. de Apoſtatis.* Ceteri, qui in errores ſaltem circa perſonam Chriſti, vel alia religionis capita incidebant, hæretici dicebantur. Succeſſu temporis apoſtatæ nomen etiam ad eos, qui in hæreſin incidebant, extenſum eſt. *L. ult. C. de Apoſtatis.* Denique apoſtatæ etiam dicti fuerunt, qui monachatum vel ſacerdotium deſerebant, *cap. 1. X. de Apoſtatis.* Prior ſignificatio genuina et propria eſt, ac ſecundum hanc ii, qui ad Mahumedanos deſciſcunt, hæretici ſunt, non apoſtatæ. *Marſilius Fictnus de Chriſt. relig. cap. 12. Mahumetenſes*, inquit, *Chriſtiani quodammodo eſſe videntur, quamvis hæretici, Arianorum Manichæorumque ſectatores.* Si *Sandius* ea, quæ *in Nucleo hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 3. pag. 347. ſqq.* habet, bona fide ex Corano & aliis tam Mahumedanorum, quam Chriſtianorum, ſcriptis excerpſit, doctrina Mahumedanorum hæc eſt: Chriſtum Ieſum eſſe veri Dei unigenitum filium, ſimilem patri, creatum ante mundum, ſpiritum ſeu flatum Dei, animam Dei, virtutem Dei, ſapientiam, verbum verum Dei, Meſſiam, maximum & ſanctiſſimum omnium angelorum & prophetarum, divina virtute & ſumma potentia præditum, potentiſſimum in præſenti ſeculo & futuro, ſcientiſſimum, virum optimum, interlocutorem cum Deo in alio ſæculo, quique conceptus eſt ſine coitu ex Spiritu Sancto, & natus ex ſola ſanctiſſima virgine Maria, in cuius uterum miſſus eſt e cælo; Chriſtum paſſum, mortuum, aſcendiſſe in cælos, & ſedere ad dexteram Dei patris: eſſe eum adorandum, ſed non eo ſummo cultu, quo adoratur eius Dominus & Deus; animas & corpora reſurrecturа, credendum eſſe legi Abra-

Abrahami, Moſis, Chriſti & aliorum prophetarum, &, quicunque Chriſto non crediderit, eum Deum duriſſime eſſe puniturum, credentibus autem æternum gaudium & gloriam donaturum; Mahumedem Chriſto, quin ipſa diva Maria, & Ioanne Baptiſta, inferiorem, ac Chriſtum Mahumedis Dominum eſſe.

2. Memorat *Cyprianus* libellaticos, ſed vocem ipſam non explicat. Itaque qui fuerint libellatici, varie diſputatur. Ego *Nienanno in diſp. de Libellaticis cap. 1. n. 8.* & auctori anonymo *de la Vie de S. Cyprien in ſubiecta diſſ. V.* adſentio, libellaticos ſcilicet fuiſſe, qui, etſi idolis non ſacrificaſſent, libellum tamen, ipſos ſacrificaſſe teſtantem, a magiſtratibus redimebant, eoque prolato & ſacrificia & perſequutionem ſatellitum declinabant, nomen tamen ſuum a magiſtratibus albo apoſtatarum inſeri, atque inter apoſtatas palam recitari, patiebantur. Peccarunt hi ſine dubio contra Chriſti præceptum, *Lucæ XII, 8. 9.* apoſtatæ tamen non fuerunt, atque adeo, teſte *Cypriano*, facilius iterum in communitatem Chriſtianorum recepti fuerunt, quam ſacrificati, qui ſacrificia, & thurificati, qui thura idolis obtulerant, &, quantumvis religionem Chriſtianorum non eiuraſſent, vere apoſtatæ facti erant.

3. Catalogum hæreticorum, quem ius canonicum in *can. 39. cauſ. 24. quæſt. 3.* nectit, cordatus nemo probabit. Multi in eo recenſentur, inter teſtes veritatis referendi, aut ſaltem in innoxiis capitibus a communi opinione recedentes. Non minus ridiculum eſt ſupplementum eius catalogi, a *Carolo Michelbeck tomo II. hiſtoriæ Friſingenſis* inſertum, nomina hæreticorum, qui a Luthero originem trahant, complectens. Sunt illi *Calviniani*, *Zwingliani*, *Anabaptiſtæ*, *Weſtphalici*, *Molles*, *Wicleſiæ*, *Schwenckfeldici*, *Davidici*, *Quintiniſtæ*, *Stancharieni*, *Beza-*

Digitized by

Bezavitæ, *Servetiani*, *Muſculani*, *Oſiandrini*, *Antiſchfeldici*, *Sturmiani*, *Anti-Lutherani*, *Luthero-Calviniſtici*, *Heshuſiani*, *Maioriſtici*, *Illyricani*, *Anti-Trinitarii*, *Polygamiſtæ*, *Puritani*, *Interimiſtæ*, *Iuſtificati*, *Metamorphiſtæ*, *Clanculatii*, *Manifeſtarii*, *Sabbatarii*, *Bibliſtæ*, *Neutroles*, *Bis-Sacramentarii*, *Tris-& Quadri-Sacramentarii*. Potuiſſet, ſi diis placet, plures nominare, ſed maluit eos ſilentio præterire moderatiſſimus vir.

4. Credunt multi, nullam hodie naſci hæreſin, cuius veſtigium non iam in primorum Chriſtianorum annalibus reperiatur. Ego vero aliquot errores novos recordor, qui veteribus hæreticis nunquam in mentem venerunt. Sic nuper admodum in Anglia prædiit ſcriptum, quo noſter orbis terrarum tartarus, & homines in eo habitantes angeli damnati & e cælo olim eiecti eſſe, perhibentur. Vide tamen *can. 39. §. 39. cauſ. 24. quæſt. 3.* Nova quoque & maioribus noſtris incognita eſt hæreſis, quam auctor der kurtzen Anmerkungen über den unter der Hand *roullirenden* Saltzburgiſchen Schreibens = *Extract* apud *Fabrum* in der Staats = Cantzley *Part. 59. pag. 188.* exulibus Salzburgicis obiicit, daß die Bauern unter ſich die neu gebohrne Kinder nur allein *in nomine Patris & Spiritus Sancti* mit Vorbeygeh = oder Auslaſſung der zweyten Perſon in der Gottheit taufen, vorgebende, daß GottSohn am Stamm des H. Creutzes aus Verzweiflung geſtorben, und dahero ewig verdammet wäre, welche gottloſe und ſo gar in denen erſten *Seculis* unbekannte mehr als Ketzeriſche Lehr ſie aus denen Worten: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me;* behaupten. Veritas tamen convitii a multis in dubium vocatur.

5. In *can. 39. §. 58. cauſ. 24. quæſt. 3.* hæreticis adnumerantur Arabici, qui animam cum corpore mori dicunt. Et recte quidem. Sed in hanc claſſem tamen male referuntur philoſophi aliquot chriſtiani, qui, immortalitatem animæ ex ſola recta ratione ſine adiumento theologiæ revelatæ ſufficienter demonſtrari poſſe, negarunt. Hæc *Pomponatii*, ſummi in academiis Patavina & Bononienſi philoſophi, doctrina eſt *in lib. de immortalitate animæ*, quem *Godelmannus de magis* publice contra immortalitatem animæ docuiſſe & ſcripſiſſe falſo perhibet. Ille enim hoc nullibi fecit, ſed immortalitatem illam magis tuetur, ac ſaltem argumenta naturalia imperfectiora ſuppleri oportere ex ſacro codice ait. Excuſat Pomponatium *Bayle in Diction. Hiſtor. Crit. art. Pomponatius lit. b. & f.*

6. Catholici evangelicis hæreſin, aut ſaltem ſchisma, obiiciunt, hocque potiſſimum argumento utuntur, quod doctrina Lutheri nova, ac aliquot ante Lutherum ſeculis ignota, aut, ſi vel maxime a privatis quibusdam tradita, publice tamen improbata fuerit. Cui obiectioni *Flacius in teſtibus veritatis* non ſatisfacit, quum teſtes fere omnes, quos producit, privati fuerint. At enimvero doctrina, quam Lutherus in lucem protraxit, a Chriſti temporibus ad noſtrum usque ſeculum non nova, nec privata, ſed publica fuit. Iam ante me *Ziegler in præfat. ad Lancelotum* & *Danhauerus in Theol. conſcientiaria P. II. ſect. 2. pag. 951.* agnoverunt, ex ipſo iure canonico, decretis conciliorum & epiſtolis pontificum oſtendi poſſe, doctrinas, quas evangelici profitentur, publica auctoritate firmatas fuiſſe, & manſiſſe. Pertinet huc *Feuſtking. in Diſſ. de præſidiis veritatis evangelicæ in iure canonico occurrentibus*, ubi *in §. 5. præfat.* Ieſuitam Valentinum Petrum Saccium idem ante ſe feciſſe, ait. Nobis inprimis memoranda eſt *ICti anonymi reformatio popatus iuxta Auguſtanam Confeſſionem, qua proponitur Romanorum pontificum atque conciliorum conſenſus cum Auguſtana confeſſione in omnibus fidei articulis, Goslar. anno 1521. a Ioanne Ardio* edita.

7. Pa-

Digitized by Google

7. Parum accuratus eſt *Schilterus*, qui *in Inſtitutionibus iuris canonici lib. 1. tit. 3. §. 6.* hæreticos & ſchiſmaticos ſynonyma eſſe credit, quum tamen magnum inter utrosque ſit diſcrimen. Schiſma eſt diſceſſio ab unione eccleſiæ, ſalvo tamen fidei fundamento, e. g. ob odium antiſtitis, vel propter ceremonias. Hæreſis contra eſt error in articulo fidei ad ſalutem neceſſario. Atque hoc diſcrimen fundatur non ſolum in iure canonico *can. 26. cauſ. 24. qu. 3.* ſed etiam in ipſo ſacro codice, ubi hæretici, e. gr. Hymenæus & Philetus, a pſeudo - Apoſtolis diſtinguuntur, qua de re vid. *Buddæus in eccleſia Apoſtol. cap. 5.* Error tamen Schilteri non novus eſt, ſed antiquiſſimus. Plura eius exempla in hiſtoria eccleſiaſtica occurrunt; quorum unum, ſcilicet de Lucifero, epiſcopo Sardicenſi, ſupra in *Meditatione 1.* retuli.

8. Quodſi *Claudii Fleury hiſtoria eccleſiaſtica* ante Flacium ſcripta fuiſſet, *Flacius* profecto principem illi viro locum *in Catalogo teſtium veritatis* dediſſet. Catholicus ille eſt, ſed ſectæ ſuæ errores ingenuus agnoſcit & fatetur. Inter alia hoc eſt eius de pœnis hæreticorum *in Diſcurſu IV. ante Tomum XVI. §. 14.* iudicium: *De tous les changements de diſcipline, je n'en vois point, qui ait plus decrié l'Egliſe, que la rigueur exercée contre les heretiques & les autres excommuniez.*

9. Quantopere catholici cordatiores, etiam in denſiſſima temporum caligine, vim in hæreticos improbent, Pileus Marinus, archiepiſcopus Genuenſis, vir omnium conſenſione laudatus, in oratione 1408. habita apud *Hardtium in Concilio Conſtantienſi Tom. II. pag. 70.* his verbis teſtatur: *Non placuit modus aut via facti. Illudque ſalubriter intellectum eſt, quod ſcribitur:*

Digitized by Google

Aliquid tamen inter utramque cathedram, ſcholaſticam ſeu academicam, & ſacram in templis, intereſt, hoc nempe, quod in illa controverſias etiam eruditas, quæ fundamentum religionis non attingunt, proponi liceat, in hac non niſi eas lites, quæ ad veritatem in ipſis doctrinæ chriſtianæ capitibus pertinent, tractari, nec animos plebis non neceſſariis rixis turbari & irritari oporteat. Deinde in utraque cathedra abſtinendum eſt a novis theſibus ac phraſibus, quæ ſcilicet nec in ſacro codice, nec in libris ſymbolicis reperiuntur. Sat eſt, eas defendi, quæ ibi proponuntur. Quid opus eſt, nova excogitari? Ceterum de diſputationibus theologicis multa egregia præcipiuntur in Chur-Fürſt *Auguſti* zu Sachſen Verordnung, wie es in Dero beyden Univerſitäten zu Leipzig und Wittenberg mit Lehr, *Diſciplin* und ſonſten allenthalb gehalten werden ſoll; *tit.* von denen *Diſputationibus* in der theologiſchen Facultät.

XXXI.

Hæreſis, quatenus ſaltem in errore conſiſtit, in foro humano crimen non eſt, nec puniri poteſt.

XXXII.

Hæretici ne quidem propterea, quod ſuo more privatim Deum colunt, puniri poſſunt.

XXXIII.

Hæreticus, qui falſas opiniones ſuas alios contra legis probibitionem docet, vel cultu ſuo religioſo tranquillitatem publicam turbat, vel blaſphemias eructat, recte punitur, non tamen propter hæreſin, ſed propter hæc maleficia.

XXXIV.

Digitized by Google

XXXIV.

Hæreticus pœnarum comminatione, ut ad puriora ſacra revertatur, cogi nequit.

XXXV.

Cogi tamen poteſt, ut remedia, quibus errores eius diſcutiantur, adhibeat, ac inſtitutionem in vera doctrina admittat.

XXXVI.

Hæreticus obſtinatus, & poſt inſtitutionem etiam errorum ſuorum tenax, tamen puniri non debet.

XXXVII.

Leges, quæ in ſimplicem hæreſin infamiam, exilium, bonorum ademtionem, et honorum privationem ſtatuunt, impiæ ſunt, & cum recta ratione pugnant.

XXXVIII.

Magis ergo illæ, quæ hæreticos quieſcentes morte puniunt.

XXXIX.

Poteſt tamen princeps vel respublica hæreticos, etſi quietos, e provincia exire iubere, ab honoribus & muneribus publicis arcere, a poſſeſſione bonorum immobilium & commerciis excludere, atque ex officiis, quæ iam gerunt, honeſte dimittere.

XL.

Idem, quod de hæreticis dictum, etiam ad apoſtatas pertinet.

Digitized by Google

tibi chariſſima erat, relicto etiam Hiſpaniarum potentiſſimo regno, quod ipſa coniuge et filiis multo charius eſſe oportebat, per horrendas maris tempeſtates, & aſperrima montium itinera Germaniam adiiſti, ut magnam illius partem, quæ ab eccleſiæ unitate ſe ſubtraxerat, eidem reconciliares. Qua in re illum verum paſtorem optime expreſſiſti, atque effigiaſti, qui nonaginta novem oves, quas paſcendas ſuſceperat, in deſerto reliquit, ut centeſimam, quæ perierat, inveniret. Sæpiſſime pro diſſidiis religionis componendis, quæ plurima ubique in Germania ſcatebant, comitia, quæ nunc Dietam vocant, ex tota illa inclyta natione celebraſti: bis, aut ter Vormatiæ, bis etiam Auguſtæ, totidem Ratisbonæ, & neſcio an pluries Spiræ. In his omnibus, vere chriſtianum agens Imperatorem, aliquando illos arguiſti: ſæpe iuxta Pauli conſilium obſecraſti, aliquando cum maxima modeſtia corripuiſti, ſperans, ut aliquando Deus illis pœnitentiam daret, & ſic illi reſipiſcerent a laqueis diaboli, a quo captivi tenebantur. Tam modeſtum quidem te illis tribuiſti, ut multis viſus fueris nonnihil tuæ imperiali celſitudini pro illis recuperandis detraxiſſe. Sed qui hoc tibi, Chriſtianiſſime Cæſar, exprobrabant, non attendebant, quanta ſint toleranda, ut errabunda ovis inveniatur, & ad gregem, unde neſcia diſceſſerat, reducatur. Verum hi, pro quibus tu, illorum ſaluti conſulere optans, tot tantaque perpeſſus es, ut nihil, quod chriſtianum principem deceret, omiſiſſe videaris, beneficium non agnoverunt: ſed benignitate tua abutentes in peius quotidie profecerunt. Nam qui antea ſolam eccleſiæ poteſtatem negabant & ſolum illius iugum, quod diu antea portaverant, a ſe excuſſerant, poſtmodum ad tantam rebellionem proruperunt, ut tibi ipſi de illis optime merito, & cui ſe firmiſſimo ſacramento ad obedientiam obſtrinxerant, tam impudenter pro multis aliis rebus, & pro chriſtiana p tiſſimum religione multi ex illis rebellarint, ut non ſint veriti adverſus tuam imperialem maieſtatem exercitum

tum cogere & te ad publicum certamen provocare. Reliquum eſt, ut illos omnes ad gregem dominicum, unde diſceſſerant, redire, & iugum eccleſiaſticum, quod diu ante reiecerant, ſubire cogas: & pœnis urgentibus illos in ſuſcepta ſemel fide perpetuo contineas, prout Hiſpanos, gentem non minus liberam atque ferocem, in tua obedientia & vera fide catholica hactenus ſervaſti. Precor tamen Cæſaream Maieſtatem tuam, ut hæc non ideo a me dicta eſſe putes, ut meis adhortationibus te quaſi nolentem trahere velim: ſed ut ultro currenti calcaria addam. Luculentum æquitatis ſuæ ſpecimen *Carolus V. in Conſtitutione ſua de criminibus* edidit. Nihil in illa contra hæreticos aſperius conſtituit. Promulgaverat ante Carolum Georgius, Bambergenſium epiſcopus, anno 1510. conſtitutionem de criminibus, quam Carolus in ſua conſtitutione, quod ad pleraque capita, ſequutus eſt, ut adeo *Ludovici*, in ipſo ſtatim *titulo notarum ad Conſtitutionem Carolinam*, Bambergenſem hanc conſtitutionem matrem Carolinæ appellet. In *Bambergenſi* vero illa *articulus* 130. von Straff der Ketzerey inſcribitur, & ignis pœnam in hæreticos ſancit. Verum huius articuli nullum in Carolina lege veſtigium comparet. De cetero Conſiſtorium Vitembergenſe in hanc, quam ego nunc tueor, ſententiam menſe Aprili anni CIↃ IↃ CC XXX. reſpondit: Daß Schultze den Predigern göttlichen Worts zu untergeben, und von ihnen gründlich und freundlich ſeiner Irrthümer halber zu unterweiſen, auch, daß er ſich wöchentlich 1. oder 2. Stunden ſolcher Unterweiſung bedienе, durch gehörige Zwangs-Mittel anzuhalten, überdies bey Vermeidung der Relegation, oder noch härterer Strafe, zu bedeuten, daß er ſich alles Umganges mit Hahnſpachen und andern verdächtigen Leuten enthalten, und ſeine eigene von der eingeführten chriſtlichen Lehre abgehende Meynungen weder einem ſeiner Haus-Genoſſen, noch ſonſt jemanden beybringen ſolle. Inzwiſchen werden

den ihm die weggenommene anſtößige Bücher nicht zurück gegeben. V. R. W.

COROLLARIA.

1. Apoſtatæ vox tres diverſas ſignificationes habet. In prima eccleſia apoſtatæ hi ſoli dicebantur, qui Chriſto penitus renunciabant, ac vel ad iudaicam, vel ad paganam ſuperſtitionem transibant. *L. 1. C. de Apoſtatis.* Ceteri, qui in errores ſaltem circa perſonam Chriſti, vel alia religionis capita incidebant, hæretici dicebantur. Succeſſu temporis apoſtatæ nomen etiam ad eos, qui in hæreſin incidebant, extenſum eſt. *L. ult. C. de Apoſtatis.* Denique apoſtatæ etiam dicti fuerunt, qui monachatum vel ſacerdotium deſerebant, *cap. 1. X. de Apoſtatis.* Prior ſignificatio genuina et propria eſt, ac ſecundum hanc ii, qui ad Mahumedanos deſciſcunt, hæretici ſunt, non apoſtatæ. *Marſilius Ficinus de Chriſt. relig. cap. 12. Mahumetenſes*, inquit, *Chriſtiani quodammodo eſſe videntur, quamvis hæretici, Arianorum Manichæorumque ſectatores.* Si *Sandius* ea, quæ *in Nucleo hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 3. pag. 347. ſqq.* habet, bona fide ex Corano & aliis tam Mahumedanorum, quam Chriſtianorum, ſcriptis excerpſit, doctrina Mahumedanorum hæc eſt: Chriſtum Ieſum eſſe veri Dei unigenitum filium, ſimilem patri, creatum ante mundum, ſpiritum ſeu flatum Dei, animam Dei, virtutem Dei, ſapientiam, verbum verum Dei, Meſſiam, maximum & ſanctiſſimum omnium angelorum & prophetarum, divina virtute & ſumma potentia præditum, potentiſſimum in præſenti ſeculo & futuro, ſcientiſſimum, virum optimum, interlocutorem cum Deo in alio ſæculo, quique conceptus eſt ſine coitu ex Spiritu Sancto, & natus ex Iola ſanctiſſima virgine Maria, in cuius uterum miſſus eſt e cælo; Chriſtum paſſum, mortuum, aſcendiſſe in cælos, & ſedere ad dexteram Dei patris: eſſe eum adorandum, ſed non eo ſummo cultu, quo adoratur eius Dominus & Deus; animas & corpora reſurrectura, credendum eſſe legi Abra-

Abrahami, Moſis, Chriſti & aliorum prophetarum, &, quicunque Chriſto non crediderit, eum Deum duriſſime eſſe puniturum, credentibus autem æternum gaudium & gloriam donaturum; Mahumedem Chriſto, quin ipſa diva Maria, & Ioanne Baptiſta, inferiorem, ac Chriſtum Mahumedis Dominum eſſe.

2. Memorat *Cyprianus* libellaticos, ſed vocem ipſam non explicat. Itaque qui fuerint libellatici, varie diſputatur. Ego *Nieuanno in diſp. de Libellaticis cap. 1. n. 8.* & auctori anonymo *de la Vie de S. Cyprien in ſubiecta diſſ. V.* adſentio, libellaticos ſcilicet fuiſſe, qui, etſi idolis non ſacrificaſſent, libellum tamen, ipſos ſacrificaſſe teſtantem, a magiſtratibus redimebant, eoque prolato & ſacrificia & perſequutionem ſatellitum declinabant, nomen tamen ſuum a magiſtratibus albo apoſtatarum inſeri, atque inter apoſtatas palam recitari, patiebantur. Peccarunt hi ſine dubio contra Chriſti præceptum, *Lucæ XII, 8. 9.* apoſtatæ tamen non fuerunt, atque adeo, teſte *Cypriano*, facilius iterum in communitatem Chriſtianorum recepti fuerunt, quam ſacrificati, qui ſacrificia, & thurificati, qui thura idolis obtulerant, &, quantumvis religionem Chriſtianorum non eiuraſſent, vere apoſtatæ facti erant.

3. Catalogum hæreticorum, quem ius canonicum in *can. 39. cauſ. 24. quæſt. 3.* nectit, cordatus nemo probabit. Multi in eo recenſentur, inter teſtes veritatis referendi, aut ſaltem in innoxiis capitibus a communi opinione recedentes. Non minus ridiculum eſt ſupplementum eius catalogi, a *Carolo Michelbeck tomo II. hiſtoriæ Friſingenſis* inſertum, nomina hæreticorum, qui a Luthero originem trahant, complectens. Sunt illi *Calviniani, Zwingliani, Anabaptiſtæ, Weſtphalici, Molles, Wicleſiæ, Schwenckfeldici, Davidici, Quintiniſtæ, Stancharіani, Beza-*

Digitized by Google

Bezavitæ, *Servetiani*, *Muſculani*, *Oſiandrini*, *Antiſchfeldici*, *Sturmiani*, *Anti-Lutherani*, *Luthero-Calviniſtici*, *Heshuſiani*, *Maioriſtici*, *Illyricani*, *Anti-Trinitarii*, *Polygamiſtæ*, *Puritani*, *Interimiſtæ*, *Juſtificati*, *Metamorphiſtæ*, *Clanculatii*, *Manifeſtarii*, *Sabbatarii*, *Bibliſtæ*, *Neutrales*, *Bis-Sacramentarii*, *Tris-& Quadri-Sacramentarii*. Potuiſſet, ſi diis placet, plures nominare, ſed maluit eos ſilentio præterire moderatiſſimus vir.

4. Credunt multi, nullam hodie naſci hæreſin, cuius veſtigium non iam in primorum Chriſtianorum annalibus reperiatur. Ego vero aliquot errores novos recordor, qui veteribus hæreticis nunquam in mentem venerunt. Sic nuper admodum in Anglia prædiit ſcriptum, quo noſter orbis terrarum tartarus, & homines in eo habitantes angeli damnati & e cælo olim eiecti eſſe, perhibentur. Vide tamen *tom. 39. §. 39. canſ. 24. quæſt. 3.* Nova quoque & maioribus noſtris incognita eſt hæreſis, quam auctor der kurzen Anmerkungen über den unter der Hand *roulli*renden Salzburgiſchen Schreibens = *Extract* apud *Fabrum* in der Staats = Cantzley *Part. 59. pag. 188.* exulibus Salzburgicis obiicit, daß die Bauern unter ſich die neu gebohrne Kinder nur allein *in nomine Patris & Spiritus Sancti* mit Vorbeygeh = oder Auslaſſung der zweyten Perſon in der Gottheit taufen, vorgebende, daß GottSohn am Stamm des H. Creutzes aus Verzweiflung geſtorben, und dahero ewig verdammet wäre, welche gottloſe und ſo gar in denen erſten *Seculis* unbekannte mehr als Ketzeriſche Lehr ſie aus denen Worten: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me;* behaupten. Veritas tamen convitii a multis in dubium vocatur.

Digitized by Google

5. In *can. 39. §. 58. cauſ. 24. quæſt. 3.* hæreticis adnumerantur Arabici, qui animam cum corpore mori dicunt. Et recte quidem. Sed in hanc claſſem tamen male referuntur philoſophi aliquot chriſtiani, qui, immortalitatem animæ ex ſola recta ratione ſine adiumento theologiæ revelatæ ſufficienter demonſtrari poſſe, negarunt. Hæc *Pomponatii*, ſummi in academiis Patavina & Bononienſi philoſophi, doctrina eſt *in lib. de immortalitate animæ*, quem *Godelmannus de magis* publice contra immortalitatem animæ docuiſſe & ſcripſiſſe falſo perhibet. Ille enim hoc nullibi fecit, ſed immortalitatem illam magis tuetur, ac ſaltem argumenta naturalia imperfectiora ſuppleri oportere ex ſacro codice ait. Excuſat Pomponatium *Bayle in Diction. Hiſtor. Crit. art. Pomponatius lit. b. & f.*

6. Catholici evangelicis hæreſin, aut ſaltem ſchisma, obiiciunt, hocque potiſſimum argumento utuntur, quod doctrina Lutheri nova, ac aliquot ante Lutherum ſeculis ignota, aut, ſi vel maxime a privatis quibusdam tradita, publice tamen improbata fuerit. Cui obiectioni *Flacius in teſtibus veritatis* non ſatisfacit, quum teſtes fere omnes, quos producit, privati fuerint. At enimvero doctrina, quam Lutherus in lucem protraxit, a Chriſti temporibus ad noſtrum usque ſeculum non nova, nec privata, ſed publica fuit. Iam ante me *Ziegler in præfat. ad Lancelotum* & *Danhauerus in Theol. conſcientiaria P. II. ſect. 2. pag. 951.* agnoverunt, ex ipſo iure canonico, decretis conciliorum & epiſtolis pontificum oſtendi poſſe, doctrinas, quas evangelici profitentur, publica auctoritate firmatas fuiſſe, & manſiſſe. Pertinet huc *Feuſtking. in Diſſ. de præſidiis veritatis evangelicæ in iure canonico occurrentibus*, ubi *in §. 5. præfat.* Ieſuitam Valentinum Petrum Saccium idem ante ſe feciſſe, ait. Nobis inprimis memoranda eſt *ICti anonymi reformatio papatus iuxta Auguſtanam Confeſſionem, qua proponitur Romanorum pontificum atque conciliorum conſenſus cum Auguſtana confeſſione in omnibus fidei articulis, Goslar. anno 1521. a Ioanne Ardio* edita.

7. Pa-

Digitized by Google

7. Parum accuratus eſt *Schilterus*, qui *in Inſtitutionibus iuris canonici lib. 1. tit. 3. §. 6.* hæreticos & ſchiſmaticos ſynonyma eſſe credit, quum tamen magnum inter utrosque ſit diſcrimen. Schiſma eſt diſceſſio ab unione eccleſiæ, ſalvo tamen fidei fundamento, e. g. ob odium antiſtitis, vel propter ceremonias. Hæreſis contra eſt error in articulo fidei ad ſalutem neceſſario. Atque hoc diſcrimen fundatur non ſolum in iure canonico *can. 26. cauſ. 24. qu. 3.* ſed etiam in ipſo ſacro codice, ubi hæretici, e. gr. Hymenæus & Philetus, a pſeudo - Apoſtolis diſtinguuntur, qua de re vid. *Buddæus in eccleſia Apoſtol. cap. 5.* Error tamen Schilteri non novus eſt, ſed antiquiſſimus. Plura eius exempla in hiſtoria eccleſiaſtica occurrunt; quorum unum, ſcilicet de Lucifero, epiſcopo Sardicenſi, ſupra in *Meditatione 1.* retuli.

8. Quodſi *Claudii Fleury hiſtoria eccleſiaſtica* ante Flacium ſcripta fuiſſet, *Flacius* profecto principem illi viro locum *in Catalogo teſtium veritatis* dediſſet. Catholicus ille eſt, ſed ſectæ ſuæ errores ingenuus agnoſcit & fatetur. Inter alia hoc eſt eius de pœnis hæreticorum *in Diſcurſu IV. ante Tomum XVI. §. 14.* iudicium: *De tous les changements de diſcipline, je n'en vois point, qui ait plus decrié l'Egliſe, que la rigueur exercée contre les heretiques & les autres excommuniez.*

9. Quantopere catholici cordatiores, etiam in denſiſſima temporum caligine, vim in hæreticos improbent, Pileus Marinus, archiepiſcopus Genuenſis, vir omnium conſenſione laudatus, in oratione 1408. habita apud *Hardtium in Concilio Conſtantienſi Tom. II. pag. 70.* his verbis teſtatur: *Non placuit modus aut via facti. Illudque ſalubriter intellectum eſt, quod ſcribitur:*

Digitized by Google

Si cœlicolis furor arma dediſſet,
Aut ſi terrigenæ tentarent arma gigantum:
Non tamen auderet pietas humana, vel armis
Vel votis prodeſſe Iovis.

Nam gladius Petri, qui ſanguinem carnali ſitiebat affectu, mandato Domini reponitur in vaginam. Et diſcipuli eradicare zizania properantes, præcipiuntur meſſores Angelos expectare. Brutus in hiſtoriis, decernens manus ſuas ab armis continere civilibus, quibus quanto quisque libentius & fortius immiſcetur, tanto nequior & immanior eſt, ait.

SPE-

SPECIMEN DLXVII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVIII. TIT. IV.

DE

DELICTIS, QVAE CIRCA IVSIVRANDVM COMMITTVNTVR.

I.

Periurium non eſt unicum, quod iurando committitur, crimen.

II.

Atrocius peccant, qui iusiurandum, etſi verum, inutile tamen & temerarium, ſive præſtant, ſive decernunt.

III.

Quum dubitatio circa iurandum oritur, interpretatio ſic facienda eſt, ne iuretur.

IV.

Qui ſub fide, aufs Gewiſſen, aliquid indicare iubetur, ad ſolemne iusiurandum non obligatur.

Digitized by Google

Solent iurium noſtrorum interpretes, dum *titulum ff. Ad L. Iuliam maieſtatis* explicant, de iis delictis, quibus maieſtas divina læditur, agere, atque inter ea periurium referre. Nec intercedo. Reprehendo ſaltem popularem errorem, quo periurium unicum crimen, quod circa iusiurandum committatur, eſſe creditur. Sunt certe præter illud alia, quibus maieſtas divina magis etiam, aut ſaltem æqualiter, offenditur. Præcipuum inter ea eſt crimen temerarii & inutilis iurisiurandi, quod, quia vulgo ignoratur, quotidie non a privatis ſolum, ſed & a magiſtratibus, ſcabinatibus, collegiis iureconſultorum &c. committitur. Et privati quidem, dum inutiliter iurant, graviter, magiſtratus vero ac collegia iuridica, dum iusiurandum inutile decernunt ac iurantibus auctoritatem ſuam præſtant, gravius peccant. Nec ego hoc delicti genus primus confingo, ſed Deum auctorem habeo, qui iam diu in decalogo, *Exodi XX*, 7. nomen ſuum vane uſurpari vetuit; quam legem ad quodvis temerarium vel vanum iusiurandum referri oportere, ac male a *Grotio*, *Socinianis*, *Chaldæo & Iosepho* ad periurium reſtringi, docte oſtendit *Calovius in Bibliis illuſtratis ad h. l.* Quin imo, ſi decalogum non haberemus, atrocitatem huius delicti ex iure naturæ ſcire poteramus. Igitur aperte profiteor, omnes eos, qui iusiurandum nec neceſſarium, nec utile, vel præſtant vel decernunt, plus quam periuros eſſe. Quod dum conſiderat cordatus iudex & iureconſultus, ſedulo, ne facile iuretur, cavebit, Deique nomine abuti homines non ſinet. Sed plura de hoc argumento vide in *Specimine CXXXVII. de Officio iudicis circa iusiurandum.* Addo nunc porro regulam: Si quod circa iusiurandum dubium occurrit, interpretatio ea capienda eſt, quæ iurisiurandi præſtationem excludit. Exemplum hoc eſto: Pater in teſtamento liberos ſuos ea omnia, quæ ab ipſo vivo accepiſſent,

Digitized by Google

ſent, ſub fide, aufs Gewiſſen, indicare & conferre iuſſerat. Quærebatur, an fidem iuratam exegiſſet. Negarunt ICti Vitembergenſes menſe Maio anni CIↃ IↃ CCXXXII. Hat Chriſtoph Bernhard in ſeinem letzten Willen verordnet, daß jedes von ſeinen Kindern aufs Gewiſſen anſagen ſolle, wie viel es oder ſonſten jedes von ihm bekommen; Da denn zu wiſſen verlanget wird, ob der Teſtator durch ſolche Worte nur bloß eine gewiſſenhafte oder eine rechte eydliche Anſage ſeinen Kindern auferlegen wollen. Wenn nun gleich das Wort Gewiſſen bekannter maaſſen von Eyden gebrauchet, und, daß derjenige, welcher dem andern einen Eyd abfodert, ſelbigen die Sache ins Gewiſſen ſchiebe, geſagt wird, folglich Chriſtoph Bernhard gleichfalls einen ordentlichen Eyd verſtanden zu haben ſcheinet, da er zumal bezeuget, er intendire eine genaue Gleichheit zwiſchen ſeinen Kindern, und denn eine ſolche accurate Gleichheit nicht wol anders, als durch den Eyd herausgebracht werden kann. Alldieweil aber ein Eyd implicite und per verba æquipollentia abgeleget werden kann, dergleichen Worte auch: an Eydes ſtatt, bey dem Worte der ewigen Wahrheit, auf mein Gewiſſen ꝛc. eben die Verbindlichkeit, als ein iusiurandum explicitum und ſolemne, haben, *Hochſtetterus in Collegio Pufendorffiano Exerc.* 7. §. 42. *Carpzovius P.* 2. C. 16. *def.* 6. *n.* 10. *Gribnerus in Principiis iurisprudentiæ naturalis lib.* I. *cap.* 7. §. 10. *n.* 5. hiernächſt die Worte: etwas auf ſein Gewiſſen nehmen, oder nach ſeinem Gewiſſen ausſagen; nach der gemeinen Redens-Art, aus welcher eines Teſtatoris letzter Wille zu erklären iſt, keinen zierlichen und ordentlichen Eyd, ſondern nur eine gewiſſenhafte Anzeigung bedeuten, ferner nicht leichtlich zu vermuthen iſt, daß ein Vater ſeine Kinder mit körperlichen Eyden beſchweren wollen, geſtalt denn demſelben ohnedes freygeſtanden, ſeinen Kindern die Collation deſſen, was ſie bey ſeinem Leben erhalten, ganz und gar, alſo vielmehr die eydliche Anzeigung, zu erlaſſen, weiter ein jedweder, welcher dem andern einen Eyd abfodert, völlige Macht hat, die Formul davon nach ſeinem Belieben vorzuſchreiben,

zuſchreiben, *L.* 5. *pr. L.* 33. *de Iureiurando*, übrigens ein vernünftiger und gewiſſenhafter Richter die Eyde nach Möglichkeit einſchrenken, und den allzuvielen Gebrauch, auch daher entſtehenden Mißbrauch des Namens Gottes, verhüten muß, *L.* 34. §. 5. & 8. *de Iureiurando*, *c.* 26. *X. de Iureiurando*, *Leyſer in Meditat. ad ff. Spec.* 137. *de Officio iudicis circa iusiurandum*, *med.* 3. So iſt die in dem Bernhardiſchen Teſtamente befohlne Anſagung der Conferendorum aufs Gewiſſen nach dem Buchſtaben, und keinesweges von einem ordentlichen zierlichen Eyde zu verſtehen, vielmehr die Abforderung eines ſolchen Eydes, als des Teſtatoris Intention zuwider laufend, zu achten.

V.

Veteres iurandi formulæ, quibus fides hominum, munera publica ſuſcipientium, obſtringi ſolet, ſi deinde inutiles aut periculoſæ reperiantur, abrogari debent.

VI.

Iurisiurandi religio infirmum contra crimina ſimoniæ & ambitus remedium eſt, ac merito abrogatur.

Ex illa Dei lege, *Exodi XX*, 7. quæ nomen Dei inutiliter adhiberi vetat, conſequitur porro, generales illas iurandi formulas, quas maiores noſtri ad continendos in officio homines excogitavere, ac inprimis ab his, qui muneri publico admoverentur, exegerunt, vel abrogandas plane, vel ſaltem temperandas eſſe, ſi poſtea apparet, nihil illas proficere, ſed aditum frequentibus periuriis aperire. Exemplo res optime illuſtrabitur: Eſt quædam Germaniæ provincia, religionem ab ea, quam magiſtratus, quibus ſubeſt, profitentur, diverſam amplexa. Et quum hi magiſtratus etiam ius vocandi & conſtituendi ſacerdotes habeant, munera illa ſacra vendere quaſi publice ſolent, ſuper-

Digitized by Googl

ſuperſtitioſum dei cultum rem non ſpiritualem, ſed commercio ſubiectam eſſe, rati. De remedio huius mali iamdiu ſoliciti provinciæ ordines, efficaciſſimum ſe in religione iurisiurandi reperturos crediderunt, *legemque fecerunt, ut ne quis ſacerdos ſacretur, ni iuraſſet prius, ſe pro ſacerdotio obtinendo nec dediſſe quidquam, nec promiſiſſe.* Non novum hoc inventum erat, ſed vetuſtiſſimum. Eadem nempe iurisiurandi religio iamdiu olim ſimoniacis vocationibus & electionibus oppoſita fuit, ſed fruſtra ſemper. Conciliorum Toletani, Oxonienſis, Alemanniæ, & Calixti II. pontificis maximi ſanctiones exhibet *Pertſchius de Crimine ſimoniæ ſect.* I. *c.* 6. §. 7. & *lit. a.* ex Zieglero obſervat, hoc plane ad imitationem conſtitutionis Theodoſianæ in *L. ult. C. ad L. Iul. repetund.* factum eſſe, ubi ſimile quid de muneribus & officiis civilibus conſtitutum. Potuiſſet & formulam iurisiurandi, quam Iuſtinianus *in fine Novellæ* 8. præſcripſit, commemorare. At enimvero vinculum iurisiurandi in muneribus quoque civilibus non alium effectum habuit, quam ut officiales novo periurii crimine obſtringeret. Pertinet huc egregius in *Michaëlis le Vaſſor du Regne de Louis XIII. tom.* 2. *pag.* 34. locus: *Ce qu'il y a de plus étrange, c'eſt, que, durant tout ce commerce infame, l'acheteur, allant ſe faire recevoir au Parlement, ou dans quelqu' autre Cour, juroit ſelon l'ancienne coutume, qu'il n'avoit rien donné directement, ni indirectement, à ſon reſignant, quoique le contraire fut de notorieté publique. Que devoit on attendre de la probité & de la religion de ces Magiſtrats, qui entroient dans leur emploi par un parjure?* Quum itaque idem in illa, de qua dixi, provincia accideret, ipſi ordines, quam inefficax coërcendæ ſimoniacæ pravitatis remedium ſit iurisiurandi religio, agnovere, & ob plurima, quæ id comitantur, incommoda, de eo abrogando iterum cogitarunt, ſed tamen antea theologos & ICtos Helmſtadienſes conſuluerunt, quorum nomine ſic

menſe Auguſto anni CIↃ IↃ CC XXIII. reſpondi: Haben bisher die Candidati Miniſterii im Canton Appenzell eydlich erhalten müſſen, daß ſie zu Erlangung der Præſentation auf eine Pfarre nichts gegeben, oder geben laſſen. Als man aber vermerket, daß ſolcher Eyd dem Uebel nicht geſteuret, überdies zu vielen periuriis Gelegenheit gegeben, ſo wird nunmehr gefraget, ob es nicht beſſer und rathſamer ſey, den Eyd gar abzuſchaffen. Nun wollen wir dasjenige, was bereits in vorgedachtem Aufſatze weitläuftig uud gründlich zu Behauptung der affirmativæ angeführet wird, allhier nicht wiederholen, ſondern nur kürzlich dieſes melden, daß wir allerdinges dafür halten, es ſey gut und rathſam, ſolchen Eyd abzuſchaffen. Es hat zwar das geiſtliche Conſiſtorium *A. C.* darunter, daß ſie dieſen Eyd bishero von den Candidatis, ungeachtet des wider ſie vorhandenen ſtarken Argwohns, aufgenommen, eben nicht geſündiget, noch das Gewiſſen verletzet, indem eine Obrigkeit, welche einen de periurio verdächtigen Menſchen nach Vorſchrift der Rechte zum Eyde läſſet, keinesweges die Meynung hat, den Weg zum Meineyde zu eröfnen, ſondern vielmehr in der Hofnung ſtehet, es werde eben dieſer verdächtige Menſch ſich vermittelſt des Eydes zu einer Furcht vor Gott bewegen, und durch ſelbige von dem Böſen abſchrecken laſſen, *vide Leyſeri Specimen* 136. *ad ff. de his, quibus iusiurandum deferri poteſt, medit.* 6. So fallen wir auch gar nicht der Meynung dererjenigen bey, welche den Eyd ganz vor unrecht und verbothen halten, indem wir wol wiſſen, wie nicht alleine im Alten Teſtamente Gott ſelbſt geſchworen, *Geneſ. cap.* 22. *v.* 16. *Hebr. cap.* 6. *v.* 13. 17. und bey ſeinem Namen zu ſchwören befohlen, *Deut. cap.* 6. *v.* 13. und *cap.* 10. *v.* 20. adde *Ieſaiæ cap.* 19. *v.* 18. *&* *cap.* 65. *v.* 16. ſondern auch im N. Teſtamente Chriſtus ſelbſt *Matthæi cap.* 5. *v.* 18. und die Apoſtel *Rom. cap.* 1. *v.* 9. 2 *Cor. cap.* 1. *v.* 23. 1 *Theſſ. cap.* 2. *v.* 10. geſchworen, und den Eyd das Ende alles Haders zu ſeyn verſtattet, *Hebr. cap.* 6. *v.* 16. Alldieweil aber bereits

in

in den zehen Geboten, den Namen Gottes zu mißbrauchen, das ist, unnütze und gefährliche Eyde zu verstatten und abzuschwören, nachdrücklich untersagt ist, *Exod. cap.* 20. *v.* 7. *Deut. cap.* 5. *v.* 11. dieses Verbot auch von Christo *Matth. cap.* 5. *v.* 35. & 37. und dem Apostel Jacobo *Iac. cap.* 5. *v.* 12. noch ernstlicher wiederholet und bestätiget wird, mithin einem Christen oblieget, alle Eyde, welche die Nothwendigkeit nicht erfodert, zu vermeiden, und an deren Stelle andere hinlängliche Mittel zu gebrauchen, hiernächst andere sowohl geist- als weltliche Lehrer längstens in acht genommen, daß Religio iurisiurandi nicht mehr vilescire, und die Meineyde niemalen häufiger seynd, als wenn die Eyde gar zu ofte decretiret oder exigiret werden, wie man denn in den alten teutschen Historien findet, daß zu den Zeiten, da die Sacramentales im Gebrauche, also die Iuramenta sehr häufig gewesen, niemand weiter das Schwören geachtet, sondern täglich periuria begangen worden, hingegen der Respect vor den Eydschwüren weit grösser bleibt, wenn solche selten, und nur in nöthigen Fällen, gefodert werden, welches letztere gleichwol allhier, da ein jeder Candidatus ministerii mit dergleichen Eyde beleget wird, nicht, sondern vielmehr das Widerspiel geschiehet, folglich die Auctorität dieses Eydes um ein merkliches verringert und periuria veranlasset werden, ferner aus vielgedachtem Eyde der Candidaten noch dieses Incommodum erwächset, daß rechtschaffene und gewissenhafte Männer aus Furcht lieber gar keine Pfarre im Canton Appenzell, weil solche ohne Beschenkung der Patronen und Collatoren schwerlich zu erhalten seynd, annehmen, demnach die wenigsten Stellen mit tüchtigen subiectis besetzet werden, leichtsinnige Leute hingegen, welche sich weder Geld zu geben, noch falsch zu schwören, ein Gewissen machen, fast alleine befördert werden, daß also nach Einführung dieses Eydes statt eines einigen delicti, nemlich der Simonie, welches vorher im Schwange gegangen,

nunmehr auch das andere, nemlich das Crimen periurii, zugleich mit begangen, und der Canton Appenzell mit ungewiſſenhaften ſchlechten Pfarrern erfüllet wird, nächſtdem es an vielleicht kräftigern und beſſern remediis wider die Simonie nicht mangeln kann, wenn man, dem gethanen Vorſchlage nach, die Umſtände der Collationen ſo genau, als es möglich, unterſuchet, und die alsdenn befundene Simoniacos ſcharf beſtrafet, da denn die Furcht vor der Strafe und Schande vielleicht mehr Schrecken, als die Furcht vor dem Eyde bisher gethan, erwecken möchte, endlich bereits Exempel vorhanden, da die Leute auch ohne Eyd durch Furcht der Strafe, oder Hofnung der Belohnung eben ſo gut, und weit beſſer, als andere durch den Eyd, im Zaum gehalten worden, wie dergleichen Exempel *Ludewig* in der Erläuterung der güldenen Bulle *tit.* 1. §. 7. *lit. h.* von dem Hohenloiſchen Graf Wolfen, der ſeine Bediente mit keinem Amts-Eyde beleget, ſondern nur ernſtlich bedrohet, und bey verſpürter Untreue hart beſtrafet, gleichwol die treueſten Diener vor andern gehabt, ingleichen *Leyſer in Specim.* 137. *ad ff. de Officio iudicis circa iusiurandum, medit.* 2. anführen; So bleiben wir allerdings dabey daß dieſer Candidaten-Eyd, im Fall obgedachter Maaſſen andere nachdrücklichere Mittel die Simonie zu coërciren vorgekehret werden, auch alle diejenige, welche in dieſer und dergleichen Sachen mit zu ſprechen haben, darein willigen, mit Nutzen abgeſchaffet werden könne.

VII.

VII.

Vulgares regulæ: quod iusiurandum ſecundum mentem eius, cui iuratur; item ſtricte ſit interpretandum, exploduntur.

VIII.

Communes in pactorum interpretatione regulæ etiam in pactis iuratis adhibentur.

IX.

Interpretatio fit potius contra eum, cui iuratur, ſi is clarius loqui potuiſſet.

X.

Ea quoque interpretatio, quæ periurium excludit, antefertur.

Iam diu eſt, quod doctores iurium, tam naturalis, quam civilis, hanc ſibi regulam fecerunt: Iusiurandum interpretandum eſſe ſecundum mentem eius, cui iuratur. Cuius regulæ veritatem nuper in dubium vocavit *Gribnerus in Principiis iurisprudentiæ naturalis lib.* 1. *cap.* 7. §. 8. *n.* 6. eo inprimis caſu, quo alter ſenſum ſuum non ſatis declaravit. Et grave utique eſt hoc dubium, nec ſaltem in recta ratione, ſed & in *L.* 99. *pr. de Verborum obligat.* fundatum. At profecto, ſi ei, cui iuratur, ſemper interpretationem permittas, ille formulam hanc tam late explicabit, ut iurantem vel arctiſſime ſibi obliget, vel pro lubitu periurii involvat. Pugnat deinde hæc regula cum alia,

Digitized by Google

quam ſibi iidem interpretes cum *Pufendorffio de Officio hominis & civis lib.* I. *cap.* II. §. 8. faciunt: iusiurandum ſcilicet ſtricte interpretandum eſſe. Rectius *Gribnerus dicto loco* utramque regulam reiicit, ac iurata pacta perinde explicari iubet, ut alia, ſecundum regulas interpretandi. Et has communes interpretandi regulas etiam ICti cordatiores in decidendis de periurio quæſtionibus ſequuntur, ac magis interpretationem contra eum, cui iuratum fuit, faciunt, ſiquidem hic mentem ſuam clarius explicare potuiſſet. Id quod benignius etiam eſt, ut crimen periurii avertatur. Rem exemplo illuſtrabo: Oppidi cuiusdam ſenatus advocatos, quos in numerum recipit, iureiurando ad reverentiam omnibus ſenatus membris præſtandam obſtringit. Ex his advocatus unus ad clientis petitionem ſenatorem iniuriarum convenit, ſenator illum viciſſim periurii accuſat, inſtitutam actionem iniuriarum cum iurata illa reverentia pugnare dicens. At negarunt ICti Helmſtadienſes menſe Martio anni CIↃ IↃ CC XV. advocatum periurum eſſe. Etſi enim reverentia actiones famoſas, atque adeo & iniuriarum, regulariter excludat, non eſt tamen hoc perpetuum, ut ex *L.* 10. §. 12. *de in ius vocando & L.* 7. §. 2. *de Iniuriis* conſtat. Quum ergo ſenatus, dum iusiurandum ab advocatis exegerat, reverentiam eo clare non extendiſſet; interpretatio contra eum iure meritoque fiebat hunc in modum: Hat der Stadt-Voigt Hammel den Advocat Müller, welcher denſelben im Namen der Friederichſchen Tochter belanget, beſchuldiget, als ob er dieſfalls wider ſeinen geleiſteten Eyd gehandelt, alſo eine Strafe und Remotion ab officio verdienet. Entſtehet demnach die Frage, ob beſagter Stadt-Voigt hierunter Falſa vorgeſtellet, auch deßhalb beſtrafet, und von dem Advocat Müller criminaliter belanget werden könne. Wiewol nun in der von dem Advocato abgelegten Eydes-Formul

aus-

Digitized by Google

ausdrücklich enthalten, daß er in ſeinem Advociren und Schreiben Ehrbarkeit und gebührenden Reſpect gegen Gerichts-Schuldheiß, Bürgermeiſter und Rath gebrauchen wolle, dieſes auch von dem Stadt-Voigt vermuthlich dahin gezogen wird, als ob dadurch das Advociren wider die Raths-Perſonen unterſaget ſey, folglich es das Anſehen gewinnet, ob habe der Stadt-Voigt Hammel nichts wider die Wahrheit vorgebracht, und könne alſo zu Leiſtung einiger Satisfaction und Strafe nicht angehalten werden; Alldieweil aber der den obrigkeitlichen Perſonen verſprochene ſchuldige Reſpect keinesweges verhindert, daß ein Advocat nicht gegen dieſelbige, wenn er darum erſuchet wird, einen Proceß annehmen und führen könne; folglich der angezogene Eyd vom Advociren nicht zu erklären iſt, hiernächſt derjenige, ſo eines Meineydes unverdienter Weiſe beſchuldiget wird, dadurch eine harte und ſehr empfindliche Iniurie empfängt, alſo wider den Iniurianten criminaliter auf eine öffentliche Strafe zu klagen wohl befugt iſt, §. 10. *I. de Iniuriis*, *L.* 45. *ff. de Iniuriis*; So hat der Stadt-Voigt Hammel durch die falſche Vorſtellung, worinnen er den Advocat Müllern eines Meineydes beſchuldiget, allerdinges eine Strafe verdienet und mag von demſelben criminaliter wohl belanget werden.

XI.

Iure Romano vetere is, qui iusiurandum adverſario detulit, civiliter de huius periurio queri & damni reſtitutionem petere nequit.

XII.

Correxerunt hoc ius Iuſtinianus & Carolus V. atque deferenti, periurium probare & ius ſuum perſequi, permiſerunt.

XIII.

Auguſtus tamen ius vetus Romanum in Saxoniam Electoralem intulit.

XIV.

XIV.

Sed ius hoc ſingulare ad iusiurandum delatum ſimpliciter reſtringendum, nec ad alia ſacramenta, quamvis ea volente ac petente aduerſario præſtita ſint, extendendum eſt.

Nondum ſatis convenit inter iuris interpretes, quousque ei, contra quem peieratum fuit, civiliter de periurio queri, atque id, quod ei propter periurium abeſt, perſequi liceat. Equidem *lex* 31. *de Iureiurando*, quæ diſcrimen inter iusiurandum ab adverſa parte delatum & a iudice exactum facit, & retractationem illius interdicit, huius permittit, ſatis clara videtur, atque etiam in *L.* 1. *C. de Rebus creditis* confirmatur. Sed dubium eſt, annon Iuſtinianus iſtas duas leges in *L. ult. C. de Rebus creditis* ſuſtulerit, atque ei etiam, qui iusiurandum detulit, ſed periurium manifeſte probare paratus ſit, actionem dederit. Negant plerique, & *legem hanc ultimam* ſic amoliuntur, ut eam ad ſpeciem facti in illa propoſiti reſtringant, ac ad alias, quam teſtamentarias, controverſias extendi vetent. Aequiores alii & memores *legis* 12. *de Legibus* Iuſtiniano hanc imprudentiam non imputant, ſed legem quidem generalem eſſe fatentur, negant tamen, aliter eam locum habere, quam ſi inſtrumenta tam clara & manifeſta, ut in continenti ex iis, & ſic primo ſtatim intuitu, periurium probare poſſit, noviter reperiantur. Ego autem, Iuſtinianum ſimpliciter ius vetus ſuſtuliſſe & retractationem iurisiurandi ob quaslibet probationes permiſiſſe, ſum perſuaſus, motus inprimis illis eiusdem verbis: *ne cui ex delicto impium ſibi lucrum adferre noſtris legibus concedatur.* Sed quidquid ſit de iure Romano, ICti Germani, ſi mens non læva fuiſſet, iſtis diſputationibus carere potuerunt, poſtquam *Carolus V. in articulo* 107. unicuique, etiam deferenti, reparationem

Digitized by Google

nem damni, quod ex periurio adversarii passus est, persequi permittit. Pluribus hæc exposui *in Specim. CXLV. de Retractatione iurisiurandi præstiti, medit.* 1. quam meditationem extra Saxoniam Electoralem vivens scripsi, sed deinde in hanc patriam meam reversus animadverti, *Augustum Electorem in Constit.* 15. *P.* 1. ius vetus Romanum novæ Iustiniani legi, & constitutioni Carolinæ, antetulisse, ac in Saxoniam suam intulisse. Secundum hanc legem Augustean igitur Saxones neminem, quo deferente adversarius iuravit, ad probationem periurii & iuris sui persequutionem admittunt. Sic mense Iulio anni CIↃ IↃ CC XXIX. scabini Lipsienses in caussa Siegheim contra Feilitzsch: ein prævia delatione abgeschworner Eyd habe vim transactionis, und sey nicht allein den gemeinen Rechten gemäß, und in *L. ult. C. de R. C.* gegründet, daß solcher ex capite periurii niemals retractiret werden könne, immassen denn, was in *L. ult. C. de R. C.* zu sehen, einen specialen anhero nicht quadrirenden Casum in sich halte, sondern auch die 15. *Constit. P.* 1. klare Maasse gebe, daß nach beschehener Præstation eines referirten Eydes Kläger, wenn er gleich sich erbieten würde, zu beweisen, daß der Beklagte unrecht geschworen, nicht damit zugelassen werden solle, wodurch demjenigen, was aus der Hals-Gerichts-Ordnung dawider angezogen werden wolle, ausdrücklich derogiret worden. Verum tamen ista lex Saxonica, quoniam a lege Iustiniani & Caroli, atque sic a iure communi, recedit, restringitur recte ab interpretibus ad ea sola sacramenta, quæ ex delatione præstantur, nec pertinet ad ea, quæ iudex imponit. Vide *Carpzovium P.* 1. C. 15. *def.* 4. 5. 6. Quin imo, etsi quis iuravit, volente & petente adversario, si tamen id iusiurandum solemniter delatum non fuit, actio civilis adhuc locum habebit. Exemplum hoc esto. Possessor prædii equestris de iure vendendi cerevisiam, quod prædio suo adscribebat, actione negatoria convenitur. Actor inter ceteros testes etiam caupo-

nem, per quem reus commercium cereviſiarum exercebat, producit, fidemque eius ad verum dicendum iureiurando, ut moris eſt, obſtringi, petit. Iurat teſtis, atque, cauponæ ſuæ ius eſſe vendendæ cereviſiæ, animoſus teſtificatur; interiecto tamen pauxillo tempore, ipſe ab eodem actore eadem actione corripitur, ſed detrectat litis conteſtationem, atque exceptionem præſtiti ex voluntate actoris iurisiurandi & finitæ per hoc controverſiæ obiicit. Sed iudex interloquendo illum litem conteſtari iubet. Ille tamen obſtinatus leuterat. Verum ICti Vitembergenſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XXXI. confirmarunt priorem ſententiam, atque etiam condemnationem in expenſas adiecerunt, ex his rationibus: Ob wol Beklagter in den Gedanken ſtehet, Kläger könne nunmehr, nachdem er einmal ſeinen, des Beklagten, Herrn des Bierſchancks halber in Anſpruch genommen, und bey ſolchem Proceſſe ihn, den Beklagten, als einen Zeugen abhören laſſen, eben dieſes Bierſchancks halber wider ihn keine neue Klage anſtellen, ſondern müſſe dasjenige, was er, der Beklagte, als ein von jenem ſelbſt aufgeſtellter Zeuge, eydlich ausgeſaget, wider ſich gelten laſſen. Alldieweil aber der mit Beklagtens Herrn geführte Proceß, in Anſehung des Beklagtens, res inter alios acta iſt, demnach dieſem weder Nutzen noch Schaden bringet, hiernächſt die Rechte nirgend verbiethen, jemanden zum Zeugen aufzuſtellen, und nachgehends in einer gleichmäßigen Sache zu verklagen, ferner ein Zeuge dadurch, daß er in ſeiner Ausſage etwas zu ſeinem Vortheil angiebt, wider den Zeugenführer kein Recht erlanget, noch einige Actionem oder Exceptionem acquiriret, geſtalt dasjenige, was die Rechte von der Eydes-Delation ordnen, hieher nicht zu ziehen iſt, endlich Beklagter den Unarund ſeiner Leuterung aus den dem vorigen Urthel beygelegten Rationibus wohl erkennen ſollen; So iſt, immaſſen in unſerm Urthel enthalten, billig erkannt worden.

XV.

XV.

Antiquiſſimo iure Romano periurium impune fuit, ac ſaltem per cenſores infamia notatum.

XVI.

Deinde ſub cæſaribus extra ordinem & arbitrarie puniri cœpit.

XVII.

Pœna hæc extraordinaria etiam iure Iuſtinianeo ſancitur.

XVIII.

Lex 2. C. de Rebus creditis, *quæ periurium pœnis humanis eximit, per incuriam compilatorum irrepſit.*

XIX.

Tandem Carolus V. pœnam periurii antea incertam determinavit.

Alexandri, pagani imperatoris, in *L. 2. C. de Rebus creditis* philoſophia: quod iurisiurandi contemta religio ſatis deum ultorem habeat, nec periculum corporis inferre debeat; vera non eſt. Cuncta crimina, ſacrilegium, blaſphemia, adulterium, homicidium, deum offendunt ultoremque habent. At deus iniurias ſuas per principes & magiſtratus ulciſcitur, hosque propter id ipſum inprimis conſtituit. Vana itaque eſt Alexandri ratiocinatio, ſed Romanis tamen, quamdiu pagani fuerunt, placuit, etiam diu ante Alexandrum. Iam Tiberius apud *Tacitum Annali I. cap. 73.* quum Rubrio violatum periurio nomen Augu-

Digitized by Google

ſti crimini daretur: *Iusiurandum*, reſcripſit, *perinde æſtimandum, quam ſi Iovem fefelliſſet, deorum iniurias diis curæ.* Et adhuc ante Tiberium *Cicero lib. 2. de Legibus cap. 9. Periurii*, inquit, *pœna divina exitium, humana dedecus.* Verum chriſtiani vanitatem huius argumentationis merito deriſerunt. *Tertullianus in Apologetico adverſus gentes cap.* 28. Romanos propter hoc ipſum, quod citius per omnes deos, quam per unum genium cæſaris, peierent, irreligioſos erga deos ſuos vocat. Idem eis *Minutius Felix*, quod tutius per Iovis, quam regis, genium peierent, obiicit. Sed inter ipſos adeo paganos ICtos ac cæſares aliqui cordatiores inanitatem iſtius philoſophiæ agnoverunt, ac periurium puniri iuſſerunt, *L.* 22. *de Dolo malo L.* 13. §. *ult. L.* 28. §. *ult. de Iureiurando, L. ult. Stellionatus*, quarum legum cum *L.* 2. *C. de Rebus creditis* tam manifeſta pugna eſt, ut conciliationes, quas *Matthæi de Criminibus lib.* 47. *tit. ult. cap.* 1. §. 1. & alii adferunt, eam non dirimant. Credo ego, compilatores corporis Iuſtinianei per incuriam, cuius exempla paſſim reperiuntur, *legem iſtam* 2. *Codici* inſeruiſſe. Quoties vero id accidit, ut duæ contrariæ ſententiæ in legibus Romanis reperiantur, idem facere oportet, quod Innocentius III. in *cap.* 32. *X. de Teſtibus* præcipit. Numero nempe ſtandum eſt. Quum ergo ex ſua parte Alexander ſolus ſit, contra ICti & Cæſares, qui periurium puniri iubent, plures, paganisque illis, quorum loca ante memoravi, chriſtiani in *L.* 41. *C. de Tranſactionibus, L.* 13. *C. de Teſtibus, L. pen. pr. C. de Dignitatibus* accedant, dicendum eſt utique, periurium iure Romano impune non eſſe, ſed ex arbitrio iudicis coërceri. Determinavit deinde pœnam antea incertam *Carolus V. in art.* 107. ſecundum quem articulum, clarum ſatis, iudicari oportebat, nec vanis eum cavillationibus eludi.

XX.

XX.

Amputatio digitorum in periuros ſtatuta iuſto durior non eſt, atque male communiter interpretationibus forenſibus mitigatur.

XXI.

Debebat illa locum invenire, etſi quis non lucri, ſed amicitiæ, aut ex alia cauſſa peieraſſet;

XXII.

Quin & in illis, qui allos ad peierandum inſtigant.

Periuris digitos amputari, iubet *Carolus V. in articulo* 107. ex antiqua & communi Germaniæ conſuetudine. In qua pœna nihil ego duri video, ſi atrocitatem delicti, &, quæ per id violantur, nominis divini ſanctitatem, religionem, fidem publicam, ac integritatem iudiciorum, ſpecto. Intererat potius reipublicæ, graviores pœnas excogitari, quibus homines a periurii crimine, quo nihil eſt nocentius, abſterreantur. Neſcio igitur, quid in mentem venerit interpretibus fere omnibus, ut pœnam iſtam tanquam aſperam nimis & inhumanam odio habeant, atque arctiſſimis cancellis circumdent. Ita fit, ut plerique impietatem ſuam impune ferant, aut ſaltem levi mulcta luant. Sed nolo in præſens vulgares iſtas exceptiones, quibus optima Caroli lex eluditur, exſcribere. Dico ſaltem cum *Kreſſio in notis ad articulum* 107. multas earum ineptas falſasque eſſe. Animadverto tamen, Kreſſium hanc exceptionem agnoſcere, qua communiter perhibetur, ad pœnam iſtam infligendam neceſſe eſt, ut quis proprii lucri & emolumenti cauſſa cum alterius damno peierarit. Trahunt huc nempe, aut captant potius, verba in principio *articuli* 107. poſita, quæ paren-

Digitized by Google

theſi includi oportebat: ſo derſelbig Eyd zeitlich Gut antrift, das in deß, der alſo fälſchlich geſchworen hat, Nutz kommen, der iſt zuforderſt ſchuldig, wo er das vermag, ſolch fälſchlich abgeſchworen Gut dem Verletzten wieder zu kehren, ſoll auch dazu verläumbd, und aller Ehren entſetzt ſeyn. Sed, qui id faciunt, mihi contra regulas iuſtæ interpretationis peccare videntur. Inepte Carolus, dum generalem periurii in iudicio commiſſi pœnam conſtituere voluit, ſaltem de uno caſu egiſſet, eos vero, qui plerumque accidunt, omiſiſſet. Non debet ei tanta incuria adfingi. Mens imperatoris ſat aperta hæc eſt: Qui in iudicio rite admonitus peierat, ei ex communi Germaniæ conſuetudine digiti, quibus iuravit, amputantur; præterea, ſi quod lucrum ex periurio cepit, ad hoc reſtituendum compellitur, ac infamia notatur. Verum uſus fori communem iſtam opinionem iam diu recepit. Narrat *Claſenius in notis ad art.* 107. *p.* 396. hominem, qui adfinem ſuum ab adulterii ſuſpicione liberaturus falſum teſtimonium iuratus dixerat, a ICtis Helmſtadienſibus anno 1672. carcere punitum fuiſſe. Simillima ſpecies ad eosdem ICtos menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XIX. deferebatur, in muliercula, quæ adfinem ſuum a furti ſuſpicione liberatura peierarat. Noluimus tunc quidem praxin, etſi legi contrariam, prorſus deſerere, ſed tamen & nimiam maiorum noſtrorum indulgentiam imitari erubuimus. Igitur media via inceſſimus, & periuram perpetuo exilio punivimus, adfinem ipſum vero, qui reæ, ut peieraret, perſuaſerat, pœna nulla peculiari adfecimus, quod is ob furtum fuſtibus cæderetur, atque hæc pœna periurii pœnam abſorbere crederetur: Hans Schultze iſt dreyer an Schaafen, einem Pferde und Korn begangenen Diebſtähle überführet, kann auch nicht läugnen, daß er Dorotheen Wißwedin, einen falſchen Zeugen-Eyd vor ihn abzulegen, beredet.

Alldie-

Alldieweil nun dieſes, daß Schultze ſeine Schwägerin zum Meineyde verleitet, als ein geringes Delictum, bey den andern gröſſern, in keine ſonderliche Betrachtung kommt, *arg. Conſtit. crim. art.* 163; So haben wir Inquiſitem den Staupenſchlag und ewige Verweiſung zuerkannt. Dorotheen Wißwedin, welche, ihren Schwager zu befreyen, einen falſchen Eyd abgeleget, daraus aber keinen ſondern Nutzen gezogen, haben wir dieſerwegen mit der *in Conſt. Crim. art.* 107. geſetzten Strafe verſchonet, per ea, quæ habet *Schultz. Synopſi Inſt. lib.* 4. *tit.* 6. *pag.* 1253. und dieſelbe bloß verwieſen. Ego tamen, ſi ex animi mei ſententia iudicandum fuiſſet, utrique digitos amputari iuſſiſſem, ob ultima *articuli* 107. verba.

XXIII.

Peccat iudex, & plus quam periurus eſt, qui hominem, quem peieraturum certo videt, tamen ad iurandum admittit.

XXIV.

Iudex eum, quem peieraturum videt, a iureiurando, ſive id delatum & acceptatum, ſive ex officio per rem iudicatam impoſitum ſit, arcere debet.

Bis iam ego, ſcilicet in *Specimine CXXXVII. de Officio iudicis circa iusiurandum, medit.* 3. & *Specimine CCCCLXX. de Auctoritate rei iudicatæ, medit.* 7. & 8. oſtendi, ad officium iudicis pertinere, ut iusiurandum inutile ac ſuperfluum, quamvis in re iudicata innixum, prohibeat. Hoc nunc porro ad eum caſum profero, quo iusiurandum quidem iuraturo utile futurum eſt, ſed iudex tamen, eum peieraturum, aperte videt. Quantacunque enim ſit rei iudicatæ auctoritas, concidit tamen illa omnis, ſi manifeſtam iniquitatem & peccatum contineat, *c.* 7. & 9. *X. de Re iudicata.* Et ſic ICti Vitembergenſes menſe Martio

tio anni CIↃ IↃ CC XXXIII. iudicarunt: Daß Klägers Principalin in Anſehung, daß ſie anfänglich ſowohl gegen ihre Eltern fol. 74. als auch gegen andere fol. 31. 47. und 144. Beklagten zum Vater nicht, ſondern einen Fremden, und in ihrem Klag-Schreiben fol. 3. die Zeiten ganz unrichtig angegeben, zudem, laut zweyer Zeugtinnen eydlicher Ausſage, fol. 82. ſqq. anderweit getriebener Unzucht halber höchſt verdächtig iſt, zu dem Erfüllungs-Eyde nicht zu laſſen, noch Beklagter ſie entweder zu ehelichen oder auszuſtatten, und dem Kinde den jährlichen Unterhalt zu entrichten, ſondern vor allen Dingen ſich eydlich zu reinigen, und, daß er mit Marien Dehlauin ſich fleiſchlich nicht vermiſchet, zu ſchwören ſchuldig, und ſodann von angeſtellter Klage zu entbinden.

XXV.

Iudex, qui iusiurandum calumniæ, ubi nulla calumniæ ſuſpicio eſt, exigit, improbe facit, & contra decalogum Exodi XX, v. 7. *peccat.*

Equidem mihi nondum plene perſuaſit *Thomaſius in nota* 236. *ad* Melchiors von Oſſe Teſtament *Part. II. cap.* 17. *pag.* 479. *ſqq.* omne iusiurandum calumniæ, ſive generale ſive ſpeciale, inutile atque adeo penitus abrogandum eſſe. Nequeo tamen me continere, quin iterum reprehendam nimiam magiſtratuum & iureconſultorum in decernendo iureiurando calumniæ facilitatem. Decernunt id fere ſemper, quoties alterutra pars hoc poſcit, etſi opus non ſit, nec ipſi ullam calumniæ ſuſpicionem animadvertant. Inprimis, ubi ſuper præſtatione iurisiurandi delati interloquuntur, neceſſarium putant, deferenti ſimul iusiurandum calumniæ imponi. Faciunt hoc non, ut calumniam, cuius

metus

metus ſæpe nullus eſt, excludant, ſed ne alter, ſi ſolus iuret, iniurium hoc ſibi credat. Itaque non recordor, vidiſſe me ſententiam, quæ iusiurandum delatum comprobarit, nec formulam illam ſuetam: prævio iureiurando calumniæ; adiecerit. Et videtur hoc quidem cum *L.* 34. §. 4. *L.* 37. *de Iureiurando & L.* 9. *C. de Rebus creditis*, quæ leges iusiurandum calumniæ a deferente abſolute exigunt, convenire. At non convenit cum pietate & religione, quæ nomen Dei vane uſurpari & ſacramenta ſuperflua præſtari vetat. Neque etiam convenit cum iure canonico, quod iudicem iusiurandum hoc a partibus exigere iubet, quoties viderit expedire, *c.* 2. §. 2. *de Iuramento calumniæ in* 6. Peccat itaque iudex, qui arbitrio hoc ſibi dato non utitur, ſed promiſcue ſacramenta calumniæ decernit, & ſic, ut ſanctitas eorum evileſcat ac contemnatur, efficit. Conſentiunt mecum *Mevius P.* 4. *dec.* 164. & ICti Helmſtadienſes in reſponſo, in *Specimine CXL. de Iureiurando calumniæ, medit.* 1. relato. Conſentiunt leges Saxoniæ in der Proceß-Ordnung *tit.* 33. verbis: So mögen unſere Appellation- und Hof-Räthe, wie auch Hof- und andere Gerichte, wann und ſo oft ſie vermerken, daß etwas von einem oder dem andern Part nur zu vorſetzlichem Verzug der Sachen vorbracht oder vorgenommen wird, ihme zuvor, und ehe ſeinem Suchen ſtatt gegeben, den Eyd vor Gefährde, in Rechten Iuramentum Malitiæ genennet, auch ohne vorgehendes rechtliches Erkänntniß, aus richterlichem Amt, extraiudicialiter, es werde gleich von dem andern Part geſucht oder nicht, auferlegen, & in der Erläuterung und Verbeſſerung *eod. tit.* 33. §. 1. verbis: Daß ſelbiges auch *ex Officio*, und ohne vorgehendes rechtliches Erkänntniß, der Richter erfordern könne, und nach Belieben erfordern ſolle. Quibus non obſtant, quæ in der erſten Proceß-Ordnung *tit.* 18. §. 6. conſtituuntur. Ea enim arbitrium & religionem iudicis non excludunt.

COROLLARIA.

1. Delicta, quæ circa iusiurandum committuntur, in octo classes distribuit *Calovius in Bibliis illustratis ad Deut. VI, 13.* Sunt nempe secundum eum in classe 1), qui scientes falsum iurant, in 2), qui dolose verum iurant, quod falsum esse putant, in 3), qui ignorantes falsum iurent, quod credunt esse verum, in 4), qui non servant promissa iureiurando firmata, in 5), qui illicita, in 6) qui temere, in 7), qui per creaturas, vel falsos deos, in 8), qui æquivoce & sub conditione aut modo, in mente retentis, iurant. Ego nonam classem addo eorum, qui ipsi sic non iurant, sed ab aliis ita iurari curant, iubent, sinunt, non prohibent.

2. In crimen temerarii iurisiurandi incidunt, qui iusiurandum de re illicita vel non possibili, saltem dicis & ceremoniæ caussa, sine obligandi animo exigunt aut præstant. Exempla vide in *Specimine CXXXIV. de Iureiurando invalido, coroll. ult.*

3. Peccant, qui per Deum quidem, sed absurdis formulis, quarum exempla vide *in Specimine CXXXV. de Iurisiurandi delatione, coroll.* 2 iurant.

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DLXVIII.
MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVIII. TIT. IV.
DE
PERDVELLIBVS.

I.

Sententia eorum, qui maieſtatem immediate a Deo eſſe, ſimpliciter contendunt, & logomachia eſt, & aſſentatio.

II.

Calovius eam optime explicat.

III.

Aliquibus tamen diſſenſio ab illa ſententia tanquam crimen læſæ maieſtatis obiecta eſt.

Nullum crimen ex malitioſa adulatorum interpretatione latius patet, quam læſæ maieſtatis. Vix ullum delictum eſt, quod ad illud referri non poſſit, ſi modo violatione legum maieſtatem legislatoris lædi dicas. Qua de re alibi conqueſtus, nunc queror ſaltem, parum abfuiſſe, quin ipſe criminis huius inſimularer, quod aliquando a vulgo, maieſtatem immediate a Deo eſſe, perhibente diſſenſiſſem. Rem totam, ut geſta eſt, narrabo. Candidatus honorum iuridicorum lucubratiunculam *de logomachiis in iure* ſcripſi, atque inter has logomachias quæſtionem, ſitne maieſtas immediate a Deo, *in* §. 64. hoc modo retuli: *Quantas vox maieſtatis non bene explicata inter eruditos turbas dederit, nemo eſt, qui ignoret. Summo fervore diſputatum fuit, utrum maieſtas mediate, an immediate a Deo ſit. Ad hanc quæſtionem quod attinet, poterat illa ab initio graviſſima & maximi momenti videri. Sed nihil eam in receſſu habere,*

Digitized by Google

apparebit, ſi quæſtionem, omiſſis vocibus maieſtatis & immediate, tanquam ambiguis & obſcuris, explicemus. Hanc ergo faciemus ſententiam noſtram: Inſtitutio poteſtatis & imperii in ſocietatibus civilibus ſolum deum auctorem habet; quippe qui & in lege naturali & promulgata voluit, ut homines in ſocietates coirent. Harum autem ſocietatum eam voluit eſſe naturam, ut non poſſent ſine regimine aut poteſtate politica conſiſtere. Huius igitur poteſtatis prima introductio ſoli Deo debetur. Sed diverſæ formæ, quibus hæc poteſtas in respublicas fuit introducta, variæ leges, quibus ea eſt circumſcripta, et denique electio perſonarum, quibus illa conferatur, a populo & civibus dependent; niſi, quod divina providentia in illis pariter, ut in reliquis actionibus humanis, concurrat. En tibi periculoſam hanc doctrinam ita reſolutam, ut de eius veritate nemini dubium ſuperſit. Quid ergo opus erat, ambiguis maieſtatis & immediate vocabulis obſcuram eam & controverſam reddi. Non inficior, habuiſſe me tunc in animo litem olim Thomaſio motam, cui quæſtionem hanc neganti Maſius, theologus Hafnienſis, dicam impietatis ac læſæ maieſtatis ſcripſit, &, ut commentarii eius Hafniæ per carnificem comburerentur, effecit. Iſtud tamen ſcriptum meum tunc temporis nullas turbas dedit. Interiectis vero paucis annis, iterum *de aſſentationibus iureconſultorum* ſcripſi, atque opinionem illam, quod maieſtas immediate a Deo ſit, quam olim logomachiam dixeram, nunc etiam ad aſſentationes retuli, hunc in modum: *Prodeant & in medium illi, qui maieſtatem immediate a Deo eſſe dicunt, atque populi eligentis conſenſum pro cauſſa aliqua maieſtatis haberi debere negant. Hi quoque aperte principi blandiuntur. Quorum tamen ſententiam mirifice exploſit Thomaſius in Iurisprud. Divina l. 3. c. 6. n. 66. ſqq. & abſurdiſſimam eſſe, nec maiorem dignitatem aut ſplendorem imperantibus conciliare, oſtendit, ut mireris, potuiſſe illam aliquando a viris prudentibus defendi, usque adeo, ut & Galli de ea, tanquam ſine*

qua

qua tranquillitas publica ſperanda non ſit, in comitiis approbanda & auctoritate regia confirmanda conſilium, teſte Grammondo Hiſtor. Gallic. lib. 1. *agitarint.* Offendit theologos Vitembergenſes, qui tunc erant, neſcio utrum Thomaſii nomen, an audacia mea, quod contra Maſii, theologi, auctoritatem pugnarem, &, maieſtatem proxime a Deo eſſe, negarem. Purgabam quidem ego me, ut puto, ſatis. Nam, Deum proximum maieſtatis auctorem eſſe, ſi primam conſtitutionem ſpectes, nunquam negaram, ſed ineptias ſaltem eorum riſeram, qui, quoties princeps a populo eligitur, vel belli aut hereditatis iure ſummam poteſtatem adipiſcitur, maieſtatem ei ex electione, bello & hereditario iure adquiri nolunt, verum illam tanquam aviculam ex cælo deſcendere, & electo, victori vel heredi inſidere autumant. Ab his & Calovium diſſenſiſſe oſtendebam. Iſtis tamen excuſationibus meis parum movebantur theologi, ſed pergebant damnare ſcriptum meum, & ordinem philoſophorum ſocium ſibi adſciſcebant. Ambo hi ordines rectorem academiæ adeunt, &, ut ſcriptum meum aboleatur, nec publice ad diſputandum proponatur, poſcunt. Rector tum erat Vaterus, illuſtris medicus, & fama per orbem notus, mei amantiſſimus & a me viciſſim omni obſervantia cultus. Per hunc rectorem facile victor exſtitiſſem. At prævideRant hoc theologi & philoſophi, interceſſionique ſuæ, ni ratio eius haberetur, provocationem ad regem adiecerant. Hæc me terrebat. Equidem de cauſſæ meæ iuſtitia non diffidebam, nec de purpuratorum regiorum integritate & perſpicacia dubitabam, quin & de mirifica multorum ex illis, illuſtris maxime Alemanni, neceſſarii mei, erga me benevolentia certus eram. Sed noveram quoque, quam difficulter theologis religionis cauſſam prætexentibus reſiſti ſoleat. Hærebat in animo exemplum Calovii, qui aliquando a præcipuo aulæ Saxonicæ miniſtro in re, quam hic

iniquam crediderat, repulsam passus, ei per literas denunciarat, se Deo contra ipsum supplicaturum, quibus minis motus minister e vestigio responderat: auferret Calovius, quod vellet, sibique haberet; inimicis saltem ad Deum precibus abstineret. Noram, inquam, hæc, & liti meæ, si decisio eius forte viro in theologos indulgentiori obvenisset, metuebam. Inter hæc amici pacis conditiones utrique parti proponunt, ex quibus illa convenientissima mihi visa est, ut epistola publice edita, quidquid durius theologis & philosophis visum fuerat, emollirem & excusarem. Placet idem adversariis. Scribo igitur epistolam ad respondentem, offero theologis, &, quum hæc nondum illis satisfaceret, effletque semper, quod monerent, verto stylum aliquoties, & emendo scripta, tandemque post multas altercationes talem, qualem hic exhibeo, formo: *Accipe nunc commentationes meas ad loca nonnulla, quæ, nisi recte explicentur, fortassis ambiguitate sua quorundam animos offendent. Refellis scilicet illos, qui maiestatem immediate a deo proficisci perhibent. Fateor, mihi quoque falsam semper* I. F. Hornii *aliorumque sententiam visam fuisse, qui deum caussam maiestatis immediatam non solum in primis & antiquis rerumpublicarum temporibus, sed & hodie semper, quotiescunque princeps aliquis vel consensu populi, vel vi bellica, sive iusta sive iniusta, regnum nanciscitur, esse, & populum quidem eligere principem, huic vero lecto maiestatem immediate conferri a deo, affirmant. Illud equidem non ignoro, originem soli deo deberi. Neque id a quopiam, nisi impie & insulse, in dubium vocari potest. At ea maiestas, quæ certo cuidam principi competit, profecto non a deo inspiratur, sed, interveniente populi consensu, vel iusto bello, confertur. Consentit nobiscum* divus Calovius in Synopsi Controversiarum art. XVI. §. II. Magistratus, *inquiens*, potestas, si primam spectes institutionem, a Deo est immediate. Hic de magistratu non in concreto, sed abstracto quæritur, quate-

Digitized by Goo

quatenus magiſtratui poteſtas illa convenit. Non ergo ſpecialiter de magiſtratu v. g. in populo Iſraëlitico diſquiritur, de hoc enim res non facile eſt dubia. Obiicitur: Magiſtratum eligi ab hominibus. Reſp. diſtinguitur inter poteſtatis inſtitutionem, & ſubjecti, quod eam poteſtatem uſurpat, deſignationem. Hæc fit ab hominibus; illa ab ipſo Deo immediate. Huc usque *Calovius*. Accipiunt hanc epiſtolam adverſarii, ſed ægre, & ſub iurata fide, me libellum meum nec miſſurum ad quempiam eſſe, nec rurſus editurum, niſi epiſtola adiecta. Sic tandem pax facta, & publice diſputare mihi permiſſum. Narravi factum, ut contigit, atque, quis ex nobis erraverit, lectori iudicandum permitto, retractaturus etiam, ſi quid durius ſcripſiſſe convincor.

IV.

Sola machinatio & conſilia cum hoſte contra rempublicam inita, etſi reus animum exſequendi non habuerit, perduellio ſunt.

Sola intentione, conſilio ac conatu crimen perduellionis committi, ex *L.* 1. §. 1. *ad legem Iuliam maieſtatis* & *cap.* 24. *Aureæ Bullæ* conſtat, omnibusque notum eſt. Illud itaque ICtorum Vitembergenſium iudicium, quo *Zieglerus in Iuribus maieſtatis lib.* 1. *cap.* 2. §. 48. & 60. theſin hanc illuſtrat, nihil ſingulare habere videtur. Eſt tamen maxime ſingulare & memorabile ob illa videlicet, quæ ei inſerta ſunt, verba: So wird er, als perduellionis reus, ſeines Einwendens ungeachtet, daß er nemlich eines oder das andere, nur den Obriſten zu betrügen, und Geld von ihme zu bekommen, vorgegeben, mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gebracht. Apparet nempe ex his verbis, reum intentionem ac conatum plane negaſſe, & tamen condemnatum fuiſſe. Quæritur ergo, an, qui ſine animo reipublicæ nocendi conſilia quidem cum hoſte de illa prodenda iniit, at de conſiliis iſtis exſequendis nunquam cogitavit, ſed hoſtem decipere ac pecunia

cunia emungere voluit, perduellis dici poſſit. Vlpianus profecto, qui in *L.* 1. §. 3. *de Dolo malo* ſubdolas iſtas contra hoſtem machinationes dolum bonum ac ſolertiam appellat, ac in *L.* 1. §. 1. *ad L. Iuliam maieſtatis* ad crimen maieſtatis dolum malum ter requirit, iſtiusmodi reum tueri, ac ICti Vitembergenſes, qui ſuper hac exceptione deficientis intentionis interloquuti non ſint, & vel iusiurandum, vel tormenta ſaltem non decreverint, erraſſe videntur. Ego tamen, illos recte iudicaſſe, credo. Scilicet lex Iulia in modo memorata L. 1. §. 1. maieſtatis crimen id omne vocat, quidquid contra ſecuritatem reipublicæ committitur. At machinationes conſiliave cum hoſte contra rempublicam ſine dubio ſecuritatem eius lædunt. Qui ergo talia ſcit, in dolo eſt. Sed ais, noluit illa exſequi. Fecit tamen, quod privato non licere ſciebat. Præterea rempublicam in metum & periculum adduxit. Suppetunt exempla, quibus hoſtis, quem decipere quis voluit, ipſe deceptorem decepit, operaque eius, vel inviti, ad perniciem patriæ uſus eſt. Adde, quæ in ſimili de crimine diffidationis docui *in Specimine DLIII. de Diffidationibus, medit.* II.

V.

Solum ſilentium in crimine perduellionis iuſte punitur.

VI.

Is tamen, qui ſcit perduellium machinationes, ſed probationibus deſtituitur, ad levia indicia & dubia argumenta deferenda non obligatur.

VII.

Digitized by

VII.

Pontifices Romani ſolam reticentiam in crimine perduellionis nunquam morte punierunt.

Doctus *Gundlingii* liber eſt, quem *Singularia ad legem maieſtatis, itemque de ſilentio in hoc crimine*, inſcripſit, & pulchrum inprimis *caput IV.* quo, ſolum ſilentium in crimine maieſtatis iure puniri, egregie contra diſſentientes tuetur. Adſentio ego ei hac in parte plene. Sed, ne quid diſſimulem, in uno hæreo. *Gundlingius* nempe *in huius cap.* 4. §. 6. 7. 8. 9. 12. 13. & 14. his, quibus machinationes contra principem & rempublicam innotuerunt, præcipit, ut, poſthabito tormentorum, quæ Conſtantinus M. in *L.* 3. C. *Ad legem Iuliam maieſtatis* eis minatur, ac calumniæ metu, levia etiam indicia & dubia argumenta, quæque a vilibus auctoribus acceperint, deferant. Equidem temperare hunc rigorem videtur in §. 6. verbis: *Nec eſt non fatendum, non ita rigidos eſſe debere legiſlatores, ut ad quamvis vulgi auram & vagos rumuſculos denunciandi neceſſitatem imponant ſuis;* & in §. 14. ubi conſilium dat, *ut arcana coniuratorum variæque periſtaſes in clariori luce conſtituantur, antequam ad accuſationem, vel delationem procedat factionem reſciſcens.* Aſt id temperamentum tollit deinde pluribus locis. *Caveant*, inquit, in §. 6. *ne levem auctorem dicant, de quo ipſi iudicare nequeunt, aut conſcios ſeſe negent cum Alciato*, ad l. 31. ff. depoſiti, ad l. 34. §. 4. de V. O. itemque ad l. 197. de V. S. *quia non credidiſſent. Ibidem* ſententiam amicorum Alexandri apud *Curtium lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 14. probat dicentium: *In ſuo quemque periculo magnum animum habere: quum de ſalute regis timetur, credulos eſſe debere; vana quoque deferentes admittere.* Porro in §. 8. *Publica*, inquit, *ſalus ac fidei ſingularis promiſſio unumquemque obligat, ut ne quidquam leve exiſtimet, quod*

vitæ principis ac reipublicæ quieti extremum minatur, multo minus, ut vel malo, vel ſtulto conſilio premat, a quo incolumitas regis pendet; In hoc negotio privatorum iudicium nullum eſt, ac deciſio hominum ſingularium penitus inanis. Maledicta, coniurationes omnes, earumque initia, progreſſus, adiuncta, ad ipſius Regis ac reipublicæ primarium tribunal deferenda ſunt, pro quo ſeſe ſiſtant noxii, rigidumque examen ſubeant, vel damnandi, vel abſolvendi. Civibus ſola obſequii ac fidei intemeratæ gloria relicta eſt. Denique in §. 14: *Vbi*, ait, *tam exacte ſcientia haberi nequit, eoque aliquid audendum eſt; ibi auctor ſum ſuaſorque omnibus, ut, infamia delationis poſthabita, quæ noſtro ac hodierno iure inaniter timetur, ſine ſcrupulo, quod cognoverunt, aperiant, ne, dum evitare charybdim ſtudent, in ſcyllam funeſtiori caſu præcipitentur.* Et, quod ad tormentorum quidem metum attinet, ipſe exemplum deductæ in uſum *legis* 3. C. *Ad legem Iuliam maieſtatis* nec vidi, nec legi, nec audivi. Verum magis metuenda eſt calumniæ pœna delatoribus. Accuſatores certe & delatores omnes deterrere poteſt exemplum Dinæ & Waltheri, tribuni militum, qui, quod in probatione obiectæ Cornificio Vlefeldio, primario Danicarum rerum adminiſtro, perduellionis defeciſſent, illa capite truncata, hic in exilium actus eſt. Et apparuit tamen poſtea luculenter, Cornificium vere regi inſidias ſtruxiſſe. Hiſtoriam a pluribus hiſtoricis narratam breviter excerpſit *auctor* des allgemeinen Hiſtoriſchen *Lexici* art. *Vlefeld* (*Cornificius*) cuius verba adiiciam: An. 1651. gab ihn eine ſchöne, aber leichtfertige Weibs-Perſon, *Dina* genannt, bey dem Oberſten Georg Walther an, als wenn er den König mit Gift vergeben wollen, und zwar ſey ſie dieſes auf folgende Art inne worden: Als ſie einſten bey dem Reichs-Hof-Meiſter in dem Bette gelegen, ſey ſeine Gemahlin dazu gekommen, welche ſich, da ſie ſich in das Bette verkriechen müſſen, auf ſelbiges geſetzt, eine Flaſche mit dem von *D.* Sperlingen zubereiteten Gifft

in

in die Cammer gebracht, und mit ihrem Ehe-Herrn von dieſer Sache geredet hätte; ob ſie nun wol der Reichs-Hof Meiſter durch harte Eydſchwüre angehalten, hiervon nichts zu melden, habe ſie es doch nicht verſchweigen können. Dieſe ihre Ausſage brachte der Obriſte Walther zu des Königs Wiſſenſchaft, und darauf wurde das Weibs-Bild von den Reichs-Räthen vorgenommen, auch ſonſt ingeheim *inquiriret*. Der Reichs-Hof-Meiſter hingegen ließ dem Könige durch 2. Reichs-Räthe andeuten, es wäre ein Anſchlag, ihn (Ulefelden) nebſt ſeiner Gemahlin in ſeinem Hauſe ums Leben zu bringen, obhanden, davon gedachter Obriſte Walther Wiſſenſchaft hätte, und ließ dannenhero den König um Schutz anſuchen. Niemand konnte ſich in dieſen verwirrten Handel ſchicken; dahero durch das ganze Königreich von allen Cantzeln gebeten wurde, daß Gott die Wahrheit entdecken wollte. Allein, weil *Dina* ihr Vorgeben nicht erweiſen kunte, wurde ſie in gefängliche Haft gebracht, und die Sache vor Gerichte gezogen, vor welchem ſich der Reichs-Hof-Meiſter nebſt ſeiner Gemahlin und einem groſſen Gefolge ſtellte, da denn, als die *Dina* in ihrer Ausſage ſehr *variirte*, ſo wol er, als auch ſeine Gemahlin und *D.* Sperling *abſolviret* wurden. Der *Dinæ* aber ward den 11. *Iul. an.* 1651. das Haupt abgeſchlagen, und ſolches auf einen Pfahl geſtecket, welche aber vor ihrem Tode einen von des Reichs-Hof-Meiſters Dienern zu ſich gerufen, und demſelbigen ſagen laſſen, daß ſie ihn hiermit vor Gottes Gericht *citiret* haben wolle. Hierauf ließ ihn der Obriſte Walther über verſchiedene Puncte *citiren*; allein er fuhr den 18. *Iul.* ohnvermerckt nach Helſingör, ſetzte ſich auf ein Holländiſch Schif, und ſegelte darauf mit ſeiner ganzen Familie in die Niederlande, wurde aber deshalben aller ſeiner hohen Ehren-Aemter entſetzt, und der Obriſte Walther auſſer Landes verwieſen. Quæ quum ita ſint, recedo hac in parte a Gundlingio, pro-

boque defenſionem Thuani, de qua *Aubery dans les memoires pour ſervir à l'hiſtoire de Hollande* art. *Iean de Barneveld pag.* 315. *ſq.* hæc ſcribit: *François de Thou, qui mouruti pour n'avoir pas révelé le deſſein, que M. de cinq Mars, grand Envoyé de France, lui avoit communiqué. Sur cette matière, Mrs. Dupuy, ſes illuſtres Parens, firent imprimer un diſcours: où, pour prouver l'iniquité de ce iugement, ils ſe ſont ſervis entr' autres de ce paſſage de Gigas,* cuius de Crimine læſæ maieſtatis libellus in *Tractatu tractatuum* exſtat, *Iuriconſulte Milannois: Qui conſilium adverſus Maieſtatem Principis initum cognoverunt, nec probare poſſunt, non tenentur revèlare; & qui tales condemnant, non ſunt Iudices, ſed Carnifices.* Quam Gigantis æquiſſimam ſententiam hallucinationem appellat *Gundlingius in cap.* 4. §. 38. Ceterum, quod idem *Gundlingius in cap.* 3. §. 41. ait, pontifices maximos reticentiæ in crimine maieſtatis non ſemper veniam dediſſe, neſcio, an probare poſſit. Indulgentia certe Leonis X. in Cardinalem S. Georgii, quam *in* §. *præcedente* ex *Guicciardino* memorat, contrarium oſtendit. Et antiquius adhuc exemplum eſt Vrbani VI. de quo *Gobelinus Perſona in Cosmodromio ætat. VI. cap.* 78. hæc narrat: *Cardinales de conſpiratione prædicta accuſatos: cæteris licentiatis, ad Cameram ſuam Papa convocavit: Cumque Papa de conſpiratione hac eos impeteret, & penitus eam negarent, Papa commiſit eos nepoti prædicto examinandos. Ipſi vero, dum chordarum tormentis afficerentur, crimen ipſum confeſſi ſunt, ſed Dominus Adam, Cardinalis de Anglia, cum eis comprehenſus, dum tormentis ſubdebatur, conſilium reliquorum ſe ſciviſſe, non tamen eis conſenſum præbuiſſe, dicebat. Sed quia ſcitum non revelavit, quaſi favens conſpirationis ſceleri una cum aliis carceribus mancipatur;* deinde *in cap.* 81. ſubiicit: *Dominus Papa receſſit de Ianua, & in receſſu quinque Cardinales, quos usque tunc in carceribus detinuit, ibidem mortuos reliquit, ſed quomodo, aut quali morte vitam*

tam finierint, non plene mihi conſtat. Vndecimo tamen anno Domini Bonifacii Papæ, ſucceſſoris immediati Domini Vrbani, intellexi a quodam, qui dixit, ſe eorum ſepulturæ præſentem fuiſſe, quod ipſi in carcere iugulati, & in ſtabulo equorum clam noctu ſepulti fuerint. Sed Dominus Adam, Cardinalis de Anglia, ex cauſſis ſuperius dictis vivus reſervatus eſt.

VIII.

Liberatio & emiſſio rei e carcere publico per ſe non eſt perduellio, niſi liberatus ipſe perduellis fuerit.

IX.

Fit tamen perduellio, quando per eam tranquillitas publica, vel amicitia cum extero principe, turbatur.

Improbitatem accuſatorum ac delatorum, crimen perduellionis & læſæ maieſtatis temere intentantium, ac nova & incognita hucusque eiusdem genera confingentium, damnavi olim in *Specimine L. de Cauſſis odii erga advocatos fiſci, medit.* 4. & 5. Sed non adeo diu eſt, quod mihi ipſi & collegio meo iſtiusmodi facilitas in reis læſæ maieſtatis faciendis obiecta ac vitio data fuit. Rem, ſicut eſt, narrabo. Princeps civem quendam ſuum, quem ſibi aliquot millia debere aiebat, debitum inficiantem ac fugientem litteris perſequitur, atque a vicino principe Electore, in cuius terras cives iſte aufugerat, precibus impetrat, ut hic fugitivum adprehendat, ac ſe illum priſco dominio reſtituturum polliceatur. Sed dum de exhibitione ac modo exhibendi agunt invicem ambo principes, captivus ille, ruptis vinculis, cuſtodia elabitur, miniſterio amici fidiſſimi uſus. Elector, cuius carceres violaverat, fruſtra illum e fuga retrahere annititur, amicum vero, fugæ, ut dixi, miniſtrum

ac adiutorem, comprehendit. Hic, quamvis manifeſtiſſimis indiciis teneretur, negat tamen, ſe fugæ conſcium fuiſſe, atque, dum cauſſa cognoſcitur, ſe ex carcere dimitti, petit, cautionem offerens. Interrogati ICti Vitembergenſes menſe Februario anni CIↃ IↃ CC XXXII. negarunt, precibus eius locum dandum, quod crimen læſæ maieſtatis ſübeſſet: Dieweil Churfürſtliche Durchlauchtigkeit den entwichenen Magnum an des Herrn Fürſten zu Modena Durchl. auszuliefern verſprochen, und bis zur Auslieferung in ſicherer Verwahrung zu behalten anbefohlen, folglich diejenige, welche deſſen Flucht befordert, Se. Churfürſtl. Durchl. auſſer Stand, Ihr Verſprechen zu halten, geſetzet, demnach ſie ſelbſt beleidiget, und gegen obgedachten ausdrücklichen Befehl vorſetzlich verbrochen, dergleichen Verbrechen bey einer mit auswärtigen Fürſten getroffenen Handlung, und darunter verſirenden Intereſſe publico, auf ein crimen læſæ maieſtatis hinaus lauft, und denn Johann Chriſtian Frantz, daß er ſolche Flucht veranlaſſet und befodert, höchlich graviret; So wird derſelbe noch zur Zeit der gefänglichen Haft nicht befreyet. V. R. W.. Atrocior hæc ſententia ipſisque legibus durior & reo & aliis viſa fuit. Equidem, aiebat reus, ius Saxonicum vetus *in Speculo lib.* 3. *art.* 9. eos, qui carceres vi effringunt reosque eximunt, item Romanum in *L.* 4. *C. de Cuſtodia reorum*, & *Carolinum in art.* 180. commentarienſes ac cuſtodes, quorum dolo & colluſione reus elabitur, eidem ſupplicio ſubdunt, quod fugitivo imminebat; at iſtæ leges ad amicos, qui vim nullam fecerunt, ſed amici fugam conſilio ſaltem inſtruxerunt, vel alio modo adiuverunt, extendi nequeunt; quod vero hi libertatis conciliatores perduellionis & læſæ maieſtatis poſtulari poſſint, hoc inauditum, & ne quidem monſtris illis, quæ in primo poſt Chriſtum natum ſæculo Romam tyrannide preſſerunt, in mentem veniſſe; atque in præſenti caſu tanto indignius eſſe, quod ipſe captivus, qui fugerat, non ob læſam maieſtatem, ſed ex pecu-

pecuniaria cauſſa, requireretur. Verum ego, iuſtiſſime reſponſum fuiſſe, credo. Poteram ad *L.* 4 *pr. Ad legem Iuliam maieſtatis* confugere, ubi inter reos maieſtatis refertur, qui confeſſum in iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum, emiſerit. Sed fateor ingenuus, eam huc non pertinere. Iam diu *Dionyſius Gothofredus in notis ad hanc L. lit. f.* legendum eſſe dicit: *Confeſſum in hoc iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum emiſerit; ut maieſtatis teneatur, qui confeſſum in hoc iudicio maieſtatis, & propter hoc in vincula coniectum emiſerit, non qui ſimpliciter in vincula coniectum.* Violatio carceris & liberatio amici per ſe non eſt perduellio, ſed fit aliquando talis propter accedentes circumſtantias. Tales autem circumſtantiæ aderant hic utique. Fuga nempe illa principem requirentem maximopere offendebat, infenſumque principi electori, a quo verba ſibi data credebat, reddebat, aut ſaltem amicitiam inter illos turbabat. Pertinent huc verba *legis* 4. *pr. Ad legem Iuliam maieſtatis: utve ex amicis hoſtes populi Romani fiant: cuiusve dolo malo factum erit, quo rex exteræ nationis populo Romano minus obtemperet.* Ac in genere quodcunque civis dictum factumve tranquillitatem publicam turbat, perduellio eſt, & maieſtatem lædit. *L.* 1. §. 1. *Ad legem Iuliam maieſtatis.*

X.

Dantur etiam aliæ perduellionis & læſæ maieſtatis ſpecies, quam quæ in pandectis exempli loco recenſentur.

XI.

Inobedientia erga iuſſa principis, ex contemtu profecta, eo referenda eſt.

XII.

XII.

Civis tamen, quem metus externus, etsi iniustus, a parendo deterret, excusatur.

XIII.

Nequit princeps civi necessitatem parendi imponere, nisi ei securitatem antea præstet.

Conquestus sum *in Specimine L. de Caussis odii erga advocatos fisci, eorumque flagitiis, med.* 4. & 5. de improbitate eorum, qui novas perduellionis & læsæ maiestatis species excogitant. Errat tamen, si quis putat, me crimen perduellionis & maiestatis ad ea sola exempla, quæ *in titulo ff. ad L. Iuliam maiestatis* recensentur, alligasse. Nunquam hoc mihi in mentem venit. Exempla regulam & definitionem non restringunt, sed illustrant. Et quamvis pœnalia odiosa sint, id tamen odium tantum non est, ut, siquidem mens legislatoris & ratio legis luculenter apparet, extensionem excludat. Iam diu *Hornius de Interpretatione iuridica cap.* 3. §. 11. contra vulgus DD. ostendit, interpretationem extensivam etiam in pœnalibus locum habere. Nec Hornius sine lege loquitur. Vide modo *L.* 2. §. 29. *Ad S. C. Tertull.* Quamobrem omne crimen, per quod maiestas, seu summa potestas, directo læditur, huc pertinet, etsi in supra memorato titulo ff. expresse non notetur. Vide

Digitized by Google

de infra *coroll.* 3. Exempli loco erit inobedientia, quum quis ſcilicet iuſſibus principis aut reipublicæ obſequium aperte detrectat, atque ſic publice præ ſe fert, ſe auctoritatem eius non agnoſcere. Nihil eſt hoc crimine peſtilentius, & ad inficiendos eodem contagio aliorum animos aptius. Reſecari ergo tempeſtive oportet malum, ne latius ſerpat. Id tamen unusquisque intelligit, inobedientiam non aliter in crimen maieſtatis incidere, quam ſi ea ex contemtu ſupremæ poteſtatis proficiſcatur. Nam ſi is, qui non obtemperat, iuſtam aut ſaltem veriſimilem cauſſam habet, excuſatur. Huc refero, quando civis propter metum externum, quamvis iniuſtum, ac terrorem incuſſum principi ſuo parere impeditur. Oportebat quidem conſtantem virum nullo metu in officio ſuo faciendo tardari. Sed homines ſumus, in quorum naturam tanta virtus rariſſime cadit. Accedit, quod duæ ſint maieſtatis partes, ad obligationem parendi neceſſariæ, ius imperandi & poteſtas. Poteſtas hæc aliter intelligi nequit, quam ut imperans civem, ſi pareat, adverſus omnes, qui malum parenti repræſentant, tueatur. Si hoc nequit princeps, nec obſequium exigere, nec id detrectantem punire poteſt. Exemplum hoc eſto. Princeps civem ſub fratre ſuo apanagiato habitantem comparere iubet. Frater hic civi denunciat, ne compareat, ac comparituro mala multa minatur. Princeps ergo civem tanquam contumacem ac rebellem punire parat. Quæritur, an iuſte? Negarunt ICti Helmſtadienſes menſe Octobri anni CIↃ IↃ CC XIX: Seynd der Inquiſit Daube, und die gegen ihn abgehörten Zeugen, ungeachtet ſie zu unterſchiedenen mahlen, und zwar jener ſub pœna confeſſi & convicti, dieſe bey 10. und wiederum bey 50. Thaler Strafe zur Confrontation vorgeladen worden, nichts deſto weniger ausgeblieben, wannenhero zu wiſſen verlanget wird, mit was vor Strafe ſelbige insgeſammt anzuſehen. Ob es ſich nun wol gebühret, daß die Citati

dem an sie ergangenen Landes-herrlichen Befehle zu schuldiger Folge erschienen wären, und sich daran des Fürst Adolphs Durchl. Verboth nicht hätten hindern lassen, folglich, und da sie nicht gehorsamet, es das Ansehen gewinnet, ob wären sie als Ungehorsame und Uebertreter der Landes-Fürstlichen Hoheit mit den ihnen angedroheten Strafen zu belegen, also der Inquisit pro confessio und convicto zu erklären, und die Zeugen zu Erlegung der Geld-Busse anzuhalten; Alldieweil aber der eigentliche Ungehorsam eine Bosheit und Dolum præsupponiret, hingegen der Inquisit und die Zeugen nicht sowohl aus Bosheit und Verachtung der Landes-Herrschaft, als vielmehr aus Furcht der ihnen von Fürst Adolphs Durchl. angedroheten Strafen, weggeblieben, diese Furcht auch, da hochgedachter Fürst Adolph solche Strafen durch seine Amts-Bediente leichtlich exsequiren kann, nicht ungegründet ist; So halten wir dafür, daß der Inquisit Daube und die vorgeladene Zeugen noch zur Zeit mit den ihnen angedroheten Strafen zu verschonen, und vor allen Dingen ihnen wider die von Fürst Adolphs Durchl. an sie ergangene Straf-Verbote Sicherheit zu schaffen.

XIV.

In crimine perduellionis etiam testes inhabiles admittuntur.

XV.

Minorem tamen, quam alii idonei, quin aliquando, maxime si inimici sint, nullam plane fidem inveniunt.

Inter cetera perduellionis singularia hoc etiam referunt interpretes, quod testes, in aliis criminalibus inhabiles, hic admittantur, faciantque tormentis locum. Argumento scilicet utuntur *legis* 7. *pr.* §. 1. & 2. & *legis* 8: *Ad legem Iuliam maiestatis*, ubi deferre hoc crimen permittitur iis, qui accusare non possunt. Colligunt inde, testes quoque audien-

Digitized by Google

audiendos esse, quibus alias testimonii dictio non est. Quam collectionem, etsi absurdam vocet *Matthæi de Criminibus lib.* 48. *tit.* 2. *cap.* 4. §. 2. ego tamen defendi posse credo. Accedit argumentum *legis* 1. *C. de Quæstionibus*, in qua servi in caput domini ob maiestatis crimen torqueri iubentur, quod utique genus testimonii est. Quidquid sit, etsi testes inhabiles in hoc crimine admittamus, fidem tamen eis plenam non habemus, quin aliquando, inprimis si inimicitia luculenter adpareat, nihil plane eis credimus, ob oculos habentes prudentissimum illud Modestini in *L.* 7. §. 3. *Ad legem Iuliam maiestatis* præceptum, ne crimen hoc a iudicibus in occasionem ob principalis maiestatis venerationem habeatur, sed in veritate. Satis clara hæc lex est, si post vocem: *occasionem;* subiiciat verba: *inimicis & adulatoribus*; quæ Modestinum subintellexisse, lucide apparet. Et in hunc sensum secundum eam legem responderunt ICti Vitembergenses mense Septembri anni CIↃ IↃ CC XXXI. Wird Bonifacius beschuldiget, nicht allein auf die Mantuanische Justitz geflucht, und sich, daß es an keinem Orte so ungerecht, als in Mantua, zugienge, beschweret, sondern so gar, Hertzogliche Durchlauchtigkeit in Rom zu verklagen, gedrohet, und daß er Dero geheiligte Person zu erschiessen vorgehabt, gesprochen zu haben. Ob er nun wol durch seines Schwieger-Vaters Denunciation, und seines eigenen Ehe-Weibes eydliche Aussage, höchlich graviret zu seyn scheinet. Alldieweil aber 1) sein Schwieger-Vater mit ihm in unterschiedenen Processen verwickelt, und, so viel man wahrnehmen kann, sein äusserster Feind ist, 2) aus seinem Ruin, Tod oder Landes-Verweisung großen Vortheil, nemlich die Endschaft der gegen ihn angestellten Processe, zu hoffen hat, 3) die Denunciation gar nicht aus wolbedachtem Muthe, sondern aus Rachbegierde, mitten in einem Gezäncke in dem allerheftigsten Eifer, bey vielen andern ungereimten Vorwürfen gethan, hiernächst 4) das Ehe-

weiß ihre Tod-Feindschaft gegen Denunciaten gleichergestalt durch unzähliche Reden und Thaten offenbarlich an den Tag geleget, 5) die zwischen ihrem Manne und Vater obschwebende Processe zum Theil veranlasset, 6) ihr Verlangen, den Mann in Unglück zu stürtzen, und sich von der Ehe mit ihm loß zu machen, vielfältig bezeuget, 7) dem Manne die Wohnung bey sich, und so gar den geringsten Beystand von seinen eigenen Geldern, versaget, anbey 8) mit andern Manns-Personen gar verdächtigen Umgang gepflogen, 9) selbst in Gerichten die äusserste Frechheit und Unverschämtheit bezeuget, ferner 10) des Vaters Denunciation von der Tochter Aussage in den Haupt-Umständen der Zeit und des Orts unterschieden ist, weiter 11) die Bonifacio beygemessene Reden dergestalt beschaffen seynd, daß sie einem vernünftigen Manne nicht wol in die Gedanken kommen können, und der Vorsatz, Seine Hertzogliche Durchlauchtigkeit, wenn sie mit 2 Männern nach Mayland geritten kämen, zu schiessen, ganz lächerlich und unmöglich ist, denn 12) die endlich abgehörte Zeugen beständig aussagen, daß Denunciat allezeit mit schuldigster Ehrerbietung von Hertzogl. Durchl. gesprochen, endlich 13) niemand mehr sicher seyn wird, wenn einem boßhaften Eheweibe, nachdem sie sich mit ihrem Manne gezancket, frey stehen sollte, sich an selbigen durch Denunciation solcher Reden, die zwischen ihnen beyden in Geheim gefallen seyn sollen, zu rächen, und ihn in Gefängniß, Inquisition, ja Leibes- und Lebens-Gefahr zu stürtzen; So wird Bonifacius von angestellter Inquisition entbunden, auch bloß zur Bezahlung der auf seine Atzung gegangenen, und durch seine Defension verursachten Unkosten angehalten.

XVI.

XVI.

Per imprudentiam & ruſticitatem, qua princeps graviſſime offenditur, crimen læſæ maieſtatis non committitur.

Videmus ſubinde poëtas, oratores, concionatores, ſcriptores alios, quibus nunquam hoſtile quid aut proditorium in mentem venit, bono & laudandi, defendendi, excuſandi, miſerandi animo, dicere aut ſcribere aliquid, quod in contumeliam principis vergat, aut ſaltem eum graviter offendat. Id crimen maieſtatis nullo modo dici poteſt, ſed ad lubrica linguæ, quorum in *L.* 7. §. 3. *Ad legem Iuliam maieſt.* mentio fit, referri oportet. Nolo exempla recentiora, etſi plura ſuppetant, referre. Commemorabo vetus. C. Lutorius Priſcus apud *Tacitum annali* 3. *c.* 49. *ſqq.* carmen in Druſum, Tiberii filium, tunc ægrum, compoſuerat, eoque illius ſuprema defleverat, ac id coram multis illuſtribus feminis per vaniloquentiam legerat. Huic ſenatus propterea ultimum ſupplicium indixit ac irrogavit. Improbat hanc ſententiam recte *Bayle in Dictionaire hiſtorique & critique* art. *Lutorius lit. A. Lutorius*, inquiens, *fut puni du dernier ſuplice pour une faute, qui ne ſemble pas capitale. Il n'y eut, que beaucoup d'indiſcretion & de vanité, dans la conduite de Lutorius. Il ne devoit pas lire ſon poeme: il n'en devoit pas regaler les Dames, pour être à ſon tour regalé de leur encens.* Sed quia etiam imprudentia crimen eſt, poterat propter hanc mulctari, ſed mitius, Lutorius. Vide, quæ in ſimili dixi *in Specimine DLXV. de Blaſphemia, medit.* 16.

Digitized by Google

XVII.

Sacerdotes perduelles ordinarie puniuntur.

XVIII.

Sacerdos, perduellionem pro concione laudans, perduellis fit.

Sacerdotem perduellem consueta pœna adfici posse, indubii adfirmamus, postquam ipse Clemens III. Pontifex maximus, in *c.* 23. *X. de Sententia excommunicationis*, sacerdotem, qui armis acceptis seditionem fecerat, fustigatum ac patibulo suffixum fuisse, non admodum improbat. Exemplum aliud pœnæ ordinariæ in sacerdotem exercitæ verbis *Thuani in lib.* 98. *pag.* 346. referemus: *Mar. Edmundus Burgoinus Dominicanus post cædem a Iacobo Clemente Dominicano patratam conciones elaboratas continuis aliquot diebus magna auditorum frequentia habuerat, quibus & factum miris laudibus extollebat, & Regem Holoferni, Clementem Iudithæ, liberationem urbis solutæ Betuliæ obsidioni comparabat. Quia vero cœnobii, ex quo furia illa prodierat, tunc Prior erat, & factum publica laudatione approbaverat, facile in suspicionem exulceratis tunc maxime animis venerat, quasi auctor & suasor detestandi parricidii, aut facti conscius, extitisset & in illud consensisset. Testes contra eum producti, qui eum non solum publice factum in concionibus laudasse affirmabant, quod ille fatebatur, sed, eius se auctorem fuisse a Clemente super ea re consultum, imprudenter inter conciomandum iactasse, addebant, quod tamen ille præfracte negabat. Itaque partim per confessionem, partim per probationes convictus, convocatis universis classibus, ad mortem Senatus consulto damnatur, addito elogio, quod unus ex crudelis, perfidiosi, & abominandi parricidii auctoribus & coniuratis eiusque patrandi parricidæ auctor fuisset, eoque patrato & parricidam & parricidium in concionibus laudasset & approbasset. Ob id decretum, ut corpus*

eius a quatuor equis in contrarium tendentibus discerperetur, quæ parricidarum & perduellionum vetus pœna est, & membra a corpore avulsa flammis consumta in cineres redigerentur, ac cineres postremo in aërem dispergerentur. Quum ad supplicium traheretur, magnam constantiam vultu præ se tulit, non tam iudicii severitatem, quam testium fidem incusans, quippe iudices recte & ex animi sententia iudicasse, siquidem probationes contra ipsum factæ veræ essent; nam parricidium se execrari, ac ingenue profiteri, pœnam gravissimam commeritum eum, qui Reges interficiendi auctor aut suasor extitisset. Verum nunquam se de parricidio, antequam patraretur, quidquam rescivisse, multo minus consilium eius perpetrandi dedisse, & falsum esse, quod testes affirment, id inter concionandum iactasse ipsum. Post sententiam pronunciatam, quum tormentis ad indicandos socios subiiceretur, eandem constantiam servavit, nihilque aliud confessus est, quam se in publicis concionibus gratias Deo Optimo pro liberatione urbis egisse, exemplumque Betuliæ in medium adduxisse; ceterum quod ad Regis cædem spectat, nunquam factum laudasse, quin imo illud ex animo detestari & execrari; quibus dictis post valde piam orationem ad Deum alta voce conceptam summa cura corpus composuit, ne quid indecens pati cogeretur, & ita vitam inter cruciatus finivit. Scio, multos, Burgoinum innocentem peremtum, credere. Sed errant. Fac enim, vera esse, quæ morti proximus professus fuit. Attamen negare non potuit, se liberationem urbis per regis cædem cum liberatione Betuliæ per Holofernis necem contulisse. Laudavit ergo aperte Iacobi Clementis, sicarii, parricidium & Iudithæ facto æquavit. Sola hæc laudatio & comparatio in crimen perduellionis incidit. Non ego quidem illis accedo, qui laudatorem simpliciter facinoroso ipsi exæquant. *Baylii* hæc philosophia est *in Dictionaire art. Henry III. lit. Q. in fine*, ubi, pluribus se hæc in articulo *Probus* ostensurum, pollicetur, promissumtamen non im-

implevit, quum articulus *Probus* nuſpiam appareat. Verum in ſacerdote iſtiusmodi laudatio profecto perduellio eſt, per quam quippe populus ad ſeditionem ſimiliaque facinora perpetranda concitatur & inflammatur. Vide *L.* 1. *Ad legem Iuliam maieſtatis*, verbis: *cuius opera dolo malo ſeditio, tumultus adverſus rempublicam fiat.* Certe ſi cædes regum publice probatur, nullus eorum ſecurus eſt. Adpoſite Henricus III. Galliarum rex, moribundus, apud *auctorem de l'hiſtorie du Duc de Mercoeur lib.* 1. *p.* 86. ſucceſſorem ſuum Henricum IV. tunc Navarræ regem, monet: *Que, ſi cette couſtume de tuer les Rois s'introduiſoit une fois, lui par conſequent ne ſeroit point en ſureté de ſa perſonne.*

XIX.

Pœna in liberos perduellium ſtatuta iuri naturali convenit.

XX.

Nec ab uſu receſſit.

XXI.

Germani veteres etiam fratres innocentes punierunt.

An *lex* 5. §. 1. C. *Ad legem Iuliam maieſtatis*, quæ filios perduellium infamia & egeſtate punit, ac in *Aureæ Bullæ titulo* 24. confirmatur, iuri naturali conveniat, diſputatur. Negant *Grotius de Iure belli ac pacis lib.* 2. *cap.* 21. §. 13. *Wiſſembachius diſſ.* 34. §. 12. *Eckolt ad D. tit. Ad legem Iuliam maieſtatis* §. 12. Aiunt *Pufendorffius de Iure naturæ & gentium lib.* 8. *cap.* 3. §. *ult. Limnæus ad Auream Bullam cap.* 24. *obſ.* 14. & 15. *Thomaſius ad Strauchium diſſ. ult.* §. 4. quibus

quibus & ego adſentio. Media via ingreditur *Alciatus in Conſilio 497. n. 15.* ac legem iſtam magis in terrorem, quam ad obſervantiam, ſcriptam eſſe ait. Et *Zieglerus*, qui eam itidem magnopere improbat, *in Iuribus maieſtatis lib. 1. cap. 2. §. 66.* optimum eſſe ait, quod apud plerasque gentes Europæas antiquata ea ſit, ita ut hodie inſontes liberi ob parentis crimen neque ab hereditatibus extraneorum, neque ab honoribus ſubmoveantur. Miror ego, ſcripſiſſe hæc *Zieglerum* tali tempore, quo recentiſſima legis eius in uſum deductæ memoria erat. Non poterat profecto Zieglerus ignorare, Serini, Nadaſti & Tattenbachium, Comites, anno 1671. a Leopoldo Auguſto ob perduellionem ultimo ſupplicio adfectos, liberosque eorum avita nobilitate & bonis paternis privatos fuiſſe. Vide *Theatrum Europæum tom. X. in Continuat. ad annum 1671. pag. 482. ſq. 492. & 498.* Reſtituit quidem poſtea Leopoldus liberis dignitatem amiſſam, ſed, renovata ab illis rebellione, expertus eſt, vera dixiſſe Arcadium & Honorium *in ſæpe memorata L. 5.* quod ſcilicet in filiis paterni, hoc eſt hereditarii, criminis exempla metuantur. Sed longe poſt *Zieglerum* etiam *Ludewigius*, dum *in titulum 24. §. 4. Aureæ Bullæ*, ubi pœna perduellionis ad liberos perduellium extenditur, commentatur, inauditum hoc & intolerabile apud Germanos eſſe ait. Exſtat tamen in Germanorum annalibus exemplum pœnæ huius ad fratres innocentes porrectæ. Nota eſt nempe Alberti I. cæſaris cædes, cuius præcipuus reus, Rudolphus Wartius, immani ſupplicio periit. De fratre vero Rudolphi hæc ſcripſit *Io. Vitoduranus* in Chronico apud *Eccartum in tomo I. Corporis hiſtorici pag. 1770: Inſuper caſtrum fratris ſui cum ſuis pertinentiis amœniſſimis per incendium, quod oculis meis vidi, vaſtatum eſt, qui poſt multis annis, quaſi in tugurio, in domo ruſticana deguit, &, quia immunis erat a ſcelere fratris ſui, hæc indebite meo iudicio paſſus eſt iuxta illud iuris: Pœna ſuos debet tenere auctores, nec eſt ulterius extendenda, quam delictum ſit*

in excedente repertum. Item iuxta verbum Ezechielis Prophetæ: Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur, ſupple, & non alia. Adde *Stumpfs* Chronick der Eydgenoſſenſchaft *lib. 5. cap. 34. fol. 113.*

XXII.

Miniſter & civis, contra quos princeps legitimis & ordinariis modis procedit, etſi ſe innocentes & vim iniuſtam pati credant, vim tamen opponere, minari, tumultum excitare, exterorum principum auxilium implorare non debent, &, ſi id faciunt, perduelles fiunt.

XXIII.

Secus eſt, ſi vis a principe, tanquam a privato aut hoſte, inferatur.

Prodiit nuper a me libellus: *Miniſter principis delinquens*; inſcriptus, ac tria capita complectens, quorum primum de falſis delictis miniſtrorum agit, atque infra *in Specimine DLXX.* iterum edetur, inſignibus acceſſionibus locupletatum. *In huius capitis aut ſpeciminis medit. 45.* permiſi miniſtro, ſe adverſus vim iniuſtam & inſidias, quibus a principe petitur, tueri. Verum ipſe nunc, etſi nemo adhuc me monuerit, periculum, quod ex hac theſi, ni arctiſſimis limitibus circumſcribatur, in rempublicam redundaturum ſit, animadverto. Plerique miniſtri, quin imo cives, quum de crimine accuſantur ac ad pœnam depoſcuntur, innocentes ſe credunt, aut ſaltem perhibent, atque adeo, vim ſibi contra iura divina ac humana omnia fieri, clamant. Quodſi his, vim vi repellere, ſeque adverſus principem, qui ſuſpectos ad tribunalia ſua trahit, carceribus includit, pœnasque expetit, tueri permittas, actum eſt de tranquillitate publica, diſſolvetur compages civitatis, ac bella inteſtina ubivis flagrabunt. Quamobrem, ſi ulla unquam theſis mea, hæc pro-

Digitized by Google

profecto temperanda molliendaque, atque id temperamentum altius repetendum eſt. Regna omnia, respublicæ & civitates in hoc, tanquam fundamento præcipuo ſuo, innituntur, quod cognitio & iudicium de actionibus, litibus, honoribus, delictis ac pœnis ſingulorum civium non penes ſingulos hos ſit, ſed ſummæ in regno illo, republica ac civitate, poteſtati competat. Huic legi, ſine qua civitas intelligi non poteſt, omnes, quotquot in ea habitant, tutelaque eius ac iuribus utuntur, ſe ſubiiciunt. Magis vero eidem ſe ſubdunt hi, qui munera in ea capeſſunt, honoresque gerunt. Quodſi ergo hi vel circa officium ſuum, vel alia ratione deliquiſſe dicuntur, arbitrium de hoc non ſibi ſumere, ſed ſummæ, quam dixi, poteſtati permittere debent. Quæ ſumma poteſtas ſi civem illum aut miniſtrum noxium iudicat, in vincula coniicit, quæſtioni ſubdit & ad pœnam expoſcit, reus, qui innocentem ſe credit, legitimis ac in iſta civitate receptis modis ſe defendere, apologiam ſcribere, ſupplicare, appellare, de nullitate queri, quin & latitare ac fuga ſibi conſulere poteſt, arma ſumere, tumultum excitare, civium reliquorum fidem implorare, exteros principes populosque in auxilium vocare non poteſt. Quamvis itaque vel maxime innocens fuerit, ſi quid ex his, quæ vetui, fecit, hoc ſolum eum nocentem ac perduellionis reum facit. Incidit in hoc crimen *Platina*, ſecundum ea, quæ *in vita Pauli II. pontificis maximi, pag. 766. ſqq.* ipſe de ſe narrat: *Mortuo Pio, Paulus in eius locum ſuffectus abbreviatores omnes, quos Pius in ordinem redegerat, tanquam inutiles & indoctos, ut ipſe dicebat, exautoravit. Eos enim bonis & dignitate indicta cauſſa ſpoliavit; quos etiam propter eruditionem & doctrinam, ex toto orbe terrarum conquiſitos, magis pollicitationibus & præmiis vocare ad ſe debuerat. Erat illud collegium refertum bonis ac doctis viris. Tentarunt tamen hi, ad quos res ipſa pertinebat, hominem e*

ſententia dimovere. Atque ego certe, qui horum de numero eram, rogando etiam, ut cauſſa ipſa iudicibus publicis, quos rotæ auditores vocant, committeretur. Tum ille torvis oculis me aſpiciens: Ita nos, inquit, ad iudices revocas: ac ſi neſcires, omnia iura in ſcrinio pectoris noſtri collocata eſſe! Sic ſtat ſententia, inquit, loco cedant omnes, eant, quo volunt, nihil eos moror, Pontifex ſum, mihique licet pro arbitrio animi aliorum acta & reſcindere & approbare. Hac vero tam immiti ſententia accepta, ut lapidem immobilem volveremus, obverſabamur, & fruſtra quidem die ac noctu in foribus aulæ, viliſſimum etiam quemque ſervum rogantes, ut nobis alloqui Pontificem liceret. Rejiciebamur non ſine contumelia, tanquam aqua & igni interdicti ac profani. Hac autem diligentia XX. continuis noctibus uſi ſumus: nil enim fere niſi noctu agebat. Ego vero tanta ignominia excitus, quod mihi ac ſociis meis coram non licebat, id agere per litteras inſtitui. Scripſi itaque epiſtolam hit ferme verbis: ſi tibi licuit indicta cauſſa ſpoliare nos emtione noſtra iuſta ac legitima, debet & nobis licere, conqueri illatam iniuriam iniuſtamque ignominiam. Rejecti a te, ac tam inſigni contumelia affecti, dilabemur paſſim ad reges, ad principes, eosque adhortabimur, ut tibi concilium indicant, in quo potiſſimum rationem reddere cogaris, cur nos legitima poſſeſſione ſpoliaveris. Lectis litteris, Platinam reum maieſtatis accerſit, in carcerem trahit, compedibus revincit, mittit Theodorum Tarviſinum epiſcopum, qui quæſtionem habeat. Is ſtatim me reum facit, quod & libellos famoſos in Paulum ſparſiſſem, & concilii mentionem feciſſem. Primum crimen ſta confutavi; eos quidem dici libellos famoſos, in quibus ſcribentis nomen reticetur; at meum nomen in calce litterarum exſtare, non igitur libelli famoſi ſunt. Quod vero de concilio mentionem fecerim, me non adeo grave crimen id putaſſe, quum in Synodis a ſanctis Patribus ſtabilita ſint fundamenta orthodoxæ fidei, prius ſparſim iacta a Salvatore noſtro eiusque diſcipulis, ut maiores cum minoribus æquo iure viverent, ne cuiquam fieret iniuria. Vnde etiam apud Romanos inſtituta eſt cenſura, qua & qui in magiſtratu fuerunt, rationem habiti magiſtratus, & vitæ ante actæ, reddere cogebantur. Quum vero his rationibus nihil pro-

profeciſſem, revinctus compedibus, & quidem graviſſimis, media hyeme ſine foco celſa in turri, ac ventis omnibus expoſita, coërceor menſibus quatuor: tandem vero Paulus Franciſci Gonzagæ, Cardinalis Mantuani, precibus fatigatus ægre pedibus ſtantem moleſtia carceris me liberat: admonet, ne ab urbe diſcedam, in Indiam, inquit, ſi proficiſcere, inde te retrahet Paulus. Optime de hoc Platinæ facto iudicat *Baylius in Dictionario art. Platine lit. C. Cette lettre me paroit fort propre à faire connoitre l'humeur de Platine, & qu'il étoit trop mal endurant & trop entété; mais d'ailleurs ſincere: car puis qu'il a bien voulu communiquer au public la conduite, qu'il avoit tenue, quelque peu conforme qu'elle fut à ſon devoir, on a lieu de croire, qu'il ſe plaiſoit à ecrire la verité. Il eſt ſûr, qu'un ſujet, à qui ſon maitre ôte une charge, n'eſt pas en droit de le menacer, qu'il s'en plaindra aux autres Princes, & qu'il les exhortera à lui faire raiſon. Le Pape eſt ſouverain dans Rome, par raport à la ſupreſſion, ou à l'établiſſement de certaines charges, & ce n'eſt point à cet égard, que l'on peut l'aſſujettir au Concile. C'étoit d'ailleurs une menace tout-à fait desagreable pour un Pape, que celle, dont on ſe ſervit. On le menaça d'un Concile: C'étoit le traiter comme on traite un jeune ecolier quand on lui denonce, qu'on le dira à ſon precepteur. De plus je voudrois ſçavoir ſi la ſupreſſion d'un college de Secretaires merite tant de vacarmes, & vaut bien la peine de convoquer un Concile. Mais voila le propre des eſprits mal endurans; ils s'imaginent, que rien n'eſt plus important au monde, que ce, qui eſt important pour eux. Platine ne ſe mettoit guere en peine des autres abus; il vouloit, que le Concile s'occupat principalement, du dommage, que les Abreviateurs Apoſtoliques venoient de ſouffrir.* Ergo, ais, plane non licebit, ſummæ poteſtati vim iniuſtam inferenti vim opponere. Licebit utique, tunc nempe, quum princeps non tanquam princeps, ſed quaſi privatus, vim facit, aut pro hoſte ſe, non pro principe, gerit, ipſeque adeo vinculum, quod eum cum cive vel miniſtro connectit, rumpit. Fac, principem furore correptum, aut, quod idem eſt, extreme ebrium, ſtricto ferro in miniſtrum incurrere.

ſententia dimovere. Atque ego certe, qui horum de numero eram, rogando etiam, ut cauſſa ipſa iudicibus publicis, quos rotæ auditores vocant, committeretur. Tum ille torvis oculis me aſpiciens: Ita nos, inquit, ad iudices revocas: ac ſi neſcires, omnia iura in ſcrinio pectoris noſtri collocata eſſe! Sic ſtat ſententia, inquit, loco cedant omnes, eant, quo volunt, nihil eos moror, Pontifex ſum, mihique licet pro arbitrio animi aliorum acta & reſcindere & approbare. Hac vero tam immiti ſententia accepta, ut lapidem immobilem volveremus, obverſabamur, & fruſtra quidem die ac noctu in foribus aulæ, viliſſimum etiam quemque ſervum rogantes, ut nobis alloqui Pontificem liceret. Rejiciebamur non ſine contumelia, tanquam aqua & igni interdicti ac prophani. Hac autem diligentia XX. continuis noctibus uſi ſumus: nil enim fere niſi noctu agebat. Ego vero tanta ignominia excitus, quod mihi ac ſociis meis coram non licebat, id agere per litteras inſtitui. Scripſi itaque epiſtolam his ferme verbis: ſi tibi licuit indicta cauſſa ſpoliare nos emtione noſtra iuſta ac legitima, debet & nobis licere, conqueri illatam iniuriam iniuſtamque ignominiam. Rejecti a te, ac tam inſigni contumelia affecti, dilabemur paſſim ad reges, ad principes, eosque adhortabimur, ut tibi concilium indicant, in quo potiſſimum rationem reddere cogaris, cur nos legitima poſſeſſione ſpoliaveris. Lectis litteris, Platinam reum maieſtatis accerſit, in carcerem trahit, compedibus revincit, mittit Theodorum Tarviſinum epiſcopum, qui quæſtionem habeat. Is ſtatim me reum facit, quod & libellos famoſos in Paulum ſparſiſſem, & concilii mentionem feciſſem. Primum crimen ita confutavi; eos quidem dici libellos famoſos, in quibus ſcribentis nomen reticetur; at meum nomen in calce litterarum exſtare, non igitur libelli famoſi ſunt. Quod vero de concilio mentionem fecerim, me non adeo grave crimen id putaſſe, quum in Synodis a ſanctis Patribus ſtabilita ſint fundamenta orthodoxæ fidei, prius ſparſim iacta a Salvatore noſtro eiusque diſcipulis, ut maiores cum minoribus æquo iure viverent, ne cuiquam fieret iniuria. Vnde etiam apud Romanos inſtituta eſt cenſura, qua & qui in magiſtratu fuerunt, rationem habiti magiſtratus, & vitæ ante actæ, reddere cogebantur. Quum vero his rationibus nihil

pro-

Digitized by Google

profeciſſem, revinctus compedibus, & quidem graviſſimis, media hyeme ſine foco celſa in turri, ac ventis omnibus expoſita, coërceor menſibus quatuor: tandem vero Paulus Franciſci Gonzagæ, Cardinalis Mantuani, precibus fatigatus ægre pedibus ſtantem moleſtia carceris me liberat: admonet, ne ab urbe diſcedam, in Indiam, inquit, ſi proficiſcere, inde te retrahet Paulus. Optime de hoc Platinæ facto iudicat *Baylius in Dictionario art. Platine lit. C. Cette lettre me paroit fort propre à faire connoitre l'humeur de Platine, & qu'il étoit trop mal endurant & trop enteté; mais d'ailleurs ſincere: car puis qu'il a bien voulu communiquer au public la conduite, qu'il avoit tenue, quelque peu conforme qu'elle fut à ſon devoir, on a lieu de croire, qu'il ſe plaiſoit à ecrire la verité. Il eſt ſûr, qu'un ſujet, à qui ſon maitre ôte une charge, n'eſt pas en droit de le menacer, qu'il s'en plaindra aux autres Princes, & qu'il les exhortera à lui faire raiſon. Le Pape eſt ſouverain dans Rome, par raport à la ſupreſſion, ou à l'établiſſement de certaines charges, & ce n'eſt point à cet égard, que l'on peut l'aſſujettir au Concile. C'étoit d'ailleurs une menace tout-à fait desagreable pour un Pape, que celle, dont on ſe ſervit. On le menaça d'un Concile: C'étoit le traiter comme on traite un jeune ecolier quand on lui denonce, qu'on le dira à ſon precepteur. De plus je voudrois ſçavoir ſi la ſupreſſion d'un college de Secretaires merite tant de vacarmes, & vaut bien la peine de convoquer un Concile. Mais voila le propre des eſprits mal endurans; ils s'imaginent, que rien n'eſt plus important au monde, que ce, qui eſt important pour eux. Platine ne ſe mettoit guere en peine des autres abus; il vouloit, que le Concile s'occupat principalement, du dommage, que les Abreviateurs Apoſtoliques venoient de ſouffrir.* Ergo, ais, plane non licebit, ſummæ poteſtati vim iniuſtam inferenti vim opponere. Licebit utique, tunc nempe, quum princeps non tanquam princeps, ſed quaſi privatus, vim facit, aut pro hoſte ſe, non pro principe, gerit, ipſeque adeo vinculum, quod eum cum cive vel miniſtro connectit, rumpit. Fac, principem furore correptum, aut, quod idem eſt, extreme ebrium, ſtricto ferro in miniſtrum incurrere.

Finge tibi Ericum quendam, Sueciæ regem, non regis, ſed ſicarii inſtar, in purpuratos eo, quo *Locc.nius hiſtoriæ Suecanæ lib. VII. pag. 372.* & *Pufendorffius* in der Einleitung zu der Schwediſchen Hiſtorie *pag. 383.* narrant, modo graſſantem. Pone porro tibi ob oculos, Neronem, Galbæ, duci ſuo bellico in fide perſtanti, inſidias tanquam hoſti ſtruentem, ut eſt apud *Suetonium in Galba cap. 9.* Vim tunc facit non princeps, ſed inimicus, ſed latro, ſed hoſtis publicus, quibus iuſte reſiſtitur. Si exemplum, quod ſequare poſcis, Davidis pietatem ac prudentiam imitare, qui, quum vitam ſuam a Saulo, rege ſuo dominoque, armis peti, ac ſe pro hoſte haberi videret, fugit primum latuitque, deinde vehementius inſultatus ſatellites ſibi adſcivit ac perſequenti principi exercitum oppoſuit, ſed tamen in principio intra defenſionis limites ſe continuit, occaſione etiam invaſorem obtruncandi prætermiſſa, tandem vero in maximas auguſtias compulſus ad exteros hoſtes perfugit, cumque his ſe & copias ſuas coniunxit, quin has etiam in aciem adverſus Saulum eduxit, *1. Samuel. XVIII, 11. 29. XIX, 2. 10. 11. 12. XXII, 2. XXIII, 13. XXIV, 7. 8. XXVI, 9. 10. 11. XXVII, 1. 2. 8. XXVIII, 1. 2. XXIX, 2. 8.*

COROLLARIA.

1. Recte ICti Vitembergenſes apud *Zieglerum in Iuribus maieſtatis lib. 1. cap. 53.* reſponderunt, fiſcum bona quidem perduellium capere, ſed & æs alienum ab iis conflatum ſolvere debere. Aequum hoc eſt & convenit cum *L. 128. §. 1. L. 149.* & *L. 177. pr. de Reg. iuris.*

2. Con-

Digitized by Google

2. Confuſiſſimæ litis, in qua potiſſimi litigatores ipſi, quid voluerint, ignoraſſe videntur, inter Cæſarem, Electorem Saxonem & principem Anhaltinum agitatæ, hiſtoriam narrat *Mullerus* in dem Reichs-Tags-Theatro unter Kayſer Friederich *V. I.* Vorſtell. *cap. 23. §. 47.* Hodie, poſtquam rerum facies inſigniter, maxime per *Capitulationes Imperatorum recentiores,* mutata fuit, ſimilis vix metuenda eſt, ſed cæſar cognitionem de crimine læſæ maieſtatis, a civè principis imperii commiſſo, principi huic relinquet & neque ſibi vindicabit, neque principem, ut civem puniendum Electori ſiſtat, coget.

3. Maieſtatis crimen omnium optime deſcribit *Cicero lib. 2. de Inventione*: ***Maieſtatem,*** inquiens, ***minuere eſt de dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorum, quibus populus poteſtatem dedit, aliquid derogare.***

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DLXIX.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVIII. TIT. IV. DE MALEDICTIS IN PRINCIPEM.

I.

Vera legis un. C. Si quis imperatori maledixerit *ratio, quæ in ipſa lege expreſſa non eſt, inueſtigatur.*

II.

Quæ ratio legis quum adhuc ſuperſit, uſus legis etiam ſupereſt;

III.

Et ad principes Germanicos recte accommodatur.

Legum aliquot hoc ſingulare fatum eſt, ut quamvis planiſſime ſcriptas, interpretes tamen commentationibus ſuis corrumpant, & in ſenſum menti legislatoris contrarium detorqueant, variisque diſputationibus controverſas reddant. Inter has infelices leges collocanda eſt *lex un. C. Si quis imperatori maledixerit.* Nihil eſt hac lege apertius. Auguſti ſcilicet in ea poteſtatem magiſtratuum in cognoſcendis ac puniendis convitiis, adverſus principem iactis, circumſcribere, ſibique ſolis arbitrium de hoc delicti genere attribuere voluerunt; prudentiſſimo profecto conſilio, & ex ſapientiſſima ratione, quam, etſi legi ipſi non inſeruerint, cordatus tamen quilibet facile animadvertit, & omnium optime *Tacitus Annali IV. cap. 34.* expreſſit: *Carmina,* inquiens, *Bibaculi & Catulli, referta contumeliis Cæſarum, leguntur. Sed ipſe divus Iulius, ipſe divus*

Digitized by Google

divus Auguſtus, & tulere iſta, & reliquere; haud facile dixerim, moderatione magis, aut ſapientia, namque ſpreta exoleſcunt: ſi iraſcare, agnita videntur. Multa ſcilicet dicta factave ſilentio premi & vulgo ignorari, eius maxime, qui iis læditur, intereſt. Quod ut obtineas, nihil magis cavendum eſt, quam ne ad magiſtratuum tribunalia deferantur. Hæc plena rimarum ſunt, huc & illuc perfluunt. Recordor, illuſtri matronæ adulterium a convitiante muliercula obiectum fuiſſe. Hæſitarat offenſa diu, & ultra quartum menſem, muſſitandumne ſibi, an deferendum iudici convitium. Interea nemo de illo quidquam inaudiverat. Tandem vero advocatum illa accerſit & conſulit. Hic longius ſilentium operoſe diſſuadet, &, ut iudicem & per libellum adeat, auctor eſt, ſuam quoque operam humaniſſime offert; magis, ut perhibebat, exiſtimationi nobiliſſimæ clientis ſtudens, quam lucri ſui cauſſa. Conſentit illa in accuſationem. At altero ſtatim, poſtquam libellus iudici oblatus eſſet, die matrona

- - toto notiſſima fabula foro

fiebat. Veniebant ad me ipſum duo, quorum unus: Scisne, ait, tu, Caiæ a Sempronia adulterium obiectum, & habuiſſe quidem Semproniam rationem, ſed pœnas tamen luituram; alter: Caia, inquit, Semproniam imprudentiſſime accuſavit & propriam turpitudinem ſic pervulgavit. Eius itaque legis cauſſa non tam miſeratio, quæ prætexitur, & magnanimitas, quam metus eſt, ne convitium tale latius ſerpat, & noxium exiſtimationi ac dignitati principis fœtorem ſuſcitet. Memorabilia ſunt, quæ Ioachimus Rusdorffius apud *Habnium in Collectione monumentorum tom.* 1. *pag.* 1018. in epiſtola arcana 22. de Iacobo I. Magnæ Britanniæ rege, ſcribit: *Addam, quod nuper ante paucos ſoles quidam inter Ordines inferioris ſenaculi auſus fuerit in publico confeſſu, cum verba faceret, mentionem illius apud Eccleſiaſten ſententiæ verſ.* 13. *cap.* 4. *facere, quæ dicit, pauperem puerum, ſi ſa-*

piens ſit, præſtare Rege ſene, qui fatuus ſit, & ſibi cavere neſciat. Hæc eſt ſane nimis inſolens & effrenis ac mordens loquendi licentia, ad quam tamen prudentiſſimus & moderatiſſimus Regum callide connivit, bene gnarus, talia ſpreta exoleſcere, ſi puniantur, agnita videri & gliſcere. Errant igitur, qui nullum huius legis uſum ſupereſſe autumant. Quamdiu enim ratio iſta legis perdurat, perdurabit autem æternum, ipſam quoque legem obſervari oportet. Nec *Carpzovio* adſentire poſſumus, qui *in Quæſt. crim.* 41. *n.* 119. conſtitutionem hanc tantum de imperatore loqui, & ita ad principes imperii applicari non poſſe, putat. Sed reſponderunt Carpzovio iam alii ſatis, *Lauterbachius* nempe *in collegio ad tit. ad L. Iuliam maieſt.* §. 11. *Lynckerus reſponſo* 137. *Bergerus in Electis iurisprud. crim. p.* 121. & *in Oeconomia iuris p.* 819. Ceterum exemplum huius legis, ratione principis Germanici in uſum deductæ, vide *in Specimine L. de Cauſſis odii erga advocatos fiſci, medit.* 6.

IV.

Convitiis in principem nunquam impunitas ſimpliciter tributa eſt.

V.

Aliqua tamen ex his convitiis crimen læſæ maieſtatis non ſunt.

VI.

Tres eorundem claſſes conſtituuntur, quarum prima ad crimen iniuriarum, altera ad crimen læſæ maieſtatis in ſpecie, tertia ad perduellionem refertur.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputavimus modo contra eos, qui uſum *legis un. C. Si quis imperatori maledixerit* in dubium revocant. Inſurgamus nunc porro adverſus eos, qui uſum illum fatentur, ſed longius, quam par eſt, extendunt. Perſuadent ſibi nempe aliqui, iſta lege neceſſitatem impoſitam principibus, diſſimulandi convitia adverſus ſe iacta, & crimen hoc prorſus ex numero delictorum exemtum, ac, ſi vel maxime crimen ſit, crimen tamen læſæ maieſtatis non eſſe. Ita ſentiunt, & ſententiam ſuam etiam *lege 7. §. 3. ad L. Iuliam maieſtatis* firmari credunt, *Heigius Part. 2. Quæſt 31. n. 47. ſqq. Brunnem. ad L. un. C. Si quis imperatori maledixerit* & alii. Verum his ſeſe opponunt *Antonius Matthæi de Criminibus lib. 48. tit. 2. cap. 2. in fine p. 304. Zieglerus in Iuribus maieſtatis lib. 1. cap. 2. §. 31. Iac. Gothofredus ad Tit. C. Theod. Si quis imperatori maledixerit* &c. Et ipſa profecto legis verba: *ex perſonis hominum dicta penſemus, &, utrum prætermitti, an exquiri debeant, cenſeamus;* eos, qui maledicta in principem pœnæ omni eximunt, aperte refellunt. Verum, ad quam claſſem delictorum referri oporteat, dubitatur merito. Ego certe nec illis, qui convitia in principem ſimpliciter ex hoc numero eximunt, adſentio, ſed medius inter utrosque conſiſto. Ne vero iudices & ICti, quorum arbitrio pœnam huius delicti ſæpe permittunt principes, in arbitrio hoc ſuo nimis incerti vagentur, tres maledictorum erga principem claſſes conſtituendæ ſunt. Prima complectitur quæ principis, aut neceſſariorum eius, perſonam ſimpliciter offendunt, nec in rempublicam, niſi oblique, redundant. Ad ſecundam refero ea, quæ principem, tanquam principem & caput reipublicæ, laceſſunt, atque adeo principem & rempublicam æque principaliter lædunt. In tertia denique collocо ea, quæ, præter exiſtimationem & dignitatem principis ac reipublicæ, etiam ſecuritatem atque tranquillitatem publicam violant. Singulas ordine conſiderabimus.

VII.

Prima & infima convitiorum in principem claſſis complectitur iniurias, quæ perſonam eius & familiam ſimpliciter, atque adeo rempublicam ſaltem oblique & minus principaliter, lædunt.

VIII.

Iniuriæ hæ non quidem crimen læſæ maieſtatis, ſed tamen atroces ſunt, atque adeo carcerem, inquiſitionem, quin & ultimum ſupplicium merentur.

IX.

Poteſt eas princeps remittere, vel etiam, ſi malit, punire.

Prima, quemadmodum dixi, maledictorum in principem claſſis complectitur ea, quæ in principem, non tanquam principem, iaciuntur, ſed ei crimen aliquod, ad rempublicam non magnopere pertinens, imputant, aut ſcomma e trivio continent. Convitia hæc iniuriæ ſunt ſine dubio, & atroces etiam iniuriæ, arg. §. 9. *I. de Iniuriis*, quas ipſe deus peculiari lege notavit, *Exod. XXII*, 28. *Act. XXIX*, 5. non tamen crimen læſæ maieſtatis, quippe quod, ut *Cicero lib.* 2. *de Inventione* recte ait, de ipſa dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate publica aliquid directo derogat. Obliqua & minus principalis reipublicæ læſio, qualis omnibus criminibus ineſt, ad crimen maieſtatis inferendum non ſufficit. Et in his convitiis laxum maxime eſt principis arbitrium, quem ego non male facturum crediderim, ſi in hoc delicti genere *Auguſtum* imitetur, qui apud *Suetonium c.* 51. Tiberio, violentius apud ſe per epiſtolam, quod Aemilius

Digitized by Google

Aemilius Aelianus male opinari de Cæſare ſoleret, conquerenti ita reſcripſit: *Aetati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari, quemquam eſſe, qui de me male loquatur; Satis eſt enim, ſi hoc habemus, ne quis nobis male facere poſſit;* vel Ludovicum XII. Galliarum regem, de quo hæc memorant *Brantomius Memoires des Dames illuſtres pag.* II. *Le Roy honoroit de telle ſorte Anne de Bretagne, ſon épouſe, que luy eſtant rapporté un jour, que les Clercs de la Baſoche du Palais, & les Eſcoliers auſſi, avoient joué des jeux, où ils parloient du Roy & de ſa Cour, & de tous les grands, il n'en fit autre ſemblant, ſi non de dire, qu'il falloit, qu'ils paſſaſſent leur tems, & qu'il permettoit, qu'ils parlaſſent de luy & de ſa Cour, mais non pourtant déréglément, & ſur tout, qu'ils ne parlaſſent de la Reyne ſa femme en façon quelconque, autrement qu'il les feroit tous pendre;* & *Coſtar tom.* I. *des lettres pag.* 728: *Noſtre Louis douzieme, qui merita le titre le Pere du peuple, ne fut-il pas joüé en plein theatre dans ſa bonne ville de Paris, & repreſenté comme un avare inſatiable, qui buvoit dans un grand vaſe d'or, ſans pouvoir eſtrancher une ſoif ſi deshonneſte? Il en loüa l'invention, & s'en rejouit comme les autres, & peut eſtre meſme fut il bien aiſe, que l'amour, qu'il avoit pour les richeſſes, n'ayant jamais fait pleurer le moindre de ſes Sujets, leur donnat matiere de rire & de ſe divertir agreablement.* Iſta tamen ſingularis manſuetudinis exempla principi neceſſitatem, ut ea ſequatur, non imponunt. Poterit ille, ſalvis iuſtitiæ & æquitatis regulis, hominem tam atrociter contra divinas humanasque leges peccantem in vincula coniicere, inquiſitioni ſubdere, ac ultimo etiam ſupplicio, cuius rei exemplum apud *Carpzovium Quæſt. crim.* 41. *n.* 122. exſtat, punire. Conſulebantur ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XVIII. de miniſtro, qui verbis liberioribus in principem ſuum atque matrem eius luſerat, illumque ſimplicem eſſe & moroſum, einfältig und wunderlich, dixiſſe, hanc

impudicitiæ inſimulaſſe perhibebatur. Dignum hoc crimen exiſtimarunt ICti, propter quod cuſtodiæ mandaretur reus, & ſpeciatim in eum inquireretur. Nec poſſumus improbare iudicium Macedonum, qui apud *Curtium lib.* 8. *cap.* 2. Clitum, quem Alexander inter pocula audaciſſime ſibi obloquentem & cum convitio verum dicentem obtruncarat, iure cæſum decreverunt. Nec male *Arrianus lib.* 4. *de Rebus geſtis Alexandri* idem de Calliſthene, cuius intempeſtivam & intolerabilem libertatem dicendi Alexander morte puniit, pronunciat.

X.

In altera claſſe ſunt convitia, quæ principem tanquam principem, atque adeo æqualiter cum eo rempublicam, lædunt.

XI.

Hæc ad crimen læſæ maieſtatis in ſpecie referuntur.

XII.

Nec facile remitti debent.

XIII.

Pœna eſt arbitraria, mortis, exilii, carceris, mulcta.

Venio ad alteram convitiorum in principem claſſem, quæ nempe eum tanquam principem & caput reipublicæ, atque adeo æqualiter cum ipſo ſimul rempublicam, lædunt. Iſtis convitiis verum crimen læſæ maieſtatis, quod in ſpecie ſic dictum vocant, ineſt. Itaque in eo puniendo ſevecie ſic dictum vocant, ineſt. Itaque in eo puniendo ſeverior, ac in remittendo circumſpectior & difficilior princeps ſit oportet. Non male Ateius Capito apud *Tacitum Annali III.* 70. Tiberio præcipit: *ſane lentus in ſuo dolore eſſet;*

Digitized by G

eſſet; reipublicæ iniurias ne largiretur. Optime fecerit princeps, ſi acta ad ICtos exteros ſibi plane non obnoxios mittat, atque hos ſententiam, quæ deinde nomine principis promulgetur, concipere iubeat. Pœnam ipſam, quum leges certam non conſtituant, iudices vel ICti determinabunt, &, ſi hoc e republica viſum fuerit, aliquando ad mortem producent, plerumque ſecundum *L.* 24. *de Pœnis* exilium vel relegationem ſtatuent, nonnunquam etiam pro circumſtantiarum ratione carcerem mulctamve decernent. Factum hoc a ICtis Helmſtadienſibus menſe Iunio anni CIↃ IↃ CCXXIV. hunc in modum: In Sachen Bürgermeiſtere und Rath der Stadt Florenz, Klägern an einem, des Advocati Fiſci, Mitklägers am andern, wider den Obriſten von Palma Beklagten am dritten Theil, erkennet ꝛc. daß Beklagter Klägern eine öffentliche Abbitte und Wiederruf vor Gerichte, jedoch ſeinen Ehren unſchädlich, in Perſon zu thun, ingleichen ſowohl ihnen als Mitklägern alle durch dieſen ganzen Proceß verurſachte Unkoſten zu erſtatten ſchuldig, hierüber mit drey monatlichen Gefängniſſe, oder um dreyhundert Thaler, zu beſtrafen ſey. V. R. W. Rat. dec. Beklagter iſt völlig überführet, daß er, durch einen wider ſeinen Bruder von den Klägern erkannten Arreſt erbittert, dieſelbe auf das allerheftigſte und empfindlichſte über eine Stunde lang geſchimpfet, und mit Stockſchlägen bedrohet, anbey geſaget, der Rath wolle Wohlgebohren heiſſen, und nach dem Duell-Edict tractiret ſeyn, aber es wären Canaillen und Hunds ꝛc. ꝛc. der Groß-Herzog ſey nicht capable, einen ſolchen Edelmann, wie er wäre, der ſeinen Adel von Ewigkeit zu Ewigkeit her hätte, zu machen, in die neugebackene Edelleute ſchiſſe er etwas. Wegen aller ſolcher Reden iſt er von Bürgermeiſtere und Rathe aus dem Groß-Herzoglich-Toſcaniſchen Duell-Edicte und von dem Advocato Fiſci, unter dem Vorwurf eines begangenen criminis læſæ maieſtatis, belanget worden. Beklagter hat dagegen vorgeſchützet, daß die bey den gegen den Rath ausgeſtoſſenen Iniurien,

iurien, wegen der alten und neuen Edelleute mit untergelaufene Worte, Sr. Groß-Herzoglichen Durchlauchtigkeit höchste Person zu beleidigen, nicht vorgebracht worden, und daß er allenfalls zu dem bekannten *L. un. C. Si quis imperatori maledixerit* seine Zuflucht nehmen wolle. Alldieweil aber Sr. Groß-Herzoglichen Durchlauchtigkeit allerdings nachtheilig ist, wenn die von Ihnen conferirte Dignitäten so gröblich verachtet und herunter geworfen werden, folglich Selbige nicht umhin können, Ihre conferirte Würden und Adel, durch Bestrafung solcher Verächter, in Ansehen zu erhalten, endlich der obangeführte *Lex un. C. Si quis imperatori maledixerit* allhier, da nicht sowohl Groß-Herzoglicher Durchlauchtigkeit höchste Person geschimpfet, sondern Dero Macht und Ansehen labefactiret wird, demnach solches zu erhalten der ganzen Republic Interesse erfodert, keine statt findet; So haben wir Beklagten billig condemniret, jedoch in Ansehung, daß er bereits viel ausgestanden, folglich in Zukunft schon gewitziget seyn wird, anbey in seinen letzteren Schriften sich sehr obligeant gegen die Klägere erkläret, so glimpflich, als möglich, mit ihm verfahren, die Satisfaction nach dem 9ten und nicht nach dem 5ten Artickel des Mandats eingerichtet, und, nebst Erstattung der Unkosten eine mäßige Strafe angehänget.

XIV.

Tertia classis convitia turbulenta & seditiosa complectitur.

XV.

Hæc in crimen perduellionis incidunt;

XVI.

Nec facile sine gravissimis caussis remitti debent.

Restat tertia convitiorum turbulentorum ac seditiosorum, quibus tumultus excitantur, animi aliorum civium

Digitized by Google

vium irritantur, atque ſecuritas & tranquillitas publica læditur, claſſis, de qua vide *legem* 28. §. 3. *de Pœnis.* Qui tali iaciunt, vere perduelles ſunt, atque lege Iulia expreſſe notantur: *L.* 1. §. 1. *ad l. Iuliam maieſtatis* verbis: *homines ad ſeditionem convocentur*; item: *ſollicitaverit concitaveritve, quo ſeditio tumultusve adverſus rempublicam fiat.* Exempli loco eſſe poſſunt contumeliæ, quibus Simei 2 *Samuel. XVI*, *v.* 8. Davidem fugientem proſcindit. Iſtiusmodi iniurias ſi remittat princeps, niſi ex graviſſimis cauſſis hoc faciat, in ſe & rempublicam crudelis eſt.

XVII.

Indolentia principum, ac facilitas in remittendis iniuriis, & ipſis & reipublicæ noxia eſt.

XVIII.

Iniurias principi illatas, quamdiu occultari poſſunt, diſſimulari, at publice prolatas aut manifeſtatas ſeveriſſime puniri oportet.

XIX.

Exempla principum, quos indulgentia ludibrio & contemtui expoſuit, ac infelices reddidit, recenſentur.

Improbavi paſſim nimiam principum in remittendis conviciis adverſus ſe iactis facilitatem. Paradoxon hoc videbitur multis, qui vulgi opinione abrepti manſuetudinem inter præcipuas boni principis virtutes collocant, ac cum *Plinio in Panegyrico ad Traianum cap.* 27. felicem civitatem prædicant, in qua principis ira inter inſanabiles morbos non numeretur. Ego, etſi manſuetudinem non damnem prorſus, exſuperantiam tamen huius virtutis in principe

periculoſiſſimam ipſi & pernicioſiſſimam reipublicæ eſſe, atque in vitium degenerare, adfirmo. Prævideo facile, obiectum mihi iri *legem un. C. Si quis imperatori maledixerit*, nec non exempla Davidis, qui Simei convitia, quæ tamen ipſe *ſupra in Meditatione* 15. ad perduellionem retuli, impunita dimiſit, 2 *Samuelis XIX*, *v.* 21. 22. & aliorum bonorum principum, a me ipſo paſſim commemoratorum. Sed iſta omnia me parum movent. Ad *L. un. C. Si quis imperatori* facilis eſt reſponſio. Genuina eius ferendæ cauſſa non manſuetudo fuit, ſed quemadmodum *ſupra in Meditat.* 1. oſtendi, cura, ut iniuriæ huiusmodi privatim prolatæ premantur & occultentur, nec deductæ in iudicium publicentur ac vulgo innoteſcant. Si hic finis obtineri nequit, ſi convitia publice iacta fuerunt, vel iam tum populo innotuerunt, rectius facit princeps, qui ſumta de iis vindicta dignitatem ſuam adverſus contemtum munit. Spernitur princeps, qui patiens nimis eſt, ſimiliaque ſæpe cum *Claudio* fata habet, de quo hæc narrat *Suetonius in capite* 15: *A maioribus natu audiebam, adeo cauſſidicos patientia eius ſolitos abuti, ut deſcendentem e tribunali non ſolum voce revocarent, ſed & lacinia togæ retenta interdum pede apprehenſo, retinerent. Ac ne cui hæc mira ſint, litigatori Græculo vox in altercatione excidit:* καὶ σὺ γέρων εἶ, καὶ μωρός. *Equitem quidem Romanum, obſcœnitatis in feminas reum, ſed falſo, & ab impotentibus inimicis convicto crimine, ſatis conſtat, quum ſcorta meritoria citari adverſus ſe, & audiri pro teſtimonio videret, graphium & libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna ſtultitiæ & ſævitiæ exprobratione ieciſſe in faciem eius, ut genam non leviter perſtrinxerit.* Iacobo I. Magnæ Britanniæ regis infeliciſſimum regimen ipſique ac toti populo Anglico pudendum & turpe fuit. Sic de eo *Rapin Thoyras in Tomo VII. de l' Hiſtoire d'Angleterre lib.* 18. *p.* 259: *Il eſt certain, que l' Angleterre ne fut jamais moins floriſſante, que ſous ſon Regne;*

que

que les Anglois ſe virent expoſez aux inſultes & aux railleries des autres peuples, & que tout le monde généralement en réjettoit la faute ſur le Roi. On fit de ſon temps en France l'Epigramme ſuivante, qui marque bien, en quelle eſtime il étoit chez ſes voiſins:

Tandis qu' Eliſabeth fut Roi,
L' Anglois fut d' Eſpagne l' effroi.
Maintenant déviſe & caquette,
Régi par la Reine Jaquette.

Cauſſam huius infelicitatis requirenti nimia regis patientia ac indulgentia occurrit. Ipſum illud, quod *in Medit.* 1. ex Rusdorffii epiſtolis memoravi, exemplum id probat. Rusdorffius illud magnanimitati & prudentiæ adſcribit, ego indolentiæ & imprudentiæ attribuo. Convitium in ipſis regni comitiis, quæ parlamentum vocant, dictum erat. Ridicule ergo Rusdorffius, diſſimulatione occultatum fuiſſe, autumat. Oportuerat exemplum ſtatui, ac maieſtatem regis pœna acerbiore muniri. Impunitas aliis viam, ut ſimilia facerent, aperuit, ac regem tandem ludibrium omnium, etiam vicinorum, fecit. Eadem lenitas effecit, ut Fridericus III. cæſar, Maximiliani I. pater, per totam vitam ſuam ærumnis & contemtu conflictaretur. Non meum hoc iudicium eſt, ſed coniugis eius Eleonoræ. Narrabo rem verbis *D.* Joſeph Grünbecks, Käyſers *Maximiliani I.* geheimen Raths und Beichtvaters, in der Lebens-Beſchreibung Käyſer Friedrichs *III. p.* 18. *ſq.* Er iſt gegen den nachreden und ſchmachworten, ſo Jm in das Angeſicht Jn den rudern oder ſonſt heimblich zuegefügt ſeindt worden, Alſo mildtſam und ſenftmüthig geweſen, ob auch einer die Käyſerliche Majeſtät verlegt, darumb er den Hals verfallen were, nichts anders gehandelt, dann geſagt, Er Khune nit einer Jeglichen Huren Jr Kindt ziehen, die Zungen weren von Natur gefreiet, man möcht ſie auch woll frey nutzen und brauchen, Sie wehren auch nit

keiner Ketten der Geseg gebunden, allein was die Gottesleste-rung antreffe, seinethalben hat es kein nott, darumb ist er von der Haußfrauen Leonora, die ein frau eines schnellen fundes, und einer gegenwärtigen verständigkeit gewesen ist, oft mit Worten schimpfweiß angesprochen worden, er wäre nicht wierdig, daß er die scham mit einem niederkleid bedecken sollt, daß er sogar kein übel straffet, dann eine solliche übrige übersehung oder Ablassung der Strafe der obristen Fürsten wäre nichts anders, dann das fenster auffschliessen, allen menschen übel zu thun, und niemandt möcht vor übriger geduldigkeit oder Barmhertzigkeit sicher bleiben.

XX.

Thesis, quod convitia publice in principem iacta, aut iam manifestata, non dissimulari, sed severe puniri oporteat, exemplo Davidis firmatur.

Enimvero Davidis, qui iniuriam sibi publice factam primum dissimulavit, 2 *Samuel. XVI*, 10. 11. deinde etiam remisit, 2 *Samuel. XIX*, 21. 22. exemplum mihi inprimis obiicitur. Commodissime profecto. Illud ipsum enim Davidis exemplum thesin meam mirifice firmat. Davides enim Simei pœnam non remisit, sed distulit. Norat optimus princeps, mortis pœnam divina lege in principum suorum contemtores & convitiatores statutam, *Deuteron. XVII*, 12. Adde *Seldenum de Synedrio lib. 2. cap.* 13. §. 8. *& lib.* 3. *cap.* 3. §. 1. Itaque religioni sibi ducebat, pœnam, cuius exlequutio saltem ipsi mandata erat, non exigere. At prudentiæ leges, ut recuperatum modo solium confestim cruentaret ac recentissimi vulneris cicatricem refricaret, non finebant. Quamobrem mediam quasi inter pietatem ac regnandi artem viam sic elegit, ut neutram violaret. Ipse scilicet de Simei puniendo non cogitavit amplius, Salomoni vero, successori suo, hoc negotium solicite commendavit,

1 *Re-*

Digitized by Google

1 *Regum II*, 8. qui id etiam prudenter exſequutus eſt, 1 *Regum II*, 36. *ſqq.*

XXI.

Errant, qui bonum principem ex tolerantia iniuriarum cognoſci perhibent.

XXII.

Principes, qui convitia ſibi publice facta, vel alias manifeſta, impunita relinquunt, & ſine iuſta cauſſa remittunt, peccant.

XXIII.

Indolentia tyrannorum character eſt.

Exſtant quidem aliqua bonorum principum, qui convitia ſibi facta impunita reliquerunt, exempla. Sed nullum eorum theſi meæ officit. Fecerunt id enim vel, ut crimen, quod non patebat, porro occultaretur, quæ cauſſa Theodoſium ad *L. un. C. Si quis imperatori* ferendam impulit, vel, ut imperium iniuſta vi & ſanguine partum inuſitata manſuetudine firmarent, offenſosque civium animos ſibi conciliarent, quod Auguſtum maxime ad ignoſcendum movit, vel, quod viliſſimos homines, a quibus offenſi fuerant, ira ſua & animadverſione indignos eſſe, nullumque ſibi ex hac impunitate periculum imminere, viderent, cuius rei exemplum, in Ludovico XII. Galliarum rege, *ſupra in Medit.* 9. retuli. Verum ſine huiusmodi cauſſa nunquam boni ac reipublicæ amantes principes convitiatoribus peperce-runt. Quin immo tyranni potius malé ſibi conſcii & monſtra principum plebem, quam flagitiis & facinoribus ſuis

Digitized by Google

offenderant, impunitate convitiorum mitigare & delinire ſtuduerunt. Tiberius, ſævus in omnes ſaltem adverſus convitia malosque rumores & famoſa de ſe ac ſuis carmina firmus ac patiens, ſubinde iactabat; In civitate libera linguam mentemque liberas eſſe debere. Vide *Suetonii Tiberium cap.* 28. & *Taciti Annalem II*, 50. De *Nerone* hæc *Suetonius cap.* 39. ſcribit: *Mirum, & vel præcipue notabile inter hæc fuit, nihil eum patientius, quam maledicta & convitia hominum, tuliſſe: neque in ullos leniorem, quam qui ſe dictis aut carminibus laceſſiſſent, exſtitiſſe. Multa Græce Latineque proſcripta, aut vulgata ſunt. Sed neque auctores requiſivit: & quosdam per indicem delatos ad ſenatum affici graviore pœna prohibuit, vel contemtu omnis infamiæ, vel nè fatendo dolorem irritaret ingenia.* Catharina Medicea, Henrici II. Galliarum regis vidua, maximis vitiis contaminata mulier, quæ Galliam diu crudelitate, perfidia & luxuria ſua adflixit, convitia tamen patientiſſime tulit. Inſigne huius indolentiæ ſpecimen *d'Aubigne Hiſt. univerſ. tom. I. liv. 3. chap. 5. pag.* 198. ſequentem in modum narrat: *Le Roi de Navarre & la Reine mere eſtans à la feneſtre dans une chambre aſſez baſſe, eſcoutoyent deux goujats, qui en faiſant roſtir une oye dans une broche de bois, chantoyent des vilenies contre la Reine. L'un diſoit, que le Cardinal l'avoit engroſſée d'un petit gorret, l'autre diſoit d'un petit mulet; & plus ils maugroyent de la chienne, tant elle leur faiſoit de maux: Le Roi de Navarre prenoit congé de la Reine pour les aller faire pendre, mais elle après avoir dict par la feneſtre; He, que vous a elle faict? elle eſt cauſe, que vous rotiſſez l'oye; ſe tourne vers le Roi de Navarre en riant, & lui dit, Mon couſin, il ne faut pas, que nos coleres deſcendent là, ce n'eſt pas notre gibier.* De nullo Pontificum maximorum, qui intra proximum ſeculum vixerunt, Roma acerbius, quam de Clemente XI. queſta eſt. Si civibus Romanis credi-

credimus, Roma adhuc hodie a regimine huius pontificis exſucca & exſanguis cernitur. Atque incredibilis tamen eius principis patientia in tolerandis convitiis fuit. Audiamus teſtem locupletiſſimum *A de la Motraye tom. I. des Voyages en Europe, Aſie & Afrique chap.* I. *pag.* 11. *ſq.* ex certa ſcientia ſic ſcribentem: *En* 1696. *on appelloit Innocent XII. Pere du Peuple, & Antinepotiſte, pour avoir ôté les impots, dont le premier l'avoit chargé, & n'avoir jamais rien donné du bien de l'Egliſe à ſes Neveux, ni à aucun de ſa famille. Il ne ſe montroit point à ce peuple, qu'il n'en fut beni à haute voix. Bien loin d'entendre la ſeconde fois, que j'etois à Rome en* 1710. *de tels cris de benediction en faveur de Clement XI. j'ai vû tout le contraire, car je l'ai oüi nommer Pere des Neveux, & j'ai entendu dire, qu'il avoit plus impoſé de nouvelles taxes, que ſon Predeceſſeur n'en avoit ôté de vieilles. On me raconta auſſi, que les Directeurs de Conſcience n'entendant preſque point de confeſſions, où les Penitens du commun ne s'accuſaſſent d'avoir maudit tant de fois ce Pontife au ſujet de ces taxes, tinrent conſeil la deſſus & trouverent bon de l'en avertir, qu'ils lui demandérent, s'ils pouvoient abſoudre des gens, qui manquoient de reſpect juſqu'à ce point, envers le Chef viſibile de l'Egliſe Catholique: mais que Sa Sainteté, au lieu d'en témoigner du reſſentiment, ou de promettre quelque ſoulagement pour ces gens, ce qui étoit le principal object de leur demarche, leur repondit avec ſa douceur naturelle, & pleine d'affabilité: Poveretti ohime! egli mi conſiderano come un gran peccatore, tal che ſon'io, biſogna perdonar, come vogliamo, che ci ſia perdonato, aſſolvete, aſſolveteli.*

XXIV.

Digitized by Google

XXIV.

Convitia, quæ in miniſtrum principis ratione officii iaciuntur, eiusdem cum maledictis in ipſum principem naturæ ſunt.

XXV.

Itaque, etſi miniſter ipſe ea diſſimulet, puniri tamen debent.

Convitia, quæ in miniſtros principum iaciuntur, duplicis generis ſunt. Aliqua, ex privato odio profecta, nec principem, nec rempublicam tangunt. Itaque in iis vindicandis magiſtratus & advocati fiſci ulterius, quam alias in privatis iniuriis ſolent, progredi nequeunt, ac, ſi id faciant, peccant. Vide *Huberum in Prælect. ad ff. tit. de Iniuriis* §. 6. & *Specimen noſtrum DXLII. de Pietate ac iuſtitia remediorum contra iniurias, medit.* 5. Aliud vero eſt in iniuriis, quæ miniſtro ratione officii, ſeu tanquam miniſtro, inferuntur. In his omnia, quæ de convitiis in ipſum principem iactis ſupra dixi, locum habent, arg. *L.* 5. *pr. C. ad legem Iuliam maieſtatis.* Igitur bonus princeps eas inultas non ſinit. Equidem ipſi miniſtri nonnunquam iſtas hominum voculas ſpernunt, & nec publice nec privatim perſequuntur, exemplo Colberti, præcipui rerum Gallicarum ſub Ludovico XIV. rege adminiſtri, de quo hæc narrat *Baylius in Dictionario Art. Henaut lit. E. La meilleure piece de Henaut, non pas pour la matiere, mais pour la compoſition, etoit un Sonnet contre Mr. Colbert, qui commenceoit par ce vers: Miniſtre avare & lache, eſclave malheureux. Mr. Colbert fit là deſſus une tres belle action; on lui parla de ce Sonnet, qui fit du bruit dans ce tems-la. Il demanda, s'il n'y avoit rien contre le Roi: on lui dit que non, & là deſſus il repondit, qu'il ne s'en ſoucioit guere, & qu'il n'en vouloit point de mal à l'Auteur. Cela n'eſt il pas plus beau que le Sonnet?* Verum nihilominus ad principis officium pertinet, convitiatorem graviter punire, atque

Digitized

que ſic miniſtros ſuos adverſus contemtum ac iniurias munire. Ferebantur menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XXXIV. acta ad ICtos Vitembergenſes, in quibus fiſco principis præfectus propterea, quod ſe privati cuiusdam petitionibus, fiſco maxime noxiis, acriter pro ſumma ſua in principem & rempublicam fide oppoſuiſſet, impuriſſimo convitio adfectus erat. Hoc maledictum miniſter, ut eſt, magno animo ſpreverat. Atque id ipſum miniſtri ſilentium reus in defenſione maxime urgebat. Verum ICti, diſſimulationem hanc reo in delicto contra rempublicam commiſſo prodeſſe poſſe, negarunt: Es iſt unmöglich geweſen, in der ſonſt mit Fleiß und Geſchicklichkeit aufgeſetzten Defenſions Schrift dieſes des Inquiſiten ſtrafbares Factum, daß er Pacianum in einem Briefe einen Satan genennet, und mit dieſem offenbar iniurieuſen Worte hochgedachten Herzoglichen Diener eben deshalben, weil er ſich ſeinem Amte gemäß des Herzoglichen Cammer-Intereſſe angenommen, und dem Hannebergiſchen Suchen widerſetzet, beleget, abzulehnen.

XXVI.

Qui cum principe liberius iocans reverentiam ei debitam lædit, merito punitur.

Equidem Vlpianus in *L.* 3. §. 3. *de iniuriis* negat, iniuriarum teneri, qui per iocum percutiat. Inde nec non ex *L.* 3. *pr. de Servo corrupto & L.* 3. §. 2. *de Obligat. & act.* regulam faciunt locorum communium compilatores: *quod per iocum fit, non eſt ſiniſtre interpretandum*, pro qua illuſtranda *Barboſa in theſauro lib.* 9. *cap.* 118. locum *Plauti in Amphitrione act.* 3. *ſcen.* 2. *v.* 35. *ſqq.* allegat, in quo perſonatus Amphitrio Alcumenæ obiectum adulterii convitium ſic excuſat:

Equidem ioco illa dixeram dudum tibi,
Ridiculi cauſſa. Si quid dictum eſt per iocum,
Non æquum eſt, id de ſerio prævortier.

Addere tamen debuiſſet Barboſa, exculationem illam Alcumenæ non ſatisfeciſſe, nec offenſionem ſopiiſſe, ſed eam in propoſito divortendi perſtitiſſe:

Ego illud ſcio, quam doluerit cordi meo.
Ab impudicis dictis avorti volo.
Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.
Ibo egomet, comitem pudicitiam duxero.

Et profecto nimium boni ſunt ICti hi, qui iocis promiſcue impunitatem tribuunt. Diſcrimen fieri oportet tum inter iocos ipſos, tum inter perſonas, cum quibus iocamur. Ruſtici & illiberales ioci, adverſus quemcunque proferantur, ſemper illiciti ſunt, ac pœnam merentur. Dant illi ſæpe rixis, pugnis, vulnerationibus, quin & cædibus, locum. Exemplum funeſtiſſimum commemorant, diverſiſſime tamen decidunt *Hornius in Claſſe XV. reſponſo* 31. *& Lynckerus in Reſponſo* 71. Aliqui tamen ioci, in communi vita & inter pares uſitati ac liciti, propter perſonam, in quam proferuntur, impii ac illiciti fiunt. Narrat *Carpzovius P.* 4. *Conſtit.* 1. *def.* 10. punitos fuiſſe, qui in commeſſationibus & compotationibus iocoſe verba ſanctæ cœnæ recitarint, & corpus atque calicem adminiſtrarint; in quem locum ita commentatur *Esbachius: Quamvis, iocoſe qui loquitur, merito veniam mereatur; &, per iocum quod fit, non ſit ſiniſtre interpretandum; delictum tamen plaſphemiæ gravius eſt, quam ut in eo iocari liceat, cum iuxta præceptum decalogi non debeamus ſumere nomen domini in vanum; Et ad Gal.* 6. *v.* 7. *dicitur:* Irret euch nicht, Gott läßt ſich nicht ſpotten. Principes vero dei imago ſunt, & crimen maieſtatis ſacrilegio proximum eſt. *L.* 1. *pr. Ad legem Iuliam maieſtatis.* Itaque, ſi quis iocando reverentiam principi debitam lædat, merito plecti-

plectitur. Et exstant passim in historiis huiusmodi iocorum graviter punitorum exempla. Sufficiet in præsens unum. *Pontanus Rerum Danicarum lib. 5. pag. 229. sq.* hoc habet: *Petrus Duvinus, Danus, licet domi & apud suos honorabili esset loco, magnaque dignatione, relicta tamen, incertum, qua de caussa, patria, una cum patre, viro prædivite, ad regem Poloniarum Bolislaum eius nominis, cui tum etiam Silesii parebant, concessit. Apud quem magna auctoritate agens, summisque honoribus perfunctus, postremo ob dictum, quod in coniugem Regis Vladislai, qui Bolislao successit, Christinam, Henrici V. Imperatoris filiam paulo liberius iecerat, exitum habuit admodum infelicem ac tragicum. Nam & oculo non tantum utroque cæcatus, sed etiam lingua ei exsecta fuit. Res autem sic acta: Venatum forte Vladislaus princeps & Petrus in remotas silvas ierant, ibi totum diem investigandis & persequendis feris defatigati, sub vesperam ad focum, constructa ex cespite mensa, cum se pane & ferina carne & aqua fontana utcunque refecissent, & humi stratis penulis cubituri essent, Vladislaus, domesticarum lautitiarum & mollium stratorum recordatus, ioco Petrum compellans, mollius, inquit, nunc, Petre, tua uxor cum Abbate Scrimensi cubat, quam nos. Petrus contrà, ut iocum ioco retunderet: Fortasse, inquit, & tua cum Dobesso. Erat autem Dobessus iuvenis ex equestri ordine non inelegans, quo familiarius Christina utebatur: ita ut mussitaretur vulgo, eum cùm illa ciam solere. Tetigit id dictum principis animum, & sermonibus quidem tunc iocisque finem fecit: vultu vero ne posteà quidem satis dissimulavit, sive dolorem sive solicitudinem suam. Christina, ubi tristiorem, præterque morem cogitabundum, maritum animadvertit, scisscitatur caussam; dissimulat aliquamdiu Vladislaus: ad extremum vi-Ctus blanditiis & importunitate uxoris detegit ei vulnus animi sui. Recognita, graviores in Petrum iras concepit, occasionemque ulciscendi quæsivit. Eamque cum fortuna percommodam attulisse videretur in eo, quod Petrus aperte cupiditati principis adversaretur, ibi vero instare violenta mulier apud maritum noctesque diesque, ut de medio Petrus tolleretur, eo enim vivo, nunquam animi compotem futurum Vlasdislaum. Erat*

enim ingenti ſpiritu Petrus ſummaque potentia præditus, quippe qui præter privatas opes, & facultates ampliſſimas, Caliſſienſem Cruſoicienſemque tractum omnem, Boleſſai Crivoviſti nomine, adminiſtraſſet. Subornat tandem Dobeſſum Chriſtina, partim probri infamia irritatum, partim pollicitatione bonorum Petri illectum, ut eum quovis modo vel caperet, vel interficeret. Non eſt tamen auſus Dobeſſus hominem aperta vi aggredi: ſed obſervabat tempus, quo per fraudem eum incautum opprimeret. Forte Petrus nuptias filiæ, quam Iaxæ Serborum ſive Vinidarum duci in matrimonium collocabat, Vratislaviæ inſigni pompa ac celebritate apparabat: eo ſe quoque Dobeſſus magno comitatu confert, ſecurumque & nihil eiusmodi ſuſpicantem Petrum, ſolum forte conſpicatus, dum miniſtri circa apparandas nuptias, & hoſpites comiter excipiendos ſatagunt, arreptum celeriter, paratis & diſpoſitis ad hoc equis, abſportat, & ad principem adducit. Diu quid de eo faceret Vladislaus animi dubius fuit, reverebatur hominis dignitatem gratiamque popularem: reminiſcebatur, quo is honore apud patrem ſuum fuiſſet. Contra ſuggerebat Chriſtina, ſi incolumis Petrus dimittatur, acerbiorem eum capitalemque hoſtem fore principi, iniuria illa ſemel exacerbatum: Vbi cunctari virum videt, minatur, ſe ab eo diſceſſurum, ubi impune probro pudicitiæ proſtitutæ afficeretur. Vicit tandem, perfecitque, ut, indicta cauſſa, lingua ei præcideretur, atque oculi effoderentur. Ignoravit ſcilicet, vel potius magno ſuo malo comperit Petrus, quam eſſet periculoſum, leonem vellicare.

COROLLARIA.

1. Civis, qui principi, a quo innocentem ſe premi credit, malum minatur, perduellis fit. Vide exemplum in *Specimine DLXVIII. de Perduellibus, medit. 22. 23.*

2. Verum principi irreverenter dicens, recte plectitur. Vide *Specim. DLXXI. de Veris delictis miniſtrorum principis, medit. 24.*

3. Plectitur item, qui de vitiis principis erga alios aperte iudicat. Vide *idem Specimen, medit. 25.*

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DLXX.
MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVIII. TIT. IV.

DE

FICTIS CRIMINIBVS MINISTRORVM PRINCIPIS
PVBLICE DEFENSVM

A

VOLRADO LVDOVICO DE BIEDERSEE,
EQVITE ANHALTINO.

D. XIX. IVN. ANNI CIↃ IↃ CC XIX.

I.

Miniſtri principis magni quidem & venerandi, ſed tamen homines ſunt.

Non equidem diffitemur, magnam deberi miniſtris principum reverentiam. Habet enim, ut recte *Cicero de Natura Deorum* ait, venerationem iuſtam, quidquid excellit. At quantacunque hæc ſit excellentia, tanta profecto non eſt, ut fulgore ſuo oculorum noſtrorum & ingenii aciem præſtringere, atque terrorem animis incutere debeat. Ipſi hoc non cupiunt, ſi ius & æquum amant. Sint, licet, magno loco poſiti, ſint potentes, ſint gratioſi, ſint locupletes, ſint illuſtres. In eo tamen nobiscum omnes conveniunt, quod homines

Digitized by Google

ſint, quod miſeriis, vitiis, delictis, pœnis iisdem expoſiti vivant, quibus ceteri mortales. Iſte cultus, quem ſupra expoſuimus, aliunde adſcitus, iſta pompa, iſta ornamenta extra eos poſita ſunt. Egregie *Seneca epiſtola* 76: *Nemo*, inquit, *ex iſtis, quos purpuratos vides, felix eſt, non magis, quam ex illis, quibus ſceptrum & chlamidem in ſcena fabulæ adſignant. Quum præſente populo elati inceſſerunt & cothurnati ſimul exierunt, excalceantur & ad ſtaturam ſuam redeunt. Nemo iſtorum, quos divitiæ honoresque in altiore faſtigio ponunt, magnus eſt. Quare ergo magnus videtur? Cum baſi illum ſua metiris. Non eſt magnus pumilio, licet in monte conſtiterit. Coloſſus magnitudinem ſuam ſervabit etiam, ſi ſteterit in puteo. Hoc laboramus errore; ſic nobis imponitur, quod neminem æſtimamus eo, quod eſt, ſed adiicimus illi & ea, quibus adornatus eſt. Atqui, quum voles veram hominis æſtimationem inire & ſcire, qualis ſit, nudum inſpice. Ponat patrimonium, ponat honores & alia fortunæ mendacia.*

II.

Principis iudicium in eligendo miniſtro fallax ſæpe meritorum & virtutum indicium eſt.

Sed, ais, illos tamen iudicium principis, a quo adſciti ſunt, tuetur, certosque nos de eorum virtute & meritis reddit, quum ſacrilegii inſtar ſit, dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit imperator. *L.* 3. *C. de Crimine ſacrilegii.* Verum iam diu exuimus iſtam, quam nobis hæc lex obtrudit, ſuperſtitionem, atque, principes quoque homines eſſe, & in electione ſuorum miniſtrorum errare poſſe, dicere audemus. Neque poſſumus aliter, ſi hiſtorias evolvimus, &, quæ in illis occurrunt, exempla virorum ad ſummas dignita-

Digitized by Google

gnitates admotorum consideramus. Aliquos certe merita sua evexerunt. At multis error, aliis vilis adsentatio, quibusdam morum vitiorumque conformatio, nonnullis natalium splendor, plerisque fortuna ipsa, quæ cœca est, aperuit viam ad honores. Et de his dici potest, quod de Lucilio poëta *Dacerius in Satyram* 10. *Horatii pag.* 603. *tom.* 6. similes eos esse mulierculis illis, quæ, mediocri pulcritudine & nullis meritis præditæ, amorem sibi tamen inusitata quadam felicitate conciliant.

III.

Partitio operis de delictis ministrorum principis.

Quæ quum ita sint, non peccaturos nos speramus, qui in præsens ministros principum non cothurnatos & in fastigio suo positos, sed tanquam homines in errores & peccata lapsos, considerare constituimus. Aperit se nobis rem adgressuris vastissimus campus. Quem sic optime emetiemur, ut, quæ ab aliis iam ante nos dicta sunt, vel omittamus plane, vel leviter deguſtemus, atque illas potissimum, quæ sponte nobis subnascantur, meditationes &, quas usus nobis & experientia suggerit, observationes proponamus. Sed ordine opus est ad rem recte explicandam. Igitur tripartitum faciemus scriptum nostrum, & primo capite ea, quæ bonis & innocentibus principum ministris falso tanquam delicta imputantur, secundo vera eorum crimina, tertio modum adversus delinquentes procedendi illosque puniendi considerabimus.

IV.

Digitized by Google

IV.

Aliquando miniſtro principis pro crimine obiicitur, quod crimen non eſt.

Prima ergo pars aget de criminibus, quæ crimina quidem vere non ſunt, ſed tamen tanquam talia nonnunquam principum miniſtris obiiciuntur, quin & puniuntur. Equidem & extra aulas virtus aliquando crimen eſt, & facta, quæ præmium merebantur, pœnis ſubiiciuntur. Sed tamen in aulis principum hoc frequentius eſt, in quibus *qui agunt*, ut cum philoſopho non incelebri loquamur, *tanquam edito in loco poſiti, ab omnibus ventis invidiæ circumflantur, iique præſertim, qui ſunt inſignes ad laudem.* Sed his idem, quod Socrati, ſolatio eſſe poteſt, qui acceptum ex iudicum ſententia a carnifice venenum potaturus uxori, innocentem illum perire, vociferanti: Quid ergo, reſpondit, nocenti mihi mori ſatius eſſe putas?

V.

Ipſa interdum probitas pro crimine habetur.

Ipſa interdum probitas vitæque & morum integritas crimen eſt, in illis videlicet aulis, quæ vitiis infectæ, & quarum principes vel ipſi corrupti, vel tamen improbis & perverſis hominibus obnoxii ſunt. Inter hos ergo ſi quis pie ſanctequè vivit, huius innocentia tacita ceteris flagitiorum exprobratio eſt, quam non poſſunt non ægre ferre. Laborant itaque tantum & tam diu, ut eiiciant tandem hominem ſibi intolerabilem, qui hoc ipſo probitatis ſuæ pœnam luit, & cui adeo pro ſolamine dici poteſt, quod aliquando falſe admodum de urbe Roma dictum fuit:

Vivere qui ſancte cupitis, diſcedite Roma,
Omnia quum liceant, non licet eſſe probum.

Neque

Digitized by Google

Neque deficiunt exempla miniſtrorum, optimorum ceteroquin & fidiſſimorum, ſed ob ſolam probitatem inviſorum, atque ideo munere ſuo & faſtigio deiectorum. Vnum memorabimus Michaelis Hoſpitalii, Galliarum in ſeculo XVI. Cancellarii. Nihil erat, quod vitio ei dari potuiſſet. Vixerat integerrime, munus ſuum ea, qua par erat, diligentia & fide adminiſtrarat, opes nullas corraſerat, ius ſuum cuique tribuerat. Nihil itaque erat, quod viro ſanctiſſimo obiiceretur. Et iubebatur tamen aula excedere, atque officium ſuum deponere. Nec aliam huius calamitatis rationem reddere, cauſſamque odii, quod apud regem & reginam incurrerat, afferre poſſunt, qui temporum iſtorum hiſtorias ſcripſerunt, quam illam ipſam, qua conſpicuus vixerat, virtutem. Incomparabile eſt, quod de hac re iudicium fert *Baylius in Dictionario art. Hoſpitalii.* Mirum, inquiens, magis eſt, potuiſſe virum optimum in aula perverſiſſima locum ſuum per ſeptem aut octo annos tueri, quam, illum tandem offenſam regis incurriſſe. Quin profecto multum virtutum eius ſplendori, &, quam adquiſivit, gloriæ decederet, ſi munus cancellarii ad mortem usque obtinuiſſet. Nam ſub tali regno opprobrium erat & infamis nota, magno huic officio idoneum exiſtimari. Nec fieri ullo modo poterat, ut vir probus ſatisfaceret his, qui rerum tunc potiebantur. Hæc Baylius. Ipſe Hoſpitalius apud *Brantomium in vitis virorum illuſtrium tom.* 2. *p.* 88. quum inſignia ipſi dignitatis ſuæ adimerentur, liberrime dixit, non aptum ſe amplius ad adminiſtranda negotia, quæ corruptiſſima cerneret, eſſe, lætusque in villam ſuam refugit. Illa certe fuit, ut cum *Plinio* loquamur, vera & incomparabilis invicti animi ſublimitas. Pertinet huc etiam exemplum Græcini Iulii, quem, ſi *Senecæ de Beneficiis lib.* 1. *cap.* 21. credimus, C. Cæſar occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quam eſſe quenquam tyranno expediret, item miniſtri illius, quem

Henricus IV. Imp. ſecundum *Brunonem in Hiſtoria Saxonici belli p.* 103. ideo interficere tentavit, quod is flagitiis in aula graſſantibus deterritus parcius in eam veniret.

VI.

Detrectatio obſequii in iuſſis principum legi divinæ contrariis iuſta eſt.

Detrectant ſæpe miniſtri obſequium iuſſis principum, quæ cum divinis legibus & bono publico pugnant. Pervicaciam hoc & obſtinationem vocant principes, atque eam, ſi leviſſime, muneris abrogatione, aliquando etiam mulcta, carcere, exilio, morte puniunt. Equidem non deſunt, qui civibus & miniſtris neceſſitatem imponunt, iniuſta quoque principum mandata exſequendi, atque ad ſeditioſas doctrinas referunt; cognitionem de bono & malo pertinere ad ſingulos; regibus non eſſe obtemperandum, niſi iuſta præceperint; peccare ſubiectos, qui mandata principum ſuorum, quæ ſibi iniuſta videntur eſſe, exſequuntur; quod inprimis facit *Hobbeſius de Cive cap.* 12. §. 1. & 2. Sed ad hæc iam reſponderunt alii, *Zieglerus de iuribus maieſtatis lib.* 1. *cap.* 5. §. 82. *& Pufendorffius de Iure nat. & gent. lib.* 8. *c.* 1. §. 5. *ſqq.* oſtenderuntque, tunc, quum princeps rem turpem, inhoneſtam & illicitam, iubet, miniſtrum ad obediendum non obligari, ſed obligari potius ad non obediendum. Iniuſta ergo eſt procul dubio, quæ miniſtris ſic obedire recuſantibus infligitur, pœna, & peccavit Caligula, qui Iulium Græcinum, de quo *in præcedente* §. diximus, propterea, quod M. Silanum innocentem accuſare iuſſus abnuerat, interfecit, teſte *Tacito in Vita Agricolæ cap.* 4. Non erraverimus forſan, ſi & Thomæ Mori exemplum huc referamus, qui, quod divortium Henrici VIII. Angliæ regis probare nollet, primum munere cancellarii ſe abdicare coactus,

Digitized by Google

ctus, deinde, quum in exheredationem Mariæ, legitimæ regni heredis, conſentire & Pontificis Romani auctoritatem, quam ipſe iuſtam & in ſacro codice fundatam credebat, eiurare detrectaret, ultimo etiam ſupplicio affectus eſt, quemadmodum *Thomas Stapleton in Vita Mori cap.* 15. pluribus memorat. Sed, ne quid diſſimulemus, de Moro hoc, iuſtene is, an iniuſte occiſus ſit, multum adhuc dubii ſupereſt, credimusque, ei, qui Henrici regis defenſionem ſuſcepturus eſſet, argumenta non defutura.

VII.

Miniſter, iniuſtum principis ſui factum defendere & excuſare, recte recuſat.

Agendum hic ſimul eſt de crimine eorum, qui facta principum ſuorum iniuſta & impia ſcripto vel oratione defendere iuſſi abnuunt. Nec hi pœnam, ſed laudem merentur. In ſocietatem quippe delicti venit, qui illud probat & tuetur. Mentio nunc facienda eſt Papiniani, quamvis ipſi cum *Spartiano in Vita Antonini Caracalli c.* 8. dubitemus, verane ſit, quæ vulgo circumfertur, cædis eius cauſſa. Dicunt autem, Baſſianum, occiſo fratre, mandaſſe Papiniano, ut & in ſenatu per ſe & apud populum facinus diluceret; Papinianum vero reſpondiſſe; non tam facile parricidium excuſari poſſe, quam fieri, atque ea propter a Cæſare occiſum. Si vera hæc ſunt, fortiter, pie, prudenter fecit Papinianus, nec reprehenſionem *Bodini de Republica lib.* 3. *cap.* 4. meretur. Peſſime contra, ex *Thuani* quoque, ſcriptoris Catholici graviſſimi, *in Hiſtoriarum libro* 53. iudicio fecerunt viri, ut ille ait, dignitate, pietate, integritate ac doctrina præſtantes, & ab omni fuco & vanitate alieni, Morvillerius, Thuanus, Monlucius, Pibracius &

Bellevreus, præſenti rerum ſtatu eo adducti, ut famoſam Pariſienſium lanienam, quam intra ſe deteſtabantur, aut ſimulate laudarent, aut officioſa excuſatione obſcurarent. Atque rectius longe Franciſcus Balduinus, iureconſultus, Papinianum imitatus eſt, qui, quod factum deteſtaretur, Andino duci, opem eius & operam in eo propugnando imploranti, modeſte ſe excuſavit.

VIII.

Non peccat miniſter, qui defenſionem iniuſtorum factorum detrectat, etſi ea non ſuo, ſed principis nomine ſcribenda ſit.

Illud vero magis dubium eſt, an is etiam miniſter odium principis mereatur, qui operam ſuam ad factum iniuſtum, non ſuo tamen, ſed principis ipſius nomine, defendendum commodare iuſſus refragatur. Fac enim, principem apologiam belli a ſe iniuſte ſuſcepti vel ſuſcipiendi, quam manifeſtum communiter vocant, promulgaturum, ingenio & ſtylo miniſtri cuiusdam ſui ad hoc abuti velle, at miniſtrum de iniquitate cauſſæ perſuaſum nolle officium præſtare, ac dignitate ſua ideo privari. Rectene hunc innocentem & veritatis μάρτυρα dicemus? Ita putamus. Neque eſt, quod dicas, miniſtrum, qui tale ſcriptum edere iubetur, tanquam inſtrumentum vel nuncium & interpretem alienæ voluntatis conſiderandum eſſe. Nam hæc excuſatio ſcribæ forſan, qui exſcripſit apologiam, librario, qui divulgavit, præconi, qui proclamavit, proderit. Subtilis autem, ut cum *Pufendorffio de Iure naturæ & gentium lib.* 8. *cap.* 1. §. 7. loquamur, excogitatio ſpecioſorum argumentorum, adhibitio colorum & delinificæ ſuadæ lenocinium, pro pura exſecutione alieni actus haberi nequit.

IX.

Digitized by Google

IX.

Crimen fidei explicatur.

Memorabile inprimis eſt fidei crimen, quemadmodum a *Tacito Hiſtoriarum lib.* 1. *cap.* 59. & 71. vocatur, quod ipſa vox ſatis explicat, nos autem ſic deſcribemus, quando miniſter, muneris ſui partes ea, qua debet, dexteritate & probitate obeundo, offenſam vel ipſius, cui ſervit, principis, vel aliorum, incurrit, atque propterea in iudicium vocatur & punitur.

X.

Populus ſeditioſus fidei miniſtros interdum ſupplicio adficit.

Graviſſimum autem, ut *Tacitus* in memorato *cap.* 59. loquitur, fidei crimen eſt inter deſciſcentes, ſeu in ſeditionibus, bellis inteſtinis & tumultibus civilibus. Nulla quippe re excandeſcunt magis ſeditioſi, quam fidei obſtinatione, ut ab eodem *Tacito Hiſtoriarum lib.* 3. *cap.* 39. vocatur. Aegre ſcilicet ferunt, tumultum ſuum, cui bonum publicum prætendunt, improbari. Ergo laborant primum de miniſtris illis in partes ſuas pertrahendis. Quodſi hi amicitiam eorum adſpernantur, tum furere incipiunt & viros optimos, obnuere perſeverantes, hoſtes reipublicæ appellant, in carcerem ac ſæpe ad ſupplicium rapiunt. Tale fuit centurionum illorum crimen, qui apud *Tacitum hiſtor. lib.* 1. *c.* 56. & 59. Galbæ imperatoris ſui imagines contra tumultuantem exercitum protegentes, impetu militum abrepti vinctique & tandem a Vitellio occiſi ſunt. Recentius Barnabæ Briſſonii exemplum eſt, quem ſummo Pariſienſi ſenatui præſidentem furens populus propterea, quod vir optimus

Digitized by Google

optimus in univerſali iſta Galliæ ſeditione fidem exuere recuſaret, laqueo ſuffocavit. Vide *vitam eius* a *Leickero* ex Thuani, Scævolæ Sammarthani aliorumque ſcriptis collectam. Simile fere fatum fuit Humbercurtii & Hugoneti, fidiſſimorum Mariæ Burgundicæ, quæ deinde Maximiliano I. nupſit, miniſtrorum, atque ob hoc fidei crimen a rebelli Gandavenſi plebe in vincula coniectorum &, habita prius de iis ſervilem in modum quæſtione, ſupplicio affectorum, fruſtra per litteras, verba & lacrymas intercedente Maria. Rem optime deſcribit *Fuggerus* im Spiegel der Ehren des Ertz-Hauſes Oeſterreich *lib.* 5. *cap.* 26. *n.* 13.

XI.

Ipſe nonnunquam princeps, coactus a populo, fidos miniſtros punit.

Triſte hoc ſine dubio fatum eſt, quod fidus miniſter a populo patitur, ſed triſtius longe, quum ipſe princeps miniſtros optimos, de quorum fide & innocentia non dubitat, furori tumultuantis populi ſacrificare, ſententiam contra eos capitalem ferre & hanc quoque exſequi cogitur. Funeſtiſſima nunc ſeſe oculis imago motuum, qui magnam Britanniam circa medium ſeculum XVII. ſub Carolo I. rege turbarunt & lacerarunt, offert. Nihil tunc crimine fidei frequentius. Perduellionem id, *high treaſon*, Angli vocabant, eiusque inſimulabant omnes, quotquot regias partes tuebantur. Hos accuſabant publice, damnabant, interficiebant. Sed præ aliis Comitis Straffordienſis ſupplicium memorabile eſt. Hic præcipuus regis conſiliarius & adminiſter, populi erga ſe odium eo ipſo, quod iuſſa principis ſui ſtudioſe exſecutus erat, concitarat. Igitur perduellionis apud ſenatum regni poſtulatur. Et ab initio quidem rex, qui ſuum latus per hanc accuſationem peti & ſua

Digitized by Google

ſua facta miniſtro ſuo imputari animadvertebat, acriter defenſionem eius præſens in ſenatu ſuſcipit, &, ut populo ſaltem aliquo modo ſatisfieret, exuere eum dignitatibus omnibus pollicetur. Nihil hæc populum, nihil ſenatum movent. Ille tumultuari pergit, hic iudicium cœptum continuat, Comitem ad mortem damnat, & ſententiam, ut mos eſt apud Britannos, regi, nomen ſubſcripturo, offert. Rex primum ſubſcriptionem detrectat & iureiurando ſe, ne id faceret, obſtrictum dicit, filium denique in ſenatum mittit & converſionem ultimi ſupplicii in perpetuum carcerem offert. Sed quum nec ſic quidquam proficeret, & tumultus indies augeretur, atque ipſi regi grave diſcrimen immineret, aures tandem archiepiſcopo ſuo, iusiurandum illud non valere, affirmanti præbet, inprimis autem magnanimis ipſius Comitis, qui ſcriptis ex carcere litteris regem ad hoc hortabatur, precibus flectitur, & adſcriptione ſua ſententiam confirmat fidemque miniſtri ſui ipſe punit. Plura hac de re vide in *Rapin Thoyras Hiſtoire d'Angleterre tom. VIII. liv.* 20. & in *Ludolffi* Schau-Bühne der Welt *P.* 2. *lib.* 41. *cap.* 8.

XII.

Principes ſæpe, propter exiſtimationem vel utilitatem ſuam, ea, quæ miniſtri iuſſu vel conſenſu ipſorum geſſerunt, improbant & puniunt.

Faciliores ſunt principes in puniendis ob crimen fidei miniſtris, ſiquidem per hoc aut vindicare periclitantem exiſtimationem ſuam, aut extero principi ſatisfacere, aut occaſionem inde pactum ſibi damnoſum reſcindendi nanciſci poſſunt. Sæpe ſcilicet miniſter iuſſu principis vel expreſſo vel tacito negotium periculoſæ plenum aleæ ſuſcipit

pit & expedit.' Apparet vero deinde, id, quod geſſit, nociturum reipublicæ, vel principi. Promtiſſimum ergo tunc remedium eſt, defugere auctoritatem, quod Galli *deſavouer* vocant, & facta promiſſaque ómnia diffiteri. Grave hoc per ſe eſt miniſtro, famæ & honoris ſtudioſo. Vt tamen facilius perſuadeatur hominibus, miniſtrum mandati fines exceſſiſſe, & forte etiam ut ſatisfiat iis, qui per negotium iſtud aut reſciſſionem pacti ſe læſos queruntur, adiicienda eſt pœna, carcer nonnunquam, interdum mors, plerumque muneris & dignitatum ademtio. Fuere miniſtri, principum ſuorum amantiſſimi, qui ſponte pœnam talem ſubierunt, principem ita vinculo, quo ſeſe obligarat, exſoluturi, aut periculum, quod ipſi imminebat, depulſuri. Recordamur hic Batevillii, Hiſpanici ad Carolum II. magnæ Britanniæ regem legati. Habebat is in mandatis, ut primum locum, quem ſibi legatisque ſuis Hiſpaniarum reges adſcribunt, contra quosvis tueretur. Idem ipſius, quod gerebat, muneris partes exigebant. Quamobrem non dubitabat Stradæ marchionis, quem rex Galliarum ad eandem aulam ablegarat, familiam, in ſolemni pompa anteire conantem, vi & cæde per ſuos repellere. At Hiſpaniarum rex, quum Galli graviter offenſi bellum, ad quod ipſe prorſus imparatus erat, minarentur, improbavit publice Batevillii factum ac legationem ipſi ademit. Senſerunt tamen alii ſimulationem regis. Nam, teſte *Pufendorffio in Rebus geſtis Friderici Wilhelmi Magni lib.* 9. §. 25. quum in aula Britannica præſente rege ſermo de hoc facto eſſet, & quæſtio, ut fit, ventilaretur, quare legatus maximam ſibi gloriam pararet, reſponſio hæc omnium plauſu excepta eſt: *ſi quid faciat, quod ipſius princeps palam damnet, ſecreto probet.* Non deforent alia exempla legatorum & commiſſariorum, qui, ut principi promiſſa eorum revocare liceret, immeritas pœnas dederunt. Et potest is, cum quo negotium geſtum fuit, iure quodam poſce-

re,

re, ut legatus eiusmodi aut commissarius pœna afficiatur, ut recte sentit *Wicquefort de l'Ambassadeur P.* 2. *sect.* 15.

XIII.

Fides ministrorum, principi inferiori contra superioris iniurias adsistentium, aliquando punitur.

Est & hoc fidei crimen, quum minister suo principi, alium tamen principem superiorem agnoscenti, fideliter serviendo iuraque eius controversa asserendo superioris istius odium in se movet. Non loquimur equidem de his, qui principem inferiorem, superiori bellum iniustum inferentem, aut occultis artibus improbe oppugnantem, iuvant. Hoc quippe verum crimen est. Nec illam nunc tangemus quæstionem; utri in pari caussa parendum sit magis, superiorine, an inferiori. Multum ea difficultatis habet, ampliſſimamque in sæculo XVI. ICtis Italis disputandi & respondendi materiam apud *Guicciardinum lib.* 16. *Historiarum pag.* 568. in Piscario marchione dedit, qui Neapolitani regni civis dubitabat, magisne Carolo V. cæsari, qui id regnum pontificis auctoritate & beneficio obtineret, an pontifici, qui supremus dominus directum in id imperium haberet, parendum esset. Omittimus, inquam, hanc controversiam, in qua decidenda adeo fluctuat *Hertius*, ut *in differt. de collisione legum*, quæ tomo I. opusculorum eius inserta est, modo *in* §. 33. inferiorem modo *in* §. 34. superiorem dominum anteponat. Sed in præsens illos saltem excusamus, qui principi inferiori, dum se suaque legitime tuetur, etiam adversus superiorem adsistunt. Recte hi faciunt, & tamen a superiore, si victoriam is reportat, plectuntur. Exemplum ex sæculo XI. desumemus. Iustum erat profecto bellum, quo Saxoniæ principes se contra Henrici IV. Imperatoris tyrannidem tuebantur, si *Bertoldo Constantiensi, Lamberto Schaffnaburgensi & Brunoni*, qui *Hi-*

ſtoriam *Saxonici belli* ſcripſit, ulla fides habenda eſt. Scilicet ut *Lambertus* memorat, *Imperator, peſſimis uſus conſultoribus, principes regni recta ſuadentes plurimum averſabatur, nec eos ad conſilium ſuum, niſi forte inexplicabilis neceſſitas incidiſſet, admittebat; quin imo auctoritatem eorum, ſi copia fieret, opprimi ac penitus obliterari cupiebat, ut in omne, quod animus ſuggeſſiſſet, effrenata libertate graſſanti nullus obſiſteret, nemo obloqueretur. Volebat* præterea, ſecundum eundem Lambertum, *in Saxoniam exercitum ducere, &, deletis usque ad internecionem Saxonibus, loco eorum gentem Suevorum conſtituere.* Tacemus cetera. Vide tamen Ottonis ducis ad milites de cauſſis belli orationem in *Hiſtoria belli Saxonici pag.* 107. cuius auctorem anonymum male vocat *Lehmannus in Chronico Spirenſi lib.* 5. *cap.* 28. quum ipſe ſe in epiſtola ad Werinherum Merſeburgenſium præſulem operi præfixa *Brunonem* appellet, apud *Freherum in Germanicarum rerum ſcriptoribus tom.* 1. *pag.* 99. Igitur tantis iniuriis merito inflammati Saxonum principes legatos ſemel iterumque miſerunt ad Cæſarem. Sed hi tam fores quam aures Imperatoris obfirmatas invenerunt, & unus etiam, qui, captata loci & temporis opportunitate, Imperatorem adiit, atque mandata expoſuit, repulſus & in carcerem coniectus vix fuga mortem evitavit. Suſcepere tandem bellum pro vita, libertate & bonis principes Saxonum, at infelici ſucceſſu. Nam variis cladibus & calamitatibus ſubacti ſe cum ſuorum præcipuis dediderunt. Hos autem cæſar contra fidem datam in Galliam, Sueviam, Baioariam, Italiam & Burgundiam deportavit, bonisque ſpoliavit. Par fuit fatum miniſtrorum Aurelianenſis Ducis, Ludovici XIII. fratris, qui domino ſuo, iniuriis Richelii, quas hic regis nomine & auctoritate tectus impune in omnes exercebat, petito, fideliter in fuga quoque adſtiterunt. Nam ſecundum *Ioannem*

nem de Buſſieres in hiſtoria Francica lib. 24. rei læſæ maieſtatis pronunciati & facultatibus ſuis exuti ſunt, quin & præcipuus eorum Puylaurentius carcere tandem necatus fuit.

XIV.

Princeps aliquando miniſtrum punit, qui ipſi pro muneris ſui ratione verum dicit.

Luctuoſa ſæpe fides ſua eſt miniſtris, principi verum pro muneris ratione aperte dicentibus. Non loquimur autem de his, qui intempeſtive, importune aut verbis acerbioribus id faciunt. Hi quippe imprudentiæ ſuæ non immeritas pœnas luunt, ut deinde oſtendemus Sed de illis ſermo nobis eſt, qui modeſte & adhibita debita circumſpectione, *molles aditus, molliſſima tempora fandi* inveſtigantes, principi ea, quæ debent, eloquuntur. Fieri hoc ſæpe non poteſt ſine aliqua, obliqua ſaltem, reprehenſione. Quam equidem, ſi modeſta & prudens eſt, boni & magnanimi principes æquo animo ferunt. *Neque enim*, ut *Plinius lib.* 7. *ep.* 20. ait, *ulli patientius reprehenduntur, quam qui maxime laudari merentur.* Veriſſimum hoc eſſe, exemplo ſuo Henricus IV. Galliarum rex, cuius gloria nunquam intermorietur, docebit. Is Duce Sullio familiariſſime utebatur, miniſtro prudentiſſimo & fidiſſimo, ſed, quod ſæpe iſtis virtutibus tanquam auctarium quoddam accedit, moroſo paululum & in proferenda animi ſui ſententia liberrimo. Dederat tamen rex ei poteſtatem ſeſe monendi, quoties opus eſſet. Neque offendebatur, quanquam Sullius ſubinde data ſibi licentia audaciſſime uteretur. Vnum afferemus ex *Commentariis de vita Sullii*, qui ipſius iuſſu compoſiti ſub titulo: *Memoires des ſages & royales economies d'Eſtat, domeſtiques, politiques & militaires de Henri le Grand*; exſtant, & quidem eſt *Vol.* 1. *cap.* 82. exemplum. Oſtendit illi aliquando rex pacta dotalia cum femina viliori contra decus & ſalutem regni inita, atque ipſa regis manu perſcripta.

Accepta legit Sullius, perlectaque, præsente rege, discerpit: En, inquiens, meum, quod poscis, rex, de ista promissione tua iudicium. Tunc rex subiratus, insaniretne, quærit. Cui Sullius: insanio utique, respondet, sed, quam vellem, ut solus in Gallia insanirem. Exposuit deinde rationes huius facti sui regi, nec postea difficiliorem sibi eum, quam olim habuerat, sensit. Dum hæc relego, forte in *Freinshemii Supplementa Liviana lib.* 140. *cap.* 22. 23. incido, atque ex his Mæcenatis memorabile exemplum huc transcribo: *Hic omnino commemoranda libertas est, qua sæpissime Cæsarem ea facere prohibuit, quorum postea pœnitere eum debuisset. At merebatur insigni lenitate prudentiaque princeps, ut rarissimum illi fortunæ bonum possideret, benevolum candidumque monitorem. Utriusque maximum experimentum ab uno exemplo capias licet. Sedebat Augustus pro tribunali, damnaturus multos, ut omnes oculorum gestuumque & vocis notæ, quas diu ante perdidicerat Mæcenas, ei significabant. Igitur quum per confertam turbam pervadere ad eum nequisset, tabellam in sinum eius misit, his inscriptam verbis: surge carnifex. Surrexit ille, nulla in quemquam lata tristiore sententia, tantumque abfuit ab offensa hominis probatissimi libertas, ut potius, quum illa morte Mæcenatis defeciisset, serio desideraretur. Certe quum biennio post filiam suam propter adulteria relegasset, atque, decedente mox ira, pudore ac pœnitentia corriperetur, sæpe exclamasse fertur: Horum nihil mihi accidisset, si aut Agrippa, aut Mæcenas vixissent.* Similis felicitas Fliſci Cardinalis fuit, qui, quum se Iulio II. Pontifici tum in eius electione, tum in ipso regimine, sæpe, ut res ferebat, accerrime opposuisset, tamen tantum abest, ut damnum ullum acceperit, ut insuper a Pontifice reditu septem millium aureorum ditatus, maximoque in pretio habitus sit. Sed, quod ex hoc exemplo colligunt *Hier. Platus lib. de Cardinal. dign. & offic.* atque *Chokierius in Thesauro politicorum aphorismorum lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 12. non

posse

poſſe bonum miniſtrum veritate ac dicendi libertate gratiam etiam non boni principis perdere, hoc vix cuipiam perſuadebunt. Equidem Iulii II. defenſionem non ſuſcipiemus. Bonum illum epiſcopum fuiſſe, nemo dixit unquam. At ea, quæ in principibus laudari ſolent, non prorſus in illo defuerunt. Gloriæ ſtudium, animum impavidum, liberalitatem, providentiam, in rebus agendis habilitatem, laborum tolerantiam, hoſtes etiam in illo mirati ſunt. Hæc vero ad bonum principem, etſi non ſufficiant, tamen inter alia requiruntur. Ergo ex bonorum magnanimorumque principum claſſe non prorſus eiiciendus eſt Iulius. Recte *Baylius in Dictionario art. Iules II: Quoiqu'il en ſoit*, ait, *on peut dire, ſi ce Pape n'avoit pas les qualitez d'un bon Evêque, il avoit du moins celles d'un Prince conquerant.* At principes, quorum parvus abiectusque animus vel mores prorſus corrupti ſunt, reprehenſiones nunquam æquo animo ferunt, ſed monitoribus aſperi hos odio & pœnis perſequuntur. Exempla non deſunt, ſi vel noſtra tempora excutiamus. Sed præſtat, ad antiquiſſima redire. Charidemum memorabimus, qui ſciſcitanti apud *Curtium lib. 3. cap. 2.* Dario Perſarum regi ſuam de illius exercitu ſententiam plane expoſuit, regiæ ſuperbiæ oblitus, ſed propterea iuſſu regis, ceteroquin mitis ac tractabilis, ad capitale ſupplicium abſtractus eſt.

XV.

Miniſter ad verum principi etiam cum periculo ſuo dicendum, ſi hoc muneris ratio & bonum publicum poſcant, obligatur.

Dubium hic occupandum eſt, quod fortaſſis movebitur, numquid ſcilicet miniſter ad verum cum periculo ſuo dicendum obligetur, & annon potius prudentiæ leges ſilentium ei imponant. *Plato* certe *in epiſtola ad Dionyſ.* hoc, ait, animo erga patriam eſſe debes, ut ita reprehen-

das, ſi quid tibi non recte adminiſtrari videatur, ſi futurum putas, ut neque fruſtra ſis reprehenſurus, neque ob reprehenſionis ſtudium vitæ periculum adeas. Verum enim vero hæc Platonis regula ad eos pertinet, qui generaliter ſaltem tanquam cives reipublicæ obligantur, non etiam ad eos, quos muneris ſpecialiter ſuſcepti neceſſitas ad verum dicendum obſtringit, quos nullus metus ab officio ſuo explendo arcere debet, niſi manifeſto, hoc inutile futurum, videant. Quamdiu ergo ſpes aliqua adeſt, fore, ut monita ſua apud principem pondus habeant, timor offenſionis & mortis quoque negligendus eſt. Recte *Siracides cap.* 4. v. 33. ad mortem usque, ait, certa pro veritate, & dominus Deus pugnabit pro te. Illuſtre factum Senatus Pariſienſis, præſidisque eius Lanacrii, *Bodinus de Republica lib.* 3. *cap.* 4. refert. Ludovicus XI. rex edicta quædam iniqua in curia Pariſiorum publicari iuſſerat. Curia accipere ea recuſat, propterea, quod iniqua cuique videntur. Rex ſua iuſſa ingeminat capitisque pœnam minatur curiæ, ni pareat. Lanacrius præſes, re intellecta, regem adit, corona iudicum purpuratorum ſtipatus, nec culpam deprecatur, ſed mortem precatur, atque ſe ſuosque collegas mortem ait malle, quam legis propoſitæ promulgationem, pati. Tunc rex incredibili magiſtratuum fortitudine & conſtantia perterritus legem abrogari ac reſcriptum præſentibus iudicibus lacerari iubet, teſtatus, ſe nulla deinceps edicta laturum, quæ curia improbaret, obteſtatur præterea iudices, ut pari fide & integritate ſemper iudicent. Incredibile dictu eſt, quanti fuerit ea res ponderis ac momenti ad regem in officio retinendum, qui ſemper antea ſuo arbitrio ac imperandi licentia abuti conſueverat. Subiicit idem *Bodinus eodem loco* aliud Cancellarii exemplum, qui domino ſuo, Philippo II. Burgundiorum principi, legem, quam ille ex reliqui ſenatus ſui conſilio ferre parabat, maxima

maxima contentione diſſuaſit, &, quum nihil proficeret, ſigillum remiſit, & munere ſe abdicavit, atque hac invicta conſtantia ſua principem permovit, ut iuſſa revocare, quam forti & ſapiente miniſtro carere mallet. Adde *Annales Burgundicos in Philippo. Hæc igitur*, egregie addit *Bodinus, miniſtrorum vis animi ac fortitudo principes ab infamia, leges ab interitu, respublicas ab excidio ſæpe ſervavit.*

XVI.

Miniſtri erga principem ſuum fides aliquando heredem eius offendit, & ab illo ſuccedente punitur.

Bonis aliquando miniſtris fides, quam principi ſuo conſtantiſſime exhibent, tam diu quidem, quam vivit ille, in laudem, ſed poſt mortem eius a ſucceſſore pro crimine imputatur. Difficillima ſcilicet res eſt, principi ita ſervire, ut ſimul futuro eius heredi placeas. Sæpe heres iniqua, & quæ ſine gravi detrimento principis & provinciæ concedi nequeunt, poſcit, atque miniſtris abnuentibus acerrime iraſcitur. Sæpe ipſi principes, auctoritatis ſuæ & iuris tenaciſſimi, nolunt quidquam eius cum filiis, fratribus vel agnatis, hereditatem ſperantibus, communicari, quamobrem eos regimine & conſiliis ſuis arcent penitus, poteſtatem eorum arctiſſimis limitibus circumſcribunt, atque ad hoc miniſtrorum ſuorum, qui inviti licet obedire neceſſe habent, ope utuntur. Diſplicet hæc tractatio heredi futuro, qui tamen contra patrem aut principem, dum vivit & imperat, hiſcere non audet, miniſtris autem, in quos culpam ſæpe immerito coniicit, malum machinatur & aliquando, ſi confidentior eſt, aperte minatur. Notum eſt Caroli, Philippi II. Hiſpaniarum regis, filii exemplum, qui Duci Albano & Rui Gomezio, purpuratis patris ſui præcipuis, ideo maxime, quod poſtulatis eius non ſemper adnue-

Digitized by Google

adnuerent, nec ipſum in ſocietatem conſiliorum, quibus rex eum arceri volebat, admitterent, inimicum ſe profitebatur & exitum aperte denunciabat. Vide *Abbatis de Saint Real Don Carlos Nouvelle hiſtorique pag.* 47. *ſq.* Sed iſti quidem miniſtri imminens ſibi diſcrimen, exſtincto ante patris mortem Carolo, effugerunt. Alii autem infeliciores hac in parte fuerunt, pœnasque fidei ſuæ poſt principis mortem heredi & ſucceſſori eius luerunt. Trahi huc poteſt locus ille *Plautinus* ex *Caſina Actu II. ſcen.* 5.

OLYMPIO ſervus: *Inimica eſt tua uxor mihi, inimicus filius,*
Inimici familiares.
STALINO herus: *quid id refert tua?*
Vnus tibi hic dum propitius ſit Iupiter,
Tu iſtos minutos cave deos flocci feceris.
OLYMPIO: *Nugæ ſunt iſtæ magnæ, quaſi tu neſcias,*
Repente ut emoriantur humani Ioves.
Sed tandem, ſi tu Iuppiter ſis emortuus,
Quum ad deos minores redierit regnum tuum,
Quis mihi ſubveniet tergo, aut capiti, aut cruribus?

Sic Schwarzenbergio comiti apud *Pufendorffium de rebus geſtis Friderici Wilhelmi Magni lib.* 1. §. 3. poſt mortem Georgii Wilhelmi Electoris hoc inter alia crimini datum eſt, quod electorem illecebris ſuis pepulerit, ut filius heres ab omni conſiliorum, quæ agitata fuerant, rerumque notitia arceretur.

XVII.

Digitized by Google

XVII.

Aliquando miniſter fidei ſuæ pœnas uxori, matri, familiæ principis, fide illa offenſis, dat.

Non longe ab his recedunt miniſtri, qui, dum principi fideliter ſerviunt, coniugem eius, matrem vel reliquam familiam offendunt, earumque calumniis apud principem adpetiti tandem fidei ſuæ pœnas ipſi ſæpe principi, credulo nimis & ſuſpicioſo, perſolvunt. Exempla recentiora non deſunt. Sed præſtant antiqua, ex quibus unum in præſens memorabimus. Alexander apud *Curtium lib. 7. cap. 1.* Amyntam & Simmiam ſuſpectos ſibi eſſe dicit matris ſuæ litteris, quibus eſſet admonitus, ut ab his ſalutem ſuam tueretur. Reſpondet Amyntas: *Meminiſti*, inquiens, *quum me ad perducendos ex Macedonia milites mitteres, dixiſſe te, multos integros iuvenes in domo tuæ matris abſcondi. Præcepiſti igitur mihi, ne quem præter te intuerer, ſed detrectantes militiam perducerem ad te. Quod equidem feci, & liberius, quam expediebat mihi, exſequutus ſum imperium tuum. Gorgiam, Hecateum & Gargatam, quorum bona opera uteris, inde perduxi. Quid igitur iniquius eſt, quam me, qui, ſi tibi non paruiſſem, iure daturus fui pœnas, nunc perire, quia parui? Neque enim ulla alia matri tuæ perſequendi nos cauſſa eſt, quam quod utilitatem tuam muliebri præpoſuimus gratiæ. Sed millia Macedonum peditum & DC. equites adduxi, quorum pars ſequutura me non erat, ſi militiam detrectantibus indulgere voluiſſem. Sequitur ergo, ut, quia illa propter hanc cauſſam iraſcitur nobis, tu mitiges matrem, qui iræ eius nos obtuliſti.*

Digitized by Google

XVIII.

Interdum ceteri miniſtri unum ex ſe propter fidem perſequuntur.

Fidis miniſtris non ab herede ſolum & familia principis, ſed & a ceteris miniſtris & conſiliariis, periculum imminet, qui ægerrime ferunt, illum ſolum gratia & auctoritate apud principem florere, conſilia eius præferri, ſua negligi. Itaque enixe omnia faciunt, ut eum favore, quem nactus eſt, privent, & de loco ſuo deturbent. Ac ſæpe quidem aſtu, quod cupiunt, conſequuntur, ſi non ſub illo, apud quem miniſter iſte plurimum potuit, principe, tamen ſub ſucceſſore eius. Tum vero ea ipſa, qua valuit olim, gratia pro crimine obiicitur, &, quidquid offenſarum ceteri miniſtri acceperunt, aut accepiſſe ſe credunt, ipſi imputatur. Tale poſt mortem Henrici IV. Galliarum regis fatum expertus eſt dux Sullius, quem iam ſupra memoravimus, fidiſſimus defuncti regis intimusque miniſter. In hunc conſurrexere omnes, qui conſilia ſua ab Henrico Sullii conſiliis poſthabita indignati fuerant, perpulerunt-que reginam, ut virum optimum, cui auctoritas fide, labore & vigilantia parta pro crimine erat, ad abdicandum ſeſe dignitatibus merito obtentis cogeret, atque in villas ſuas recedentem acriter perſequeretur. Similis fortuna *Ximenis Cardinalis* ſub Carolo V. Imperatore in Hiſpania fuit, quemadmodum ex *commentariis de vita* eius ſcriptis patet.

XIX.

Diſcrimen inter miniſtriſſimum & primum miniſtrum principis explicatur.

Exa-

Digitized by Googl

Examinabimus quæſtionem, ICtis Helmſtadienſibus non ita diu propoſitam, an miniſtriſſimatus crimen ſit? Miniſtriſſimatum autem, ſit barbaræ voci venia, dicimus, quando quis ex purpuratis in hoc gratiæ & auctoritatis culmen adſcendit, ut inſtar ipſius principis res omnes ſuo arbitrio dirigat & adminiſtret, atque ceterorum miniſtrorum conſenſum negligat, & multa ardua negotia, ne quidem iis in conſilium vocatis, expediat. *Eunapius de Vitis philoſophorum* miniſtriſſimatum talem βασιλείαν ἀπόρφυρον regnum ſine purpura, *Zoſimus lib.* 2. ἀρχὴν δευτέραν μετὰ τὰ σκῆπτρα, alterum poſt ſceptra imperium, vocat. Facile ex his apparet, nobis non de præcipuo miniſtro, qui primum ſaltem in conſilio principis locum obtinet, & vulgo *premier miniſtre* appellatur, atque in rebus gerendis & decernendis ad conſenſum reliquorum purpuratorum alligatur, ſermonem eſſe. Hic enim a miniſtriſſimo, quem ſupra deſcripſimus, longiſſime differt, quum miniſtriſſimus non ſemper primum, ſed ſæpe alterum, tertium aut inferiorem inter purpuratos locum obtineat. Provocamus ad exemplum Pontificum Romanorum, qui miniſtriſſimum, ſeu, ut voce Romæ conſueta utar, Cardinalem Patronum, fere omnes conſtituunt, non tamen ſenatus purpurati principem, Cardinalem Decanum vulgo dictum, ſed ex iunioribus quempiam, plerumque ſanguinis neceſſitudine ſibi iunctum, unde & Cardinalis Nepotis nomen, raro extraneum, ſi Innocentium XI. qui Cibum Cardinalem ſibi delegerat, excipias. Vide librum, qui ſub titulo *il Nipotismo* exſtat. Quin imo primi Imperatores Romanorum nec ſenatoribus quidem, ſed libertis ſuis, pro miniſtriſſimis utebantur, ut vel ex Claudii exemplo apparet, quem libertis addictum non principem ſe, ſed miniſtrum egiſſe, *Suetonius in Claudio cap.* 29. ait. Sed & de ceteris *Plinius panegyri:* Principes, inquit, multi civium domini, libertorum ſervi.

XX.

Miniſtriſſimatus ab aliquibus pro crimine reputatur.

Num igitur miniſtriſſimatus crimen eſt? Ita ſentire videtur *Hertius*, qui *in elementis iurisprudentiæ civilis P.* I. *ſect.* 10. §. 11. miniſtriſſimum deſcribit potiſſimum aulæ, qui præſtigiis ſuis apud regem huc illuc agitatum omnia poteſt. Ergo miniſtriſſimus ei præſtigiator eſt. Et videtur quoque miniſtriſſimus in hoc peccare, quod iura aliena & maxime principis, quæ ſacroſancta eſſe debent, uſurpet. Deinde leges & mandata principum non ab uno ſaltem miniſtro proficiſci, ſed in ſenatu & conſilio prius tractari, atque omnium conſenſu probari oportet, per *L.* 8. *C. de Legibus.* Accedunt denique odioſiſſima Hamanni ſub Ahasvero, Seiani ſub Tiberio, Richelii ſub Ludovico XIII. Ancræi ſub matre eius, & aliorum quam plurimorum miniſtriſſimorum, qui poteſtate ſua abuſi ſunt, exempla.

XXI.

Miniſtriſſimatus, legitimis modis obtentus, crimen non eſt.

Hæc tamen nos, ut miniſtriſſimatum pro crimine reputemus, non movent. Equidem id Hertio facile largimur, fuiſſe quosdam, qui aſtu & præſtigiis ſibi viam ad hoc faſtigium patefecerunt. Verum hoc iis, qui legitimo modo ad hoc culmen perveniunt, labem nullam adſpergit. Aliquos ſcilicet voluntas ipſius principis ad eam poteſtatem evehit. Nam ſæpe is vel otium amat laboresque averſatur, vel ingenium ſuum, quam ſit exiguum & negotiis atque regnandi artibus impar, agnoſcit ſponte, vicesque ſuas probo & prudenti viro gerendas committit. Numquid ergo hic,

Digitized by Google

hic, ſi principi obſequitur, & onus oblatum non recuſat, peccabit? Non putamus. Alios non tam voluntas principis, quam neceſſitas & publica ſalus ſubigit, ut miniſtriſſimatum ſuſcipiant, quum videlicet principis vel ætas tenera, vel ſi mulier imperet, ſexus infirmior, vel pingue & ineptum rebus gerendis ingenium rectore & moderatore opus habet. Tum vero, vel invito principe, is, qui primum inter miniſtros locum tenet, ne respublica detrimentum capiat, providere, gubernacula eius adprehendere, negotia publica, ut par eſt, expedire, & principis ipſius, ſæpe errantis & in avia ruentis, voluntatem & actiones moderari debet. Eſſe vero principes nonnullos tali ingenio præditos, ut gubernatorem palam adſpernentur, ſine eo tamen vivere & ſalvi eſſe nequeant, vel ex hiſtoriis diſcimus. De duce Aurelianenſium, Ludovici XIII. fratre, ſcite *Cardinalis Rhetzius, in Commentariis de vita ſua tom. 2. pag. 286: La faveur*, inquit, *de Mr. le Duc d'Orleans ne s'aqueroit pas, mais elle ſe conqueroit. Il ſçavoit, qu'il étoit toujours gouverné, & il affectoit toujours d'éviter de l'être, ou plûtôt de paroître l'éviter: & iusques à ce, qu'il fut domté, pour ainſi parler, il ruoit & donnit des ſaccades.* Simile fere fratris eius, Ludovici XIII. ingenium fuit, quem *Nani lib. 12. hiſtoriæ Venetæ ad annum* 1643. neſciviſſe, ait, ſe contra miniſtriſſimorum artes tueri. Et ſi altius paulo in Gallorum hiſtorias adſcendas, famoſi illi maiores domus occurrent, qui regum luxui deditorum, imbellium & ineptorum vicem diutiſſime ſuſtinuerunt.

XXII.

Argumenta, quibus miniſtriſſimatus oppugnatur, exploduntur.

Sed, ais, involat ſic tamen miniſtriſſimus in poſſeſſionem iurium alienorum, invadit & uſurpat ea, quæ principis

ſunt. Fatemur. Sed non peccat tamen. Nam ſi princeps hanc ei poteſtatem dedit, volenti iniuria nulla fit. Si vero ipſe ſalute publica inductus regimen, cui princeps idoneus non erat, eo licet invito, ſuſcepit, atque rempublicam labentem fulſit, &, ut omnia recte atque ordine ſuo irent, curavit, tantum abeſt, ut deliquerit, aut præſtigiator appellari poſſit, ut potius humaniter, pie, prudenter feciſſe & laudem meruiſſe dicendus ſit, niſi forte negotiorum geſtionem, ſuſceptam furioſi curam, retentionem hominis in perniciem ſuam ruentis, inter crimina referre audes. Quod vero ad *L.* 8. *C. de Legibus* attinet, in qua Iuſtinianus modum conficiendi leges & expediendi negotia præſcripſit, non putamus, fore quempiam tam inſulſum, ut principes noſtros miniſtrosve eorum normæ huic in curatione reipublicæ alligatos putet, quam Iuſtinianus ipſe, ſi *Procopio in Anecdotis* fidem habemus, non ſervavit, ſed pleraque ex ſolius Triboniani, miniſtriſſimi ſui, arbitrio adminiſtravit.

XXIII.

Exempla bonorum miniſtriſſimorum recenſentur.

Reſtat, ut ad exempla, quæ nobis obiiciuntur, reſpondeamus. Poſſent hæc forſan alicuius momenti videri, niſi alia in contrarium miniſtriſſimorum, qui faſtigium hoc legitime obtinuerunt, & ſancte ſe ac ſapienter in eo geſſerunt, exempla exſtarent. Sed quum hæc habeamus, funeſtæ iſtæ de Seianis, Wolſæis, Ancræis, hiſtoriæ non magis virtutem bonorum miniſtriſſimorum obſcurabunt, quam iuſtis principibus tyrannorum quorundam ſævitia nocet. Opponimus ergo improbis iſtis Ioſephum, qui ſub Pharaone, Aegyptiorum rege, Danielem, qui ſub Dario Medo & Cyro Perſa, Agrippam & Mæcenatem, qui ſub Octavio Auguſto

ad

ad clavum regnorum & imperii ſederunt prudenter, feliciter & glorioſe. Addere his audemus ipſum Richelium, qui, ſi non per omnia boni viri officium explevit, regem tamen ſuum contra iniurias matris egregie tutatus eſt, auctoritatem eius collapſam fere reſtituit, rebelles coërcuit, regnum Galliarum a vicinis miſere vexatum ad eam, in qua nunc conſpicitur, potentiam evexit, & ſic officio fidi miniſtriſſimi mirifice ſatisfecit. Non inficiamur tamen, paucos ex miniſtriſſimis ad mortem usque in culmine ſuo perſtitiſſe, ſed plurimos deiectos tandem vitam miſere finiiſſe, qualia potiſſimum exempla *P. D. P.* in libro, *Hiſtoire des plus illuſtres favoris anciens & modernes* dicto, collegit. Verum inde conficitur quidem, infelices eos, non etiam, improbos & iniuſtos fuiſſe, quum in vita quoque communi haud infrequens ſit, bonos piosque viros calamitoſe mori.

XXIV.

Melius eſt, principem non uni ſe addicere, ſed plures in conſilium adhibere.

Facile nunc apparet, quid iudicandum fuerit de caſu, quo miniſtriſſimo cuidam hoc pro crimine obiiciebatur, quod ſe ſolum in graviſſimis negotiis a principe conſuli & decreta maximi momenti, neglecto ceterorum conſilio, fieri paſſus eſſet, neque conſultationibus publicis ſemper interfuiſſet, ſed ex ceteris miniſtris aliquem de iis ad ſe referre curaſſet. Equidem melius facere principem, qui non ex unius hominis conſilio pendet, fatemur ipſi. Sæpe accidit, ut egregie monet *Comineus Commentar. lib. 2. cap. 2.* prudentes etiam viros errare & labi in dicendis ſententiis, quorum peccatum, ſi amplior ſit deliberantium numerus, facilius emendatur. Et detrahi quid videtur exiſtimationi & gloriæ principis, ſi unius vel paucorum hominum verbis & arbitrio ſe totum permittit.

XXV.

XXV.

Princeps, qui miniſtriſſimum idoneum conſtituit, non peccat.

Quod in præcedente meditatione expoſui, conſilium tantum eſt, non præceptum. Accidere quippe poſſunt multa, quæ efficiunt, ut conſultius etiam ſit principi, ſummam rerum uni committere. Quid enim, ſi talia obveniant negotia, quæ ſine periculo cum pluribus communicari nequeunt? Quid, ſi de ceterorum conſiliariorum fide dubitet princeps, de miniſtriſſimi autem integritate certus ſit? Quid, ſi reliqui rem, de qua agitur, non ſatis capiant? Imprudens profecto tunc erit princeps, niſi unum adhibeat, cui fidere poteſt. Non ignoramus quidem, vixiſſe principes, quibus exitio fuit, unum vel paucos, excluſis aliis, in conſilium ſumſiſſe. Perdidit hoc Galbam Cæſarem, qui, quum ſummo favore & maxima omnium exſpectatione adeptus eſſet imperium, in contemtum mox incidit propterea, quod trium ſaltem, quos una & intra palatium habitantes, nec unquam non adhærentes, pædagogos vulgo vocabant, arbitrio regeretur. Vide *Suetonium in Galba cap.* 14. Perdidit idem Carolum ſimplicem, Galliarum regem, qui, quod uni Aganoni Laudunenſi fideret, unum audiret, uni arcana mentis, conſilia rerum & provinciam omnem committeret, atque non modo unum anteponeret ceteris, ſed ceteros ne longo quidem intervallo in ſecundas tertiasve partes admitteret, odia erga ſe procerum excitavit, atque ab his bello petitus & captus in carcere obiit. Qua de re plura vide in *Io. Papirii Maſſoni Annali* 2. Amiſit ob eandem cauſſam Iſaacius Angelus, Conſtantinopolitanus Imperator, exiſtimationem, imperium, oculos. Is enim, ut *Nicetas Choniates lib.* 3. *de Iſaaci Angeli imperio* memo-

Digitized by Google

memorat, primum Theodoro Caſtamonitæ ſummam rerum mandavit, illius arbitratu huc atque illuc inſtar mancipii tractus eſt, &, quidquid ille voluit, egit, nunquam fere ſuo iudicio interpoſito, nec quenquam ex principibus Caſtamonitæ adſidere, ſed omnes ſervili geſtu adſtare voluit; deinde, Theodoro mortuo, benevolentiam ſuam in adoleſcentulum quendam, cui literatore adhuc & tabella opus erat, transtulit, atque hoc quoque exſtincto, parvum puerum, qui a calamo & atramento vix diſceſſerat, ſummam rerum adminiſtrare, ſe eius arbitratu, ut maximus cetus a propompo, minutiſſimo piſce, duci & circumagi, atque illum militaria quoque negotia tractare paſſus eſt, non ſecus, ac ſi a cunabulis ad maximarum rerum adminiſtrationem eſſet enutritus, vel ante nativitatem omnia ſciviſſet, quemadmodum ſibyllam, ſimulac ex materna alvo prodiit, de fabrica univerſi diſſeruiſſe ferunt; adeo, ut puſio hic maiorem ipſo Caſtamonita auctoritatem conſequutus Imperatori, quidquid lubeat, tanquam ſummum & incomparabile bonum, perſuaderet, non abſimilis apiculæ aut culici, aurem leonis circumſonanti, aut atro pumilioni, maximum terræ pondus, elephantem, gubernanti, aut tenui funiculo camelum naſo trahenti. Hos, inquam, principes nimia quidem in miniſtriſſimos ſuos benevolentia perdidit. At quis non videt, cauſſam exitii non ipſam miniſtriſſimi conſtitutionem, ſed commiſſum in eligenda perſona errorem fuiſſe. Galba ſcilicet viros improbiſſimos, Carolus ſimplex vilem hominem, Iſaacius primo intolerabilis ſuperbiæ virum, deinde imprudentes pueros adſumſerunt. In hoc itaque ſolo peccarunt. Non peccat vero princeps, ſi virum honeſto loco natum, ætate & iudicio maturum, literis inſtructum, modeſtum, pium, probum, patriæ amantem, deligit, & huic ſummam rerum adminiſtrandam committit.

XXVI.

Theſis, quod miniſtriſſimatus non ſit crimen, porro firmatur.

Si princeps non peccat, nec miniſter peccabit, qui oblatum onus ſubire non recuſat, atque ſolus de negotiis graviſſimis conſultus reſpondet, nec, ut ceteri quoque in conſilium adhibeantur, importune & intempeſtive flagitat. Nec iuſte faciunt miniſtri reliqui, qui hoc deinde pro crimine obiiciunt. Debebant illi memores eſſe eius, quod M. Terentius apud *Tacitum Annali* 6. *cap.* 8. Tiberio Cæſari dicit: *Non eſt noſtrum, æſtimare, quem ſupra ceteros & quibus de cauſſis extollas. Tibi ſummum rerum iudicium dii dedere, nobis obſequii gloria relicta eſt.* Moverunt hæc ICtos Helmſtadienſes, ut ſic menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. principi cuidam reſponderent: Es mag dieſes, daß Sr. Durchl. ſolche Erlaubniß, ohne das Gutachten der übrigen Räthe darüber zu vernehmen, ertheilet, dem Armando nicht beygemeſſen werden, indem gar nicht ungewöhnlich iſt, daß ein regierender Herr ein wichtiges und Verſchwiegenheit erforderndes Geſchäfte einem einigen Miniſter aus ſonderbarem Vertrauen, ohne die Sache mit den übrigen Räthen zu communiciren, aufträget, wie denn auch an Fürſtlichen Höfen gebräuchlich iſt, daß die vornehmſte Miniſtri, ſonderlich, wenn ſie in public Sachen und auswärtigen Verſchickungen gebraucht werden, wegen Mangel der Zeit, den in Juſtitz- und Policey-Sachen vorgehenden öffentlichen Berathſchlagungen nicht beywohnen, ſondern ſich davon in ihren Häuſern referiren laſſen. Adde *Adamum in Vitis Germanorum Iureconſultorum & Politicorum p.* 38. ubi inter ceteras Leonhardi ab Eck, conſiliarii Bavarici, laudes hoc quoque refert, quod labores plurimorum conſiliariorum ipſe ſolus in ſe ſuſceperit, atque a principe ſuo ad conſilia omnia, ſæpe etiam ad conſultationes quasdam graviſſimas, fere ſolus,

aut

aut adiunctis paucis, adhibitus fuerit. Laudantur etiam hodie Mæcenas & Agrippa, quibuscum solis Augustus secundum *Dionem lib.* 53. imperii arcana communicare solebat, neglecto senatu, neglecto, quod ipse sibi selegerat, intimiore XX. doctissimorum & prudentissimorum virorum consilio.

XXVII.

Ministro non recte imputatur negotium damnosum, ex consilio totius senatus gestum.

Sed satis de ministrissimo. Minor quidem auctoritas, sed & minus periculum est præcipui ministri, qui, quemadmodum diximus, in expediendis negotiis collegas suos audire, atque, si sententia sua ceterorum suffragiis vincatur, opinionem plurimorum sequi necessum habet. Vide *Seckendorffii* teutschen Fürsten-Staat *P.* 2. *cap.* 6. §. 5. Huic itaque imputari non debet negotium, imprudenti licet & damnoso reipublicæ atque principi consilio, sed tamen adhibito ceterorum ministrorum consensu, susceptum & gestum. Nulla scilicet penes eum, qui exsequitur senatusconsultum tale, culpa residet. Nam quamvis id parum proficuum animadvertat, faciendum tamen est, quod plerisque placet. Ergo non magis obligatur, quam iudex, qui iniustam sententiam ex adsessorum suffragiis collectam protulit. Vide *L.* 2. *Quod quisque iuris in alterum statuerit & Donellum Commentar. iur. civ. lib.* 28. *c.* 2. Sic responderunt ICti Helmstadienses mense Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX: Daß solcher Recess von den übrigen Räthen und Sr. Hochfürstlichen Durchl. selbst gebilliget worden, folglich, wenn selbiger gleich der Herrschaft in einigen Stücken schädlich wäre, dennoch dieser

Schade dem Armando, ungeachtet er hauptſächlich daran gearbeitet, nicht zugeſchrieben werden kann.

XXVIII.

Infelicem conſilii, licet ancipitis & audacis, eventum conſiliario imputari non oportet.

Optima conſilia infeliciſſimum exitum habere, quotidie videmus. Sæpe, inquit *Saluſtius in Orat.* 2. *ad Cæſarem de republic. ordin.* prava magis, quam bona conſilia proſpere eveniunt, quia plerasque res fortuna ex libidine ſua agitat. Nihil hic imputandum eſſe conſiliario, per ſe patet. Nullus, ait Pontifex in *c.* 62. *de Reg. iuris in* 6. ex conſilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur. Adde *L.* 47. *de Reg. iuris & L.* 2. §. *ult. Mandati.* Et nihilo tamen minus animadvertes, fidos bonosque conſiliarios, ſi forte conſilia eorum ex voto non ceciderunt, perfidiæ aut ſaltem imperitiæ & imprudentiæ inſimulari & puniri. Suo iam tempore *Demoſthenes* 1. *Olinth.* duram fuiſſe ait conditionem eorum, qui in dandis conſiliis & in gerendis rebus verſarentur, quum eorum fides ex eventu ſoleret æſtimari. Verum cordati & æqui iudices caſum a dolo & culpa diſtinguunt, & miniſtrum ideo, quod fortuna conſiliis eius non reſpondit, accuſatum abſolvunt. Vide *Lauterbachium de conſiliis eorumque iure P.* 2. *cap.* 1. §. 3. 4. Excuſandus autem eſt conſiliarius non ſolum tunc, quum conſilium eius ab initio nihil diſcriminis habere viſum eſt, ſed &, quum anceps & periculoſæ plenum aleæ fuit. Nam talia ſæpe in reipublicæ adminiſtratione incidunt tempora, quæ audaciam poſcunt. Talis ſæpe eſt regni ſtatus, ut mediocribus conſiliis ſalvus eſſe nequeat. Medicum tunc imitari oportet, qui deſperatum morbum curaturus non ſecura & lenia,

lenia, ſed violenta & periculoſa, urgente neceſſitate, remedia adhibet. Sicut ergo huic, etſi res ſiniſtre cecidit, imputari nihil poteſt, ita quoque conſiliarius, qui ad ſervandam rempublicam audacius conſilium infelici ſucceſſu dedit, laudari potius, quam accuſari & puniri, debet. Et in dubio, quotiescunque conſilium anceps fuit, & in utramque partem diſputari potuit, præſumendum eſt, miniſtrum, qui illud dedit, non perfide ſed bona mente egiſſe. Sic ICti Vitembergenſes menſe Septembri anni CIↃ IↃ CC X. reſponderunt: Verlanget derſelbe Unterricht, ob derjenige Diener, ſo dergleichen Rathſchläge Fürſt Ludovico giebet, hieran unrecht handele, und wie er deßhalben zu beſtrafen ſey. Nun verbindet, bekannten Rechten nach, ein Conſilium, dabey kein Dolus mit unterlaufet, denjenigen, ſo ſolches gegeben, zu nichts, hingegen wird der Dolus leichtlich nicht præſumiret, ſonderlich in gegenwärtigem Fall, da auf beyden Seiten gar wahrſcheinliche Argumenta angeführet werden.

XXIX.

Miniſter ex culpa lata & levi, non leviſſima, obligatur.

Aliquando miniſtri principis vel in conſiliis dandis, vel in muneris ſui adminiſtratione, peccant, non ex dolo, ſed per culpam & negligentiam. An ergo tunc obligabuntur? Gradus culpæ hic diſtinguendos eſſe, unusquisque videt. Si lata hæc fuerit, miniſtrum ad damni reſtitutionem & ad pœnam obligari, fatemur lubenter, & eatenus *Schœpffero de Culpa lata miniſtri ſtatus c. 1. n. 82.* aſſentimus, a quo tamen in hoc recedimus, quod, exempla, quæ in *cap. 2.* ſubiicit, ad latam culpam referri poſſe omnia,

Digitized by Google

non putamus, ſed, pleraque eorum vel levem, vel leviſſimam, culpam tantum continere, arbitramur. Aequa etiam eſt Schœpfferi ſententia, quod ad culpam levem, damnum ſcilicet per illam datum a miniſtro reſtitui debere, pœnam tamen propterea infligi non poſſe, & præferenda longe opinioni *Myleri ab Ehrenbach in Hyparchologia cap.* 18. §. 7. pœnam quoque tunc locum habere, autumantis. Quod vero ad culpam leviſſimam attinet, & pœnam & damni reſtitutionem ceſſare debere, credimus. Equidem non ignoramus, obiici nobis poſſe argumentum a procuratore deſumtum, qui per L. 11. & 13. C. *mandati* ex culpa leviſſima obligatur. Verum duriſſimas has leges ad ſolos negotiorum privatorum curatores reſtringi oportet. Ad publicarum rerum adminiſtros argumentum potius a tutoribus curatoribusque pupillorum & minorum trahendum eſt, qui de culpa levi tantum reſpondent, non de leviſſima. *L.* 7. C. *Arbitrium tutelæ.* Vide *L.* 6. *de adminiſtratione rerum ad civitatem pertinentium.* Atque hoc profecto æquiſſimum eſt. Quantacunque enim adhibeatur a miniſtro circumſpectio, errabit aliquando & labetur. Declinare hoc nec ſapientiſſimus poterit. Triſtiſſimum autem foret, inevitabile huiusmodi peccatum iactura bonorum ſuorum luere. Humanius ergo faciunt, qui miniſtro leviſſimam culpam remittunt. Faciunt hoc ex DD. Curtius, Pariſius, Hondedeus, Goddeus, Cravetta, aliique, quos *Mylerus in Hyparchologia cap.* 19. §. 4. memorat. Fecerunt idem ICti Helmſtadienſes menſe Martio anni CIↃ ICCXXV: In Sachen, den Käyſerlichen Rußiſchen Cammer-Præſidenten, Herrn Magnum, betreffende, erkennet die Regierung ꝛc. Daß gedachtem Herrn Præſidenten zwar die dictirte Strafe zu erlaſſen, gleichwol derſelbe alle und jede verurſachte Koſten und Gebühren zu bezahlen

zahlen ſchuldig. V. R. W. Rat. dec. Es iſt unmöglich, den Herrn Cammer-Præſidenten von der ſo deutlich hervorleuchtenden, in Ablegung der Vormundſchafts-Rechnung begangenen, Nachläßigkeit zu befreyen. Denn es hat ihm, Kraft der Geſetze und ſeiner geleiſteten Pflicht, obgelegen, alle Jahr ſolche Rechnung abzulegen, und iſt nicht wahrſcheinlich, daß das obhabende hohe Amt, und die damit verknüpfte Verrichtungen und Reiſen, den Herren Præſidenten eine ſo gar lange Zeit gänzlich occupiret, und dieſe Rechnung zu Stande zu bringen verhindert haben ſollten, da ihm ja ſo viel Muſſe übrig geblieben, ſeine eigene Güter und Geſchäfte wehrender dieſer Zeit zu beſorgen, und denn einem Vormunde, ſeine Vormundſchafts-Sachen mit eben dem Fleiſſe, als ſeine eigene, zu expediren, oblieget, überdies ein accurater Rechnungs-Führer die Verfertigung derſelben nicht ganz auf die letzte Stunde ſparen, ſondern ſie allezeit in Ordnung halten, und zur Ablegung bereit ſeyn muß. Bey ſolcher Bewandniß ſcheinet es, ob habe der Herr Præſident die ihm dictirte Strafe verwircket, und könne dawider ex cauſſa iuſtitiæ in integrum nicht reſtituiret, von uns hingegen auf die dem Landes-Herrn allein vorbehaltene reſtitutionem gratiæ nicht erkannt werden. Alldieweil aber in Actis nicht die geringſte Spur vorhanden, daß der Herr Præſident die Rechnungen aus der Intention, ſeine ehemalige Pflegbefohlne zu vervortheilen, oder aus Verachtung der Hochfürſtlichen Regierungs-Befehle, zurück gehalten, mithin aller Dolus und vorſetzliche Contumacia hinweg fällt, und nur eine Nachläßigkeit und Culpa übrig bleibet, hiernächſt auſſer allen Streit iſt, daß der Herr Præſident ein ſehr penibles, und einen ganzen Mann erfoderndes, auch mit vielen Sorgen und Reiſen verknüpftes Amt über ſich genommen, alſo durch Verſäumung dieſer Privat-Sache weiter nichts, als eine culpam leviſſimam, begangen, wegen welcher ein Fürſtlicher Miniſtre mit keiner Strafe zu belegen iſt; So haben wir nicht umhin gekonnt,

den

den Herrn Præſidenten wider die ihm dictirte Strafe in integrum zu reſtituiren, anbey jedoch zu Erſtattung aller Unkoſten und des Fiſci Gebühren, welche er durch ſein Verſehen verurſachet, anzuhalten.

XXX.

Miniſter, qui negotiorum mole obrutus quid negligit, aut miniſtrorum ſuorum peccata non ſatis cavet, excuſatur.

Miniſtri, hi maxime, qui primum locum tenent, aut plura officia gerunt, quantumvis providentiſſimi & diligentiſſimi ſint, cavere tamen non poterunt, ut negotiorum mole obruti aliquando, quod gerendum erat, non omittant, vel ſaltem, ut ab iis, quorum ſervitio ipſi in negotiis gerendis utuntur, nihil peccetur. Quodſi ergo huius culpæ, quæ unicuique facillime obrepit, ratio reddenda eſt, nemo erit in quacunque aula miniſter paullo excelſior, cui iudicium non metuendum ſit. Sed tyrannis foret profecto, talia miniſtro imputare. Factum tamen id eſt nonnunquam. Ludovicus de Marillac, Galliæ marechallus, ſub Ludovico XIII. rege accuſatus & ſupplicio affectus eſt ob peccata tam levia, ut ab illis immunis eſſe nequeat, quisquis cum imperio ad exercitum mittitur. Cuncta, quæ illi obiiciebantur, delicta circa fœnum, ſtramenta, lapides, ligna, calcem, verſabantur. Vide *la Relation du procés du Marechal de Marillac pag.* 8. & 18. Ipſe Marillaci capitalis inimicus, Richelius, ſi *Abbati de Marolles dans ſon abregé de l'hiſtoire de France* & auctori anonymo *de l'hiſtoire du Cardinal de Richelieu tom.* 2. *p.* 52. fidem habe-

tized by Google

habemus, quum illum ad mortem damnatum audiviſſet; non credidiſſem, inquit, iudices in factis eius reperturos fuiſſe quidquam, ob quod ephebum virgis caſtigare fas eſſet. Idem Condeum principem dixiſſe, *Vigneul Marville Melange d'hiſt. & de litter. tom. 2. pag. 15.* auctor eſt. Pertinet huc inprimis egregius *Naudæi dans le Dialogue de Maſcurat pag. 454. ſqq.* locus, in quo Mazarinum, *primum* rerum Gallicarum *adminiſtrum*, de negligentia, quæ ei imputabatur, ſic purgat: *L'office de premier Miniſtre en France eſt comme une naſſe, où tous les eſprits fols, mélancholiques, hypochondriaques, extravagants ſe viennent prendre; comme un eſcueil, où le vaiſſeau des fols, navis illa narragonia ſive ſtultifera Brentii, ſe vient briſer, & comme l'aymant, pour attirer à ſoy tous les eſprits creux, qui ſont dans le Royaume. De façon que, ſi le premier Miniſtre eſtoit obligé, de lire tous les deſſeins chimeriques, toutes les propoſitions extravagantes, tous les advis ridicules & impertinens, que ces eſprits lui addreſſent, il n'auroit pas aſſez de temps pour les lire, ny pour les examiner, quand bien meſme il quitteroit toutes ſes occupations plus ſerieuſes, pour ne vacquer qu'à celles là ſeulement. Il me ſouvient d'avoir conneu depuis cinq ans trois hommes de vertu ſignalée, & de doctrine extraordinaire. Or je ſcay aſſeurement, pour avoir veu une partie des eſcritures, que ces trois hommes ont envoyées au Cardinal, afin d'appuyer ces deſſeins chimeriques ſur ſon authorithé, que, ſi le dit Cardinal euſt eſté ſi peu judicieux, que de les vouloir conſiderer, ils lui auroient plus taillé d'affaires, que le plus habile de ſes Secretaires n'en auroit pû expedier. Et parce que chacun ſe picque de politique, il s'enſuit auſſi, que le nombre des fols & extravagans eſt bien plus grand parmy ceux de cette profeſſion là, qu'entre les perſonnes d'autre condition; ce qui multiplie pareillement le nombre des advis, conſeils, deſſeins, memoriaux & ſemblables pieces, qui ne ſont pas moins impertinentes les unes que les autres, ny moins propres à faire perdre le temps aux Miniſtres, auſquels on les addreſſe, s'ils eſtoient ſi ſimples, que de s'y amuſer. Et neanmoins, parce qu'ils*

ne le ſont pas, & qu'ils connoiſſent ſoudain par l'experience & la connoiſſance, qu'ils ont des affaires, quid ſolidum crepet, ces Meſſieurs les Melancholiques & Hypochondriaques, ſe croyans rebuttez, prennent de là occaſion de les blaſmer, de dire, que l'on ne reſpond point aux lettres de conſequence; car ils ſe perſuadent, que leurs folies ſont telles iuxta illud: Quisquis amat ranam, ranam putat eſſe Dianam; que l'on neglige les grandes affaires, les moyens aſſeurez d'avoir de l'argent, de faire la paix, de ſauver le Royaume, pour s'amuſer à des bagatelles, pour ſe jouer avec des ſignes; & ils ſont ſi bien à force de ſe plaindre & de crier, que l'on accuſe un pauvre Miniſtre, qui n'a pas quelque fois le loiſir de reſpirer, de ne ſe pas acquitter de ſa charge, de trop deſerver à ſes plaiſirs, de negliger les lettres, qu'on luy eſcrit, les advis, qu'on luy donne, de n'eſtre pas digne de la charge, qu'il exerce, & finalement, ſi on les vouloit croire; Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi. Iam grævis es nobis.

XXXI.

Miniſtro imputari non debet, quod damnum ex negotio ſuſcepto oblique in principem redundans non præviderit.

Aliud culpæ leviſſimæ genus eſt, quando miniſter negotium quidem per ſe innoxium, ſed, ex quo tamen oblique damnum in principem ſuum redundat, gerit, aut conſilium tale ſuggerit. Peccare illum, non dubitamus. Decet quippe prudentem virum & miniſtrum maxime, antequam ad res gerendas accedit, peritum aleatorem imitari, qui, ut *Hieronymus Vida in Scacchia ludo* belle ait,

- - cunctatur & hærens
Vsque alium ex alio ſpectando prævidet ictum.

Non præſentia tantum reſpicere oportet, ſed & proſpicere futura. At quam facile hic etiam prudentiſſimi labuntur?

Itaque

Digitized by Google

Itaque venia huiusmodi erroribus danda eſt, quam illis Romanæ etiam leges indulgent, quæ ſcrupuloſam inquiſitionem non exigunt. Vide *L.* 6. *de Iuris & facti ignorantia.* Atque ſic reſponderunt ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. Daß die, dem Fürſten von Epiro zu gefallen, bey der Spartaniſchen Ceſſion gemachten Hinderungen das Königlich Macedoniſche Intereſſe directo nicht betreffen, und Armandus eben nicht vorher ſehen können, daß aus ſolcher Handlung ſeiner Herrſchaft einiger Nachtheil zuwachſen würde.

XXXII.

Caſum improviſum, qui licitis miniſtri recreationibus intervenit, ei imputari non oportet.

Laxamentum aliquod miniſtris ad reficiendas vires & recreandos animos indulgendum eſſe, ſanus nemo inficiabitur. Invidendus ergo illis non eſt receſſus in prædiola ſua. Nam, ut *Catulli* verbis *in carmine ad Sirmionem peninſulam* utamur,

O quid ſolutis eſt beatius curis?
Quum mens onus reponit, ac peregrino
Labore feſſi venimus larem ad noſtrum,
Deſideratoque adquieſcimus lecto,
Hoc eſt, quod unum eſt pro laboribus tantis.

Licebit miniſtris, convivia inſtruere, licebit, foras cœnare, licebit, alia oblectamenta laborum quærere. Accidit vero aliquando, ut, dum his intenti abſunt, negotium ſuperveniat inopinum, ſed grave & quod moram non fert. Obtingit interdum improviſa calamitas, quam avertere potuiſſet miniſter, ſi præſens fuiſſet. Numquid obligabitur

Digitized by Google

propterea? Non magis profecto, quam is, qui, cum ludum licitum exercet, alteri forte damnum dat. *L.* 15. & 52. §. *ult. ad L. Aquil.* Absolverunt non ita diu ICti Helmstadienses ministrum, quo in suburbano suo morante, periculosus in civitate tumultus exarserat, quem ille forsan præsens sedavisset. Pessime contra Vitellius Cæsar apud *Tacitum histor. lib.* 3. *cap.* 38. Iunium Blæsum occidit, quod is, ægro gravi corporis morbo principe, epulatus esset lætumque diem egisset.

XXXIII.

Excusatur minister, qui in commendatione personarum ad munera publica admovendarum non satis circumspectus est.

Sæpe etiam in commendando levissimam culpam committunt ministri, & suffragio suo eiusmodi personas ad honores & munera vacantia evehunt, quæ vel impares oneri imposito negotia publica negligunt, aut improbi & flagitiosi eadem corrumpunt. Hic non potest non aliquid imputari commendanti, quem, si sedulo omnia investigasset, inertia forte ista aut malitia commendati non fugisset. An obligabitur ergo? Equidem iura nostra pupillo actionem etiam contra illum largiuntur, qui tutorem inidoneum nominavit tantum. *L.* 2. *de Fideiussoribus & nominatoribus.* Verum hoc de illis intelligendum est, qui vel dolose vel per supinam incuriam hominem indignum vel inhabilem nominaverunt. Atque hos peccare utique & puniri posse, infra ostendemus. Sed si quis virum, qui communiter pro idoneo reputatur, deceptus ipse bona eiusdem fama, nominet & commendet, nec accuratius in illius mores & vitam inquirat, hunc excusandum esse putamus, arg. *L.* 7. §. *ult.* & *L.* 8. *de Dolo malo, L.* 12. §. 12. *Mandati.*

Atque

Atque ſic ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃIↃCCXIX. reſponderunt: Es hat Armandus dadurch, daß er die in Hippolyti a Lapide Schriften enthaltene ungebührliche und gefährliche Dinge nicht beſſer unterſuchet und in Betrachtung gezogen, ſondern dieſen Mann, derſelben und der daher zu befürchtenden Offenſion des Kayſerlichen Hofes ungeachtet, zu der Bologneſiſchen Profeſſion befodert, zwar wider die Reguln der Klugheit gehandelt, jedoch eben keine ſondere Strafe verdienet.

XXXIV.

Opulentia interdum miniſtro pro crimine obiicitur.

Sola interdum opulentia, quis credat? pro crimine obiicitur, non apud barbaros tantum & Turcas, ſed & Chriſtianos, inter quos tamen hoc intereſt, quod barbari principes miniſtros ſuos locupletes, nullo colore quæſito, ſaltem, ut gaza eorum potiantur, pervertant, Chriſtiani hoc ſub ſpecie iuſti faciant. Scilicet plerumque crimen peculatus, vel de reſiduis, vel repetundarum, obiicitur miniſtro diviti. Et, ſi hic delicta negat atque, ut eorum legitime convincatur, poſcit, opes ipſæ, utut iuſte quæſitæ, pro argumento ſunt. Negant adverſarii, reum, ſi ſancte & integre in munere verſatus eſſet, tantam earum vim colligere potuiſſe. Et hac itaque ſuſpicione damnatur innocens ſæpe, &, ſi non vita, honore tamen & bonis ſpoliatur. Improbe profecto & contra leges, quæ ſuſpicionem huiusmodi aperte damnant. Apparet hoc ex *L.* 10. *C. arbitrium tutelæ*, in qua Cæſares: *Debitum*, aiunt, *aliis indiciis comprobari oportet. Nam quod neque ipſe, neque uxor eius quidquam ante adminiſtrationem habuerunt, non idoneum huius continet indicium. Nec enim pauperibus induſtria vel augmentum patrimonii, quod laboribus & multis caſibus quæritur, interdicendum eſt.* Quodſi hæc in privato vera ſunt, quanto

rectius ad miniſtros, quibus mille ad adquirendas opes viæ legitimæ patent, trahentur? Memorabile eius rei in vita Caroli VI. Galliarum regis, exemplum occurrit, quod verbis *Ioannis de Buſſieres Lib. XII. Hiſtoriæ Francicæ cap.* I. narrabimus. Burgundus, totius auctoritatis compos, evehi ſupra omnium capita, regnum ad arbitrium moderari, ſuos promovere atque Aurelianenſes ſtudioſe deprimere. Poteſtas illico in tribunos ærarii verſa, ſeu ad plebem arctius demerendam, cui eiusmodi homines ſemper odio ſunt, ſive ex eorum ſpoliis ut privatam opulentiam publico plauſu conficeret. Ergo in eos ob pecuniam regiam inſtituta quæſtio, & ipſe Burgundus ſibi Ioannem Montacutum damnandum ſepoſuit. Is primarius ærarii præfectus, merito ſuo & gratia Aurelianenſis ad id munus evectus, opes ingentes, plurimam auctoritatem & potentes affinitates paraverat. De peculatu apud iudices poſtulatus, quod optimatum vel innocentium crimen eſt & poſtremum fortunæ os vertentis telum, rem urgente Burgundo, damnatus eſt & capite palam truncatus. Probus quisque ob ſupplicium innocentis ingemuit, & partas opes accuſavit, quæ dominum perderent, atque hoſpiti ſuo crearent perniciem. Triennio poſt veritas patuit, & laudandi Cœleſtini patres, qui beneficii memores, quo Montacutus ipſis cœnobium Marcuſſii condiderat, lite inſtaurata, & deflagrante invidia, damnati memoriam abſolvi curarunt. Reſtitutus in peremti bona Carolus filius, & cadaveri exſequiæ honorifice præſtitæ. Hæc *Buſſieres* cui tamen in eo contradicit *Menagius dans l'hiſtoire de Sablé pag* 271. & *in tomo* 3. *Menagianorum pag.* 16. quod Montacuti memoriam abſolutam fuiſſe negat.

XXXV.

Digitized by Google

XXXV.

Flagitia uxoris & familiæ miniſtro, qui culpa caret, male imputantur.

Innocenti ſæpe miniſtro flagitia ab uxore & familia commiſſa obiiciuntur, interdum recte, ſi ſcilicet magna ipſius culpa ſubeſt, qua de re infra dicemus, aliquando inique, quum talia ſunt familiæ peccata, in quibus nihil poteſt miniſtro imputari. In his ſervari debebant iura, quæ maritum pro uxore & patrem pro filio conveniri vetant. Vide *titulos C. Ne uxor pro marito* & *Ne filius pro patre.* Sic ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XIII. abſolverunt maritum, cuius uxor & familia res quasdam, cuſtodiæ eius a principe commiſſas, ipſo inſcio & prohibere non valente, abſtulerant: Dieweil der Verdacht, welchen der Fiſcal auf den Gefangenen zu bringen ſuchet, als ob er etwas davon wider ſeinen geleiſteten Eyd wegführen laſſen und veräußert, bey genauer Betrachtung der von den Zeugen ausgeſagten Umſtände, von ihm hinweg, und auf ſeine Liebſte, Schwiegermutter und Kinder, deren facta er freylich nicht verantworten kann, fällt; So haben wir vor billig geachtet, daß der gefangene Hof-Rath Wilhelmus ſeiner Gefängniß entſchlagen und mit fernerer Strafe verſchonet werde.

XXXVI.

Miniſter iniuſte damnatur, cui copia documentorum ad defenſionem eius pertinentium denegatur.

Innocentiam ſuam probare nequit miniſter, niſi documenta litteraria, ex quibus rationes geſtæ adminiſtrationis reddi poſſint, ei relinquantur. Peccant igitur, qui reis ea adimunt & copiam illorum poſcentibus facere recuſant. Dubitari plane poterat, liceatne fiſco documenta miniſtris accu-

Digitized by Google

accuſatis auferre. Certe *lex* 2. §. 2. *de Iure fiſci* fiſco, ſi de capitali cauſſa agatur, documenta edenda eſſe negat. Verum hanc legem, quam delinquentibus plus iuſto favere *Gothofredus ad eam lit. e.* agnoſcit, uſus iam diu oblitteravit, atque hodie iudicis officium eſt ſecundum *Brunnemannum in Proceſſu inquiſitionis cap.* 8. *memb.* 2. *n.* 7. ut in iis delictis, quæ per ſcripturam aliquo modo ſaltem probari poſſunt, ſtatim, capto reo, ædes eius obſignet & documenta perveſtiget. Hoc ergo qui facit, princeps non peccat. Peccat vero, ſi copiam illorum miniſtro accuſato facere recuſet, atque ſic remedia innocentiæ demonſtrandæ ſubtrahat. Et debent ICti, quibus deciſio huiusmodi litis committitur, principem ante omnia ad editionem condemnare, arg. *L.* 7. *C. de Edendo.* Atque ita reſponderunt ICti Helmſtadienſes menſe Maio anni CIↃ IↃ CC XIV. Es muß der C. dem Officier die Originalien, oder doch wenigſtens die vidimirte Abſchrift der abgenommenen Rechnungen und Briefſchaften, wieder ausantworten.

XXXVII.

Miniſtrum, qui documenta, ex quibus innocentiam ſuam demonſtraturus erat, caſu perdidit, in dubio abſolvi oportet.

Sed pereunt interdum caſu documenta illa, quibus ad ſe tuendum indiget miniſter. Sibi hoc accidiſſe, queſtus eſt Fuquetus, notiſſimus Ludovici XIV. Galliarum Regis, miniſter in eleganti, quod ſub titulo *Fuquetus in vinculis ad Dei matrem* circumfertur, carmine:

Quæſturæ vix geſta meæ mandata libellis,
Scriniaque & pluteos, digeſtaque computa fiſci,
Vnde laboranti poſſem ſuccurrere cauſſæ,
Accipio periiſſe mihi; caſuve, dolove,

Noſſe

Noſſe tuum eſt, Virgo, puris quæ cuncta pererrat
Luminibus, cœcique vides penetralia cordis.
His tamen inſiſtit rigidus quæſitor, & anſam
Hinc rapit, unde reus capitali crimine dicar.

Sed quid iuris hic erit? Rectene damnabitur miniſter, cui inſtrumenta defenſionis ſine dolo & culpa eius interciderunt, & cui alia probandæ innocentiæ argumenta deſunt? Equidem, ſi *L.* 1. 4. 7. 13. *C. de Fide inſtrumentorum & amiſſione eorum* ſpectes, non ſufficit, amiſſionem documentorum fortuitam probare, ſed neceſſe eſt, aliis evidentibus argumentis veritatem eorum, quæ perdita inſtrumenta continuiſſe dicuntur, oſtendere. Verum iſtæ leges de civilibus tantum & pecuniariis cauſſis, non etiam de criminalibus, agunt. In his quippe tantus eſt defenſionis favor, ut propter eum a receptis iuribus & regulis ſæpe recedatur. *L.* 4. §. 2. *de Requirendis vel abſentibus*, *L.* 18. §. 9. *de Quæſtionibus.* Igitur ut & hic recedatur, nec innocens, qui inſtrumenta defenſionis ſine culpa ſua perdidit, damnetur, ſed in dubio potius abſolvatur, æquum eſt.

XXXVIII.

Non peccat miniſter, qui incertas ſuas de malis reipublicæ imminentibus ſuſpiciones, vel levia ſeditionum & coniurationum indicia ad ſe delata, non patefacit.

Silentium nonnunquam miniſtris principum pro crimine obiicitur, quod ſcilicet imminentia reipublicæ pericula, quæ prævidere potuiſſent, non prædixerunt, & delata ad ſe coniurationum & ſeditionum indicia reticuerunt. Verum hic aliquando ſubeſſe crimen, non inficiamur. Nam ſi privati peccant, qui inſidiarum principi vel imperio ſtructarum conſcii ſilent, *L.* 5. §. 6. *C. ad L. Iuliam maieſtatis*, *Novella* 117. c. 8. §. 1. quanto magis miniſtri? Excuſandi tamen ſunt tunc, quum idoneis ad probandum argumentis

deſtituti ſuſpiciones ſuas vel denunciata ſibi a vili auctore crimina indicare auſi non fuerunt. Quum enim illi, qui perduellionis reum defert nec convincere tamen poteſt, diſcrimen maximum impendeat, *L.* 3. *Ad L. Iuliam maieſtatis*, circumſpectus profecto in hoc delicto indicando delator eſſe debet. Optime *Hieronymus Gigas*, Iureconſultus Mediolanenſis, *de Crimine læſæ maieſtatis: Qui conſilium*, inquit, *adverſus maieſtatem principis initum cognoverunt, nec probare poſſunt, non tenentur revelare, &, qui tales condemnant, non ſunt iudices, ſed carnifices.* Inter cetera itaque Alexandri M. tyrannica facta Philotæ quoque ſupplicium numerari debet. Ad hunc, amicorum regis fere principem, Cebalinus quidam, vilis homo, indicium initæ in vitam regis coniurationis defert, auctoremque indicii fratrem ſuum, exoletum, qui id ex amatore ſuo acceperat, nominat. Philotas tam levi auctori nihil credit, veritus, ne iurgium inter amatorem & exoletum, non ſine riſu aliorum, deferret, & multis amicorum regis periculi cauſſa eſſet. Igitur regi rem non aperit. Hic vero, poſtquam eam aliunde reſciviſſet, ex ſilentio Philotæ, ipſum quoque conſpirationis ſocium fuiſſe, ſuſpicatur, miſerumque, etſi a nullo conſciorum nominatum, diriſſimis tormentis ad confeſſionem delicti, de quo nunquam forte cogitarat, adigit & crudeliter necat, quemadmodum *Curtius lib.* 6. *cap.* 7. & 10. narrat. Rectius ICti Helmſtadienſes, menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. miniſtrum abſolverunt, cui pro crimine obiiciebatur, quod principem de ſeditione adverſus illum deinde excitata non præmonuiſſet, quum tamen, ſe illam prævidiſſe, in litteris ad familiares ſcripſiſſet. Facile enim apparebat, non veram hanc providentiam, ſed coniecturam meram & ſuſpicionem incertam fuiſſe, quam principi aperire, prudens miniſter merito erubeſcit: Es iſt das Vorausſehen des bürgerlichen Tumults, deſſen Armandus in ſeinem

nem Schreiben Meldung gethan, von keiner unfehlbaren Prophezeyung, sondern nur der gewöhnlichen Redens-Art nach von einer Vermuthung, zu verstehen, daß also diesen Tumult deutlich vorher zu sagen, und Seine Hochfürstliche Durchlauchtigkeit davor, als vor eine gewisse Sache, zu warnen nicht wohl möglich gewesen.

XXXIX.

Minister ab iis, quos extra muneris sui rationem intercessione vel opera iuvat, dona impune accipit aut stipulatur.

An ministro munera ab iis, quos suffragio vel opera sua in aula principis sui iuvat, accipere vel stipulari liceat, non pauci sunt, qui dubitant, quibus tamen iam diu satisfecit *Tabor de Suffragatorum opera & remuneratione.* Nec rationem videmus, ob quam *lex un. C. de Suffragio*, quæ ministris aliquid pro suffragio accipere permittit, valere non debeat. Excipit tamen recte *Tabor dicto lib. pericop.* 3. §. 11. 12. 13. 14. intercessiones pro obtinendo munere publico, pro remittenda perduellionis pœna & pro refricanda lite rescripto principis decisa. Addi debuissent omnia negotia, ad quæ gerenda minister vi officii sui obligatur. Pro his enim aliquid accipere, repetundarum crimen foret. *L.* 6. §. 2. *de L. Iulia repetundarum.* Extra has causas vetitum ministro non est, pro præstanda, quam alias non debebat, opera munusculum accipere, ut, si cui præmium vel privilegium a principe sit impetrandum, si quis exilio punitus restitutionem a principe per ministrum petat, cetera. Itaque ICti Helmstadienses mense Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. responderunt, non peccare ministrum, qui oblata sibi a creditoribus principis sui munuscula accipit, & effecturum se apud principem, ut solutionem debitorum consequantur, promittit: Es scheinet die Annehmung einiger Discretionen von Fürstlichen Creditoribus mit dem Versprechen, solchen zu ihrer Zahlung zu verhelfen, ein vergönneter

contractus ſuffragii zu ſeyn, geſtalt die Rechte fürnemlich nur in Iuſtiz-Sachen, und bey Befoderungen zu öffentlichen Aemtern Geld zu nehmen verbieten.

XL.

Miniſter, qui munera ab extero principe, cum quo negotium geſſit, oblata accipit, non peccat.

Magis autem dubitari poteſt, an miniſter ab extero principe, cum quo ſui principis nomine negotium geſſit, dona oblata impune accipiat. Equidem non negamus, optime facere, & ſingularem integritatis laudem reportare miniſtros, qui magno eiusmodi munuſcula animo recuſant. Adhuc celebratur Fabricii Romani gloria, quod pauperrimus oblata a Pyrrho rege hoſpitalia munera recuſavit, tametſi Pyrrhus ſe nihil ab eo deſiderare diceret, niſi, quod a viro optimo patriæque amantiſſimo fieri poſſet. Vide *Livii lib.* 13. *cap.* 18. *ſqq.* Nec minor eſt Ieannini Præſidis laus, qui ab Henrico IV. Galliarum rege ad Belgas miſſus oblatum ſibi a Belgis poſt finita feliciter negotia munus tam diu reſpuit, donec a rege ſuo id accipere iuberetur, & in quem ex legationibus reducem rex ipſe magnas pecunias conferebat, quod ſciret, virum abſtinentiſſimum non ditiorem, ut alii, ſed ære alieno preſſum reverti. Vide elogium libro, qui *les Negotiations de Monſieur le Preſident Ieannin* inſcribitur, præfixum. Ad heroicarum perſonarum harum facta non legem dant ſed exemplum, quod imitari pauci poſſunt. Nec peccant, qui ſecus faciunt, & dona, perfecto negotio, oblata non reſpuunt, quippe quod facere lex nulla iubet. Duriores ergo iuſto fuerunt Athenienſes apud *Plutarchum in Pelopida*, qui Timagoram, ſuum ad Perſarum regem oratorem, ob relata a rege amplif-

Digitized by Google

ampliſſima munera necarunt, qui tamen ante Epicrati lixæ, munera a rege reportanti, & publice, ut inpoſterum non primores civitatis ſed tenues ex plebe homines quotannis ad regem ablegarentur, donis regiis patrimonium aucturi, ſuadenti, arriſerant. Aequius longe Ferdinandus I. Romanorum rex, Ioannem Langum, ex Polonica legatione redeuntem magnisque muneribus ornatum, non ſolum ſuſpectum non habuit, ſed ad ſecretiſſima conſilia admiſit ſecundum *Adamum in Vitis Germanorum Iureconſultorum & Politicorum pag.* 37. Atque ſic etiam reſponderunt ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX: Es iſt Armando nicht verbothen geweſen, das ihm freywillig von dem Epirotiſchen Hofe angebothene Geſchenk und gethane Auslöſung anzunehmen, da zumal bey Fürſtlichen Höfen gebräuchlich, auswärtige Miniſtros, mit denen man ihrer hohen Herrſchaft wegen wichtige Angelegenheiten abgehandelt und zu Stande gebracht, bey deren Abzug zu beſchenken.

XLI.

Leges quorundam locorum vetant ſimpliciter miniſtrum munera ab extero principe accipere.

Poteſt tamen princeps vel respublica miniſtris ſuis per legem adimere poteſtatem munera ab exteris principibus accipiendi. Sic Belgæ legatos ſuos iureiurando obſtringunt ad dona a principe, ad quem mittuntur, oblata recuſanda. Notabile ergo eſt apud *Wicquefortium de l'Ambaſſadeur lib.* 2. *ſect.* 18. *pag.* 222. legatorum ad Monaſterienſem epiſcopum miſſorum exemplum, qui eſurire, quam

ad cœnam ab epiſcopo invitati venire, vel cibis ab epiſcopo ad ſe miſſis veſci, maluerunt. Similis eſt apud Argentoratenſes lex, & memorabilis Blancæ Mariæ uxoris Maximiliani I. epiſtola, qua ſenatum Argentoratenſem precatur, ut Ottoni Sturmio, quem ſenatus ad Auguſtam ablegaverat, veniam indulgeret, corollam ab Auguſta donatam recipiendi. Exhibet illam *Wenckerus in Collectis archivi & cancellariæ iuribus pag.* 131. Sed infra alii caſus, quibus miniſtro munera ab exteris principibus capere non licet, exponentur.

XLII.

Supremo miniſtro ob flagitia deiecto, non recte puniuntur inferiores, qui olim illi adhæſerunt.

Aliquando amicitia ſupremi miniſtri pro crimine eſt, dum nempe inferiores innocentiſſime propterea puniuntur, quod ſupremo illi, cuius forte improbitas detegitur, olim adhæſerunt, vel munera ſua & dignitates per eum adepti ſunt. Experiuntur hi ſcilicet fatum arborum minorum, quas ruina maioris vicinæ ſimul in terram trahit. Immerito profecto, ſi ipſi in ſocietatem pravorum, quæ ſupremus iſte miniſter agitavit, conſiliorum non venerunt. Et tamen, ſi hiſtorias conſulis, frequentia invenies huius rei exempla. Sic Tiberius, Seiano deiecto, adſeclas eius & familiares acerrime perſecutus eſt, quorum egregia, & quæ hodie in ſimili calamitate adhiberi poſſet, defenſio exſtat apud *Tacitum Annali* 6. *cap.* 8. Similis prorſus pro Philotæ amicis apud *Curtium. lib.* 7. *cap.* 1. reperitur. Quæ duæ orationes ſic conveniunt, ut, Tacitum præcipua ſua membra

bra ex Curtio in ſuum librum transtuliſſe, *Lipſius in notis ad locum illum Taciti* putet, Io. Iſaacius Pontanus contra in *Sylloge epiſtolarum ab Ant. Matthæo editarum pag.* 108. *ſqq.* Curtium ſua ex Tacito mutuatum credat. Veroſimilior autem eſt Lipſii coniectura & credibile, Curtium antiquiorem Tacito, nempe rhetorem illum, fuiſſe, quem *Suetonius* inter *claros rhetores* memorat.

XLIII.

Sæpe felicitas in rebus gerendis miniſtris exitio vel damno eſt.

Ipſa in rebus gerendis & negotiis dominicis adminiſtrandis felicitas quibusdam miniſtris exitio vel ſaltem damno fuit. Multi ſcilicet principes, gloriæ plus iuſto cupidi, ſibi omnem vindicant, &, miniſtros ſuos in ſocietatem eius venire, indigne ferunt. Prudens itaque miniſter præceptum iſtud Agrippæ apud *Dionem lib.* 49. ſolicite ſervabit, ut, quæ in adminiſtratione rerum obveniunt, difficultates ſubeat ipſe & amoliatur, gloriam vero perfecti operis principi relinquat. Fecit hoc Ioabus apud *Samuelem lib.* 2. *cap.* 11. *v.* 27. 28. qui a Davide rege ad expugnandam Rabbam miſſus, obſidionem fere ad finem perducta, regem ſuum de hoc certiorem fecit: Oppugnavi, inquiens, Rabbam, & intercepi civitati aquam. Congrega igitur exercitum, caſtra metare contra oppidum, ut capias illud, ne, ſi ego id cepero, gloria mihi adquiratur. Qui contra fecerunt atque, ut ipſi nominis celebritatem conſequerentur, res magnas & glorioſas ſoli ſine principe geſſerunt, offenſam eius incurrerunt, & hunc laborum & periculorum ſuorum fructum præcipuum tulerunt, ut dignitatibus ſpoliati ſæpe in vitæ diſcrimen adducerentur. Narrat *Brantome dans les memoires a des hommes illuſtres tom.* 1. *p.* 173. Franciſcum

I. Galliarum regem, accepto de Patavia a legato ſuo Lautreccio expugnata nuntio, excanduiſſe, quod ipſe, ſe fruſtra circa oppidi huius mœnia per tres olim menſes hæſiſſe recordaretur, atque nunc, opus, a ſe tanto rege nequidquam tentatum, miniſtro ſuo feliciter ceſſiſſe, non ſine invidia cerneret. Davidi quum inter Sauli adhuc ſatellites ageret, carmen illud, quo plures, quam ipſe rex, hoſtes trucidaſſe celebrabatur, iram regis, exilium & plurima vitæ diſcrimina conflavit, quēmadmodum ex *Samuelis lib.* I. *cap.* 18. *v.* 6. & 7. conſtat. L. Papirius Curſor, dictator Romanus, quæ poteſtas regiam maieſtatem æquabat, parum abfuit, quin magiſtrum equitum, Q. Fabium Maximum Rullianum, qui, ſe abſente, Samnites magno prœlio vicerat, ultimo ſupplicio adficeret, ſpretum quidem ab illo imperium ſuum prætexens, ſed re vera, ut invidiam expleret, & ſubtractam ambitioni ſuæ victoriam & gloriam ulciſceretur. Vide *Livium lib.* 8. *cap.* 31. & *Valerium Maximum lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 8.

XLIV.

Aliquando amor & auctoritas apud populum miniſtro exitium adfert.

Multos quoque miniſtros populi amor &, quam recte faciendo adquiſiverant, auctoritas perdidit, dum princeps ſuſpicioſus perniciem ſibi vel detrimentum inde metuit, atque innocentem & fidum ſibi virum aut e medio tollit, aut dignitatibus tamen exuit. Quod quam ſit iniquum, intelligunt omnes. Etſi enim iſtiusmodi miniſter favore populi ad ſtatum reipublicæ pervertendum abuti poſſit, incertæ tamen ſuſpiciones ad damnandum illum non ſufficiunt. Interim perierunt hoc modo quam plurimi, quorum omnium memoriam hic renovare, nimis operoſum foret. Solus Tiberius Cæſar aliquot nobis exempla ſuppeditare poterit. Multos ille claros bonosque

que viros ob id ſolum, quod a populo diligerentur & fama atque auctoritate florerent, ſtructis variis criminibus circumventos ad mortem adegit. Vide Taciti *Annalem I. cap.* 12. Ipſum adeo Germanicum, quem adoptarat tamen, miniſtro Piſone uſus occidit, quod favorem exercitus & populi in eum ſuſpectum haberet. Vide *Taciti Annalem II.* Nolumus alia exempla addere.

XLV.

Miniſter falſo ſuſpectus adverſus vim iniuſtam & inſidias, quibus petitur, ſe recte tuetur.

Id ſaltem memorabimus, accidiſſe ſæpe, ut miniſter, qui antea de ſeditione movenda, aut facinore contra principem ſuum, non cogitarat, animadverſis, quæ ſibi innocenti parentur, inſidiis excitetur demum ad arma, quibus ſe tueatur, capienda, atque ſic malum, quod antea falſo timebatur, vere inferat. Galbam imperatorem tamdiu in fide erga Neronem perſtitiſſe, donec mandata huius de nece ſua ad procuratores clam miſſa deprehenderet; atque tunc demum arma ſumſiſſe, *Suetonius in Galba c.* 9. auctor eſt. Narſetem, piiſſimum optimumque virum & res principis ſui, Iuſtini II. imperatoris, egregie adminiſtrantem, ipſe demum imperator vana ſuſpicione ſua & abrogata propter hanc dignitate compulit, ut peiora metuens Conſtantinopolin redire detrectaret, Longobardosque in commiſſam curæ ſuæ Italiam pertraheret, armis eorum ſe contra vim defenſurus. Quæ a *Paullo Diacono* copioſius narrantur. Nec iniuſte faciunt hi miniſtri, quum tueri ſe adverſus vim iniuſtam unicuique ſit permiſſum. Hæc olim

ſcripſi. At nunc, re rectius cogitata, theſin hanc temperamento opus habere, agnoſco. Emendavi itaque eam, aut plenius magis expoſui, ſupra in *Specimine DLXVIII. de Perduellibus, medit.* 22. 23.

XLVI.

Miniſter, ſi nulla cauſſa adſit, officio privari, ſed non puniri poteſt.

Vidimus miniſtros, qui ob cauſſam, frivolam licet & iniuſtam, aliquam tamen, in offenſionem principis pœnasque incurrunt. Dicendum quoque eſt paucis de his, qui ob nullam prorſus cauſſam gratia principis dignitatibusque ſuis excidunt. Turcarum quidem ceterarumque gentium barbararum tanta eſt erga reges ſuos veneratio, ut, quamvis illi ſæpius miniſtros ſuos & familiares ſine omni cauſſa mulcta, exilio, morte puniant, iure tamen hoc feciſſe cenſeantur. Referunt peregrinatores Perſici, & ex his *Happelius in Coſmographia vol.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. Perſarum regem, cui Cha-Sephi I. nomen fuit, aliquando ſeptem proceres aulæ interfeciſſe, & capita atque cadavera occiſorum in forum proiici iuſſiſſe, nec quenquam tantæ crudelitatis cauſſam ſciviſſe, populum tamen capita proculcaſſe & invicem dixiſſe: en capita nebulonum, qui iuſſibus regis obſequium detrectarunt. Verum Chriſtiani principes, quamvis plerique ad factorum ſuorum rationem civibus reddendam ſeſe obligatos non putent, ut tamen ſævitiæ & tyrannidis ſpeciem evitent, ſi quem miniſtrum ultimo ſupplicio vel alia graviore pœna afficiunt, cauſſas damnationis, ſive veras ſive falſas, publicare ſolent. At quando aliquem dignitatibus exuunt, vel aula exire iubent, hoc ſe nulla etiam de cauſſa poſſe, atque voluntatem ſuam pro ratione ſtare debere, ſunt perſuaſi. Ergo ſæpe videas miniſtros probos, fidos,

Digitized by Google

fidos, bene meritos, ſed, quia principi diſplicuerant, culmine ſuo deiectos, ob eandem cauſſam, ob quam *Martialis* ſe Sabidium odio habere *in lib.* 1. *epigr.* 33. ſcribit:

Non amo te, Sabidi, nec poſſum dicere, quare,
Hoc tantum poſſum dicere, non amo te.

Licere autem principi miniſtrum ſine cauſſa etiam dimittere & munere privare, cum *Mylero ab Ebrenbach in Hyparchologia cap.* 4. *n.* 6. affirmamus. Princeps quippe, dum miniſtrum ſibi adſciſcit, non in perpetuum ſe illi obligat, ſed libertatem retinet, opera eius, ſi diſplicuerit, etiam non utendi. Et iniquum profecto foret, principi id non licere, quod miniſtro licet, cui reſignare officium permittunt. Ita certe *Charles Loyſeau du droit des offices lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 7. Quisquis, ait, miniſtro reſignandi officii facultatem denegat, ad vincula eum & triremes quaſi condemnat, ſervumque facit, aut ſaltem adſcriptitium. Non deſunt tamen, qui principi poteſtatem iſtam adimunt, auctores, quos memorat & ſequitur *Cævallus in Speculo opinionum communium contra communes quæſt.* 425. *n.* 25. Aſt ad horum argumenta in conflictu reſpondebitur.

Digitized by Google

SPECIMEN DLXXI.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVIII. TIT. IV.

DE

VERIS DELICTIS MINISTRORVM PRINCIPIS

PVBLICE DEFENSVM

AB

AVGVSTO GOTTHELFF HILLIGER

DRESD. MISN.

NVNC IVRIVM DOCTORE.

MENSE SEPTEMBR. ANNI MDCCXIX.

Quum ſpecimen hoc more academico publice diſputaretur, Sereniſſimus Marchio Brandenburgenſis, FRIDERICVS ERNESTVS, qui nunc Gottorpii reſidet, atque tunc Helmſtadii iura ac bonas litteras colebat, diſſentientis partes mirifice ſuſtinuit, quem ego præſes ſic allocutus ſum: Te nunc compellare audemus, Sereniſſime Princeps, cuius adſpectus & nos & omnes, quotquot huic certamini interſunt, recreat mirifice & delectat. Illuſtriſſima, ex qua originem trahis, gens, quæ degeneres omnes a ſe ſegregat, nobis certo perſuadet, Te non imagines tantum maiorum oſtentare, ſed virtutem etiam ſequi, & facta glorioſiſſima imitari. Vivida præterea iſta, quæ ex oculis geſtibusque elucet, indoles ſumma omnia pollicetur. Age itaque, colloquere nobiscum, &, quo ingenio, doctrina, facundia polleas, erudito ſermone oſtende.

De-

Digitized by Google

Definentem hac brevi oratione profecutus ſum:

Non ſatisfeciſti ſolum exſpectationi noſtræ, Sereniſſime Princeps, ſed plus etiam, quam polliceri nobis videbaris, præſtitiſti. Mirantur omnes tacitique ſuſpiciunt ingenium, facundiam, & maiorem illa, quam agis, ætate eruditionem. Amant præterea & exoſculantur ſingularem atque Principe prorſus dignam humanitatem. Sed gratia Tibi referenda erat pro inſigni, quo nos ornaſti, beneficio. Nos, quod ſolum poſſumus, Deum veneramur immortalem, ut egregias illas animi Tui dotes augeat, fortunasque Tuas ad ſummum faſtigium humanæ felicitatis perducat.

I.

In explicandis delictis miniſtrorum principis difficile eſt, dolum a culpa diſtinguere.

Vera miniſtrorum principis delicta conſideraturi conſtitueramus ab initio, duplicem eorum ordinem facere, atque primum illa, quæ ex dolo proficiſcuntur, deinde ea, quæ per culpam committuntur, explicare. Sed poſtea animadvertimus, difficile nobis futurum, dolum a culpa ſemper diſtinguere, quum idem crimen aliquando ex dolo, aliquando ex culpa oriatur, ac ſæpe incertum ſit, dicere, quo animo deliquerit miniſter. Omiſſa igitur, quam decreveramus, methodo, crimina miniſtrorum eo ordine, quo meditantibus nobis occurrent, & ſtyli acumen ſubibunt, proponemus.

II.

Boni principis officium eſt, miniſtrorum ſuorum delicta, etiam communia, punire, ac familiares omni culpa vacuos habere.

Poteramus & illud diſcrimen, quod Arrius Menander in *L. 2. pr. de Re militari* inter delicta militum facit, huc trahere, atque crimina miniſtrorum principis propria, quæ nempe ut miniſtri admittunt, diſtinguere a communibus cum ceteris. At inſtitutum noſtrum non eſt, communia hæc operoſe explicare, quum nihil fere in illis ſingulare occurrit. Id ſaltem monemus, expedire reipublicæ & principi, ut aulæ, etiam ad flagitia communia, perpurgentur, atque miniſtri, licet vulgariter peccantes, coërceantur. Nam, quemadmodum recte Mæcenas apud *Dionem lib.* 52. Cæſarem monet, principi adſcribitur, quicquid amici recte vel ſequius agunt, talemque eum cuncti cenſent, qualia eos facta exercere permittit. *Nec*, ut Damaſi Pontificis verbis ex *can.* 8. *cauſ.* 23. *qu.* 3. utamur, *caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare.* Egregie igitur Theodahadus rex apud *Caſſiodorum Variarum lib.* 10. *cap.* 5: *A domeſticis*, inquit, *inchoare volumus diſciplinam, ut reliquos pudeat errare, quando noſtris cognoſcimur excedendi licentiam non præbere*; & *Cicero in ep.* 1. *ad Q. fratrem*, Aſiæ pro-conſulem: *Sint hæc*, ait, *fundamenta dignitatis tuæ, tua primum integritas & continentia; deinde omnium, qui tecum ſunt, pudor.* Quum vero ſecundum *Tacitum in vita Agricolæ cap.* 19. non minus arduum principi ſit, domum ſuam coërcere, quam provinciam regere, itaque obfirmato eum adverſus amorem ſuorum & intempeſtivam miſericordiam animo eſſe oportet. Decet imitari Conſtantinum M. qui poteſtatem accuſandi miniſtros ſuos peccantes cuivis ex populo facit, atque, pœnam ſe illis inflicturum, accuſatori-

Digitized by Google

toribus vero præmia diſtributurum, addito ſolemni iureiurando, *ita mihi ſumma divinitas ſemper propitia ſit, & me incolumem præſtet, ut cupio, feliciſſima & florente republica*, pollicetur in *L.* 4. *C. Theod. de Accuſationibus.* Quam legem in Iuſtinianeo Codice omiſit Tribonianus, forte, quod minus illam ſibi collegisque ſuis proficuam exiſtimaret. Nam, quod *Gothofredus in Comment. ad h. L.* temporariam eam atque propterea omiſſam fuiſſe, putat, hoc quidem nobis non ſatisfacit.

III.

Miniſter ante ſuſceptum munus tanquam ſuſpectus removetur, ſi olim in ſimili munere male verſatus eſt.

Sed ſatis de communibus miniſtrorum principis delictis. Agemus iam de propriis. Quemadmodum vero multa ſunt, in quibus a tutore & curatore ad miniſtrum principis & reipublicæ ducere argumentum licet, ita & in delictis hoc uſu venit. Quum ergo ſecundum §. 5. *l. de Suſpectis tutoribus* tutor, & antequam incipiat tutelam gerere, quaſi ſuſpectus removeri poſſit, miniſter quoque aliquando & ante ſuſceptam adminiſtrationem iuſte removebitur. Rem exemplis illuſtrabimus. In *L.* 3. §. 8. *de Suſpectis tutoribus* tutor tanquam ſuſpectus removeri iubetur, qui in alia tutela male verſatus eſt, vel ſecundum §. 12. *l. de ſuſpectis tutoribus*, qui moribus talis eſt, ut ſuſpectus ſit. Idem in miniſtro principis locum habebit. Fac quempiam ad munus in aula ſuſcipiendum vocatum eſſe, atque codicillos principis ſuper ea re iam accepiſſe, ſed principem deinde, olim illum alii principi ſerviiſſe, ſed male & perfide rem geſſiſſe, certiorem reddi. Recte tunc revocabitur facta oblatio, quum veroſimile ſit, ſemel malum ſemper malum futurum, *c.* 8. *de Reg. iuris in* 6. & ex transacta vita diſcatur, quid de ſubſequenti præſumi debeat,

c. 6.

c. 6. & 9. X. *de Præſumtionibus.* Adde *Menochium lib.* 5. *præſumt.* 32. & *Strykium de Vita ante acta cap.* 3.

IV.

Miniſter tanquam ſuſpectus removetur, qui munus ſuum pecunia redemit.

Porro, ſicut tutor tanquam ſuſpectus removetur & punitur, qui data pecunia miniſterium tutelæ adquiſivit vel redemit, §. 10. *I. L.* 3. §. 15. *D. de Suſpectis tut. L.* 1. §. 7. *de Offic. præf. urbi*, ita & miniſter, qui corruptis ſuffragiis muneri irrepſit, pœnam meretur. Leges quippe noſtræ emtionem officiorum ſeveriſſime interdicunt in *Novella* 8. & *L. ult. C. Ad L. Iuliam repetundarum*, & recte quidem. Nam, ut *Cicero lib.* 2. *in Verrem n.* 138. eleganter ait, ſolent ii, qui per largitionem magiſtratus adepti ſunt, dare operam, ut ita poteſtatem gerant, ut illam lacunam rei familiaris expleant. Scite etiam Alexander Severus apud *Lampridium c.* 49: *Neceſſe eſt*, inquit, *ut, qui emit, vendat. Ego non patiar mercatores poteſtatum, quos, ſi patiar, damnare non poſſim. Erubeſco enim punire illum hominem, qui emit & vendit.*

V.

Miniſter principis peccat, qui munus ſuum, etſi non data pecunia, ſed tamen aliis improbis artibus obtinuit.

Non tamen hi ſolum miniſtri, qui dignitates ſuas mercantur, ſed & ii, qui aliis improbis artibus, vi, fraude, furto, ad eas perveniunt, puniendi ſunt, ut recte monet *Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia cap.* 7. §. 2. Quarum artium nuſlibi frequentiora exempla, quam in vetere Romana republica, occurrunt, in qua ſecundum Varronem lib. 4. de Vita populi Romani memoratum a *Nonio*

in

Digitized by Google

in Caſus pro caſu, tanta plerisque invaſerat cupiditas honorum, ut vel cælum ruere, dummodo magiſtratus adipiſcerentur, exoptarent. Sic Lucullus apud *Plutarchum in Lucullo* Ciliciam provinciam & bellum Mithridaticum non obtinuiſſet profecto, niſi in Præciæ meretriculæ gratiam ſeſe inſinuaſſet, atque per hanc Cethegum, qui Romæ tunc omnia poterat, ſibi conciliaſſet. Tacemus alia exempla, quorum annales Romani pleni ſunt. Ne tamen quis putet, iſtis artibus ſaltem in republica locum fuiſſe. In monarchiis noſtris eadem peſtis graſſatur, & honores per feminas, fraudes, vilia obſequia, aſſentationes, obtinentur. Teſtatur hoc inter alios *Baylius in Dictionario art. Cethegus lit. C.* Nonne, inquiens, res miſera eſt & deploranda, virum illuſtrem atque digniſſimum imperio, & qui illud deinde ſumma cum gloria geſſit, non potuiſſe id adipiſci, niſi ad vilis mulierculæ adulationem ſe demiſiſſet? Si quis tunc *Iuvenalis* fuiſſet, is profecto in perverſo hoc reipublicæ ſtatu iuſte exclamaſſet:

Difficile eſt ſatyram non ſcribere, nam quis iniquæ
Tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat ſe?

Illud vero perluctuoſum eſt, eadem hæc poſtea in toto terrarum orbe millies milliesque contigiſſe. Via hæc ad honores graſſandi patuit ſemper, admiſitque dignos pariter cum indignis. Mirabundi ſæpe conſpicimus hominem citato gradu ad eminentiſſimas dignitates non tam euntem, quam volantem. Quærimus attoniti, qua virtute, quibus meritis ſubnixus tantopere ſuper capita aliorum evehatur. Res tota tandem eo redit, patrocinium eius ſuſcepiſſe feminam præpotentem, quæ pudicitiæ ſuæ iactura ſummam auctoritatem ſibi compararit & adhuc conſervet. Atque eædem querelæ poſt mille etiam annos, ſi modo orbis terrarum perdurat, continuabuntur.

VI.

Improbæ artes, quibus honores & munera obtinentur, impunitæ quidem plerumque, ſed tamen illicitæ ſunt.

Recte hæc *Baylius.* Quæ autem deinde addit: Privato, quum confuſionem iſtam tollere nequeat, prudentia permittere poteſt, iisdem artibus uti; indigna ſunt profecto philoſopho cordatiore. Munera publica & honores virtute & meritis obtineri debent. Inhoneſtum ergo eſt, ut ea conſequaris, ad meretriculæ pedes te abiicere, gratiamve eius vili obſequio aucupari. Certe bonum prudentemque virum hic aditus ad honores non decet. Inſanum eſt, ut bene ait *Pufendorffius de Iure naturæ & gentium lib.* 2. *cap.* 4. §. 9. & deteſtabile, per malas artes & rationi adverſantia facinora ad famam & honores graſſari. Rectius longe *Thuanus lib.* 3. *hiſtor.* Memorantium, laudatum alias virum, reprehendit, quod Dianæ Pictavienſi, concubinæ regiæ, auctoritatis & potentiæ tuendæ cauſſa morem geſſerit & prudentiam ad turpe obſequium flexerit, peſſimo exemplo ſummi imperii ad impotentis feminæ libidinem proſtituti. Non diffitemur tamen, impunita plerumque manere hæc flagitia. Obſervat *Beyerus in Delineatione Pandectarum lib.* 48. *tit.* 14. Carpzovium in Practica criminalium nullam ambitus mentionem facere, aliosque criminalium rerum interpretes non niſi theoretica hic tractare. Sed quod idem Beyerus exiſtimat, pœnas ambitum coërcentes ad monarchias non pertinere, in hoc ab illo diſſentimus, atque argumenta, quæ adfert, facile explodi poſſe credimus.

VII.

Digitized by Google

VII.

Laudabile aliquando & neceſſarium eſt, pecunia munus publicum redimere.

Credimus tamen, aliquando bonum & laudabile eſſe, munus publicum pecunia redimere, vel obliquis id artibus obtinere. Fac enim, hominem ad illud adſpirare, eo prorſus indignum, a quo magna reipublicæ calamitas & pernicies metuenda ſit. Finge porro, illum excludi aliter non poſſe, quam ſi dignior alius pecunia data illud munus comparet. Non peccabit profecto, qui id fecerit. Quin potius obligatum eum ad pecuniam hanc erogandam exiſtimamus. Nec eſt, quod dicas, non eſſe facienda mala, ut inde bona eveniant. Malum quippe per ſe non eſt, largiri. Aeſtimari itaque ex ſcopo debet. Si ideo largiris, ut aliis prudentibus bonisque viris anteferaris, & id, quod tuis meritis deeſt, ſuppleas, peccas. Si vero per largitiones improbum hominem a reipublicæ, quam corrupturus eſt, adminiſtratione arces, laudari debes. Conſenſiſſe nobiscum graviſſimos iuſtiſſimosque viros & philoſophos celeberrimos, duobus exemplis oſtendemus. Alterum ex *Plutarchi Themiſtocle* ſumemus. Quum ſcilicet bellum maximum a Perſarum rege Græcis immineret, atque Athenienſes de imperatore ad id bellum deligendo conſilium inirent, ceteri autem omnes metu perculſi officium hoc detrectarent, unus Epicides, popularis homo & dicendi facultate præditus, ſed luxurioſus & nequam & quæſtui pecuniario deditus, candidatum ſe profeſſus eſt. Quumque obtenturus honorem ſuffragiis populi videretur, Themiſtocles veritus, ne accepto imperio rempublicam everteret, largitionibus eum in petitione dignitatis ſuperavit, optime ſic de patria meritus. Alterum exemplum *Suetonius in Cæſare cap.* 19. ſuppeditabit: Cæſar, inquiens, conſulatus candida-

tus, e *duobus competitoribus, Lucio Lucceio, Marcoque Bibulo, Lucceium ſibi adiunxit, pactus, ut is, quoniam inferior gratia eſſet pecuniaque polleret, numos de ſuo communi nomine per centurias pronunciaret. Qua cognita re, optimates, quos metus ceperat, nihil non auſurum in ſummo magiſtratu, concorde & conſentiente collega, auctores Bibulo fuerunt, tantundem pollicendi. At plerique pecunias contulerunt, ne Catone* quidem, qui tamen ſecundum *Salluſtium in Bello Catilinario* nihil largiundo gloriam adeptus eſt, *abnuente, eam largitionem e republica fieri.*

VIII.
Imperitia crimen eſt.

Porro imperitia & ineptia delictum eſt, quum quis munus conſiliarii aut miniſtri, cui imparem ſe ſcit, vel ſcire debebat, ambit aut oblatum ſuſcipit. Vide *L.* 9. §. 5. *Locati & L.* 132. *de Reg. iuris.* Miniſter ergo, cuius indignitas deinde apparet, vel ſtatim, antequam adminiſtrationem commiſſi muneris ſubeat, expelli iterum e ſtatione ſua, vel, ſi ſubiit iam, damnumque per imperitiam intulit, ad hoc ſarciendum cogi & pœnas impudentiæ ſuæ dare debet. Prioris exemplum elegans *Brantomius tomo* 2. *des Memoires des hommes illuſtres in vita Annæ de Montmorency p.* 80. adfert, quod ex Gallico in Latinum ſermonem translatum hic inferemus: Prandebamus aliquando cum Hoſpitalio, Galliæ cancellario, cui, ſublata menſa, nunciabatur, adeſſe præſidem & conſiliarios recens a rege creatos, qui in poſſeſſionem munerum ſuorum ab illo mitti deſiderarent. Intrare ergo eos iubet & adverſus ſe conſiſtere. Ipſe in ſella, in qua conſederat, remanet, illi frondis inſtar vento agitatæ tremunt. Profertur codex iurium, quem Hoſpitalius evolvit ſingulisque legem explicandam proponit, & varias ex illa

illa quæſtiones nectit. Reſpondent miſeri, ſed inſulſe prorſus, timide & titubanter, ut appareret facile, ipſos, quid dicerent, ignorare. Tum Hoſpitalius acriter homines obiurgat, aſinos vocat, & quanquam ferme quinquaginta annos natos ad ſcholam & litterarum ſtudia remittit. Stabamus interim ego & Strozzius ad caminum, ac vultum attonitum & geſtus, quibus hominem ad furcam ductum lepide exprimebant, non ſine riſu conſiderabamus. Exire vero illos iubet Hoſpitalius, nec iusiurandum, ad quod præſtandum venerant, recipit, ſed, regi ſe ignorantiam eorum indicaturum, &, ut alii in ipſorum locum ſurrogarentur, effecturum, dicit. Quibus egreſſis, Hoſpitalius ad nos verſus: Ecce, inquit, immanes aſinos. Religioſum profecto regi eſſe debet, tales miniſtros conſilio ſuo inſerere. Cui nos: Sed tu forſan iuſto rigidior plus exigis ab illis, quam par eſt. Tum ille ſubridens: Imo vero, ait, quod pace veſtra dicam, vulgaria hæc ſunt, quæ ſcire eos oportet. Hæc Brantomius. Quibus nos nihil addimus, ſed ſingulos tantum ſingulis aulis Hoſpitalios optamus, qui ineptos homines illuſtrium collegiorum aditu arceant, & admiſſos olim eiiciant iterum, atque ſic ſacra tribunalia perpurgent.

IX.

Imperitia ſæpe in hominem litteratiſſimum cadit.

Inter imperitos vero miniſtros non eos modo referimus, qui omnium bonarum artium rudes Chremeti illi ſimiles ſunt, de quo *Terentius in Heautontimor. act. 5. ſcena 1:*

Quæ ſunt, ait, *dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus,*
In illum nihil poteſt: nam exſuperat eius ſtultitia hæc omnia.

Sed imperitos & illos vocamus, qui docti quidem perhibentur, & bonis litteris vere adſperſi ſunt, earum tamen ſcientiarum, quæ miniſtrum principis perficiunt, & ad munus ſuſceptum recte gerendum pertinent, expertes vivunt. Litteratiſſimi ergo ſint licet. Quia tamen id, quod debent, ignorant, indigni ſunt officio ſuo, & propterea, quod temere onus viribus ſuis maius ſubeunt, puniendi. Exſtant vero non pauca huiusmodi miniſtrorum exempla. De Petro Loerio, conſiliario Gallico, *Aegidius Menagius in vita Petri Aerodii pag.* 20. *Erat*, inquit, *Leorius Græcæ & Latinæ, Hebraicæ, Arabicæ & Chaldaicæ doctiſſimus, ſed iuris, in quo verſabatur, plane ignarus.* De Tiberio Ceraſa *Ianus Nicius Erythræus in Pinacotheca III. p.* 100. *Experientia*, ait, *compertum eſt in eo id, quod eſt veriſſimum, non ſemper eundem, qui ſit aptus ad ſtudia litterarum, eſſe etiam ad publica negotia gerenda idoneum: aliam enim eſſe rationem magiſtratuum gerendorum, ac litterarum ſtudiis operam dandi. Etenim multi, qui in hac umbratili doctrinarum exercitatione ingenii acumine ac percipiendi celeritate longe multumque ceteris antecedunt, iidem poſtea ad rempublicam capeſſendam traducti, & tanquam in pulverem, ut dicitur, & ſolem educti, in eadem republica regenda aliis non tam doctis, quam ipſi, ſed civili prudentia præſtantioribus, longo intervallo inferiores inveniuntur. Nam muneri, quod ſuſceperat, non ſatisfecit, ſed multa, quæ reprehenderes, admiſit, non quidem ſtudio ac voluntate nocendi, ſed, quod prudentia ac rerum uſu careret. Aliquid interdum mali faciebat homo minime malus.* Beſſarion Cardinalis & Ioannes Laſcaris, ille Pontificis Maximi ad Ludovicum XI. Galliarum regem, hic Ludovici XI. ad Venetos orator, ambo eruditiſſimi, ſed negotiorum publicorum rudes, imperitia ſua res dominorum peſſumdederunt, quemadmodum *Wicquefortius dans l'Ambaſſadeur lib.* I. *ſect.* 7. *pag.* 79. narrat. In iſtum Beſſarionem eiusque ſimiles

miles miniſtros mirifice ludit *Franciſcus de Salignac de la Motte Fenelon in Dialogues de Morts anciens & modernes*, ubi *in dialogo* 4. Ludovicum XI. regem & Beſſarionem ſic colloquentes inducit: *LOUIS XI: Je ne puis m'empecher de rire, quand je me ſouviens, comment vous voulutes negocier. Des que je ne convenois pas de vos maximes, vous ne me donniez pour toute raiſon, que des paſſages de Sophocle, de Lycophron, & de Pindare. Je ne ſai, comment j'ai retenu ces noms, dont je n'avois iamais oui parler, qu'à vous; mais je les ai retenus a force d'etre choqué de vos citations. Il étoit queſtion des Places de la Somme, & vous me citiez un vers de Menandre, ou de Callimaque. Je voulois demeurer uni aux Suiſſes, & au Duc de Lorraine, contre le Duc de Bourgogne, & vous me prouviez par Gorgias & Platon, que ce n'étoit point mon veritable intertêt. Il s'agiſſoit de ſavoir, ſi le Roi d'Angleterre ſeroit pour ou contre moi, vous m'alleguieuz l'exemple d'Epaminondas. Enfin vous me conſolates de n'avoir jamais gueres etudié. Je diſois en moi meme: Heureux celui, qui ne ſait point tout ce, que les autres ont dit, & qui ſait un peut ce, qu'il faut dire. LE CARDINAL BESSARION: Vous m'étonnez par votre mauvais gout: Je croyois, que vous aviez aſſez bien etudié. On m'avoit dit, que le Roi votre pere vous avoit donné un aſſez bon Precepteur, & qu'enſuite vous aviez pris plaiſir en Flandres chez le Duc de Bourgogne à faire raiſonner tous les jours de la Philoſophie. LOUIS XI: J'étoit encore bien jeune, quand je quittai & le Roi mon pere, & mon Precepteur. Je paſſai à la Cour de Bourgogne, où l'inquietude & l'ennui me reduiſirent à gouter un peu quelques Savans: mais j'en fus bientot degouté: ils étoient pédans, imbeciles comme vous; ils n'entendoient point les affaires; ils ne connoiſſoient point les differens caracteres des hommes; ils ne ſavoient ni diſſimuler ni ſe taire ni s'inſinuer, ni entrer dans les paſſions d'autrui, ni trouver des reſſources dans les difficultez, ni deviner les deſſeins des autres; ils étoient vains, indiſcrets, diſputeurs, &c. Je ne pus ſouffrir de tels animaux. Le C. BESSARION: Il eſt vrai, que les Savans ne ſont pas d'ordinaire trop propres à l'action, parce qu'ils aiment le repos des Muſes; il*

il eſt vrai auſſi, qu'ils ne ſavent gueres ſe contraindre & diſſimuler, parce qu'ils ſont au deſſus des paſſions groſſieres des hommes & de la flaterie, que les Tyrans demandent. Notiſſimum eſt Taboris, ICti, exemplum, qui a principe in ſenatum ſanctiorem lectus, ubi de iniuſtis Gallorum incurſionibus reprimendis conſultabatur, actione ex lege Aquilia opus eſſe dixit. Atque idem adhuc hodie frequentiſſime accidit. Cui malo ut mederetur, Henricus VIII. Angliæ rex non imprudenti certe, ſed tamen irrito conſilio ſcholam & ſeminarium miniſtrorum publicorum inſtituere voluit, cuius leges in compendio exhibet *Burnetus in hiſtoria reformationis eccleſiæ Anglicanæ P. I. lib.* 3. *p.* 626.

X.

Exſuperantia virtutis aliquando crimen eſt, ut iuſtitiæ.

Virtus bona ſemper eſt. Sed miniſter tamen principis aliquando, dum nimio rigore virtutem ſectatur, delinquit. Id quod *Cicero lib.* 5. *Tuſc. Quæſt.* exſuperantiam virtutis appellat. Recte *Horatius epiſt.* 6. *lib.* 1.

Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Vltra, quam ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.

Videbimus exempla. Iuſtus ſit oportet miniſter. Peccat vero, quum iuſtitiam ſcrupuloſius & durius, quam par eſt, exercet, atque ex ſummo iure ſummam iniuriam facit. Huc pertinent collegiorum præſides & adſeſſores, qui, neglecta æquitate, verba legum aucupantur, atque ſecundum *Ammianum Marcellinum lib.* 30. *cap.* 6. *Inreſolubili nexu vincientes negotia laborant, ut omnis quies litibus implicetur,*

Digitized by Google

plicetur, & nodoſis quæſtionibus de induſtria iudicia circumſcribunt; quæ quum recte procedunt, delubra ſint æquitatis, quum depravantur, foveæ & fallaces & cœcæ, in quas ſi captus ceciderit quisquam, non niſi per multa exſiliet luſtra ad usque ipſas medullas exſuctus. Referri quoque huc debent crudeles illi & inexorabiles pœnarum exactores, qui cum Wallenſteinio mitius furca ſupplicium non infligunt. Quæ aſperitas multum ſæpe nocet reipublicæ. Narrat *Brantomius dans les Vies des hommes illuſtres tom. 1. p. 128.* domini de l' Eſcu, quem Rex Galliarum provinciæ Mediolanenſi præfecerat, rigorem nimium, *trop rigoureuſe iuſtice*, ſeditionem excitaſſe, qua provincia illa Galliæ regno fuerit erepta. Recte Salomon *Eccleſ. VIII, 17:* ne ſis nimium iuſtus; præcipit, & *Cicero in Philippica 9. n. 10.* decere magis, ait, iuſtitiæ, quam iuris, conſultum eſſe.

XI.

Exſuperantia miſericordiæ & lenitatis crimen eſt.

Diximus, exſuperantiam iuſtitiæ, ſeu rigorem nimium, aliquando crimen eſſe. Nunc idem de miſericordia & lenitate intempeſtiva & nimia affirmamus. Committunt hoc delictum hi potiſſimum miniſtri, qui iudiciis præficiuntur. Damnat in illis recte miſericordiam præpoſteram Calliſtratus in *L. 19. §. 1. de Officio præſidis.* Peccant ergo, qui maleficos impunitos dimittunt. Tollitur enim ſic iuſtitia. At, remota iuſtitia, regna nihil aliud eſſe, quam magna latrocinia, recte *Auguſtinus de Civitate Dei lib. 4. cap. 4.* ait. Et, ut eleganter Fronto apud *Dionem Nicæum* de Nerva, indulgentiſſimo principe, dixit, peius profecto eſt imperium, in quo omnia licent omnibus, eo, in quo nemini quidquam facere licet. Peccat porro iuſtitiæ adminiſter, & ſecundum *L. 8. §. 2. C. Ad L. Iuliam de vi publica* quoque infamis fit, qui maleficos pœna quidem, ſed molliore,

quam leges conſtituerunt, adficit. Peccat item, qui in controverſiis inter opulentos & pauperes ortis ex horum ſemper partibus ſtat, & illos etiam iuſtam cauſſam foventes condemnat. Accidit hoc aliquando, ut de ſuo iam tempore *Terentius in Phormione actu* 2. *ſc.* 1. memorat; *Iudices*, inquiens, *ſæpe propter invidiam adimunt diviti, aut propter miſericordiam addunt pauperi.* Peccant etiam & infamia notantur, qui pro perduellibus apud principem intercedunt. *L.* 5. §. 2. *C. Ad L. Iuliam maieſtatis.* Peccant non minus exactores tributorum, qui propter miſericordiam in muneris ſui exercitio ſunt remiſſiores. Vide *L.* 3. *C. de Exactoribus tributorum.* Peccant denique duces bellici, qui ex miſericordia hoſtibus parcunt & iuſſa principis plene non exſequuntur. Scio equidem, eſſe permultos natura tam faciles & benignos, ut, quamvis iniuſta a ſe peti videant, negare tamen ea non audeant. Quid faciendum his, ſi tali muneri admoveantur, in quo duritie & rigore opus eſt? Aut vinci oportet naturam, aut abſtinere munere, cui impares nos ſentimus. Mirificum iſtiusmodi facilitatis, per collegæ aſperitatem correctæ, exemplum narrat *Plutarchus in vita Catonis Vticenſis:* Capiebat populum aſſiduitatis ac diligentiæ Catonis. Nullus ex collegis prior ad ærarium veniebat, nullus poſterior adibat, nulla concio, nullus ſenatus habitus, quin adeſſet, timens, ne collegæ per gratiam aut pecuniam, aut vectigalia publica, donarent. Quum itaque ærarium calumniis purgaſſet, pecuniisque repleſſet, docuit atque oſtendit, licere reipublicæ pecunias habere ſine cuiusquam iniuria. Et quanquam in principio magiſtratus quibusdam collegis odio fuiſſet, poſtea tamen ab univerſis amabatur, onus omnium, invidiam, ſuſcipiens contra largitionem atque gratiam. Nam quum quid poſtulabatur, omnes ea ratione preces reiiciebant, atque repulſam ſuam excuſabant, quod contra Catonis voluntatem gratificari non

non liceret. Erat Marcellus Catoni ab adoleſcentia familiaris, & in hoc magiſtratu collega, vir quidem bonus, ſi Catoni coniungeretur, ipſe autem per ſe ſic pronus ad gratiam, & ſic facilis, ut nihil cuiquam petenti denegare ſciret. Extrema igitur die finito magiſtratu, magna frequentia civium domum reductus Cato audivit, quosdam potentes Marcelli familiares apud ærarium conveniſſe, petiiſſeque a Marcello, ut quandam largitionem perſcriberet. Confeſtim itaque Cato, ad ærarium regreſſus, Marcellum offendit, precibus victum, omnia conceſſiſſe. Tum Cato irrumpens tabellas popoſcit, illasque, vidente ipſo Marcello atque ſilente, in præſentia eius delevit. Nec tamen ob eam rem familiaritas eorum disiuncta eſt, nec unquam Marcellus adverſus Catonem eſt queſtus.

XII.

Exſuperantia fortitudinis crimen eſt.

Nimia fortitudo delictum eſt, atque in audaciam degenerat. Peccant ita conſiliarii, qui confidentiores, quam par eſt, citra neceſſitatem res temerarias, & ſummo cum reipublicæ aut principis periculo coniunctas, gerere ſuadent. Dicimus citra neceſſitatem. Nam aliquando res ipſa audax & temerarium conſilium poſcit, ut adeo male *Walſinghamus cap.* 26. *des Maximes Politiques* miniſtro, ne unquam periculoſi conſilii auctor ſit, præcipiat. Peccant vero hac in parte maxime duces bellici, qui, ut fortitudinem ſuam oſtentent, nulla eam prudentia temperant, ſed cœci in pugnas & prælia ruunt, atque exercitus & patriæ ſalutem unico fortunæ caſui exponunt. Pœnam hi merentur, etſi res forte bene cadat. Nec improbari debent mores Carthaginenſium, qui, teſte Manlio apud *Livium*

lib. 38. *cap.* 48. in crucem tollebant imperatores, ſi proſpero eventu, pravo conſilio, rem geſſiſſent. Huc pertinent præſidiorum in urbibus & caſtellis præfecti, qui vi hoſtium ad incitas redacti, inciſa licet omni ſalutis ſpe, malunt tamen ſuperbi extrema omnia pati, militumque ſuorum & civium vitam furori hoſtium obiicere, quam honeſtas, quæ offeruntur, deditionis leges accipere. Cuius rei ſingulare exemplum apud *Brantomium in vitis virorum illuſtrium tom.* 2. *p.* 262. *ſqq.* exſtat, Montluccii ſcilicet, qui præſidio Gallico in Sena oppido præpoſitus, & ab Hetruriæ duce oppugnatus, fameque inprimis preſſus, dedere tamen urbem, etſi ſervare eam nullo modo poſſet, noluit, tandem vero civibus hoc permiſit, ſed ipſe conditiones ſubſcribere recuſavit, vaniſſima ambitione prætexens, *que le nom de Montluc ne s'en trouverois iamais en capitulation.* Quam fortitudinis exſuperantiam ipſe improbavit Henricus, Galliarum rex, mirarique ſe dixit hoſtium indulgentiam, qui ipſum & milites egredientes non contrucidaſſent. Poterit ergo princeps huiusmodi miniſtros, improbe & cum damno reipublicæ fortes, punire. Quin imo hoſtes ipſi pœnas exigere ſolent. Mos quippe in bellis receptus eſt, milites captos ſupplicio afficere, quum pauci atque in locis apertis vel parum munitis conſtituti inani defenſione totum exercitum morantur. Quem morem damnare videtur *Grotius de Iure belli ac pacis lib.* 3. *cap.* 4. §. 13. ſed melioribus rationibus excuſat *Michel de Montaigne lib.* 1. *cap.* 14. atque uſus comprobat. Certe aliquot a *Montano*, *Thuano*, nec non auctore *Theatri Europæi* paſſim memorantur exempla militum præſidianorum, in furcam propterea actorum, quod tali in loco ſe defendere auſi eſſent, qui nullo modo idoneus fuerat, ut ex eo hoſti deditionem poſcenti reſiſteretur.

XIII.

Digitized by Google

XIII.

Exſuperantia religionis & pietatis crimen eſt.

Religionis & pietatis in Deum exſuperantia aliquando delictum eſt, quum nempe in ſuperſtitionem degenerat. Peccant igitur miniſtri, qui ſectæ eius, cui dediti ſunt, veneratione & amore occœcati ceteros, diverſam formulam religionis profitentes, oderunt & perſequuntur, atque ſic ſæpe ad tumultum & ſeditionem excitandam compellunt. Damnant hoc ſuperſtitionis genus Auguſti in *L.* 6. *C. de Paganis*, atque rectoribus provinciarum, qui Iudæos ac paganos quiete degere non ſinunt, pœnam minantur. Peccant item, qui bona principis & publica in ditandos ſacerdotes & ornamenta templorum profundunt. Peccant porro, qui ſacerdotibus bona malave ſuadentibus obſequium præſtant. Peccant etiam, qui intempeſtivo Dei cultu diſtracti officium ſuum negligunt, & occaſionem rei gerendæ prætermittunt. Vidimus ante aliquot annos libellum in magna Britannia pro defenſione ducis cuiusdam bellici editum, quo is culpam, quod res ſub ſuis auſpiciis parum proſpere ceſſiſſent, a ſe amoliebatur, atque in præcipuum magni principis miniſtrum, qui negotia graviſſima ac moram non ferentia cultus divini prætextu diſtuliſſet, devolvebat. Sed hoc forte iſti miniſtro pro crimine per iniuriam obiectum fuit. Quidquid tamen ſit, ex hiſtoriis conſtat, ſuperſtitionem miniſtrorum regna ſæpe & provincias peſſumdediſſe, atque multum principibus nocuiſſe. Admodum itaque veroſimiliter *Tolandus in Adeiſidæmone*, & *Baylius* in ſcriptis ſuis paſſim affirmarunt, ſuperſtitionem reipublicæ, ſi non magis, certe non minus, exitioſam eſſe, quam atheiſmum. Peccant tandem & illi, qui certæ addicti ſectæ huius commoda etiam cum principis detrimento quærunt, atque omnes diverſam opinionem amplexos acri-

tus, *e duobus competitoribus, Lucio Lucceio, Marcoque Bibulo, Lucceium ſibi adiunxit, pactus, ut is, quoniam inferior gratia eſſet pecuniaque polleret, numos de ſuo communi nomine per centurias pronunciaret. Qua cognita re, optimates, quos metus ceperat, nihil non auſurum in ſummo magiſtratu, concorde & conſentiente collega, auctores Bibulo fuerunt, tantundem pollicendi. At plerique pecunias contulerunt, ne Catone* quidem, qui tamen ſecundum *Salluſtium in Bello Catilinario* nihil largiundo gloriam adeptus eſt, *abnuente, eam largitionem e republica fieri.*

VIII.

Imperitia crimen eſt.

Porro imperitia & ineptia delictum eſt, quum quis munus conſiliarii aut miniſtri, cui imparem ſe ſcit, vel ſcire debebat, ambit aut oblatum ſuſcipit. Vide *L.* 9. §. 5. *Locati & L.* 132. *de Reg. iuris.* Miniſter ergo, cuius indignitas deinde apparet, vel ſtatim, antequam adminiſtrationem commiſſi muneris ſubeat, expelli iterum e ſtatione ſua, vel, ſi ſubiit iam, damnumque per imperitiam intulit, ad hoc ſarciendum cogi & pœnas impudentiæ ſuæ dare debet. Prioris exemplum elegans *Brantomius tomo* 2. *des Memoires des hommes illuſtres in vita Annæ de Montmorency p.* 80. adfert, quod ex Gallico in Latinum ſermonem translatum hic inſeremus: Prandebamus aliquando cum Hoſpitalio, Galliæ cancellario, cui, ſublata menſa, nunciabatur, adeſſe præſidem & conſiliarios recens a rege creatos, qui in poſſeſſionem munerum ſuorum ab illo mitti deſiderarent. Intrare ergo eos iubet & adverſus ſe conſiſtere. Ipſe in ſella, in qua conſederat, remanet, illi frondis inſtar vento agitatæ tremunt. Profertur codex iurium, quem Hoſpitalius evolvit ſingulisque legem explicandam proponit, & varias ex illa

illa quæſtiones nectit. Reſpondent miſeri, ſed inſulſe prorſus, timide & titubanter, ut appareret facile, ipſos, quid dicerent, ignorare. Tum Hoſpitalius acriter homines obiurgat, aſinos vocat, & quanquam ferme quinquaginta annos natos ad ſcholam & litterarum ſtudia remittit. Stabamus interim ego & Strozzius ad caminum, ac vultum attonitum & geſtus, quibus hominem ad furcam ductum lepide exprimebant, non ſine riſu conſiderabamus. Exire vero illos iubet Hoſpitalius, nec iusiurandum, ad quod præſtandum venerant, recipit, ſed, regi ſe ignorantiam eorum indicaturum, &, ut alii in ipſorum locum ſurrogarentur, effecturum, dicit. Quibus egreſſis, Hoſpitalius ad nos verſus: Ecce, inquit, immanes aſinos. Religioſum profecto regi eſſe debet, tales miniſtros conſilio ſuo inſerere. Cui nos: Sed tu forſan iuſto rigidior plus exigis ab illis, quam par eſt. Tum ille ſubridens: Imo vero, ait, quod pace veſtra dicam, vulgaria hæc ſunt, quæ ſcire eos oportet. Hæc Brantomius. Quibus nos nihil addimus, ſed ſingulos tantum ſingulis aulis Hoſpitalios optamus, qui ineptos homines illuſtrium collegiorum aditu arceant, & admiſſos olim eiiciant iterum, atque ſic ſacra tribunalia perpurgent.

IX.

Imperitia ſæpe in hominem litteratiſſimum cadit.

Inter imperitos vero miniſtros non eos modo referimus, qui omnium bonarum artium rudes Chremeti illi ſimiles ſunt, de quo *Terentius in Heautontimor. act. 5. ſcena 1:*

Quæ ſunt, ait, *dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus,*
In illum nihil poteſt: nam exſuperat eius ſtultitia hæc omnia.

Digitized by Google

miles miniſtros mirifice ludit *Franciſcus de Salignac de la Motte Fenelon in Dialogues de Morts anciens & modernes*, ubi *in dialogo 4.* Ludovicum XI. regem & Beſſarionem ſic colloquentes inducit: *LOUIS XI: Je ne puis m'empecher de rire, quand je me ſouviens, comment vous voulutes negocier. Des que je ne convenois pas de vos maximes, vous ne me donniez pour toute raiſon, que des paſſages de Sophocle, de Lycophron, & de Pindare. Je ne ſai, comment j'ai retenu ces noms, dont je n'avois iamais oui parler, qu'à vous; mais je les ai retenus a force d'etre choqué de vos citations. Il étoit queſtion des Places de la Somme, & vous me citiez un vers de Menandre, ou de Callimaque. Je voulois demeurer uni aux Suiſſes, & au Duc de Lorraine, contre le Duc de Bourgogne, & vous me prouviez par Gorgias & Platon, que ce n'étoit point mon veritable intertét. Il s'agiſſoit de ſavoir, ſi le Roi d'Angleterre ſeroit pour ou contre moi, vous m'alleguieux l'exemple d'Epaminondas. Enfin vous me conſolates de n'avoir jamais gueres etudié. Je diſois en moi meme: Heureux celui, qui ne ſait point tout ce, que les autres ont dit, & qui ſait un peut ce, qu'il faut dire. LE CARDINAL BESSARION: Vous m'étonnez par votre mauvais gout: Je croyois, que vous aviez aſſez bien etudié. On m'avoit dit, que le Roi votre pere vous avoit donné un aſſez bon Precepteur, & qu'enſuite vous aviez pris plaiſir en Flandres chez le Duc de Bourgogne à faire raiſonner tous les jours de la Philoſophie. LOUIS XI: J'étoit encore bien jeune, quand je quittai & le Roi mon pere, & mon Precepteur. Je paſſai à la Cour de Bourgogne, où l'inquietude & l'ennui me reduiſirent à gouter un peu quelques Savans: mais j'en fus bientot degouté: ils étoient pédans, imbeciles comme vous; ils n'entendoient point les affaires; ils ne connoiſſoient point les differens caracteres des hommes; ils ne ſavoient ni diſſimuler ni ſe taire ni s'inſinuer, ni entrer dans les paſſions d'autrui, ni trouver des reſſources dans les difficultez, ni deviner les deſſeins des autres; ils étoient vains, indiſcrets, diſputeurs, &c. Je ne pus ſouffrir de tels animaux. Le C. BESSARION: Il eſt vrai, que les Savans ne ſont pas d'ordinaire trop propres à l'action, parce qu'ils aiment le repos des Muſes; il*

il eſt vrai auſſi, qu'ils ne ſavent gueres ſe contraindre & diſſimuler, parce qu'ils ſont au deſſus des paſſions groſſieres des hommes & de la flaterie, que les Tyrans demandent. Notiſſimum eſt Taboris, ICti, exemplum, qui a principe in ſenatum ſanctiorem lectus, ubi de iniuſtis Gallorum incurſionibus reprimendis conſultabatur, actione ex lege Aquilia opus eſſe dixit. Atque idem adhuc hodie frequentiſſime accidit. Cui malo ut mederetur, Henricus VIII. Angliæ rex non imprudenti certe, ſed tamen irrito conſilio ſcholam & ſeminarium miniſtrorum publicorum inſtituere voluit, cuius leges in compendio exhibet *Burnetus in hiſtoria reformationis eccleſiæ Anglicanæ P. I. lib.* 3. *p.* 626.

X.

Exſuperantia virtutis aliquando crimen eſt, ut iuſtitiæ.

Virtus bona ſemper eſt. Sed miniſter tamen principis aliquando, dum nimio rigore virtutem ſectatur, delinquit. Id quod *Cicero lib.* 5. *Tuſc. Quæſt.* exſuperantiam virtutis appellat. Recte *Horatius epiſt.* 6. *lib.* 1.

Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Vltra, quam ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.

Videbimus exempla. Iuſtus ſit oportet miniſter. Peccat vero, quum iuſtitiam ſcrupuloſius & durius, quam par eſt, exercet, atque ex ſummo iure ſummam iniuriam facit. Huc pertinent collegiorum præſides & adſeſſores, qui, neglecta æquitate, verba legum aucupantur, atque ſecundum *Ammianum Marcellinum lib.* 30. *cap.* 6. *Inreſolubili nexu vincientes negotia laborant, ut omnis quies litibus implicetur,*

Digitized by Google

plicetur, & nodoſis quæſtionibus de induſtria iudicia circumſcribunt; quæ quum recte procedunt, delubra ſunt æquitatis, quum depravantur, foveæ & fallaces & cœcæ, in quas ſi captus ceciderit quisquam, non niſi per multa exſiliet luſtra ad usque ipſas medullas exſuctus. Referri quoque huc debent crudeles illi & inexorabiles pœnarum exactores, qui cum Wallenſteinio mitius furca ſupplicium non infligunt. Quæ aſperitas multum ſæpe nocet reipublicæ. Narrat *Brantomius dans les Vies des hommes illuſtres tom. I. p.* 128. domini de l' Eſcu, quem Rex Galliarum provinciæ Mediolanenſi præfecerat, rigorem nimium, *trop rigoureuſe iuſtice*, ſeditionem excitaſſe, qua provincia illa Galliæ regno fuerit erepta. Recte Salomon *Eccleſ. VIII*, 17: ne ſis nimium iuſtus; præcipit, & *Cicero in Philippica* 9. *n.* 10. decere magis, ait, iuſtitiæ, quam iuris, conſultum eſſe.

XI.

Exſuperantia miſericordiæ & lenitatis crimen eſt.

Diximus, exſuperantiam iuſtitiæ, ſeu rigorem nimium, aliquando crimen eſſe. Nunc idem de miſericordia & lenitate intempeſtiva & nimia affirmamus. Committunt hoc delictum hi potiſſimum miniſtri, qui iudiciis præficiuntur. Damnat in illis recte miſericordiam præpoſteram Calliſtratus in *L.* 19. §. 1. *de Officio præſidis.* Peccant ergo, qui maleficos impunitos dimittunt. Tollitur enim ſic iuſtitia. At, remota iuſtitia, regna nihil aliud eſſe, quam magna latrocinia, recte *Auguſtinus de Civitate Dei lib.* 4. *cap.* 4. ait. Et, ut eleganter Fronto apud *Dionem Nicæum* de Nerva, indulgentiſſimo principe, dixit, peius profecto eſt imperium, in quo omnia licent omnibus, eo, in quo nemini quidquam facere licet. Peccat porro iuſtitiæ adminiſter, & ſecundum *L.* 8. §. 2. *C. Ad L. Iuliam de vi publica* quoque infamis fit, qui maleficos pœna quidem, ſed molliore,

quam leges conſtituerunt, adficit. Peccat item, qui in controverſiis inter opulentos & pauperes ortis ex horum ſemper partibus ſtat, & illos etiam iuſtam cauſſam foventes condemnat. Accidit hoc aliquando, ut de ſuo iam tempore *Terentius in Phormione actu* 2. *ſc.* 1. memorat; *Iudices*, inquiens, *ſæpe propter invidiam adimunt diviti, aut propter miſericordiam addunt pauperi.* Peccant etiam & infamia notantur, qui pro perduellibus apud principem intercedunt. *L.* 5. §. 2. *C. Ad L. Iuliam maieſtatis.* Peccant non minus exactores tributorum, qui propter miſericordiam in muneris ſui exercitio ſunt remiſſiores. Vide *L.* 3. *C. de Exactoribus tributorum.* Peccant denique duces bellici, qui ex miſericordia hoſtibus parcunt & iuſſa principis plene non exſequuntur. Scio equidem, eſſe permultos natura tam faciles & benignos, ut, quamvis iniuſta a ſe peti videant, negare tamen ea non audeant. Quid faciendum his, ſi tali muneri admoveantur, in quo duritie & rigore opus eſt? Aut vinci oportet naturam, aut abſtinere munere, cui impares nos ſentimus. Mirificum iſtiusmodi facilitatis, per collegæ aſperitatem correctæ, exemplum narrat *Plutarchus in vita Catonis Vticenſis:* Capiebat populum aſſiduitatis ac diligentiæ Catonis. Nullus ex collegis prior ad ærarium veniebat, nullus poſterior adibat, nulla concio, nullus ſenatus habitus, quin adeſſet, timens, ne collegæ per gratiam aut pecuniam, aut vectigalia publica, donarent. Quum itaque ærarium calumniis purgaſſet, pecuniisque repleſſet, docuit atque oſtendit, licere reipublicæ pecunias habere ſine cuiusquam iniuria. Et quanquam in principio magiſtratus quibusdam collegis odio fuiſſet, poſtea tamen ab univerſis amabatur, onus omnium, invidiam, ſuſcipiens contra largitionem atque gratiam. Nam quum quid poſtulabatur, omnes ea ratione preces reiiciebant, atque repulſam ſuam excuſabant, quod contra Catonis voluntatem gratificari non

non liceret. Erat Marcellus Catoni ab adoleſcentia familiaris, & in hoc magiſtratu collega, vir quidem bonus, ſi Catoni coniungeretur, ipſe autem per ſe ſic pronus ad gratiam, & ſic facilis, ut nihil cuiquam petenti denegare ſciret. Extrema igitur die finito magiſtratu, magna frequentia civium domum reductus Cato audivit, quosdam potentes Marcelli familiares apud ærarium conveniſſe, petiiſſeque a Marcello, ut quandam largitionem perſcriberet. Confeſtim itaque Cato, ad ærarium regreſſus, Marcellum offendit, precibus victum, omnia conceſſiſſe. Tum Cato irrumpens tabellas popoſcit, illasque, vidente ipſo Marcello atque ſilente, in præſentia eius delevit. Nec tamen ob eam rem familiaritas eorum disiuncta eſt, nec unquam Marcellus adverſus Catonem eſt queſtus.

XII.

Exſuperantia fortitudinis crimen eſt.

Nimia fortitudo delictum eſt, atque in audaciam degenerat. Peccant ita conſiliarii, qui confidentiores, quam par eſt, citra neceſſitatem res temerarias, & ſummo cum reipublicæ aut principis periculo coniunctas, gerere ſuadent. Dicimus citra neceſſitatem. Nam aliquando res ipſa audax & temerarium conſilium poſcit, ut adeo male *Walſinghamus cap.* 26. *des Maximes Politiques* miniſtro, ne unquam periculoſi conſilii auctor ſit, præcipiat. Peccant vero hac in parte maxime duces bellici, qui, ut fortitudinem ſuam oſtentent, nulla eam prudentia temperant, ſed cœci in pugnas & prælia ruunt, atque exercitus & patriæ ſalutem unico fortunæ caſui exponunt. Pœnam hi merentur, etſi res forte bene cadat. Nec improbari debent mores Carthaginenſium, qui, teſte Manlio apud *Livium*

lib. 38. *cap.* 48. in crucem tollebant imperatores, ſi proſpero eventu, pravo conſilio, rem geſſiſſent. Huc pertinent præſidiorum in urbibus & caſtellis præfecti, qui vi hoſtium ad incitas redacti, inciſa licet omni ſalutis ſpe, malunt tamen ſuperbi extrema omnia pati, militumque ſuorum & civium vitam furori hoſtium obiicere, quam honeſtas, quæ offeruntur, deditionis leges accipere. Cuius rei ſingulare exemplum apud *Brantomium in vitis virorum illuſtrium tom.* 2. *p.* 262. *ſqq.* exſtat, Montluccii ſcilicet, qui præſidio Gallico in Sena oppido præpoſitus, & ab Hetruriæ duce oppugnatus, fameque inprimis preſſus, dedere tamen urbem, etſi ſervare eam nullo modo poſſet, noluit, tandem vero civibus hoc permiſit, ſed ipſe conditiones ſubſcribere recuſavit, vaniſſima ambitione prætexens, *que le nom de Montluc ne s'en trouverois iamais en capitulation.* Quam fortitudinis exſuperantiam ipſe improbavit Henricus, Galliarum rex, mirarique ſe dixit hoſtium indulgentiam, qui ipſum & milites egredientes non contrucidaſſent. Poterit ergo princeps huiusmodi miniſtros, improbe & cum damno reipublicæ fortes, punire. Quin imo hoſtes ipſi pœnas exigere ſolent. Mos quippe in bellis receptus eſt, milites captos ſupplicio afficere, quum pauci atque in locis apertis vel parum munitis conſtituti inani defenſione totum exercitum morantur. Quem morem damnare videtur *Grotius de Iure belli ac pacis lib.* 3. *cap.* 4. §. 13. ſed melioribus rationibus excuſat *Michel de Montaigne lib.* 1. *cap.* 14. atque uſus comprobat. Certe aliquot a *Montano*, *Thuano*, nec non auctore *Theatri Europæi* paſſim memorantur exempla militum præſidianorum, in furcam propterea actorum, quod tali in loco ſe defendere auſi eſſent, qui nullo modo idoneus fuerat, ut ex eo hoſti deditionem poſcenti reſiſteretur.

XIII.

Digitized by Google

XIII.

Exſuperantia religionis & pietatis crimen eſt.

Religionis & pietatis in Deum exſuperantia aliquando delictum eſt, quum nempe in ſuperſtitionem degenerat. Peccant igitur miniſtri, qui ſectæ eius, cui dediti ſunt, veneratione & amore occœcati ceteros, diverſam formulam religionis profitentes, oderunt & perſequuntur, atque ſic ſæpe ad tumultum & ſeditionem excitandam compellunt. Damnant hoc ſuperſtitionis genus Auguſti in *L.* 6. *C. de Paganis*, atque rectoribus provinciarum, qui Iudæos ac paganos quiete degere non ſinunt, pœnam minantur. Peccant item, qui bona principis & publica in ditandos ſacerdotes & ornamenta templorum profundunt. Peccant porro, qui ſacerdotibus bona malave ſuadentibus obſequium præſtant. Peccant etiam, qui intempeſtivo Dei cultu diſtracti officium ſuum negligunt, & occaſionem rei gerendæ prætermittunt. Vidimus ante aliquot annos libellum in magna Britannia pro defenſione ducis cuiusdam bellici editum, quo is culpam, quod res ſub ſuis auſpiciis parum proſpere ceſſiſſent, a ſe amoliebatur, atque in præcipuum magni principis miniſtrum, qui negotia graviſſima ac moram non ferentia cultus divini prætextu diſtuliſſet, devolvebat. Sed hoc forte iſti miniſtro pro crimine per iniuriam obiectum fuit. Quidquid tamen ſit, ex hiſtoriis conſtat, ſuperſtitionem miniſtrorum regna ſæpe & provincias peſſumdediſſe, atque multum principibus nocuiſſe. Admodum itaque veroſimiliter *Tolandus in Adeiſidæmone*, & *Baylius* in ſcriptis ſuis paſſim affirmarunt, ſuperſtitionem reipublicæ, ſi non magis, certe non minus, exitioſam eſſe, quam atheiſmum. Peccant tandem & illi, qui certæ addicti ſectæ huius commoda etiam cum principis detrimento quærunt, atque omnes diverſam opinionem amplexos acri-

ter perſequuntur. Comitem Schwarzenbergium primum Georgii Wilhelmi, Electoris Brandenburgici miniſtrum, ſi *Pufendorffio Rerum Brandenburgicarum lib.* 1. §. 3. credimus, *in transverſum rapiebat labes, qua plerorumque Romanis ritibus addictorum animi infecti ſunt, ut pium credant, ſuæ ſectæ res quacunque ratione promovere, adverſæ partis fortunas hoſtili odio ſubrutum ire.*

XIV.

Exſuperantia magnanimitatis crimen eſt, quo etiam legatorum rigida ceremoniarum exactio refertur.

Non longe ab his recedunt, qui ex magnitudine animi, quam præ ſe ferunt, grandia tantum & illuſtria crepant, ac, quidquid vile & humile videtur, etſi bono publico conveniat, adſpernantur. Videas, illos remedia omnia, quibus ſuccurrere reipublicæ & ſervire principi ſuo poterant, reiicere tanquam ſuo principisque ſui faſtigio indigna, ſiquidem vel parum ſe in illis adhibendis demittere neceſſum ſit. Poterant huiusmodi miniſtri magnanimitatis affectatores appellari, atque cum Plotino philoſopho, qui in colicis doloribus cliſteres tamen tanquam ſe indignos recuſavit, negans, ſenem iſtiusmodi curationes decere, teſte *Porphyrio in vita Plotini*, comparari. Non iniucundum erit unum alterumve eius rei exemplum adferri. Suppeditabit ea nobis *Leti Ceremoniale politico P. I. lib.* 1. *pag.* 76. *ſqq.* Scilicet orator quidam, ab Hiſpaniarum rege ad Vrbanum VIII. Pontificem Maximum miſſus, iuſſus erat inprimis Antonii Cardinalis, cuius in aula Romana auctoritas ſumma erat, conſilia & artes inveſtigare. Sed hoc difficulter procedebat ob fidem eorum, quorum opera Antonius utebatur.

tur. Dum igitur fluctuat orator, quidam ei ex amicis: Videsne, inquit, Antonium hominem mulierosum esse & Cadoram omnia apud illum posse? In huius ergo amicitiam te insinua. Neque enim est alia expiscandi secreta Antonii via. Ad hæc orator: Ista, quam tu mihi præcipis, meretriculæ amicitia neque religioni meæ, neque maiestati regni mei convenit. Malo ergo nihil, quam hac via proficere. Atque profecit etiam nihil, sed perfectum est, ignaro illo, inter Antonium Gallosque fœdus non sine magno Hispaniarum detrimento. Similis fuit obstinatio alterius Hispanici ad Carolum II. Magnæ Britanniæ regem oratoris, qui suadenti amico, ut Portusmutiam, concubinam regiam, & per hanc regem, cuius ope tunc Hispani ad defendendam Flandriam magnopere indigebant, sibi conciliaret, indignabundus respondit: Mallem, inquiens, regem meum dimidium regni sui perdere, quam favore mulierculæ partem eius servare. Quæ igitur huic displicuerat via, eam adversarius eius orator Gallicus, ingressus, quæ voluit, adeptus est. Hæc *Leti*. Nemo profecto diffitebitur, peccasse hos ministros, atque, quod salutem regni suæ pertinaciæ & honestati imaginariæ postposuerunt, pœnam meruisse. Imaginariam vocamus honestatem, quam illi pervicaciæ suæ prætexuerunt. Nihil quippe turpitudinis habet, ambire amicitiam amicæ regiæ animumque huius munusculis delinire, si hoc reipublicæ & principi utile est. Ipse hoc facere non dedignatus est Carolus V. Imperator, sed, quum in transitu per Galliam, a Francisco rege de se retinendo deliberari, acciperet, consilia hæc per Ducissam Stampensem, regis concubinam, gemma pretiosissima sibi conciliatam, discussit. Ne quis tamen putet, nos oblitos eorum, quæ supra in *Meditat.* 6. diximus. Alia quippe munerum publicorum ratio est, quæ virtute & meritis obtineri debent, non astu & insidiis. At quod principi & reipu-

reipublicæ conducit, quovis modo, niſi is prorſus inhoneſtus ſit, quærendum eſt. De cetero refero ad hanc claſſem legatos, qui ſcrupuloſi ceremoniarum aucupes & exactores rigidiſſimi, ex re minima honorem ac ſalutem principis ſui pendere, credunt, atque ſic ſæpe totam negotiationem ſuam corrumpunt. Fecit id Feriolus, Galliarum regis ad Turcas orator, qui, quum Turcarum princeps eum, ni gladium poneret, ad colloquium admittere nollet, maluit inutilem legationem ſuam fieri & aditu ad principem prorſus carere, quam ſine ferro illum videre. Rem totam, ut geſta eſt, narrat *Turnefortius in Tomo II. Itinerarii pag.* 259. *ſqq.*

XV.

Exſuperantia magnificentiæ & liberalitatis crimen eſt.

Eſt & magnificentia ac liberalitas, ſi modum excedat, crimen. Equidem tantum abeſt, ut miniſtro principis pro crimine obiiciamus proprii ſui patrimonii in honorem atque utilitatem principis ſui profuſionem, ut potius in eo animi magnitudinem agnoſcamus & veneremur. Igitur illos tantum arguimus, quorum inutilis liberalitas, & ſplendor, reipublicæ atque ærario gravis eſt. Sicuti enim tutori imputatur, quod plus iuſto impendit, *L.* 2. §. 1. *ſqq. Vbi pupillus educari*, vel donavit, *L.* 46. §. *ult. de Admin. & peric. tut.* ita & miniſter principis, qui, dum legationes obit, vel provinciis præeſt, vel fiſcum adminiſtrat, vel exercitum ducit, nimiis ſumtibus donationibusque fiſcum principis ſui exhaurit, merito punitur. Inter cetera Thomæ Wolſæi, qui ſub Henrico VIII. Angliam gubernavit, peccata, ambitioſa illa & toti regno gravis magnificentia memoratur a *Burneto in Hiſtoria reformationis eccleſiæ Anglicæ P. I. lib.* 1. *pag.* 19. Incredibilem illum & ſplendidiſſimum comitatum, quo ablegatus ad Carolum V. Impe-

Digitized by Google

Imperatorem uſus eſt, attoniti viderunt Daniæ rex & Germaniæ principes, ſecundum *P. D. P. dans l'hiſtoire des plus illuſtres favoris Tom.* 2. *p.* 303. Et quum deinde iterum in Galliam mitteretur, ad exornandam eius pompam, grave tributum toti Angliæ regno cum maxima magnatum & populi offenſione impoſitum eſt, ut narratur *ibidem p.* 310. Qui annales Gallicos evolverunt, Fuqueti, ſummi ærarii præfecti, fata non ignorant. Cauſſam, quæ illi exitium attulerit, breviter ſed vere & ſignificanter exprimit *Buſſieres ad hiſtoriam Francicam anno* 1661: *Vir*, inquiens, *præclaris inſtructus dotibus, ſed forſan ſupra privatum magnificus, hac procella iactatus, nondum emerſit.* Copioſius incredibilem viri huius magnificentiam deſcribit advocatus regis Talon in ſcripto, quod in *Tomo.* 3. *du Recueil des Defenſes de Mr. Fouquet* reperitur.

XVI.

Exſuperantia parſimoniæ crimen eſt.

E contrario, ut tutor in *L.* 12. §. 3. *de Admin. & peric. tut.* impenſas, non quas minimas poterit, ſed pro dignitate natalium pupilli facere iubetur, ſic & in miniſtro principis nimia parſimonia aliquando crimen eſt. Duo exinde oriuntur mala. Alterum eſt, quod princeps ex hoc apud exteros contemtum incurrat. Exemplum ſuggeret *Luitprandus, Cremonenſis epiſcopus*, qui *in Legatione ad Nicephorum Phocam Imperatorem Conſtantinopolitanum pro Othonibus Auguſtis & Adelhaida ab Henr. Caniſio edita pag.* 85. Nicephorum & ob proprias ſordes & ob miniſtrorum immunditiem irridet: *Sed &*, inquiens, *optimates ſui, qui cum ipſo per plebeiam & diſcalceatam multitudinem ipſam transierant, magnis & nimia vetuſtate rimatis tunicis erant induti. Satis decentius quotidiana veſte induti procederent. Nullus eſt,*

cuius atavus hanc novam haberet. Nemo ibi auro, nemo gemmis ornatus erat, niſi ipſe ſolus Nicephorus, quem imperialia ornamenta ad maiorum perſonas ſumta & compoſita fœdiorem reddiderant. Per ſalutem veſtram, Ottonem Auguſtum filiumque eius adloquitur, *quæ mihi mea carior exſtat, una veſtrorum pretioſa veſtis procerum centum horum & eo amplius pretioſior eſt.* Referuntur in *Fabri* Staats-Cantzley *Part. VII. pag.* 108. 109. inter cetera probra, quæ princeps Herbipolitanus cancellario quondam ſuo obiicit, etiam hæc: Seine Wohnung war ein geringes, ſchlechtes, eingeengtes, an dem Ende der Stadt abgelegenes Bürgers-Hauß, nachdem er nemlich ein ſelbiger Orten geſtandenes Häußlein, in welchem die Schinders- oder Henckers-Knechte gewohnet, von der Hochfürſtlichen Cammer an ſich gebracht, daſſelbe eingebrochen, und *in longitudine, latitudine & altitudine ſecundum omnes parſimoniæ regulas* auf das neue zu ſeiner *Habitation* erbauet hat, deſſen Nachbarſchaft war *vis à vis* auf einer Seiten der Scharf-Richter, auf der andern Seiten ein Hauß, woſelbſt die todten Hunde und anderes gefallenes Aas bis zur Hinausführung aufgehalten worden, und die gleich daran hangende lange Galgen-Leiter; Wie dann Anwald nicht *exaggeriren* will des *Impetrantens* alte abgekommene verſchabte eingeſparte Bekleidung, mit welchen derſelbe bey denen fremden Herrſchaften, vorgenommenen *conferentiis* auch andern *Congreſſibus*, *Deputationibus* und ſonſten *in publico* erſchienen iſt. Quæ, ſi vera fuerunt, iuſtam profecto principi de miniſtro ſuo querendi cauſſam dederunt. Narrant itinerariorum in Ruſſiam, Perſiam, Indiam, Turciam, ſcriptores, terrarum harum dominos, ſi quis ad eos ab extero principe orator mittitur, mittentis potentiam & opes ex legati nitore & comitum multitudine æſtimare, atque abiecte admodum de principe ſentire, cuius orator non

non ſatis cultus & ornatus advenit. Alterum, quod ex hac intempeſtiva parſimonia proficiſcitur, malum priore gravius eſt, dum non famæ principis & exiſtimationi tantum, ſed & commodis, reapſe nocetur. Eos maxime miniſtros hac in parte videas peccare, qui ad exterorum principum aulas ablegati pecuniam in loco negligere, munuſcula diſtribuere, atque per hæc animos ſibi hominum conciliare, & ea, quæ ſcire ſua intereſt, ſic expiſcari neſciunt, irritoque ſæpe propterea eventu domum revertuntur. Vide *Friderici de Marſelaer Legatum lib.* 1. *diſſ.* 15. Sed & illorum, qui exercitibus præficiuntur, parſimonia principi nocet. Parum certe proficient, qui ſumtibus in exploratores & ſpeculatores faciendis parcunt, atque munificentia ſua militum ſibi amorem non adquirunt. L. Luculli, prudentiſſimi fortiſſimique Romanorum imperatoris, victorias ipſius parſimonia interrupit. Ad conficiendum quippe bellum properantem deſtituerunt milites, & manus tendentis nihilque non indignitatis ſubeuntis, ut contumaciam eorum flecteret, preces & lacrimas averſati vacuas oſtentarunt zonas, ſolum iubentes dimicare cum hoſtibus, ex quibus ſolus ſciret diteſcere. Vide *Plutarchum in Vita Luculli.* Habuit & noſtra ætas Lucullos, non ſine gloriæ patriæque ſuæ diſpendio parcos nimium & tenaces. Belle *Brantomius in Vitis virorum illuſtrium tom.* 2. *p.* 334. *Jamais*, inquit, *avare capitaine ne fit beaucoup.*

XVII.

Exſuperantia fidei in augendo fiſco crimen eſt.

Adiungemus his illos miniſtros, qui, ut fidem ſuam principi probent, fiſcum eius augere modis omnibus, improbis etiam & inhoneſtis, non erubeſcunt. Dici non poteſt, quantopere hæc peſtis plerasque principum aulas infecerit, & florentiſſimas ſæpe provincias peſſumderit. Eo ſcilicet impudentiæ progrediuntur miniſtri quidam, ut contractus optima fide celebratos reſcindant, bona civium auferant, pecunias maximas imperent & exigant, iura prædiorum imminuant, fidem datam fallant, atque id omne boni publici prætextu contra manifeſtam iuſtitiam & æquitatem. Et impunita fere ſemper manet iſta improbitas, quippe principibus lucroſa. Aliquando tamen huiusmodi miniſtros immolari vidimus odio publico, & ob dolum ab ipſo principe, cui per eum prodeſſe voluerunt, puniri. Sic ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃIↃCCXIX. damnarunt miniſtrum, atque inter cauſſas damnationis hanc etiam poſuerunt: Es laufet gegen alle Gerechtigkeit und Billigkeit, und iſt Sr. Durchl. nicht wenig verkleinerlich, daß, da Dieſelbe das Gut Aridum dem Neapolitaniſchen Cantzler Gandolfo verkaufet und gewehren ſollen, dennoch von Ihrentwegen dem Appio, welcher ſelbiges vindiciret, und alſo Sr. Durchl. Veräuſerung als unrechtmäßig angefochten, adſiſtiret und mit dieſem in caſum victoriæ ein unanſtändiges, und zu Erhaltung einiges, jedoch mit Diſreputation verknüpften, Vortheils abzielendes pactum geſchloſſen worden. Crellius, Saxoniæ ſub Chriſtiano I. Cancellarius, poſt heri ſui fata propter tria maxime crimina accuſatus & ultimo ſupplicio adfectus eſt, quorum ſecundum hoc fuit: Er hätte Ihre Churfürſtliche Gnaden und

und die Landſchaft in einander geflochten, daß es leicht Unglück und Mißtrauen *cauſiren* können, weil er gerathen: Man ſollte dem Adel, der doch damit beliehen, die Jagdten einziehen. Vide *Weckii* Beſchreibung Dresdens *pag.* 315.

XVIII.

Peccat miniſter, qui in exſequutione muneris ſui ac mandatorum dominicorum artibus vetitis utitur. Aſtu tamen ſeu dolo bono uti licet.

Peccant non minus, qui in muneris ſui adminiſtratione aut iuſſorum exſequutione principis ſui commodis conatu maximo ſerviunt, ſed artes tamen tales, quas lex naturæ damnat, adhibent, rati, licere ſibi omnia, dummodo negotium commiſſum feliciter expediatur. Legatorum hoc ſæpe delictum eſt, quorum aliqui, ut id, cuius cauſſa miſſi fuerunt, obtinerent, nihil intentatum reliquerunt, &, quod honeſte non potuerunt, ſcelere effecerunt. Sed operæ pretium eſt, inveſtigare, quantum hic legato liceat. Equidem ſunt, qui arctioribus, quam par erat, limitibus legati officium circumſcribunt, nec unquam illi aſtu aut ſimulatione uti permittunt, ſed, ut aperte ſemper ac ſine fuco agat, præcipiunt. At boni hi Catonem imitantur, qui, ſecundum *Ciceronem lib.* 2. *epiſt.* 1. *ad Atticum*, optimo animo utens & ſumma fide reipublicæ nocebat, dum tanquam in Platonis πολιτεία. non tanquam in Romuli fæce, ſententiam diceret. Potuiſſet ſcilicet iſtorum philoſophia, ſiquidem aureum ſeculum perduraſſet, inter homines ſimpliciſſime viventes locum invenire. At noſtra ætate legatus ingenua illa & aperta agendi ratione nihil proficeret. Ergo damnari non debet, ſi callide rem gerit, ſi ficte & ſimulate aliquando loquitur. Conſentit nobiscum *Pufendorffius Re-*

rum Brandenburgicarum lib. 5. §. 35. legatum Hiſpanicum, Caſtellorodericum, virum fidum atque candidum, quantum muneris conditio ferre poterat, appellans. Ridenda itaque eſt gravitas illa ſenatorum Romanorum, quam *Livius lib.* 42. *cap.* 47. memorat. Nempe Marcius & Atilius a Perſeo Macedonum rege, ad quem legati fuerant, reduces, quum legationem in Capitolio renunciarent, nulla re magis gloriabantur, quam decepto per inducias & ſpem pacis rege. Adeo enim apparatibus belli fuiſſe inſtructum, ipſis nulla parata re, ut omnia opportuno loco præoccupari ante ab eo potuerint, quam exercitus in Græciam traiiceretur. Spatio autem inducíarum ſumto, venturum illum nihilo paratiorem, Romanos omnibus inſtructiores rebus cœpturos bellum. Bœotorum quoque ſe concilium arte diſtraxiſſe, ne coniungi amplius ullo conſenſu Macedonibus poſſent. Diſplicuit vero hoc veteribus, qui moris antiqui memores negabant, ſe in ea legatione Romanas agnoſcere artes, &, quidquid egiſſent legati, tanquam verſutias Punicas & calliditatem Græcam damnabant. Vaniſſime profecto. Neque enim illicitum aut inhoneſtum eſt, aſtu erga eum, quem tecum callide & ſimulanter agere animadvertis, uti, animique tui ſententiam non aperire ei, qui, ut tu illi verum dicas, iure nullo poſcere poteſt. Li vero legati, qui, ut principi ſuo ſerviant, eos, quos adverſari negotiationi ſuæ vident, inſidiis adpetunt, tumultus & ſeditiones concitant, venenis graſſantur, & alia huiusmodi perpetrant, peccant, & ab eo ipſo principe, in cuius aula tale facinus adgreſſi fuerunt, non in cuſtodiam tantum mitti, ſed morte etiam puniri poſſunt, ut recte docet *Cocceius de Legato ſancto non impuni.* Qua de re alio tempore plura dicentur.

XIX.

XIX.

Quousque legatis miniſtros principis, ad quem miſſi ſunt, corrumpere liceat, diſquiritur.

Numquid vero legato miniſtros principis, ad quem miſſus eſt, corrumpere licebit? Si *Wicquefortio* credimus, hoc ei ſine dubio licet. Ita enim ille ſtatim in titulo *ſectionis* 9. *lib.* 2. *de l'Ambaſſadeur: Il eſt permis*, ait, *à l' Ambaſſadeur de corrompre les miniſtres de la cour, où il negocie*; & deinde: *On peut dire, que c'eſt un des importans ſervices, que l'Ambaſſadeur puiſſe rendre à ſon maitre, de lui acquerir un des Miniſtres de la cour, où il negocie. Car ſervant de l'eſpion honorable, ce n'eſt pas ſeulement un moyen ſeur de penetrer le ſecret, mais auſſi de faire donner aux affaires le tour, que ſon maitre deſire, & qui s'accommode à ſes intereſts. Or que l'Ambaſſadeur, qui gagne ou corrompt un miniſtre, ne viole point le droit des gens, & demeure dans les termes de ſa fonction, c'eſt, dont tout le monde eſt d'accord.* Hæc Wicquefortius. Verum ex exemplis, quæ præmittit & ſubiicit, apparet, conſenſum illum totius orbis, de quo gloriatur, tam communem, ut ille putat, non eſſe. Narrat ſcilicet, legatos Archi-ducis Auſtriæ, Hagam anno 1607. miſſos, ſcribæ publico per monachum, comitem ſuum, inſignia munera, quibus eum in partes ſuas pertraherent, obtuliſſe, Ordines vero fœderati Belgii, certiores ea de re factos, offenſos fuiſſe graviter, & obiurgaſſe legatos, ipſumque Archi-ducem, ſuo iuſſu hoc factum, negaſſe. Memorat deinde, Henricum IV. Galliarum regem legati Hiſpanici, Balthaſaris de Zuniga, miniſtrum, qui ſecretarium regis ad prodendam Martiliam dotis inducere tentarat, in vincula conieciſſe, & legatum ea de re querentem maſcule refelliſſe. Et profecto rem accuratius conſiderantibus verius videtur, peccare legatum, qui miniſtros corrumpit. Proditio enim,

enim, quæ per largitiones intenditur, delictum eſt ſine dubio. Delinquit ergo, non qui accipit ſolum, ſed & qui dat. Convenit hoc rectæ rationi, convenit & iuri ſcripto. Vide *L.* 1. §. 2. *de Lege Cornelia de falſis*, *L.* 2. §. 2. *de Condict. ob turpem vel iniuſt. L.* 3. *C. Ad L. Iuliam repetundarum*, & *can.* 15. §. 1. *cauſſa* 14. *qu.* 5. Nec movet nos in contrarium ratio Wicqueſortii, qui legatum honeſtum ſpeculatorem appellat. Nam ſi honeſtus eſt, honeſtis etiam, non illicitis, remediis utatur oportet. Aliquando tamen largitiones facere legatis permittimus, tunc ſcilicet, quum id, quod per eas quæritur, vetitum non eſt. Sic propitios ſibi principique ſuo miniſtros aulæ, in qua verſatur, per dona reddere poteſt legatus, poteſt iisdem quid offerre, ut negotia ſua proponant, commendentque regi, ad quem miſſus eſt. Nec improbari poſſunt eæ donationes, quæ ad hoc fiunt, ut ſecretas exterorum in eadem aula machinationes expiſcetur legatus, ut, quæ extra conſilium principis agitantur, reſciſcat, ut ingenium principis, coniugis eius & purpuratorum, cognoſcat.

XX.

Iniuſta principis mandata exſequi, vel principi delinquenti adſiſtere, crimen eſt.

Sed redeamus in viam, ex qua egreſſi ſumus. Poterit etiam miniſter promto nimis ad iuſſa principis obſequio peccare, quando ſcilicet mandata improba & iniuſta exſequitur. Verum hoc delictum eſſe, alii iam ante nos contra Hobbeſium evicerunt, iſtam tamen quæſtionem, quousque principis in mandando poteſtas ſeſe extendat, non ſatis lucide definierunt, atque, ut ſcite monet *Gribnerus in Principiis iurisprudentiæ naturalis l.* 4. *c.* 2. §. 1. dum charybdin voluerunt vitare, in ſcyllam inciderunt, & iniuſtas

ſtas plane dixerunt leges, quæ aut æquiſſimæ omnino erant, aut ſaltem non iniuſtæ. Non diſplicet vero regula, quam *idem Gribnerus in ſq.* §. 5. ad tollendas iſtas difficultates proponit: Quidquid per pactum poteſt conſtitui, id quoque poteſt conſtitui a principe; quidquid autem conventione interpoſita non poteſt admitti, id quoque princeps iubere aut permittere nequit. Quamobrem innocentem accuſare, damnare, occidere, homines rebus ſuis ſpoliare, bello iniuſto intereſſe, miniſter, etſi princeps hoc iubeat, non debet. Si fecerit autem & in ius deinde propter iſtud obſequium vocetur, iuſſum principis fruſtra obtendet, nec eius prætextu pœnam vitabit. Vana ergo erat apud *Tacitum Annali* 13. *cap.* 43. Suilii de inſtitutis accuſationibus iniuſtis accuſati, nihil ex his ſponte ſuſceptum, ſed principi ſe paruiſſe dicentis, & iuſſa Meſſalinæ prætendentis, defenſio, recteque reſpondebatur, puniendos etiam eſſe rerum atrocium miniſtros. In famoſo illo Gothano bello, quod Auguſtus, Septemvir Saxo, anno 1567. contra Iohannem Fridericum geſſit, & quo Grimmenſteinium, caſtellum incomparabile, ſolo æquavit, miniſtri Ioh. Friderici, qui opem principi delinquenti tulerant, gravi ſupplicio affecti ſunt, & cancellarius Pontanus etiam in partes ſectus eſt. Quod pluribus *Thuanus hiſtor. lib.* 41. ceterique belli Gothani ſcriptores, longo ordine a *Sagittario in hiſtor. Gothana cap.* 3. §. 18. enumerati, narrant. Nec infrequens eſt, ipſum principem a ſatellitibus & exſecutoribus nequitiæ ſuæ pœnam expoſcere. Memorat *Tacitus Annali* 14. *c.* 62. Neronis in Anicetum, cuius miniſterio in occidenda matre uſus fuerat, grave odium, additque cauſſam, quia malorum facinorum miniſtri quaſi exprobrantes adſpiciuntur.

XXI.

Miniſter, qui metu adactus iniuſta principis iuſſa exſequitur, peccat, ſed non punitur.

Sed quid de *Pufendorffii* philoſophia ſentiendum eſt, qui *lib.* 8. *de Iure naturæ & gentium cap.* 1. §. 6. & *de Officio hominis & civis lib.* 1. *c.* 1. §. 24. miniſtrum peccare negat, ſi metu adactus iniuſta mandata exſequatur? Nobis equidem, ſingulas Pufendorffii rationes excutere, in præſens non vacat. Sententiam tamen noſtram paucis exponemus. Peccat is miniſter ſine dubio adverſus Deum, quod iuſſis eius iuſſa principis ſalutemque ſuam anteponit, peccat etiam adverſus ſe ipſum, dum bonum utile magis quam honeſtum amat, dignitatemque ſuam, patrimonium vel vitam, quam exiſtimationem & laudem integritatis, conſervare mavult. Nec libertatem ei prorſus ademtam ipſumque inſtrumenti tantum inſtar habendum eſſe, dici poteſt, quum coacta voluntas, ſi rem recte conſideres, etiam voluntas ſit. Quoniam tamen ea libertas per vim externam magnopere imminuitur, levius utique crimen eſt, quod committitur, atque in foro humano puniri non debet.

XXII.

Cæcum in iuſſibus principum ad litteram exſequendis obſequium crimen eſt.

Alia quoque ratione obedientia in miniſtro crimen eſſe poteſt, quum is ſcilicet iuſſa principis cœca ſuperſtitione ad litteram, ſed intempeſtive & contra utilitatem iubentis, exſequitur. Tales quippe in expeditione negotii incidunt circumſtantiæ, quas iubens non prævidit, & quæ tamen faciem rerum prorſus mutant, & ut agendi ratio quoque mutanda ſit, efficiunt. Quodſi ergo tum miniſter, negli-

Digitized by Google

neglectis prudentiæ legibus, preſſe verba mandati ſequitur, peccat profecto contra commoda & voluntatem etiam principis, qui, ſi ea, quæ deinde acciderunt, cogitatione præcepiſſet, diverſum procul dubio mandaturus fuiſſet. Ineſt enim tacite hæc poteſtas cuilibet mandato, ut procurator poſſit mandati limites, ſi hoc expedire mandanti manifeſte videat, egredi. Id quod & rectæ rationi & iuri Romano convenit. Vide *L.* 46. *Mandati*, ubi una adiicitur limitatio, niſi certum mandatum ſit, hoc eſt, mandans aperte præ ſe tulerit, velle ſe abſolute, ut forma mandati ſervetur. Neque exiſtimandum eſt, libertatem hanc mandatis tantum privatorum ineſſe. Ineſt eadem & mandatis principum. Vide *c.* 5. *X. de Officio & poteſtate iudicis delegati*, ibi: *ſuper omnibus, quæ ad cauſſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem.* Quapropter commiſſarius principis recte facit aliquando, aliud faciendo, quam quod princeps iuſſerat, ſi id ſcilicet velle principem certis coniecturis proſpicit. Iuſſus erat miniſter iter in locum diſſitum facere teſtemque examinare. Quum advenit, teſtem mortuum deprehendit. Ii ergo, quorum intererat, alium eius loco nominant. Nec dubitat illum adſumere miniſter. Deinde vero adverſarii examinationem hanc, tanquam extra limites mandati factam, impugnabant. At ſuſtinuerunt eam ICti Helmſtadienſes, & ſic menſe Febr. anni CIↃ IↃ CC XIX. reſponderunt: Beklagter wendet wider den Beweis ein, daß die zu Abhörung der Zeugen verordnete Commiſſarii durch Annehmung des Thomas Waſſerlebens zum Zeugen die Grentzen ihres Commiſſorialis, als worinnen dieſes Waſſerlebens nicht gedacht worden, überſchritten, demnach deſſen Ausſage in keine Betrachtung zu ziehen ſey. Alldieweil aber ein Commiſſarius in den ihm aufgetragenen Sachen plenariam poteſtatem empfängt, alſo dem bloſſen Buchſtaben ſeines Commiſſorialis ſuperſtitioſe und blindlings nachzugehen nicht nöthig

hat, ſondern auch diejenige Actus, welche ex natura rei flieſſen, und dem Commiſſoriali zwar nicht ausdrücklich einverleibet, jedoch der Klugheit und Dexterität des Commiſſarii überlaſſen werden, verrichten kann, dieſemnach die zu dem Zeugen-Verhör verordnete Commiſſarii daran ganz recht gethan, daß ſie an ſtatt des in dem Commiſſoriali benannten und vor dem Examine verſtorbenen von Löben den von Klägern an ſeiner Stelle vorgeſchlagenen Waſſerleben angenommen und abgehöret. Quod vero de commiſſariis diximus, ad legatos quoque, præſides provinciarum, præfectos urbium, duces bellicos, pertinet. Quæcunque iis dantur mandata, his tacita ſemper conditio, rebus ſic ſtantibus, ineſt. Memorat igitur *Michael de Montaigne lib.* I. *des Eſſais cap.* 16. obiurgatos fuiſſe miniſtros cum imperio a rege miſſos, quod in rebus gerendis verba regiorum mandatorum magis, quam tempora & circumſtantias ſpectaſſent. Ridet ille ſimul P. Licinii Craſſi, conſulis Romani, ineptam ſeveritatem. Is, quum Leucas oppugnare pararet, ſcripſit ad magiſtrum architectum Eleatenſium, qui eo bello ſocii amicique populi Romani erant, ut ex malis duobus, quos apud eos vidiſſet, maiorem mitteret. Magiſter, cognito, arietem ex eo malo fieri oportere, minorem, quem ei inſtituto commodiorem iudicabat, miſit. Vocatum igitur fruſtraque excuſantem conſul, quod obſequium ab ipſo non conſilium petitum fuiſſe diceret, nudari virgisque multum cædi iuſſit. Abſurde profecto & inique. Dum enim negotium hoc Craſſus magiſtro architecto dederat, dum uſum, cui malum deſtinaret, indicarat, deliberare quodammodo cum illo, nec arbitrium eius excludere, velle videbatur.

XXIII.

Digitize

XXIII.

Naſuta mandatorum principis interpretatio crimen eſt.

Prudentia & circumſpectione magna in interpretandis iuſſibus principum opus eſſe, haud negamus. Manifeſta ſit oportet utilitas & indubia principis voluntas, ut a verbis mandati recedere liceat. Idem vero, ſi res maxime ambigua eſt, non ſuademus. Equidem conſultiſſimum foret, ad principem ipſum tunc recurrere, eiusque deciſionem expoſcere. At negotii, quod geritur, gravitas ſæpe moram non patitur, iſtudque remedium haud admittit. Tutiſſimum tunc eſt, mandati verba non interpretari, ſed ſequi. Et, qui aliter facit, miniſter peccat, atque, ſi res infeliciorem exitum habet, punietur. Damnat recte *Tacitus Hiſtor. lib.* 2. *cap.* 39. milites, qui iuſſa ducum interpretari quam exſequi malunt. Idem de miniſtris dicendum, quibus, niſi manifeſta utilitas contrarium præcipiat, obſequii tantum gloria relinquitur. Quin imo miniſter nec ob utilitatem quidem limites mandati ſibi dati transgredi poteſt, ſiquidem mandatum certum eſt. *L.* 46. *Mandati.* Sic princeps, qui miniſtrum in exſequutionem negotii certam pecuniæ ſummam impendere diſtricte iuſſit, plus impendere prohibuit, §. 8. *I. L.* 3. §. *ult. L.* 4. *L.* 5. *Mandati.* Peccat ergo miniſter, plus impendendo, etſi utile id credat. Exemplum vide *in Specimine CCCCXLVII. de Aedificatione in ſolo alieno, medit.* 4. 5.

XXIV.

Nimia in vero dicendo erga principem irreverentia crimen eſt.

Poteſt etiam miniſter pro officii ſui ratione verum dicendo delinquere, ſi ſcilicet, dum verum principi exponit, debi-

Digitized by Google

debitam illi reverentiam non ſervat, ſed acrioribus & iniuriis verbis eum obiurgat. Erga privatum hoc crimen foret, itaque magis adverſus principem. Caveat ergo miniſter, ne reprehenſio videantur, quæ dicit. *Monitio ſit*, ut *Ambroſius* 1. *Offic. cap.* 22. præcipit, *ſine aſperitate.* Qui ſecus facit, punitur merito. Non poſſumus itaque improbare iudicium Macedonum, qui apud *Curtium lib.* 8. *cap.* 2. Clitum, quem Alexander, inter pocula audaciſſime ſibi obloquentem & cum convitio verum dicentem, obtruncarat, iure cæſum decreverunt. Nec male *Arrianus lib.* 4. *de Rebus geſtis Alexandri* idem de Calliſthene, cuius intempeſtivam & intolerabilem libertatem dicendi Alexander etiam morte puniit, pronunciat. Ceterum in hunc ſcopulum facile impingunt hi, qui olim formandæ & inſtituendæ principis iuventuti præfecti, adulto deinde principe, in conſilium adſciſcuntur, atque eandem, cui adſueverunt, auctoritatem libertatemque in alumnum ſuum tunc etiam improvidi continuant, immemores, ſeſe non pædagogos nunc eſſe, ſed miniſtros. Occidit ob hanc cauſſam Abas, Perſarum rex, apud *Olearium in Itinerario Perſico lib.* 5. *cap.* 32. ephorum olim ſuum, qui miniſter factus regem acerrime ſæpe reprehendebat, atque aliquando in conſilio ſententiam dicentem imprudentem puerum vocarat, tacereque iuſſerat.

XXV.

Liberius de vitiis principis erga alios iudicium crimen eſt.

Magis etiam peccant hi miniſtri, qui, poſtquam ex diuturna conſuetudine & familiaritate animum principis & vitia, ſine quibus nemo naſcitur, perſpexerunt, aliis ea indicant & abiecte de domino loquuntur. Iniuria hæc eſt ſine dubio, quam veritas convitii haud excuſat. Perdidit vero

vero hoc quam plurimos. Ancreum, ad gubernacula Galliarum ſub Ludovico XIII. adhuc iuvene ſedentem, inſolentia evertit, cuius non pauca exempla rex ipſe eo, quo Ancreum occidi curavit, die familiaribus narravit. Præcipuum fere eſt, quod actionem quandam regis puerilem & ferula dignam erga amicos vocarat. Vide *l'Hiſtoire des plus illuſtres favoris anciens & modernes tom.* 3. *pag.* 188. Conſulebantur ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni CIↃ IↃ CC XVIII. de miniſtro, qui verbis liberioribus in principem ſuum atque matrem eius luſerat, illumque ſimplicem eſſe & moroſum, einfältig und wunderlich, dixiſſe, hanc impudicitiæ inſimulaſſe perhibebatur. Dignum hoc crimen exiſtimarunt ICti, propter quod cuſtodiæ mandaretur reus, & ſpeciatim in eum inquireretur: Daß Portumnus in ſichere, doch leydliche und honete, Verwahrung zu nehmen, und über gewiſſe Inquiſitional Artikel, welche aus den Actis gezogen werden können, zu befragen, worauf und wenn er in dem Leugnungs-Fall mit den Zeugen confrontiret, auch mit ſeiner Defenſion, daferne er ſolche verlanget, zugelaſſen worden, allenthalben ferner ergehet, was Recht iſt. Obiici nobis poterat *lex un. C. Si quis imperatori maledixerit.* Verum, quod ibi exſtat, ſingularis manſuetudinis exemplum alios principes non obligat, ut neceſſario id imitentur.

XXVI.

In timiditatem pœna mortis non iniuſte ſtatuitur.

Timiditas in miniſtro principis vitium eſt, ac pœnam meretur. Equidem fuerunt, qui dubitarent, an quis plane ob metum, mali præſertim atrocioris, puniri poſſit. Nec negandum eſt, delicta, quæ per metum perpetrantur, ex infirmitate tantum proficiſci, adeoque leviora eſſe illis, quorum cauſſa dolus & malitia eſt. Verum enim vero etiam is, qui per infirmitatem in munere ſuo peccat, peccat tamen,

tamen, §. 8. *I. de L. Aquilia.* Nec infirmitas hæc invincibilis eſt, ſed, ſi modo debita cura adhibeatur, poteſt expugnari. Quod etiam ad genus pœnæ in timiditatem ſtatuendæ attinet, longiſſime diſſentimus a *Michaële de Montaigne*, qui *lib.* 1. *des Eſſais cap.* 15. ex opinione magni principis fas eſſe negat, timidum ultimo ſupplicio affici, præſtareque putat, ut pœna ignominioſa inflicta ſuffundatur illi ſanguis, quam effundatur. Diſplicet, inquam, nobis hæc ſententia, nec putamus, infamiam ſufficere ad coërcendum & in officio retinendum imbellem ignavumque virum. Scit ille iam, per ſe ignominioſum eſſe, fugere aut meticuloſum ſe oſtendere. Quodſi ergo hæc eum ignominia non movet, vix movebitur lege, contumeliam aliquantulum exaſperante, ceſſabitque finis ille præcipuus, quem pœnæ intendunt, terroris ſcilicet incuſſio. Hæc aliter non obtinebitur, quam ſi per pœnam maius malum repræſentetur, ut timidus ille inter duo quaſi mala poſitus minus eligat officiumque ſuum faciat. Imitari nempe oportet Domitianum, qui Mucii Scævolæ manum ſuam coram Porſenna urentis fabulam populo exhibiturus, ei, qui Scævolæ perſonam ſuſtinere debebat, ne doloris metu ſenſuque manum retraheret, graviſſimum, quod Romani unquam excogitaverunt, ſupplicium, tunicam videlicet picæ, reſina, ceterisque flammarum alimentis imbutam, proponebat, atque ſic doloris metum maioris doloris metu expugnabat. Qua de re eleganter *Martialis lib.* 10. *epigr.* 25.

In matutina nuper ſpectatus arena
Mucius, impoſuit qui ſua membra focis,
Si patiens fortisque tibi durusque videtur,
Abderitanæ pectora plebis habet.

Nam

Digitized by Google

Nam quum dicatur tunica præſente moleſta:
Vre manum; plus eſt dicere, non facio.

Similiter ergo, qui metum mortis in milite aliove vincere, eumque in officio continere vult, ignominioſam & doloris plenam mortem comminetur. Si cui durior hæc ſententia noſtra videtur, is publicum bonum ſpectet, atque, levioribus pœnis hoc ſervari vix poſſe cogitet.

XXVII.

Miniſtrorum per timiditatem peccantium exempla.

Sed exempla miniſtrorum, qui per timiditatem peccarunt, videbimus. Frequens hoc delictum in ducibus bellicis eſt, quorum plurimos propterea, quod metu mortis minarumque hoſtilium iuſſa principis non fecerunt, vel caſtella fidei ſuæ commiſſa deſeruerunt, ſupplicio affectos enumerare facile foret. Sed de his alii copioſe egerunt. Ceteri autem miniſtri ex timore rarius peccare videntur. Accidit tamen hoc aliquando, potiſſimum in legatis. Hi nonnunquam metu retenti rem principis ſegnius gerunt, aut maieſtatem & dignitatem eius lædi patiuntur. Multum Franciſco I. Galliarum regi nocuit timiditas legatorum, quos ille in aula Pontificis Maximi habebat eo tempore, quo Carolus V. Romæ erat & in conſeſſu Pontificis atque Cardinalium acriter contra Franciſcum, præſentibus audientibusque, ſed minus, quam debebant, maſcule reſpondentibus legatis, declamabat. Vide elegans hac de re iudicium *Brantomii in Vitis virorum illuſtrium tom.* I. *p.* 245. *ſqq.* Et fuerunt legati, qui timiditatem ſuam morte luerunt. Parthorum rex legatum ſuum Orobazum, qui Sullæ, ad quem miſſus erat, loco ceſſerat, tanquam imminutæ maieſtatis reum necavit, teſte *Plutarcho in Sylla.* Et Athenienſes apud *Athenæum lib.* 6. *Dipnos* Evagoram lega-

tum ſuum, quod regem adoraſſet, ad mortem damnarunt. Mogororum rex, Orangzeb, legatum ſuum, qui a Perſarum rege ludibrio habitus non ſatis animoſe reſponderat, bonis ademtis in exilium miſit. Vide *Volquart Iverſens* Orientaliſche Reiſe-Beſchreibung *cap.* 15. Non vero legati ſolum, ſed & alii miniſtri per timiditatem aliquando peccant. Huc referimus eos, qui offenſam ſucceſſoris in regno, vel procerum regni, metuentes iuſſa regis commodaque eius negligunt. Simile eſt delictum eorum, qui ex eodem metu facta principis improbant, & ſe in illa conſenſiſſe negant. Perdidit hæc timiditas Aligrium, Galliæ ſub Ludovico XIII. Cancellarium, qui Gaſtoni, regis fratri, factum aliquod regis tanquam ex conſilio Aligrii ſuſceptum ei exprobranti, iram Gaſtonis reveritus, timidius ſe, quam dignitas regis poſcebat, excuſarat, in exilium propterea actus, aulaque & munere abſtinere iuſſus. Vide *Grammondi Hiſtoriam Galliæ lib.* 16. Quod Aligrii factum ſolœciſmum politicum appoſite vocat *Pufendorffius de Iure nat. & gent. lib.* 8. *cap.* 1. §. 7.

XXVIII.

Duo ſunt delictorum, quæ a miniſtris committuntur, potiſſimi fontes, avaritia & ambitio. Avaritia radix malorum eſt.

Quod Paulus in *ep.* 1. *ad Timoth. cap.* 6. *n.* 10. & *Siracides cap.* 31. *n.* 5. 6. aiunt: Radix omnium malorum amor pecuniæ eſt; id in miniſtris maxime principum verum eſſe, infinitis exemplis poterit doceri. Duo videlicet ſunt ſcopuli eminentiores, naufragio plurimorum miniſtrorum præ aliis infames, avaritia & ambitio. Qui hos vitare norunt, miniſtri plerumque felices ſunt & curſum vitæ honorumque fere ſemper ex voto conficiunt. Ex iſtis tamen duobus ſaxis avaritia, mater illa ſecundum Iuſtinianum in *Novella* 8. *pr.* omnium malorum, periculoſior eſt. Quæ unquam

unquam charybdis tantos haurire gurgites poſſit, quantas avaritia prædas abſorbuit, & florentiſſimas maximorum miniſtrorum res adflixit. Certe qui collegiis ICtorum adſident, & ſententias contra miniſtros principum delinquentes concipere ſæpe neceſſum habent, obſervabunt, paucos eſſe, adverſus quos præcipuum accuſationis caput non ex avaritia deſumatur. Ceterum veritatem dicti illius Pauliani, quod avaritia radix omnium malorum ſit, ICti Helmſtadienſes nuper menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. reſponſo quodam comprobarunt: Es leuchtet aus den ganzen Actis und allen darinnen angeführten Handlungen eine unmäßige Begierde, Geld und Gut zu erwerben, hervor, iſt alſo nicht unwahrſcheinlich, daß viele von angeführten übrigen Delictis, deren ein groſſer Theil auf den Animum ankommet, demnach ſo deutlich nicht erwieſen werden kann, von dem Inhaftirten begangen worden. Recte igitur Cardinalis ille apud *Chokierium in Theſauro Politicorum aphorismorum l. 3. c. 19.* interroganti aulico, cuius maxime fidele eſſet conſilium, reſpondit: Aurum contemnentis.

XXIX.

Munera miniſter accipere non debet, ut officium ſuum faciat, vel non faciat.

Sed conſideranda ſunt ſpeciatim delicta, quæ ex divitiarum ſtudio oriuntur. Nolumus hic repetere ea, quæ iam ſupra in §. 14. de nimiæ parſimoniæ effectibus infelicioribus dicta ſunt, etſi non ignoremus, hanc quoque parſimoniam ex amore pecuniæ proficiſci. Sed iſtud quidem omiſſionis, quod vocant, peccatum facilius excuſatur. Graviora ſunt, quæ in commiſſione conſiſtunt. Inter hæc vero δωροδοκία, ſeu donorum cupiditas, primo loco ponenda eſt. Alibi iam diximus, rem per ſe illicitam in miniſtro non eſſe, munuſcula accipere, aut contractum ſuffragii inire. Sunt

XXX

tamen certi casus, quibus contractus ille inter vetita refertur. Inprimis minister quidquam capere aut stipulari nequit, ut officium suum faciat aut non faciat. Hoc ipso enim in crimen repetundarum incidit. *L.* 6. §. 2. *de L. Iulia repetundarum.* Peccant igitur ministri, qui in magistratu positi & iuri dicendo præfecti donationes eorum, qui bonam etiam caussam fovent, meritoque suo victoriam in iudicio reportant, recipiunt, *L.* 2. §. 2. *de Condict. ob turpem vel iniust. caussam*, *L.* 3. *C. ad L. Iul. repetund.* multo magis vero, qui corrumpi se, ut iniustam caussam iuvent, sinunt, aut his, qui donare nequeunt, iustitiam denegant. Obiectum hoc fuit Petro Schumachero, Greiffenfeldii comiti, ministrissimo Danico, in sententia, qua ad mortem damnatus est, quod scilicet contra iusiurandum præstitum & contra officium summi Cancellarii magnas pecuniæ summas & dona ingentia iustitiæ faciendæ caussa acceperit, sæpe etiam iis, qui donare nollent, aut non possent, ius reddere vel distulerit, vel plane denegarit. Reperies hoc in *du Mont Memoires politiques pour servir à la parfaite intelligence de l'histoire de la paix de Rysvic tom.* 4. *p.* 171. Non minus est delictum eorum, qui fiscum administrant, atque a creditoribus fisci denegatione solutionis munera insignia vel contractus sibi proficuos extorquent. Sic ICti Helmstadienses mense Ianuar. anni CIↃ IↃ CC XIX. responderunt: Es geben der beyden Caniniorum, Vaters und Sohns, Anzeige nebst den Umständen deutlich genug, daß Armandus, um eine ansehnliche Discretion zu erzwingen, die Zahlung aufgehalten, und dadurch den Credit seiner hohen Herrschaft nicht wenig geschmälert. Simile Fuqueti, ministri Gallici, crimen, cui in *tomo* 2. *du Recueil des Defenses de Mr. Fouquet p.* 5. obiicitur, quod a conductoribus ceterisque, qui cum fisco contraxerant, dona & annuas pensiones acceperit, melioresque illis, quam fisco profuerat, conditiones dederit.

XXX.

Caſus, quibus ab extero principe dona accipere vetitum eſt.

Ab extero principe, cum quo miniſter ſui principis nomine negotium geſſit, munera, perfecto negotio, accipere permittimus. Sunt vero aliqui caſus, quibus dona capere ab extero principe crimen erit. Primus eſt, quum negotium adhuc geritur. Hoc quippe nondum confecto, miniſter ſine ſuſpicione corruptionis nihil capere poteſt. Deinde princeps aliquando edicit, ne legati legatorumve comites quamcunque remunerationem ſibi obtrudi patiantur. Qui ergo ſecus fecerit, punietur. Vide exemplum Iacobi Marchiſetti in *Iani Nicii Erythræi Pinacotheca P.* I. *pag.* 129. Tum ſine dubio crimen eſt, muneribus corrumpi, ut principis tui ſecreta exteris aperias, vel conſilium, quale hi voluerint, ſuggeras. Porro penſionem annuam ab extero principe recipere non licet, quocunque etiam titulo iſta penſio recipiatur. Nam cui quotannis certa pecunia penditur, is obnoxius eſt ei, a quo beneficio iſtiusmodi ornatur, duplicemque adeo dominum habet. Et funeſtos fuiſſe iſtiusmodi penſionum effectus, ex hiſtoriis diſcimus. Narrat *Plutarchus in Aemilio*, Philippum Macedonum regem beneficiarios tales per totam Græciam habuiſſe, illorumque opera civitates omnes in ditionem ſuam redegiſſe, atque ideo vulgo dici conſueviſſe: non Philippum, ſed Philippi aurum Græciam ſubegiſſe. Memorat *idem*, Perſarum reges talibus ſtipendiis diu belli impetum ab Aſia ſua avertiſſe. Itaque prudentiſſimæ Venetorum leges, penſiones eiusmodi accipere, civibus ſuis ſeveriſſime interdicunt. Tandem ſicut ex Vlpiani ſententia in *L.* 1. §. 5. *de Extraordinariis cognitionibus* quædam, tam-

Digitized by Google

etſi honeſte accipiantur, inhoneſte tamen petuntur, ita & miniſter principis contra leges decori peccabit, qui ab extero principe, in cuius aula negotium geſſit, diſcedens munus ſibi expoſcit. Quodſi vero, ut remunerationem obtineat, etiam fraudibus & falſis utitur, principi ſuo iuſtiſſime pœnas dat. Non diu eſt, quod ob hanc cauſſam ICti Helmſtadienſes miniſtro principis pœnam impoſuerunt. Miſerat eum princeps ad duos alios vicinos principes, ut ortam inter eos litem ſopiret. Nec infelix fuerat opera eius, ſed compoſuerat ille controverſias. Abeunti ergo offert alter ex litigantibus principibus centum numos aureos. Accipit hos miniſter gratiasque agit, ſed teſtificationem ſcriptam ſimul flagitat, qua, ducenta ſibi fuiſſe donata, contineatur. Quum hæc ipſi lubenter daretur, ad alterum principem profectus inter familiares ſermones munificentiam eius, a quo veniebat, laudat, ſcriptum iſtum exhibet, atque, excitata per hunc dolum æmulatione, ducenta extorquet. Similis fuit fraus Franciſci Aerſens, Belgici in Gallia legati, qui diſceſſum ſimulando inſigne donum a regina Galliarum elicuit. Vide *Louis Aubery Memoires pour ſervir à l'hiſtoire de Hollande & des autres provinces unies pag.* 319.

XXXI.

Ex eadem cauſſa bis accipere miniſter non debet.

Solet miniſtris, qui ad expedienda negotia dominica domo abeſſe cogunur, certa in ſingulos dies penſio pro victu ceterisque neceſſariis adſignari, quam communiter *Diäten-Gelder* vocant. Sæpe vero is, ad quem, vel cuius gratia mittun-

d by Google

mittuntur, omnem hunc ſumtum ſponte ſuppeditat. Improbe tunc profecto facit miniſter, qui utrumque accipere non erubeſcit, & merito ad alterutrum reſtituendum compellitur. Rationi enim conveniens eſt, quod in §. 6. *I. de Legatis* traditur, *duas lucrativas cauſſas in eundem hominem & eandem rem concurrere non poſſe.* Atque ſic ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. reſponderunt: Dieweil nicht verantwortlich iſt, von zween Orten zu einer Zeit anſehnliche Diäten-Gelder zu heben; So halten wir dafür, daß Armandus das Quantum der von dem Herzog zu Mayland empfangenen Diäten-Gelder eydlich anzeigen, und die eben zu der Zeit von ſeiner gnädigſten Herrſchaft gehobenen Diäten-Gelder der Cammer reſtituiren müſſe.

XXXII.

Crimen eſt, ex aliorum facinoribus lucrum capere.

Improba aliorum conſilia & facinora miniſtro imputari nequeunt. Tunc tamen imputantur, quum ipſe lucrum ex iis capiendo in ſocietatem eorum venit. Solent enim interdum miniſtri ceteri illicitum quid facturi, cum præcipuo miniſtro, ut indulgentia & auctoritate eius tutiores ſint, lucrum communicare, exemplo falſariorum iſtorum apud *Valerium Maximum lib.* 9. *cap.* 4. §. 1. qui falſi, quod ſubiecerant, teſtamenti confirmandi gratia potentiſſimos civitatis viros, Craſſum & Hortenſium, heredes inſeruerunt. Approbat autem delictum, quisquis oblatum ſibi ex eo lucrum accipit. Vide *L.* 1. §. 14. *de Vi & de vi arm.* Sic ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. reſponderunt: Obwol die Wegnehmung des Bürger-Holzes von andern angerathen worden; Alldieweil aber eine offenbare aus bloſſem Privat-Nutzen entſproſſene und einem Præſidenten der Iuſtiz-

Iuſtitz-Sachen höchſt unanſtändige Ungerechtigkeit iſt, daß er die, wenn gleich von andern in Vorſchlag gebrachte, Wehnehmung und Austheilung des Bürgers-Holzes, auch Huth und Trift, gebilliget, indem er ſogar ſelbſt einen Theil davon angenommen, und dadurch ſeiner hohen Herrſchaft den Haß der Bürgerſchaft und das daraus entſtandene groſſe Unheil und merklichen Schaden auf den Hals gezogen; So wird er ꝛc.

XXXIII.

Peccat miniſter, qui prædia & res principis cum reipublicæ damno per donationes, emtiones, conductiones & alios contractus adquirit.

Coërcenda quoque eſt impudentia miniſtrorum nonnullorum, qui importunis flagitationibus bonorumque petitionibus principem exſpoliare, divitias cumulare & prædia multa adquirere non erubeſcunt. Nihil profecto eſt putidius. Attamen videmus, qui hac via ad maximam opulentiam pervenerunt. Et leges quidem non deſunt, quæ iſtud avaritiæ genus refrenent pœnisque proſequantur. Vide modo *titulum C. de Petitionibus bonorum ſublatis.* Verum rarus eſt iſtarum legum in foro uſus. Debebant tamen eatenus exerceri, ut, ſi manifeſtis indiciis appareret, principem non ſponte, nec ſingularibus alicuius benemeritis motum, ſed multis flagitationibus fatigatum, donaſſe, iſtiusmodi donationes revocarentur. Extendimus hoc etiam ad venditiones ſimulatas. Solet quippe hæc calliditas multorum eſſe, ut emtionem prætexant adquiſitionibus ſuis ex liberalitate profectis, rati, poſſeſſionem ſuam hoc modo ſecuriorem futuram. Quin imo veræ etiam coemtiones prædiorum dominicorum

rum

rum miniſtrum dedecent. Vitio vertitur tutoribus in *Nov.* 72. *pr.* & *cap.* 5. bona & iura pupillorum ſuorum comparare. Idem ergo improbandum eſt in miniſtro, qui augere fiſcum & patrimonium principis, non imminuere, debebat. Sic ergo reſponderunt ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CCIↃ CC XIX: Ob wol ein richtiger Kauf über die Meſſaliſchen Höfe vorgegangen ſeyn ſoll; Alldieweil aber dem Armando, als vornehmſten Etats-Miniſter, obgelegen, das Hochfürſtliche Domanium und die Cammer-Revenuen in ihrer Integrité zu erhalten, und deren Veräuſerung zu verhüten, nicht aber davon ſelbſt Stücke abzureiſſen und an ſich zu bringen; So muß Armandus die Meſſaliſche Höfe gegen Zurück-Empfahung deſſen, was er würklich dafür ausgezahlet zu haben beybringen kann, wieder abtreten. Quin nec prætextus donationis remuneratoriæ, donationis in ſolutum, aliæve ſubdolæ cautiones miniſtrum iuvabunt. Plenius hæc exſequutus ſum in reſponſo, nomine ICtorum Helmſtadienſium menſe Auguſto anni CIↃ IC CC XXIX. exarato: Iſt Fürſt Magno zu Bologna wegen ſeiner Gemüths-Schwachheit der Groß-Herzog von Toſcana zum Vormunde, und von dieſem hinwiederum der Rath Alvarus zum Vormunds-Rathe beſtellet, dieſem Vormunds-Rathe auch von des Fürſt Magni Frau Gemahlin das bey der Reſidenz Bologna belegene Gut Bethulia, unter dem Titel donationis mortis cauſſa, remuneratoriæ & dationis in ſolutum, mit Genehmhaltung Printz Amadei, als Sohnes, überlaſſen und ſymbolice übergeben worden. Als nun der Fürſt Magnus im Jahre 1723. verſtorben, und der Printz Amadeus auf Wiederrufung dieſer Veräuſerung Klage angeſtellet, ſo wird zu wiſſen verlanget, ob ſolche Veräuſerung vor null und nichtig zu achten, und wiederrufen werden könne. Nun wird zwar der Rath Alvarus ſolche Veräuſerung zu behaupten anführen, daß 1) dieſelbe eine Belohnung ſeiner treuen Dienſte, oder donatio remuneratoria, ſey, mithin unter keinem

Vorwande wiederrufen werden könne ꝛc. *L.* 34. §. 1. *de Donationibus*, daß 2) eine donatio remuneratoria aus solchen Gütern, deren Veräuserung sonst verbothen ist, z. E. aus Kirchen-Gütern, *can.* 66. *cauſ.* 12. *quæſt.* 5. Pupillen-Gütern, *L.* 12. §. 2. *de Admin. & peric. tut.* unter Ehe-Leuten, *L.* 7. *de Donat. inter vir. & ux.* zwischen Vater und Sohne ꝛc. geschehen könne, daß 3) das Fürstliche Haus ihm, dem Rath Alvarus, 1690. Thlr. Futter-Geld schuldig gewesen, und dafür das streitige Gut in solutum gegeben, also eigentlich nicht geschenket, sondern, da datio in solutum ein rechter Kauf ist, *L.* 4. *C. de Evictionibus*, *L.* 15. *Quibus ex cauſſis in poſſeſſionem*, verkaufet, daß 4) der Handel nicht heimlich, sondern öffentlich getroffen, und von dem Landes-Herrn bestätiget, und durch solche Bestätigung alle defectus suppliret worden, daß 5) und wenn ja allenfalls die Agnaten des Fürstlichen Hauses solche Veräuserung anfechten könnten, doch der Printz Amadeus dessen nicht berechtiget sey, sondern seiner beyden Eltern Facta als Sohn und Erbe genehm halten müsse, und solches um so vielmehr, da er 6) den getroffenen Handel ausdrücklich approbiret und genehm gehalten. Es gewinnet demnach das Ansehen, ob sey die vielgedachte Veräuserung zu bestätigen. Alldieweil aber ein jeder Herrschaftlicher Bedienter, die Güter und Cammer-Gefälle seiner Herrschaft in ihrer Integrität zu erhalten, und deren Veräuserung und Schmählerung zu verhüten, verbunden ist, mithin wider seinen Eyd und Pflicht handelt, wenn er dergleichen Veräuserung und Schmählerung ohne äuserste Noth anräth oder verstattet, demnach weit gröber sündiget, im Fall er selbst solche Güter an sich bringet, wie denn diese Adquisitiones in Rechten ausdrücklich verbothen und null und nichtig erkläret werden, *tit. C. de Petitionibus bonorum ſublatis*, welches nicht auf bloſſe Schenkungen zu restringiren, sondern auf Käufe und andere ohne Noth getroffene contractus onerosos zu erstrecken ist, *arg. L.* 46. §. 2. *de Iure fiſci, & Novell.* 72. *pr. & cap.* 5. gestalt denn unser Collegium schon ehemalen bey *Leyſero in Diſſert. de*

de Veris delictis miniſtrorum principis §. 33. einen dergleichen Kauf aufgehoben, und den Miniſter das erkaufte Gut gegen Zurück-Empfahung deſſen, was er dafür gegeben, abzutreten condemniret hat, hiernächſt der Rath Alvarus bey Acquiſition des Guthes Bethulia um ſo viel unverantwortlicher gehandelt, da er von dem Groß-Hertzog von Toſcana zum Unter-Vormunde beſtellet worden, mithin ſeines Curandi Güter auf keinerley Art an ſich bringen ſollen, *L.* 34. §. *ult. de Contrahenda emtione*, ferner der Vorwand einer donationis remuneratoriæ faſt bey allen Schenkungen vorkommt, folglich dieſe ganz gewöhnliche Formul mehr dicis cauſſa und in fraudem, als in der Wahrheit, gebrauchet zu ſeyn, præſumiret wird, daferne keine ſpecialia benemerita zugleich ausgedrucket werden, *Stryk. in Diſſert. de Benemeritis cap.* 2. *n.* 3. & *in Cautelis contractuum Sect.* 3. *cap.* 9. §. 3. dann der Rath Alvarus keine ſpecialia benemerita anzugeben vermag, immaſſen alles dasjenige, was er als ein dem Fürſten verpflichteter und aus deſſen Einkünften beſoldeter Diener gethan, aus bloſſer Schuldigkeit hergefloſſen, demnach vor kein ſpeciale benemeritum angegeben werden kann, *Leyſer in Med. ad ff. Spec.* 436. *de Donationibus remuneratoriis*, *med.* 2. wie denn auch die vermeynte datio in ſolutum nicht beſtehen mag, da der Werth des in ſolutum gegebenen Gutes die Schuld-Foderung doppelt überſteiget, alſo eine læſionem enormiſſimam involviret, dieſemnach der Rath Alvarus zufrieden ſeyn muß, wenn er das, was er mit Recht zu fodern hat, gegen Zurückgebung des Gutes baar bekommt, nächſtdem der Printz Amadeus, wenn er gleich ſeiner Eltern Erbe worden, nichts deſto weniger dieſe Veräuſerung wiederrufen kann, da höchſtgedachte ſeine Eltern dieſes ſelbſt zu thun, und einen ſolchen wider alle Rechte laufenden, in den pactis familiæ verbothenen, zu ihrem und des ganzen Fürſtlichen Hauſes Nachtheil abzielenden, von dergleichen Perſonen, welche deſſen nicht die geringſte Macht gehabt, getroffenen, alſo null und nichtigen, Handel umzuſtoſſen wohl berechtiget geweſen,

Digitized by Google

endlich hochgedachten Printz Amadei Genehmhaltung gleichfalls nichts zur Sache thut, indem dergleichen Ratihabition einen widerrechtlichen, verbothenen und nichtigen Handel nicht gültig machen, und die essentielle Mängel eines Contracts suppliren mag, zudem der Rath Alvarus die Ungerechtigkeit und Nichtigkeit des mit dieses Printzens Eltern getroffenen Handels wissen können und sollen, mithin des Herrn Sohns Genehmhaltung mit gleicher Ungerechtigkeit und Nichtigkeit ausgewürket, folglich sich auf solche mala fide erschlichene Genehmhaltung nicht berufen kann; So ist die Veräuserung des zum Fürstlichen Bolognesischen Hause gehörigen Gutes Bethulia vor null und nichtig zu halten, und wird derselben Cassation mit Bestande Rechtens gesuchet. Nec aliud de conductionibus dicendum. Memorandus hic est Iacobus Cor, quæstor Caroli VII. Galliarum regis, cui inter alia obiiciebatur, quod, quum reditus regios tanquam inspector locare aliis debuisset, ipse eos per plurimos annos exigua mercede conduxisset. Qua de re vide *L'bistoire des plus illustres favoris tom.* 2. *pag.* 244.

XXXIV.

Digitized by Google

XXXIV.

Miniſter bona principis ſui per ſuppoſitas perſonas adquirere non debet.

Quidam miniſtri callidiores non aperte quidem & ſuo nomine, ſed per ſuppoſitas perſonas, iſtiusmodi contractus celebrant, ita tamen, ut ad ipſos omne vel potiſſimum emolumentum redundet. Peſſime. Detexit iam hanc fraudem & improbavit Hermogenianus in *L.* 46. §. 2. *de Iure fiſci.* Et damnatus propter illam eſt Fuquetus, Ludovici XIV. Galliarum regis miniſter, cui in *tomo* 2. *du Recueil des Defenſes de Mr. Fouquet p.* 5. obiicitur, quod ipſe, ſubiectis aliorum nominibus, conductiones & contractus inierit, atque exigua pecunia iura & bona regis adquiſierit.

XXXV.

Miniſter debita principis ſui per ceſſiones in ſe transferre non debet.

Iuſtiſſime in *Novella* 72. *cap.* 5. tutoribus curatoribusque omnibus interdicitur, ea, quæ pupilli & minores ſui aliis debent, per ceſſiones adquirere. Eadem prohibendi ratio in miniſtris quoque principum eſt. Nam & illi, maxime qui fiſcum adminiſtrant, quum fiſci debita per ceſſiones in ſe transferunt, fraudare illum facillime poſſunt. Conſideremus ſaltem artes, quibus modo memoratus Fuquetus uſus eſt. Is debita fiſci præſcriptione exſtincta vel alias invalida vili pretio comparavit, deinde vero a fiſco ſolidum exegit, ſubtractis, quæ ſibi nocere poterant, documentis, & diſſimulata veritate. Copioſius hæc expoſuit Talon, advocatus regis, in ſcripto, quod in *tomo* 3. *du Re-*

Digitized by Google

cueil des Defenſes de Mr. Fouquet pag. 220. reperitur. Non dubitamus itaque prohibitionem *Novellæ* 72. ad fiſci adminiſtratores ceterosque publicarum rerum curatores extendere idque argumento ultimorum ſupra memorati §. 5. verborum, inprimis autem *legis* 34. §. *ult. de Contrah. emt.* ſecundum quæ ICti Vitembergenſes menſe Novembri anni CIↃ IↃ CC XXX. ſic reſponderunt: Hat der Cammer-Rath Marcianus von Caſſelli dem Juden Daniel Saul gewiſſe auf ſiebenzehen tauſend Thaler Capital lautende, und auf die Herrſchaft Verona angewieſene, von dem Landgrafen von Caſſelli zu bezahlen übernommene, Cammer-Scheine vor zehn tauſend fünf hundert Thaler abgekaufet, und es wird zu wiſſen verlanget, ob Marcianus durch Erhandlung ſolcher Cammer-Scheine den Credit der Cammer geſchmählert, und hierunter etwas ſtrafbares begangen, oder vielmehr den Credit gedachter Cammer-Scheine, aufrecht erhalten. Ob nun wol Marcianus vor ſich anführet, es wären dieſe Cammer-Scheine nicht über ſeines Herrn eigene, ſondern nur über des verſtorbenen Fürſten Caprano auf die Herrſchaft Verona gemachte Schulden adminiſtratorio nomine ausgeſtellet, nächſtdem werde der Credit einer Fürſtlichen Cammer durch das freye Commercium über die von ihr ausgeſtellte Obligationes in Flor erhalten, hingegen durch Einſchrenkung dieſes Commercii und Beſtrafung derjenigen, welche ſolches exerciren, über die Maaſſen geſchmählert und herunter geſetzet. Alldieweil aber Marcianus eben bey der Cammer, welche die Scheine ausgeſtellet, ein Rath und Diener iſt, die Rechte hingegen einem Adminiſtratori und Cammer-Bedienten, die zu ſeiner Adminiſtration gehörende Schulden per ceſſiones auf ſich zu bringen verbiethen, und damit allem zu beſorgenden Betrug vorbeugen, ferner das freye Commercium mit den Cammer-Scheinen freylich den Cammer-Credit mehr erhält, als ſchmählert, inzwiſchen doch dieſer Umſtand, daß ein Cammer-Rath ſelbſt einen Cammer-Schein um 6100 Thaler

Thaler geringer, als er wahrhaftig ausgestellet ist, erhandelt, den Cammer-Credit nothwendig schwächen muß; So hat Marcianus durch diesen Handel den Credit der Cammer nicht mainteniret, sondern gehindert, folglich allerdinges etwas strafbares begangen.

XXXVI.

Minister immodicas sportulas exigere non debet.

Inter crimina ministrorum principis *Fritschius in ministro peccante concl.* 26. immodicam sportularum exactionem refert, quam & Iustinianus non uno in loco, maxime vero in *Novella* 124. *c.* 3. damnat. Sic igitur ICti Helmstadienses mense Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. responderunt: Dieweil das Amt Sommerhausen, nachdem es an Mantua gekommen, den Mantuanischen Gesetzen und Tax-Ordnung unterworfen worden, folglich Armandus zur Ungebühr und aus blossem Eigennutz die höhere Venetianische Tax-Ordnung beybehalten; So muß er zuforderst die aus dem Amte Sommerhausen zu viel gehobene Sporteln herausgeben, ꝛc.

XXXVII.

Venditio officiorum publicorum crimen est.

Ad delicta, quæ ex avaritia proficiscuntur, sine dubio etiam refertur venditio munerum publicorum. Damnat eam Iustinianus in *Novella* 8. Sed multi iam ante nos de exiguo illius Novellæ usu conquesti sunt. Fuerunt & sunt adhuc aulæ, palatio Galbæ Imperatoris similes, in quo secundum *Tacitum histor. lib.* I. *cap.* 7. venalia cuncta adferebant præpotentes liberti. Invenit semper imitatores Sebastianus, præcipuus Zenonis minister, qui in regia nihil quidquam

Digitized by Google

quam ſine pretio ſinebat confici, atque magiſtratus vendebat omnes, pretium partim ſibi reſervans, partim cum imperatore dividens, &, ſi quis acceſſiſſet, qui paululum quidquam adiiceret, eum præferebat. Vide *Baron. Annal. Tom. 6. ad annum Chriſti* 485. Non tamen impunitum ſemper manere hoc crimen, vel Petri Schumacheri, Greiffenfeldii comitis, miniſtriſſimi Danici, exemplum docebit, qui ob id ad ultimum ſupplicium damnatus eſt. Vide ſententiam contra eum latam apud *du Mont in Memoires politiques pour ſervir à la parfaite intelligence de l'hiſtoire de la paix de Rysvic tom. 4. pag.* 171. 172. ex quo libro ſupplenda eſt mutila illa *Pufendorffii in Rebus Brandenburgicis lib.* 14. *cap.* 35. de Greiffenfeldii caſu relatio.

XXXVIII.

Poteſt miniſter negotiationem officiorum iuſſu principis ſui exercere.

In hunc tamen cenſum non veniunt miniſtri, qui ab ipſo principe ad hoc conſtituuntur, ut munera publica vendant & pecuniam ex hoc commercio redactam in fiſcum inferant. Indecora quidem iſtiusmodi negotiatio eſt, iure divino tamen non prohibetur. Ergo a principe iuſſus miniſter illam impune exercet. Non putamus itaque peccaſſe miniſtros, quos Ioannes XXIII. Pontifex Romanus huic mercaturæ præfecit. Is ſcilicet, ut verbis accuſatorum eius in art. 21. & 23. utamur, *certos referendarios ac cubicularios ac ſecretarios creavit, fecit & ordinavit mediatores, proxenetas ac procuratores, groſſarum & pinguium ſimoniarum, eccleſiarum cathedralium, abbatiarum, monaſteriorum, prioratuum & beneficiorum vacantium reſervatorum, item ultra ſupra*

Digitized by Google

ſupra memoratos certos in Romana curia mercatores deputavit, qui beneficia vacantia curiæ tribus vel pluribus diebus ad libram ponderarent, & plus offerentis ſupplicationem reciperent & ſignari facerent. Vide *Hermanni von der Hardt Res magni Concilii Conſtantienſis Tom.* 4. *P.* 3. *pag.* 199. Notiſſima quoque eſt in Gallia publica officiorum venditio, quam ſecundum *Loyſeau du droit des offices lib.* 3. *c.* 1. *n.* 97. Ludovicus XII. rex inſtituit, item penſio annua a iuſtitiæ & redituum publicorum adminiſtris, pro libera de officiis ſuis ſtatuendi eaque in heredes transmittendi facultate, pendenda, quæ ius poletanum, *la paulette*, communiter dicitur a Carolo Pauleto, cameræ regiæ ſecretario, & primo eius reditus conductore. Damnant quidem cordatiores Galli *Thuanus lib.* 132. *hiſtor. ad annum* CIↃIↃCIV. & *Bret. de la ſouveraineté du Roy lib.* 2. *cap.* 5. *pag.* 187. hoc inſtitutum, & varia, quæ ex illo oriuntur, mala graviter deſcribunt. Inprimis *Mezeræus in Hiſtoria Henrici IV.* Pauletta, inquit, venalitatem munerum publicorum neceſſario perpetuat, liberosque miniſtrorum indoctos, iniquos & ſuperbos reddit, ſecuros quippe de conſequendis aliquando parentum honoribus, viamque ad dignitates viris bene meritis & honeſto loco natis præcludit. Quidquid vero eius ſit, non peccabit miniſter, qui huic iuri regio exercendo ſeſe præfici patitur.

XXXIX.

Peccat miniſter, pecuniam publicam in ſuos uſus convertens, etſi animum & facultatem reſtituendi habeat.

Peccant porro miniſtri, pecuniam principis, ſuæ fidei & adminiſtrationi commiſſam, in proprios uſus convertentes, dum ſcilicet eam in diſſolutionem ſui æris alieni,

lens ſe immodice, & ſubinde prioris fortunæ adverſitates commemorans, ut, quam ſtudioſus regis fuiſſet, oſtentaret. Semper labores in regis gratiam exhauſtos iactabat, &, quum ſine modo hoc repeteret, exprobrare videbatur, ita, ut rex tandem immodica hominis libertate offenſus præfecturam illi adimeret & in vinculis eum contineret. Lenita vero poſt aliquod tempus ira rex & reputatis eiusdem meritis, die natali ſuo, quum omnes hilaritate inter epulas exſultarent, Silam accerſiri & ad convivium invitari iubet. At ille ingenuus & diſſimulandi ignarus vocantibus reſpondet: Quem mihi, inquiens, honorem nunc defert rex, eo deinde me mox iterum exſpoliaturus eſt. Expertus hoc iam ſemel ſum, non ſine gravi contumelia mea. Errat vero, ſi linguam mihi inpoſterum minus liberam futuram putat. Imo meritorum meorum conſcius vociferari non deſinam, e quantis regem eripuerim calamitatibus, quot labores tulerim, ut incolumitatem illi & honores pararem, quorum officiorum præmium vincula & obſcurum carcerem tuli. Non obliviſcar hæc unquam, ſed inter manes etiam narrabo. Ite & referte hæc regi veſtro. At rex, immedicabilem hominis arrogantiam videns, in vinculis illum reliquit. Prudentius longe Seianus apud *Velleium Paterculum Hiſtor. lib.* 2. *cap.* 127. ſub initio miniſterii ſui, actu otioſis ſimillimus, nihil ſibi vindicabat, eoque adſequebatur omnia, & ſemper infra aliorum æſtimationes ſe metiebatur, vultu vitaque tranquillus, animo exſomnis.

XLII.

Peccat miniſter, qui turbas excitat boſtemque fovet, ut gloriam inde aucupetur.

Sed

gitized by Google

Sed iſta quidem ambitio, quæ intra verba ſubſiſtit, facilius toleratur. Gravior eſt, quæ in facta erumpit. Multi ſcilicet non tam reipublicæ & principi, quam gloriæ ſuæ ſerviunt, maiorque apud illos, ut *Iuvenalis Satyr.* 10. *verſu* 140. loquitur, famæ ſitis eſt, quam virtutis. Ex his nonnulli, ut, quam tantopere adpetunt, gloriam adipiſcantur, rempublicam periculis involvere non dubitant, Lucullum imitantes, quem tribuni plebis apud *Plutarchum in Lucullo* imperii & opum cupidum bella ſerere ex bellis, ut publico periculo privatis libidinibus ſatisfaciat, queruntur. Qui Armandi Richelii, purpuratorum ſub Ludovico XIII. Gallorum rege principis, artes & ſecretiora conſilia deſcripſerunt, obſervant, illum propterea varias in regno & extra illud turbas excitaſſe, ut deinde in illis ſopiendis prudentiam ſuam oſtenderet, & per hoc gloriam atque potentiam ſuam augeret. Quin imo ſecundum *Baylium in Dictionario art. Fontarabie lit. D.* quum regis amicitiam erga ſe refrixiſſe animadverteret, ac ideo ex aula diſceſſiſſet, Grammondo, exercitus Gallici duci, familiari ſuo, præcipit, ut prœlio ſe ſuperari ab hoſtibus pateretur. Quæ res regem, qui omnia amoto Richelio in peius ruere videbat, ad eum revocandum coëgit. Fuere duces bellici, qui occaſione ſibi oblata hoſtilem exercitum ad internecionem delendi uti noluerunt, ne exſtirpato hoſte, imperium deponere neceſſum haberent, & uberem gloriæ colligendæ meſſem amitterent. Feciſſe hoc Bironium, Galliæ marechallum, *Brantomius in Vitis virorum illuſtrium tom.* 3. *p.* 386. narrat. Simile exemplum memorat *Traianus Boccalini in Relationibus ex parnaſſo Centur.* 2. *cap.* 24.

XLIII.

Peccat miniſter, qui principem voluptatibus immergit.

Tenet aliquos inſatiabilis regnandi cupido. Quam ut expleant, nihil intentatum relinquunt. Inter ceteras vero, quibus utuntur, artes peſſima fere eſt, principem ipſum corrumpere, voluptatibus immergere, atque cognitione ſcientiarum neceſſariarum ſtatusque publici prohibere, quo ille neceſſum habeat, adminiſtrationem rerum ſuarum miniſtro illi unice permittere. Ex variis, quæ in hiſtoriis paſſim occurrunt, exemplis duo memorabimus, alterum Perennis, qui, teſte *Lampridio in Commodo Antonino cap.* 5. Commodi perſciens ei perſuaſit, ut ipſe deliciis vacaret, atque Perennem curis incumbere ſineret, quod Commodus lætanter accipiens nunquam facile in publicum proceſſit, neque quidquam ſibi nunciari paſſus eſt, niſi, quod Perennis ante tractaſſet; alterum Thomæ Wolſæi, qui ſecundum auctorem *de l'hiſtoire de plus illuſtres favoris tom.* 2. *pag.* 291. quum Henricus VIII. admodum iuvenis ad regnum Angliæ eveheretur, maximam apud eum ſibi conciliavit auctoritatem, mollem illi iucundamque vitam præcipiendo. Quum enim ceteri proceres regi ſuaderent, ut ipſe conſiliis adſiſteret & res ſuas inſpiceret, Wolſæus ſolus reſtitit: Anni tui, inquiens, rex, moleſtiſſimis his laboribus impares ſunt. Singulis ætatibus ſua ſtudia conveniunt. Iuvenem ſenum mores imitari, abſonum eſt. Gere itaque animo tuo morem. Venationes te voluptatesque decent ac iuvant. Inter has vero unum adhibe miniſtrum, cui auſcultando unam quotidie veſpertinam horam impendas. Facilius hoc modo negotia publica cognoſces, quam infinito multorum annorum labore & ſollicitudine. Mirifice hæc placuerunt regi, in voluptates iſtas per ſe propenſo. Ex eo igitur tempore tanto Wolſæum amore complexus eſt, ut eum ceteris omnibus, quos huc

usque

usque eodem loco habuerat, præferret, toti regno præficeret, per eum ſolum cum civibus ageret & deſideria eorum audiret. Aliud toti Germaniæ funeſtiſſimum exemplum exhibuit patrum noſtrorum temporibus aula Palatina in electore Carolo & præcipuo eius miniſtro, Langhanſio, quod verbis auctoris anonymi der ausgelöſchten Chur-Pfalz-Simmeriſchen Stamms-Linie, *a Tenzelio* in dem andern *Repoſitorio* der *curieuſen Bibliothec pag.* 637. excerptis narrabo: Sobald der bereits zum erſten Kirchen-Rath erhöhete Hof-Prediger Langhans die Geheime Raths-Stelle erlanget, wolte er nebſt dem Leib-*Medico* Wincklern und etlichen andern Hof-Schmeichlern den Chur-Fürſten überreden, ſich der Regierungs-Geſchäfte, ſo ſeine *melancholiſche* Natur nur vermehrten, zu entſchlagen, und ihm neben andern zu übergeben, die ſie ſchon treulichſt verwalten wollten. Weil nun der Churfürſt ohnedem ſchon zu des Herrn Vaters Zeiten, nicht ohne dieſes Bedauren, hierzu wenig geneigt geweſen, ſo verſtattete er ſeinen drey erſten *Miniſtris* alle Gewalt, auch die *Execution* deſſen, waa ſie beſchloſſen; Welche denn *anno* 1682. des Reichs Lehnbare Amt Germersheim an Frankreich, gegen Zuſagung einer jährlichen gewiſſen *Summa* an Chur-Pfalz zu zahlen, würcklich überlaſſen, und vor dieſe Mühe nicht allein groſſe Vergeltung baar empfangen, ſondern auch von obgedachter *Summa* in 40000 Gulden unter ſich vertheilet haben ſollen. Inzwiſchen, da neue Hof- und Cantzeley-Bedienten angenommen, täglich faſt Luſtbarkeiten, unter andern das *Repræſentirungs*-Spiel der vier *Monarchien*, und verſchiedene Luſt-Belägerungen angeſtellet, auch koſtbare Reyſen, als nach Anſpach und Nürnberg, vorgenommen wurden, auch die gegen die ſchmeichelnden

Hof-

Digitized by Google

Hof-Bedienten geübte, von ihnen so genannte *Liberalität* immer anwuchse, so giengen nicht allein bey des Churfürsten fünftehalb-jähriger Regierung des Landes *Intraden* völlig auf, sondern über dieselbe gegen eine *Million* Gülden, nebst dem grossen Vorrath an Wein und Früchten. Die Hof-Bediente entschlugen sich meist der Aufwartung ausser der Eß-Zeit, und schliefen die jedesmal heimgebrachte starcke Räusche aus, also, daß der Churfürst im Ausreiten wenig, aber bey Tisch eine Menge Bedienten gehabt. Bey der Cantzeley thät auch ein jeder, was er gern wolte, kamen des Morgens spät, und liefen vor der gesetzten Stunde wieder davon, mit der gewissen Abrede, wo sie den Nachmittag zum Spatzieren, Spielen, und sonderlich überhand genommenen Schwelgen, zusammen kommen wolten; darunter in 8. von dem *Auctore* mit Namen genennte Personen sich befunden, die vor allen sich hierunter ergötzet, und sich selbst die *Patronanz*-Brüder genennet; Welches alles Langhans, der in vier Jahren gegen 34000 Gülden an sich gebracht, gerne geschehen lassen, und, damit er das Saufen und andere Uebel von der Cantzel nicht bestrafen dürfte, das Predigt-Amt aufgegeben. Insonderheit aber mißbrauchte er nebst dem Leib-*Medico* und einigen andern, des Churfürstens grosse Gütigkeit wieder Gewissen darinnen, daß sie ihm seiner Gemahlin Hoheit zu verleiten suchten, unter dem falschen Vorwand, daß sie nicht völlig gesund wäre; der dadurch eine solche *Abhorrenz* gefasset, daß er sich ihrer, unwissend warum, gegen zwey Jahr, bis an seinen Tod, gäntzlich entschlagen. Hingegen schlugen sie ihm eine Hof-*Dame* zu heyrathen vor, mit welcher er sich auf das Schloß Carlsberg in Francken begeben solte. Langhans hingegen suchte *Vice*-Stadthalter zu werden, und den andern

dern allen zu befehlen. Gott aber kam darzwischen, und legte den Churfürsten aufs Sieg-Bette, da zwar der Leib-*Medicus* Winckler allein die Cur unternehmen wollen, und das hitzige Fieber *præcipitirend* zur Schwindsucht gebracht, da inzwischen Langhanß ein mit vielen vom *auctore* angemerckten Fehlern angefülltes Testament aufgesetzet, und den kranken Churfürsten so wohl, als dessen hohe *Ministros*, eintzeln unterschreiben lassen. Aber *anno* 1685. wurden andere *Medici* von Schafhausen verschrieben, die doch bedauret, daß sie nicht ein halb Jahr eher erfordert worden, da dem Uebel noch zu *remediren* gewesen wäre. Also muste der ausgezehrte Churfürst den 18. *Maj.* zu Mittage nach 12. Uhren das Leben endigen, und wurde weder die Frau Mutter, noch Frau Gemahlin, zu ihm gelassen, deren jene oft weinend gesagt, daß es dem Churfürsten, ihrem Herrn Sohne, von seinen untreuen Dienern ergangen, wie dem Menschen im Evangelio, der unter die Mörder gefallen war.

XLIV.

Peccat minister, qui principem ab administratione rerum arcet.

His vero impudentiores sunt, qui, primum semel locum adepti, invito principe atque ingratis se in illo tuentur, solique omnia, excluso fere principe, gubernant, Commendorigi isti similes, de quo *Barclaius in Argenide lib.* 4. *cap.* 12. Fecerunt hoc in vetere regno Francico maiores domus, quorum potestas ab initio tam modica erat, ut Gundegesilus, maior domus, apud *Gregorium Turonensem lib.* 6. *hist. cap.* 9. episcopatum Cenomanorum suæ dignitati anteferre non dubitarit, deinde vero in immensum crevit, ut reges ipsos per multos annos rerum administratio-

Digitized by Google

ne excluderet, tandem etiam de ſolio deturbaret, magno principibus documento, ne, quod prudenter monuit Ariſtoteles, quemquam præter iuſtam menſuram faciant magnum. Vide *Hertii Notitiam regni Francorum veteris cap.* 4. §. 4. In Iaponiæ regno eadem fere fabula acta, & verus princeps, quem Dairum vocabant, a duce bellico in eas anguſtias redactus eſt, ut, ſervata tantum dignitate externoque ſplendore, potentiam ipſam & vim imperii ab hoc exerceri pateretur. *Arn. Montanus in Deſcript. Legat. Japon.* Quæ regiminis forma adhuc in iſta inſula ſervatur. Ancræo, Galliarum ſub Ludovico XIII. adminiſtro, nihil magis perniciem maturavit, quam quod potentiæ exercendæ immodice cupidus regem ipſum tanquam captivum detineret, nec ad villas ſuas pro lubitu ire ſineret, omnesque ſuſpectos aditu eius arceret. Vide *l'hiſtoire des plus illuſtres favoris tom.* 3. *pag.* 131.

XLV.

Pares cum principe honores uſurpare, crimen eſt.

Vetita quoque in miniſtro ambitio eſt, inſignibus honorum ſplendidaque vivendi ratione principem ſuperare, vel ſaltem æquare. Imminuit ſcilicet hoc exiſtimationem principis apud cives, quum vident, privatos cum illo æqualia ornamenta gerere. Et vulgus, quod ſignis his externis mire capitur, negligit ſæpe principem, magisque illum veneratur & amat, quem ſplendeſcentem & exultum magis videt. Non iniuſte ergo Theodoſius Imperator in *L.* 4. *C. de Veſtibus holoberis* læſæ maieſtatis reos facit, qui veſtibus, ſoli principi deſtinatis, utuntur. Et Iuſtinianus in *Novella* 105. *cap.* 2. §. 1. aurum ſpargere ſoli imperio vindicat conſulesque vetat. Perdidit vana iſta arrogantia quam plurimos miniſtros. Philotas, Alexandri M. familiariſ-

Digitized by Google

liariſſimus, ab eo deinde miſere necatus, teſte *Plutarcho in Alexandro M.* ſuperbia, divitiis, corporis ornatu, & vitæ ſupra privatorum morem inſtitutis odioſius utebatur, & faſtu hoc magnam ſuſpicionem invidiamque, qua deinde periit, contrahebat. Quin ipſe pater Parmenio illi aliquando dixiſſe fertur: Per Deos, fili, fac, ut paullo minor videaris. Seianum nulla magis res evertit, quam, quod pares cum Tiberio honores ſumeret. Qua de re vide *Dionem lib.* 58. Satellitio ille ac comitatu maiore & ſplendidiore, quam Cæſar ipſe, utebatur. Idem Ancræo aliisque vitio datum eſt, quod multitudine ſtipatorum & clientum in ipſa regis aula ſolitudinem facerent. De Guiſio *Brantomius in Vitis virorum illuſtrium tom.* 3. *pag.* 77. omnes, ait, ille aulicos ſibi devotos habebat, vidique eum pedibus religionis cauſſa Clericum euntem totam fere aulam ſecum trahere, ut rex tantum non ſolus relinqueretur. Quæ res & murmur excitavit ingens, & invidiam Guiſio peperit. Inter cetera accuſationis capita, ob quæ Wolſæus, Henrici VIII. Angliæ regis miniſter, damnatus fuit, hoc quoque eſt, quod in litteris ſuis ſuo nomini regium poſtpoſuerit, hac formula ſemper uſus: Ego & rex meus. Vide *l'hiſtoire des favoris tom.* 2. *p.* 320. Adde *Huberi Hiſtoriam Civilem P.* 2. *lib.* 1. *ſect.* 4. *cap.* 12. qui verba hæc numis etiam ab illo inſcripta perhibet. Richelius, miniſtrorum in Gallia ſub Ludovico XIII. princeps, in reliquis, quæ ad ſtabiliendam potentiam & dominationem pertinebant, ſatis cautus, ambitioni tamen hactenus ſuccubuit, ut ſibi à clientibus aliquando maiores, quam regi, honores deferri pateretur. Illi certe, quos totus clerus Gallicanus in comitiis ſuis, teſte *Montchal dans ſes Memoires pag.* 457. ei exhibuit, divini fuerunt: *L'exces de cette flatterie paſſoit encore bien plus avant, c'eſt, qu'en nommant le Cardinal ils le nommoient toujours Monſeigneur, ſans autre nom ni qualité, & ils*

in emtionem prædiorum, in negotiationem impendunt, nec iuvantur excuſatione, quam communiter prætexunt, pecuniam illam iacuiſſe otioſam, ſeque & animum & facultatem reſtituendi habuiſſe. Ex principis enim voluntate iſtiusmodi pecunia publicis uſibus deſtinata eſt. Ergo miniſter, qui aliter illam conſumit, eandem contra voluntatem domini contrectat, furtumque eo ipſo committit. Animus vero reſtituendi furem a peccato non liberat. Multa quoque, ut fit in rebus humanis, intervenire poſſunt, quæ reſtitutionem iſtam impediant vel difficilem reddant. Conſentiunt hac in parte Romana iura in *L.* 38. *de Negotiis geſtis*, *L.* 1. *L.* 2. §. 4. *de Admin. rerum ad civ. pert.* ibi: *licet ex bona fide datum probatur*, *L.* 4. §. 3. *Ad L. Iul. peculatus.* Atque ſic reſponderunt ICti Helmſtadienſes menſe Iunio anni CIↃIↃCC XIII: Es kann der Hofrath Wilhelmus nicht läugnen, daß er darinnen wider ſeine Pflicht und Beſtallung gehandelt, daß er die ihm anvertraute Königliche Caſſen-Gelder zu Bezahlung ſeiner Schulden angegriffen. Und ob er wol, daſſelbe nicht betrüglicher Weiſe, ſondern aus dringender Noth und animo reſtituendi, gethan zu haben, vorgiebt, ſo bleibet nichts deſtoweniger, wenn ſolches gleich alles zugeſtanden wird, ein illicitum und ſtrafwürdiges Factum übrig. Quin imo ius Saxonicum electorale laquei etiam pœnam in iſtiusmodi adminiſtratores ſtatuit. Vide *Bergerum in Electis iurisprudentiæ criminalis p.* 50.

XL.

Ambitio aliquando bona eſt, niſi modum excedat.

Progredimur ad ambitionem, quæ plurimos quoque principum miniſtros evertit. Equidem ambitio in ſe nihil illiciti habet, pura ſcilicet illa & honeſta, quæ id tantum quærit, ut amorem ſibi & exiſtimationem apud alios conciliet.

ciliet. Intra hos limites coërcita ambitio tantum abeſt, ut reipublicæ & principi noceat, ut magis fructuoſa utrique ſit & iucunda. At quando illa modum excedit, nullum eſt profecto in rerum natura vitium, quod generi humano maiores calamitates attulerit. Operæ igitur pretium eſt, diverſa delicta conſiderare, quæ a miniſtris per ambitionem immodicam committuntur.

XLI.

Peccat miniſter, qui virtutes ſuas iactat & merita exprobrat.

Levius forte inter illa videbitur laudatio propria, & oſtentatio virtutum atque meritorum ſuorum. Putidiſſima tamen ea eſt, & miniſtro principis inprimis nocet. *Nam*, ut recte ait *Terentius in Andria act.* I. *ſc.* I. *iſthæc commemoratio quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii.* Non poteſt ergo non moleſtiam principi adferre animumque eius offendere. Memorat *Tacitus Annali* 4. *cap.* 29. Serenum deportatum fuiſſe, quod miſſis ad Tiberium Cæſarem litteris exprobraſſet, ſuum tantum ſtudium ſine fructu fuiſſe, addidiſſetque quædam contumacius, quam tutum apud aures ſuperbas & offenſioni proniores. Secundum eundem *Tacitum hiſt. lib.* 4. *cap.* 8. Antonius Primus, optime de Veſpaſiano meritus, gratia principis excidit, *nimius commemorandis, quæ meruiſſet.* Inprimis vero hic ex *Flavii Ioſephi Antiquitatibus Iudaicis lib.* 19. *cap.* 7. meretur referri Silæ exemplum. Is militiæ ſub Agrippa rege magiſter, quia per omnem fortunam ei fidus nullius unquam periculi ſocius eſſe detrectaverta, ſed difficillimos labores ſæpe pro eo ſuſceperat, fretus amicitia, liberius agebat cum rege, & in familiaribus colloquiis moleſtus erat interdum, extol-

lens ſe immodice, & ſubinde prioris fortunæ adverſitates commemorans, ut, quam ſtudioſus regis fuiſſet, oſtentaret. Semper labores in regis gratiam exhauſtos iactabat, &, quum ſine modo hoc repeteret, exprobrare videbatur, ita, ut rex tandem immodica hominis libertate offenſus præfecturam illi adimeret & in vinculis eum contineret. Lenita vero poſt aliquod tempus ira rex & reputatis eiusdem meritis, die natali ſuo, quum omnes hilaritate inter epulas exſultarent, Silam accerſiri & ad convivium invitari iubet. At ille ingenuus & diſſimulandi ignarus vocantibus reſpondet: Quem mihi, inquiens, honorem nunc defert rex, eo deinde me mox iterum exſpoliaturus eſt. Expertus hoc iam ſemel ſum, non ſine gravi contumelia mea. Errat vero, ſi linguam mihi inpoſterum minus liberam futuram putat. Imo meritorum meorum conſcius vociferari non deſinam, e quantis regem eripuerim calamitatibus, quot labores tulerim, ut incolumitatem illi & honores pararem, quorum officiorum præmium vincula & obſcurum carcerem tuli. Non obliviſcar hæc unquam, ſed inter manes etiam narrabo. Ite & referte hæc regi veſtro. At rex, immedicabilem hominis arrogantiam videns, in vinculis illum reliquit. Prudentius longe Seianus apud *Velleium Paterculum Hiſtor. lib.* 2. *cap.* 127. ſub initio miniſterii ſui, actu otioſis ſimillimus, nihil ſibi vindicabat, eoque adſequebatur omnia, & ſemper infra aliorum æſtimationes ſe metiebatur, vultu vitaque tranquillus, animo exſomnis.

XLII.

Peccat miniſter, qui turbas excitat boſtemque fovet, ut gloriam inde aucupetur.

Sed

Sed iſta quidem ambitio, quæ intra verba ſubſiſtit, facilius toleratur. Gravior eſt, quæ in facta erumpit. Multi ſcilicet non tam reipublicæ & principi, quam gloriæ ſuæ ſerviunt, maiorque apud illos, ut *Iuvenalis Satyr.* 10. *verſu* 140. loquitur, famæ ſitis eſt, quam virtutis. Ex his nonnulli, ut, quam tantopere adpetunt, gloriam adipiſcantur, rempublicam periculis involvere non dubitant, Lucullum imitantes, quem tribuni plebis apud *Plutarchum in Lucullo* imperii & opum cupidum bella ſerere ex bellis, ut publico periculo privatis libidinibus ſatisfaciat, queruntur. Qui Armandi Richelii, purpuratorum ſub Ludovico XIII. Gallorum rege principis, artes & ſecretiora conſilia deſcripſerunt, obſervant, illum propterea varias in regno & extra illud turbas excitaſſe, ut deinde in illis ſopiendis prudentiam ſuam oſtenderet, & per hoc gloriam atque potentiam ſuam augeret. Quin imo ſecundum *Baylium in Dictionario art. Fontarabie lit. D.* quum regis amicitiam erga ſe refrixiſſe animadverteret, ac ideo ex aula diſceſſiſſet, Grammondo, exercitus Gallici duci, familiari ſuo, præcipit, ut prœlio ſe ſuperari ab hoſtibus pateretur. Quæ res regem, qui omnia amoto Richelio in peius ruere videbat, ad eum revocandum coëgit. Fuere duces bellici, qui occaſione ſibi oblata hoſtilem exercitum ad internecionem delendi uti noluerunt, ne exſtirpato hoſte, imperium deponere neceſſum haberent, & uberem gloriæ colligendæ meſſem amitterent. Feciſſe hoc Bironium, Galliæ marechallum, *Brantomius in Vitis virorum illuſtrium tom.* 3. *p.* 386. narrat. Simile exemplum memorat *Traianus Boccalini in Relationibus ex parnaſſo Centur.* 2. *cap.* 24.

XLIII.

Peccat miniſter, qui principem voluptatibus immergit.

Tenet aliquos inſatiabilis regnandi cupido. Quam ut expleant, nihil intentatum relinquunt. Inter ceteras vero, quibus utuntur, artes peſſima fere eſt, principem ipſum corrumpere, voluptatibus immergere, atque cognitione ſcientiarum neceſſariarum ſtatusque publici prohibere, quo ille neceſſum habeat, adminiſtrationem rerum ſuarum miniſtro illi unice permittere. Ex variis, quæ in hiſtoriis paſſim occurrunt, exemplis duo memorabimus, alterum Perennis, qui, teſte *Lampridio in Commodo Antonino cap.* 5. Commodi perſciens ei perſuaſit, ut ipſe deliciis vacaret, atque Perennem curis incumbere ſineret, quod Commodus lætanter accipiens nunquam facile in publicum proceſſit, neque quidquam ſibi nunciari paſſus eſt, niſi, quod Perennis ante tractaſſet; alterum Thomæ Wolſæi, qui ſecundum auctorem *de l'hiſtoire de plus illuſtres favoris tom.* 2. *pag.* 291. quum Henricus VIII. admodum iuvenis ad regnum Angliæ eveheretur, maximam apud eum ſibi conciliavit auctoritatem, mollem illi iucundamque vitam præcipiendo. Quum enim ceteri proceres regi ſuaderent, ut ipſe conſiliis adſiſteret & res ſuas inſpiceret, Wolſæus ſolus reſtitit: Anni tui, inquiens, rex, moleſtiſſimis his laboribus impares ſunt. Singulis ætatibus ſua ſtudia conveniunt. Iuvenem ſenum mores imitari, abſonum eſt. Gere itaque animo tuo morem. Venationes te voluptatesque decent ac iuvant. Inter has vero unum adhibe miniſtrum, cui auſcultando unam quotidie veſpertinam horam impendas. Facilius hoc modo negotia publica cognoſces, quam infinito multorum annorum labore & ſolicitudine. Mirifice hæc placuerunt regi, in voluptates iſtas per ſe propenſo. Ex eo igitur tempore tanto Wolſæum amore complexus eſt, ut eum ceteris omnibus, quos huc usque

usque eodem loco habuerat, præferret, toti regno præficeret, per eum ſolum cum civibus ageret & deſideria eorum audiret. Aliud toti Germaniæ funeſtiſſimum exemplum exhibuit patrum noſtrorum temporibus aula Palatina in electore Carolo & præcipuo eius miniſtro, Langhanſio, quod verbis auctoris anonymi der ausgelöſchten Chur-Pfalz-Simmeriſchen Stamms-Linie, *a Tenzelio* in dem andern *Repoſitorio* der *curieuſen Bibliothec pag.* 637. excerptis narrabo: Sobald der bereits zum erſten Kirchen-Rath erhöhete Hof-Prediger Langhans die Geheime Raths-Stelle erlanget, wolte er nebſt dem Leib-*Medico* Wincklern und etlichen andern Hof-Schmeichlern den Chur-Fürſten überreden, ſich der Regierungs-Geſchäfte, ſo ſeine *melancholiſche* Natur nur vermehrten, zu entſchlagen, und ihm neben andern zu übergeben, die ſie ſchon treulichſt verwalten wollten. Weil nun der Churfürſt ohnedem ſchon zu des Herrn Vaters Zeiten, nicht ohne dieſes Bedauren, hierzu wenig geneigt geweſen, ſo verſtattete er ſeinen drey erſten *Miniſtris* alle Gewalt, auch die *Execution* deſſen, was ſie beſchloſſen; Welche denn *anno* 1682. des Reichs Lehnbare Amt Germersheim an Frankreich, gegen Zuſagung einer jährlichen gewiſſen *Summa* an Chur-Pfalz zu zahlen, würcklich überlaſſen, und vor dieſe Mühe nicht allein groſſe Vergeltung baar empfangen, ſondern auch von obgedachter *Summa* in 40000 Gulden unter ſich vertheilet haben ſollen. Inzwiſchen, da neue Hof- und Cantzeley-Bedienten angenommen, täglich faſt Luſtbarkeiten, unter andern das *Repræſentirungs*-Spiel der vier *Monarchien*, und verſchiedene Luſt-Belägerungen angeſtellet, auch koſtbare Reyſen, als nach Anſpach und Nürnberg, vorgenommen wurden, auch die gegen die ſchmeichelnden

Hof-

Hof-Bedienten geübte, von ihnen so genannte *Liberalität* immer anwuchse, so giengen nicht allein bey des Churfürsten fünfthalb-jähriger Regierung des Landes *Intraden* völlig auf, sondern über dieselbe gegen eine *Million* Gülden, nebst dem gressen Vorrath an Wein und Früchten. Die Hof-Bediente entschlugen sich meist der Aufwartung ausser der Eß-Zeit, und schliefen die jedesmal heimgebrachte starcke Räusche aus, also, daß der Churfürst im Ausreiten wenig, aber bey Tisch eine Menge Bedienten gehabt. Bey der Cantzeley thät auch ein jeder, was er gern wolte, kamen des Morgens spät, und liefen vor der gesetzten Stunde wieder davon, mit der gewissen Abrede, wo sie den Nachmittag zum Spatzieren, Spielen, und sonderlich überhand genommenen Schwelgen, zusammen kommen wolten; darunter in 8. von dem *Auctore* mit Namen genennte Personen sich befunden, die vor allen sich hierunter ergötzet, und sich selbst die *Patronanz*-Brüder genennet; Welches alles Langhans, der in vier Jahren gegen 34000 Gülden an sich gebracht, gerne geschehen lassen, und, damit er das Saufen und andere Uebel von der Cantzel nicht bestrafen dürfte, das Predigt-Amt aufgegeben. Insonderheit aber mißbrauchte er nebst dem Leib-*Medico* und einigen andern, des Churfürstens grosse Gütigkeit wieder Gewissen darinnen, daß sie ihm seiner Gemahlin Hoheit zu verleiten suchten, unter dem falschen Vorwand, daß sie nicht völlig gesund wäre; der dadurch eine solche *Abhorrenz* gefasset, daß er sich ihrer, unwissend warum, gegen zwey Jahr, bis an seinen Todt, gäntzlich entschlagen. Hingegen schlugen sie ihm eine Hof-*Dame* zu heyrathen vor, mit welcher er sich auf das Schloß Carlsberg in Francken begeben solte. Langhans hingegen suchte *Vice*-Stadthalter zu werden, und den andern

dern allen zu befehlen. Gott aber kam darzwischen, und legte den Churfürsten aufs Sieg-Bette, da zwar der Leib-*Medicus* Winckler allein die Cur unternehmen wollen, und das hitzige Fieber *præcipitirend* zur Schwindsucht gebracht, da inzwischen Langhanß ein mit vielen vom *auctore* angemerckten Fehlern angefülltes Testament aufgesetzet, und den kranken Churfürsten so wohl, als dessen hohe *Ministros*, eingeln unterschreiben lassen. Aber *anno* 1685. wurden andere *Medici* von Schafhausen verschrieben, die doch bedauret, daß sie nicht ein halb Jahr eher erfordert worden, da dem Uebel noch zu *remediren* gewesen wäre. Also muste der ausgezehrte Churfürst den 18. *Maj.* zu Mittage nach 12. Uhren das Leben endigen, und wurde weder die Frau Mutter, noch Frau Gemahlin, zu ihm gelassen, deren jene oft weinend gesagt, daß es dem Churfürsten, ihrem Herrn Sohne, von seinen untreuen Dienern ergangen, wie dem Menschen im Evangelio, der unter die Mörder gefallen war.

XLIV.

Peccat minister, qui principem ab administratione rerum arcet.

His vero impudentiores sunt, qui, primum semel locum adepti, invito principe atque ingratis se in illo tuentur, solique omnia, excluso fere principe, gubernant, Commendorigi isti similes, de quo *Barclaius in Argenide lib.* 4. *cap.* 12. Fecerunt hoc in vetere regno Francico maiores domus, quorum potestas ab initio tam modica erat, ut Gundegesilus, maior domus, apud *Gregorium Turonensem lib.* 6. *hist. cap.* 9. episcopatum Cenomanorum suæ dignitati anteferre non dubitarit, deinde vero in immensum crevit, ut reges ipsos per multos annos rerum administratio-

Digitized by Google

ne excluderet, tandem etiam de ſolio deturbaret, magno principibus documento, ne, quod prudenter monuit Ariſtoteles, quemquam præter iuſtam menſuram faciant magnum. Vide *Hertii Notitiam regni Francorum veteris cap.* 4. §. 4. In Iaponiæ regno eadem fere fabula acta, & verus princeps, quem Dairum vocabant, a duce bellico in eas anguſtias redactus eſt, ut, ſervata tantum dignitate externoque ſplendore, potentiam ipſam & vim imperii ab hoc exerceri pateretur. *Arn. Montanus in Deſcript. Legat. Iapon.* Quæ regiminis forma adhuc in iſta inſula ſervatur. Ancræo, Galliarum ſub Ludovico XIII. adminiſtro, nihil magis perniciem maturavit, quam quod potentiæ exercendæ immodice cupidus regem ipſum tanquam captivum detineret, nec ad villas ſuas pro lubitu ire ſineret, omnesque ſuſpectos aditu eius arceret. Vide *l'hiſtoire des plus illuſtres favoris tom.* 3. *pag.* 131.

XLV.

Pares cum principe honores uſurpare, crimen eſt.

Vetita quoque in miniſtro ambitio eſt, inſignibus honorum ſplendidaque vivendi ratione principem ſuperare, vel ſaltem æquare. Imminuit ſcilicet hoc exiſtimationem principis apud cives, quum vident, privatos cum illo æqualia ornamenta gerere. Et vulgus, quod ſignis his externis mire capitur, negligit ſæpe principem, magisque illum veneratur & amat, quem ſplendeſcentem & exultum magis videt. Non iniuſte ergo Theodoſius Imperator in *L.* 4. *C. de Veſtibus holoberis* læſæ maieſtatis reos facit, qui veſtibus, ſoli principi deſtinatis, utuntur. Et Iuſtinianus in *Novella* 105. *cap.* 2. §. 1. aurum ſpargere ſoli imperio vindicat conſulesque vetat. Perdidit vana iſta arrogantia quam plurimos miniſtros. Philotas, Alexandri M. familiariſ-

liariſſimus, ab eo deinde miſere necatus, teſte *Plutarcho in Alexandro M.* ſuperbia, divitiis, corporis ornatu, & vitæ ſupra privatorum morem inſtitutis odioſius utebatur, & faſtu hoc magnam ſuſpicionem invidiamque, qua deinde periit, contrahebat. Quin ipſe pater Parmenio illi aliquando dixiſſe fertur: Per Deos, fili, fac, ut paullo minor videaris. Seianum nulla magis res evertit, quam, quod pares cum Tiberio honores ſumeret. Qua de re vide *Dionem lib.* 58. Satellitio ille ac comitatu maiore & ſplendidiore, quam Cæſar ipſe, utebatur. Idem Ancræo aliisque vitio datum eſt, quod multitudine ſtipatorum & clientum in ipſa regis aula ſolitudinem facerent. De Guiſio *Brantomius in Vitis virorum illuſtrium tom.* 3. *pag.* 77. omnes, ait, ille aulicos ſibi devotos habebat, vidique eum pedibus religionis cauſſa Clericum euntem totam fere aulam ſecum trahere, ut rex tantum non ſolus relinqueretur. Quæ res & murmur excitavit ingens, & invidiam Guiſio peperit. Inter cetera accuſationis capita, ob quæ Wollæus, Henrici VIII. Angliæ regis miniſter, damnatus fuit, hoc quoque eſt, quod in litteris ſuis ſuo nomini regium poſtpoſuerit, hac formula ſemper uſus: Ego & rex meus. Vide *l'hiſtoire des favoris tom.* 2. *p.* 320. Adde *Huberi Hiſtoriam Civilem P.* 2. *lib.* 1. *ſect.* 4. *cap.* 12. qui verba hæc numis etiam ab illo inſcripta perhibet. Richelius, miniſtrorum in Gallia ſub Ludovico XIII. princeps, in reliquis, quæ ad ſtabiliendam potentiam & dominationem pertinebant, ſatis cautus, ambitioni tamen hactenus ſuccubuit, ut ſibi a clientibus aliquando maiores, quam regi, honores deferri pateretur. Illi certe, quos totus clerus Gallicanus in comitiis ſuis, teſte *Montchal dans ſes Memoires pag.* 457. ei exhibuit, divini fuerunt: *L'exces de cette flatterie paſſoit encore bien plus avant, c'eſt, qu'en nommant le Cardinal ils le nommoient toujours Monſeigneur, ſans autre nom ni qualité, & ils*

XLVII.

Peccat minister, qui liberos suos & propinquos ad immeritas dignitates evehit.

Proximum huic crimen est eorum, qui liberis suis & propinquis fere solis munera & officia publica committunt, totamque quasi aulam & provinciam sua familia inundant. Nepotismum hoc vocant Itali. Nos equidem studium, familiam suam dignitatibus opibusque exornandi, prorsus non damnamus, quum naturalis hominum in id propensio sit, nec lex ulla, quæ hoc vetet, exstet. Quin *Io. Palatius in Gestis Pontificum Romanorum* hos, qui Nepotismum exercent, Christo similes esse dicit, qui proximos secundum carnem sacerdotio ornaverit & Evangelium docere iusserit. Illos tantum reprehendimus, qui propinquos suos sine discrimine, dignine illi sint, an indigni, ad supremos honores evehunt, qui his solis exercitus, ærarium, tribunalia credunt, qui iuvenes & inexercitatos difficillimis muneribus cum periculo reipublicæ præficiunt, qui, ut suis aditum aperiant, bene meritos amovent, vel tamen postponunt. In hoc Perennis peccavit, princeps purpuratorum sub Commodo Imperatore. Is nempe secundum *Herodianum lib.* 1. *cap.* 9. sublatis e medio, quos Cæsar verebatur, quique illum paterno quodam affectu complectebantur, nihil non auctoritatis adeptus liberos suos adolescentes adhuc exercitibus præfecit, &, ut *Lampridius in Commodo Antonino cap.* 6. memorat, res per alios duces bene gestas in illos retulit.

XLVIII.

Peccat minister, qui, ut solus rerum potiatur, alios fidos ministros amovet.

Gra-

Digitized by Google

Graviter & illi miniſtri peccant, qui parem & conſortem in miniſterio ferre nequeunt, ſed, ut ipſi ſoli regnent, variis artibus veteres & fidos principis amicos & miniſtros tollunt, amovent, perdunt, alios ſuſpectos apud principem reddendo, alios aperte accuſando, alios infinitis moleſtiis ad abdicationem compellendo, alios per ſpeciem honoris, vel legationis removendo, cetera. Exemplo erit Eutropius, primus Arcadii Cæſaris poſt necem Rufini miniſter, cuius in ſubmovendis ceteris, qui momenti alicuius eſſent, miniſtris artes deſcribit *Zoſimus hiſtoriæ Romanæ lib.* 4. Maior adhuc invidia fuit Petri Schumacheri, Greiffenfeldii, comitis, miniſtriſſimi Danici, de quo *Puſendorffius Rerum Brandenburgicarum lib.* 14. *cap.* 35. *abnui*, ait, *non poteſt, quin ad eius viri ruinam plurimum contulerint invidorum artes, quorum magnum numerum ſibi attraxerat, eiusdem inſolentia ac animus tam ſubita fortunæ incrementa parum reverenter habens, &, quod eousque regem ſolus poſſidere cuperet, ut alium quempiam cum eo familiarius colloqui tolerare non poſſet.* Idem *Puſendorffius Rerum Brandenb. lib.* 5. §. 35. de Ferdinando III. Cæſare: *in eiusdem*, inquit, *gratia primum tenebat locum Ioannes Weicardus, Princeps Aurſpergius, quem tueri hic omni arte ſtudebat. Quum antea Cæſar inſignem erga Leslæum Comitem favorem oſtenderet, & Aurſpergius metuere inciperet, ne iſte ſuis luminibus officeret, primo variis eundem criminationibus evertere conatus eſt, ac, quum id fruſtra eſſet, gubernationem Croatiæ, lucroſiſſimum inter Cæſareas provincias munus, obtulit. Quo idem motus aulam, ac ſupremi in principis gratia gradus ſpem abdicare, invidiæque cedere conſtituit. Exinde ſolicitum Aurſpergio ſtudium fuit, haud permittere, ut quispiam in gratia Cæſarea longius progrederetur, quam ſibi expedire videretur. Quo fine officia aulica ita diſpoſuerat, ut proceres non niſi iunctim & certis*

certis horis in aula adparerent, quo mutuo ſibi obſtarent, ac nemo Cæſaris colloquio diu frui poſſet. Reliquo tempore Cæſarem non niſi inferioris ſortis famulitium circumſtabat. Maxima pars temporis in gynecæo exigebatur, quo aulicis nobilibus haud liber acceſſus eſt: queis & feminas ibi inviſere aut alloqui non licet, niſi ubi aulica miniſteria ſunt obeunda, & pluribus ſimul præſentibus. Sed Aurſpergio, velut ſupremo aulæ præfecto, liber ubique acceſſus patebat, cui & feminas omni modo colere, conviviis excipere, muneribus devincire, non minus, atque illos, qui privata circa Cæſarem miniſteria obibant, inſtrumentum ſervandæ potentiæ habebatur. Vbi animadverteret, a Cæſare virum quempiam meritis inſignem æſtimari, anxie oculos in eum convertere ſueverat, ſubornatis etiam e vulgari famulitio obſervatoribus. Tum & eiusdem promotioni atque commodis ſtudere, ſed, ut occaſio non foret, ſæpius & familiarius ad Cæſarem accedendi. Aſt ubi idem altius in Cæſaris gratiam penetrare inſtitueret, intentato crimine ut fortunis everteretur, opera ſumebatur. Vnde prudentibus eius aulæ conſtabat, quousque circa ambiendam Cæſaris benevolentiam progredi tuto poſſent.

XLIX.

Peccat miniſter, qui plura collegarum ſuorum ſuffragia & meliora conſilia negligit.

Nec excuſanda eſt illorum arrogantia, qui collegii alicuius præſides a principe facti auctoritatem ſuam eousque extendunt, ut, neglectis collegarum ſuffragiis, & conſiliis, omnia ex ſuo arbitrio ſtatuant. Nulla eſt regiminis forma principi & reipublicæ ſalubrior, quam, ſi diverſa inſtituantur collegia, & adminiſtratio negotiorum per eadem

Digitized by Google

eadem distribuatur, ut scilicet aliud militaria, aliud rem iudiciariam, aliud pecuniariam, aliud sacra, aliud negotia cum exteris, & sic porro, gubernent. Multo integrius sic expedientur cuncta, quam, si ex unius vel paucorum arbitrio pendeant. Agnovit hoc iam olim rex sapientissimus, Salomon *Proverb. XI*, 14. Penuria, inquiens, consilii perdit populum, sed, ubi consilia multa, ibi salus. Quod monitum prudentissime nuper exsecutus est dux Aurelianensis, regis Galliarum Ludovici XV. tutor, atque, instituta hac regiminis forma, regnum, quod debilitatum & languidum decessor reliquerat, florentissimum effecit. Fuerunt quidem, qui, ut cetera eius laudabilia instituta, sic hoc etiam improbarent. Quibus tamen copiose & accurate respondit *l'Abbé de S. Pierre*, olim academiæ Franciæ membrum, edito Londini anno 1718. libro, cui titulus: *Discours sur la Polysynodie, où on demontre, que la Polysynodie, ou pluralité des Conseils, est la forme de Ministere la plus avantageuse pour un Roi & pour son Roiaume*, in quo ostendit, polysynodiam, sic istam regiminis formam vocat, præferendam longe esse Vezeratui, quo nomine ministrissimatum appellat, & Semivezeratui, seu ministerio paucorum. In istiusmodi vero collegiis causas non ex præsidis voluntate, sed ex suffragiorum numero decidendas esse, ipsa institutio satis ostendit. Nihil quippe tam naturale est, quam ut id, quod maior pars collegii statuit, pro eo habeatur, ac si omnes egerint. *L.* 19. *Ad municipalem*, *L.* 36. *de Re iudicata.* Quam regulam in supremis etiam collegiis servandam esse, *Seckendorffius* im teutschen Fürsten-Staat, *P.* 2. *cap.* 6. *n.* 5. ostendit. Adde *Constitutionem Iudicii Aulici Imperii tit.* 5. Qui secus agit, præses, & neglecto collegarum plurimorum dissensu ex sua & assectarum suorum voluntate negotium conficit, iniurius est in collegas, & pec-

Digitized by Google

& viciſſim Eliſabethæ ad Rudolphum litteras, quarum illis Rudolphus Thomæ Arundello ob virtutem in bello Turcico demonſtratam Comitis S. Rom. Imp. dignitatem, iuribus tamen & ſuperioritatibus Eliſabethæ ſemper illæſis ac ſalvis, contulit; quod quidem absque conſenſu ſuo factum eſſe, adeo ægre tulit Eliſabetha, ut Arundello, ne in conſpectum ſuum veniret, titulove illo præter morem regni ſuſcepto uteretur, interdixerit, imo & cuſtodiæ eum, ad ſpeciem ſaltem animadverſionis, mandaret. Chriſtiana quoque, Sueciæ regina, Carolum Guſtavum Palatinum, purpuratum ſuum, oblata aureæ periscelidis inſignia recipere & Comitem de la Garde imperii Germanici principem fieri noluit. Quæ dum narrat *Wicquefortius dans l'Ambaſſadeur lib. 2. ſect. 9.* ſcite addit: *Ces deux Reines avoient raiſon d'empeſcher leurs Sujets de prendre des engagemens avec des Puiſſances étrangeres. Ils ne peuvent partager leur affection leur zele, qu'ils n'en derobent autant à leur Souverain, qui en doit eſtre auſſi jaloux, que le mari de l'honneur de ſa femme.* Adde *Specimen meum* 212. *de Locatione operarum, medit.* 2.

LII.

Peccat miniſter, qui civés ſuperbe & iniurioſe tractat.

Morum quoque ſuperbia erga miniſtros ceteros & cives crimen eſt, dum ſcilicet miniſter eos, qui ipſum convenire cupiunt, difficulter admittit, admiſſos ſuperbe excipit & cum deſpicientia tractat, ſalutatus ſalutem non reddit, leviter peccantes contumelioſiſſime obiurgat, cetera. Vt vero iſtiusmodi iniurioſi miniſtri coërceantur, principis maxime intereſt, quem populus a miniſtris offenſus tanquam fontem malorum intuetur & ſimul cum his odiſſe incipit. Appoſite *Hertius in Elementis prudentiæ civilis P. 2. ſect. 4. §. 28*: *Maximo*, ait, *damno eſſe ſolent miniſtrorum principis iniuriæ in ſubditos. Et hæ ægrius tolerantur, quam ipſius*

ipſius principis iniuriæ. Incidit in hoc crimen ille Galliæ adminiſter, Annas Montmorencius magnus, quem *Brantomius in Vitis virorum illuſtrium tom. 2. pag. 72.* truculentum obiurgatorem, *grand rabroueur des perſonnes*, vocat, narratque, non dubitaſſe illum, leviter ſaltem offenſum, præſides collegiorum & conſiliarios, aſinos, verveces, ſtultos, arrogantes appellare.

LIII.

Voluptatum intempeſtivus uſus crimen eſt.

Sed ſatis de delictis, quæ ex ambitione & ſuperbia proficiſcuntur. Dicemus & pauca de his, quæ ex voluptatum amore oriuntur. Equidem miniſtrum omni voluptatum & deliciarum uſu arcere, inhumanum foret. Indulgendum ei eſt laxamentum, ne onere negotiorum oppreſſus deficiat. Prudentiſſime Ferdinandus III. *in der Reichs-Hofrathe-Ordnung tit.* 1. præſidi & adleſſoribus illuſtris huius tribunalis maritatis octo, cœlibibus ſex quotannis hebdomades, quibus animum recreent, indulget. Ita tamen temperari debet iſte voluptatum uſus, ut ne per illum publicis rebus remora aut detrimentum inferatur. Bene *Homerus in Iliade lib. 2. v. 24.* non debet, ait, noctem integram dormire conſiliarius, cui populi commiſſi & tot curæ impoſitæ ſunt. Peccat ergo miniſter, qui intempeſtive, dum negotia domini expedienda ſunt, in prædia ſua excurrit, conviviis intereſt, ſomno operam dat. Nunquam obliviſcetur patria noſtra clades, quas frequentes pertulit, dum hoſtis Germanicorum exercituum duces vino, epulis, ſomno, Veneri intentos & propterea incautos oppreſſit. Tacemus exempla recentiora, & vetus memorabimus, illud nempe famoſum ad Rinfeldam prœlium, quo Galli, duce Bernhardo Saxone, 1638. exercitum Cæſareum integrum fere deleverunt, & præfectos militum pene omnes inaudita felicitate

ceperunt. Cauſſam eius cladis Pappus in *Epitome rerum Germanicarum p.* 138. negligentiæ, in quam effuſi fuerint copiarum Cæſarearum duces, imputat. Rem clarius explicat auctor des hiſtoriſchen Bilderſaals *P.* 4. *pag.* 665. narratque, duces iſtos, dum Bernhardus cum Gallis appropinquaret, Rinteldæ genio indulſiſſe, atque, clade iam accepta copiisque in fugam verſis, ſero tandem ſuperveniſſe. Hanc & multas ſimiles funeſtas ſtrages reputantibus ſæpe in mentem venit, ducibus bellicis, dum in expeditione verſantur, conviviis & compotationibus prorſus interdicendum eſſe.

LIV.

Levi morbo implicitus miniſter omnem officii curam deponere non debet.

Non ferendi quoque ſunt delicatuli illi, qui qualibet levi corporis infirmitate tacti omnem confeſtim negotiorum & muneris ſui curam deponunt, nec, niſi poſt longum tempus, quum recreatos ſe ſatis & confirmatam penitus valetudinem putant, reſumunt. Sermo autem nobis eſt de levi morbo, non de gravi & periculoſo. Per hunc quippe ſine dubio miniſtro, cum magno licet reipublicæ diſpendio, ab officii ſui exercitio prorſus abſtinere licet. Sentit quidem inde damnum princeps, maxime quum præcipuus miniſtrorum, in cuius adminiſtratione totus rerum & negotiorum cardo vertitur, ægrotat. Atque hoc ipſum una ex rationibus eſt, propter quas *Abbas S. Pierre in Diſcurſu ſupra memorato de Polyſynodia p.* 33. miniſtriſſimatum diſſuadet, ne ſcilicet, decumbente miniſtriſſimo, reipublicæ gubernatio penitus interquieſcat. Sed ſive in miniſtriſſimo, ſive in alio hoc accidat, caſus fortuitus erit, qui nemini imputabitur. At, qui quamvis capitis vel thoracis deſtillationem, nauſeam, podagram deſidiæ ſuæ præ-

Digitized by Google

prætexit, audiendus non eſt. Vide de podagra *L.* 13. *C. de Decurionibus.* Damnarunt itaque menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. ICti Helmſtadienſes miniſtrum, qui febriculæ levi implicitus, ad dominum in maximis anguſtiis conſtitutum accerſitus, venire detrectarat: Es zeiget eine ziemliche Untreue an, daß er unter dem Vorwand einer geringen Unpäßlichkeit ſich geweigert, von ſeinem Gute zu der gnädigſten Herrſchaft, von welcher er doch inſtändigſt verlangt worden, zu reiſen, und derſelben bey ihrem größten Bedrängniß, worinnen ſie der Bürger-Tumult geſetzet, beyzuſtehen, da er doch kurz hierauf, und bey noch fortwährenden Tumult, im Stande geweſen, eine viel weitere Reiſe nach Antiochia zu thun.

LV.

Peccat miniſter, qui principem fratribus vel propinquis inviſum reddit.

Sunt aliqui miniſtri adeo malevoli, ut concordiam principis cum fratribus agnatisve ferre nullo modo poſſint, ſed odia inter illos ſerere enixe ſtudeant. Stimulat ad hoc nonullos invidia, alios ambitio, ut ex ruina propinquorum principis ſua auctoritas creſcat, quosdam ingenium turbulentum, plurimos offenſio privata. Imputat hoc delictum Guaſtio, Henrici III. Galliarum regis miniſtro familiariſſimo, *Margaretha*, Henrici ſoror, Henrici IV. uxor, *dans ſes memoires lib.* 1. *pag.* 22: *Depuis, que mon frere eſtoit party, il avoit prechè de luy le Guaſt, duquel il eſtoit tellement poſſedé, qu'il ne voyoit, que par ſes yeux, & ne parloit, que par ſa bouche. Ce mauvais homme, né pour mal faire, ſoudain faſcina ſon eſprit, & le remplit de mille tyranniques maximes: Qu'il ne falloit aymer ny ſe fier qu'à ſoymeſme; Qu'il ne falloit joindre*

ne le nommoient jamais ſans ſe decouvrir, honneur, qu'ils ne rendoient pas au Roi, le nommant la tête couverte, procedure fort criminelle de donner au Suiet ce, qui eſt dû au Prince, & d'oter au Prince ce, qui eſt donné au Suiet. Aliter longe Mæcenas, Auguſti miniſter, modeſtia ac comitate fortunam temperans, quum alias ab Auguſto ſæpe ſummos honores impetraret, in equeſtri loco conſenuit.

XLVI.

Peccat miniſter, qui ceteros miniſtros ſibi obnoxios reddit. Sed horum quidem hominum impudentior arrogantia eſt. Subtilius alii, dum externa honorum inſignia contemnunt, recte ad ſupremam poteſtatem graſſantur, atque omnes ſibi miniſtros ceteros obnoxios reddunt, dignitates ſuis tantum clientibus impertiuntur, & quotquot partes ſuas amplecti recuſant, honoribus muneribusque ſpoliant. Improbum hoc eſt. Regnum quippe quaſi in regno ſtabilitur, & auctoritas principis per potentiam miniſtri nimiam deprimitur. Hoc Schwarzenbergio, primo Georgii Wilhelmi Principis Electoris Brandenburgici miniſtro, apud *Pufendorffium de Rebus geſtis Friderici Wilhelmi Magni lib.* 1. *cap.* 3. obiiciebatur, quod veteres miniſtros, ſuis conſiliis adverſos, muneribus demoviſſet, aliosque, qui placitis ſuis ſuccinerent, ſubrogaſſet. Wallenſteinium, quo maiorem & potentiorem militum ducem Germania non vidit, hoc ambitionis genus ſuſpectum primo apud cæſarem fecit, ac deinde prorſus perdidit. Abutebatur ſcilicet conceſſa ſibi ab Imperatore ſuprema poteſtate ad hoc, ut munera militaria pro lubitu inter amicos fidelesque ſuos diſtribueret, & redditos ſibi iam hoc modo ſatis obnoxios etiam chirographo ad partes ſuas conſtanter tuendas obligaret. Vide *Mortem Wallenſteinii Italico ſermone deſcriptam a Io. Franciſco Loredano p.* 247. & *Theatrum Europæum P.* 3. *p.* 161. *ſq.*

Digitized by Google

ſq. Fuquetus, Ludovici XIV. Galliarum regis miniſter, omnes, quotquot dignitate, virtute, ingenio excellebant, beneficiis ſibi & annuis ſtipendiis devinxit, ſed hoc ipſo offenſam & ſuſpicionem apud dominum incurrit, & calamitatis ſuæ auctor fuit. Peſſumdedit ergo illum, ut *Priolus de Rebus Gallicis lib.* 12. *cap.* 1. loquitur, aviditas æris non retinendi, ſed donandi. Sed inprimis ei nocuit, quod nonnullos ſibi, acceptis ab iis chirographis, ad obſequium omnibus in rebus & contra omnes ſine diſcrimine præſtandum obligaſſet. Duo ex iſtis chirographis reperiuntur in *tomo* 3. *du Recueil des Defenſes de Mr. Fouquet. p.* 299. & 305. Prius a Delandes quodam his verbis conceptum eſt: *Je promets & donne ma foy à Monſeigneur le Surintendant des finances de France, de n'eſtre jamais à autre perſonne, qu' à luy, auquel je me donne & m'attache du dernier attachement, que je puis avoir, & lui promets de le ſervir generalement contre toutes ſortes de perſonnes ſans exception, & de n'obéir à perſonne qu'à luy, & même de n'avoir aucun commerce avec ceux, qu'il me defendra, & de luy rendre la place de Concarneau toutes les fois qu'il me l'ordonnera, ou à telle autre perſonne, qu'il luy plaira, de quelque qualité & condition, qu'il puiſſe eſtre, ſans en excepter dans le monde un ſeul.* Alterum Maridorii, præſidis, talia promiſſa continet: *Je promets à Monſeigneur le Procureur General, quoy qu'il en puiſſe arriver, de demeurer en tout tems parfaitement attaché à ſes intereſts & ſans aucune reſerve ny diſtinction de perſonnes, de quelque qualité qu'elles puiſſent eſtre, eſtant dans la reſolution d'executer aveuglement ſes ordres dans toutes les affaires, qui ſe preſenteront & le concerneront.* Non poterat ipſe dæmon, ſi vera ſunt, quæ perhibent vulgo, firmiorem obligationis formulam his, cum quibus fœdus init, præſcribere.

XLVII.

Peccat minister, qui liberos suos & propinquos ad immeritas dignitates evehit.

Proximum huic crimen est eorum, qui liberis suis & propinquis fere solis munera & officia publica committunt, totamque quasi aulam & provinciam sua familia inundant. Nepotismum hoc vocant Itali. Nos equidem studium, familiam suam dignitatibus opibusque exornandi, prorsus non damnamus, quum naturalis hominum in id propensio sit, nec lex ulla, quæ hoc vetet, exstet. Quin *Io. Palatius in Gestis Pontificum Romanorum* hos, qui Nepotismum exercent, Christo similes esse dicit, qui proximos secundum carnem sacerdotio ornaverit & Evangelium docere iusserit. Illos tantum reprehendimus, qui propinquos suos sine discrimine, dignine illi sint, an indigni, ad supremos honores evehunt, qui his solis exercitus, ærarium, tribunalia credunt, qui iuvenes & inexercitatos difficillimis muneribus cum periculo reipublicæ præficiunt, qui, ut suis aditum aperiant, bene meritos amovent, vel tamen postponunt. In hoc Perennis peccavit, princeps purpuratorum sub Commodo Imperatore. Is nempe secundum *Herodianum lib.* 1. *cap.* 9. sublatis e medio, quos Cæsar verebatur, quique illum paterno quodam affectu complectebantur, nihil non auctoritatis adeptus liberos suos adolescentes adhuc exercitibus præfecit, &, ut *Lampridius in Commodo Antonino cap.* 6. memorat, res per alios duces bene gestas in illos retulit.

XLVIII.

Peccat minister, qui, ut solus rerum potiatur, alios fidos ministros amovet.

Gra-

Digitized by Google

Graviter & illi miniſtri peccant, qui parem & conſortem in miniſterio ferre nequeunt, ſed, ut ipſi ſoli regnent, variis artibus veteres & fidos principis amicos & miniſtros tollunt, amovent, perdunt, alios ſuſpectos apud principem reddendo, alios aperte accuſando, alios infinitis moleſtiis ad abdicationem compellendo, alios per ſpeciem honoris, vel legationis removendo, cetera. Exemplo erit Eutropius, primus Arcadii Cæſaris poſt necem Rufini miniſter, cuius in ſubmovendis ceteris, qui momenti alicuius eſſent, miniſtris artes deſcribit *Zoſimus hiſtoriæ Romanæ lib.* 4. Maior adhuc invidia fuit Petri Schumacheri, Greiffenfeldii, comitis, miniſtriſſimi Danici, de quo *Pufendorffius Rerum Brandenburgicarum lib.* 14. *cap.* 35. *abnui*, ait, *non poteſt, quin ad eius viri ruinam plurimum contulerint invidorum artes, quorum magnum numerum ſibi attraxerat, eiusdem inſolentia ac animus tam ſubita fortunæ incrementa parum reverenter habens, &, quod eousque regem ſolus poſſidere cuperet, ut alium quempiam cum eo familiarius colloqui tolerare non poſſet.* Idem *Pufendorffius Rerum Brandenb. lib.* 5. §. 35. de Ferdinando III. Cæſare: *in eiusdem*, inquit, *gratia primum tenebat locum Ioannes Weicardus, Princeps Aurſpergius, quem tueri hic omni arte ſtudebat. Quum antea Cæſar inſignem erga Leslæum Comitem favorem oſtenderet, & Aurſpergius metuere inciperet, ne iſte ſuis luminibus officeret, primo variis eundem criminationibus evertere conatus eſt, ac, quum id fruſtra eſſet, gubernationem Croatiæ, lucroſiſſimum inter Cæſareas provincias munus, obtulit. Quo idem motus aulam, ac ſupremi in principis gratia gradus ſpem abdicare, invidiæque cedere conſtituit. Exinde ſolicitum Aurſpergio ſtudium fuit, haud permittere, ut quiſpiam in gratia Cæſarea longius progrederetur, quam ſibi expedire videretur. Quo fine officia aulica ita diſpoſuerat, ut proceres non niſi iunctim & certis*

certis horis in aula adpararent, quo mutuo ſibi obſtarent, ac nemo Cæſaris colloquio diu frui poſſet. Reliquo tempore Cæſarem non niſi inferioris ſortis famulitium circumſtabat. Maxima pars temporis in gynecæo exigebatur, quo aulicis nobilibus haud liber acceſſus eſt: queis & feminas ibi inviſere aut alloqui non licet, niſi ubi aulica miniſteria ſunt obeunda, & pluribus ſimul præſentibus. Sed Aurſpergio, velut ſupremo aulæ præfecto, liber ubique acceſſus patebat, cui & feminas omni modo colere, conviviis excipere, muneribus devincire, non minus, atque illos, qui privata circa Cæſarem miniſteria obibant, inſtrumentum ſervandæ potentiæ habebatur. Vbi animadverteret, a Cæſare virum quempiam meritis inſignem æſtimari, anxie oculos in eum convertere ſueverat, ſubornatis etiam e vulgari famulitio obſervatoribus. Tum & eiusdem promotioni atque commodis ſtudere, ſed, ut occaſio non foret, ſæpius & familiarius ad Cæſarem accedendi. Aſt ubi idem altius in Cæſaris gratiam penetrare inſtitueret, intentato crimine ut fortunis everteretur, opera ſumebatur. Vnde prudentibus eius aulæ conſtabat, quousque circa ambiendam Cæſaris benevolentiam progredi tuto poſſent.

XLIX.

Peccat miniſter, qui plura collegarum ſuorum ſuffragia & meliora conſilia negligit.

Nec excuſanda eſt illorum arrogantia, qui collegii alicuius præſides a principe facti auctoritatem ſuam eousque extendunt, ut, neglectis collegarum ſuffragiis, & conſiliis, omnia ex ſuo arbitrio ſtatuant. Nulla eſt regiminis forma principi & reipublicæ ſalubrior, quam, ſi diverſa inſtituantur collegia, & adminiſtratio negotiorum per eadem

Digitized by Google

eadem distribuatur, ut scilicet aliud militaria, aliud rem iudiciariam, aliud pecuniariam, aliud sacra, aliud negotia cum exteris, & sic porro, gubernent. Multo integrius sic expedientur cuncta, quam, si ex unius vel paucorum arbitrio pendeant. Agnovit hoc iam olim rex sapientissimus, Salomon *Proverb. XI*, 14. Penuria, inquiens, consilii perdit populum, sed, ubi consilia multa, ibi salus. Quod monitum prudentissime nuper exsecutus est dux Aurelianensis, regis Galliarum Ludovici XV. tutor, atque, instituta hac regiminis forma, regnum, quod debilitatum & languidum decessor reliquerat, florentissimum effecit. Fuerunt quidem, qui, ut cetera eius laudabilia instituta, sic hoc etiam improbarent. Quibus tamen copiose & accurate respondit *l'Abbé de S. Pierre*, olim academiæ Franciæ membrum, edito Londini anno 1718. libro, cui titulus: *Discours sur la Polysynodie, où on demontre, que la Polysynodie, ou pluralité des Conseils, est la forme de Ministere la plus avantageuse pour un Roi & pour son Roiaume*, in quo ostendit, polysynodiam, sic istam regiminis formam vocat, præferendam longe esse Vezeratui, quo nomine ministrissimatum appellat, & Semivezeratui, seu ministerio paucorum. In istiusmodi vero collegiis causas non ex præsidis voluntate, sed ex suffragiorum numero decidendas esse, ipsa institutio satis ostendit. Nihil quippe tam naturale est, quam ut id, quod maior pars collegii statuit, pro eo habeatur, ac si omnes egerint. *L.* 19. *Ad municipalem*, *L.* 36. *de Re iudicata.* Quam regulam in supremis etiam collegiis servandam esse, *Seckendorffius* im teutschen Fürsten-Staat *P.* 2. *cap.* 6. *n.* 5. ostendit. Adde *Constitutionem Iudicii Aulici Imperii tit.* 5. Qui secus agit, præses, & neglecto collegarum plurimorum dissensu ex sua & assectarum suorum voluntate negotium conficit, iniurius est in collegas, & pec-

& viciſſim Eliſabethæ ad Rudolphum litteras, quarum illis Rudolphus Thomæ Arundello ob virtutem in bello Turcico demonſtratam Comitis S. Rom. Imp. dignitatem, iuribus tamen & ſuperioritatibus Eliſabethæ ſemper illæſis ac ſalvis, contulit; quod quidem absque conſenſu ſuo factum eſſe, adeo ægre tulit Eliſabetha, ut Arundello, ne in conſpectum ſuum veniret, titulove illo præter morem regni ſuſcepto uteretur, interdixerit, imo & cuſtodiæ eum, ad ſpeciem ſaltem animadverſionis, mandaret. Chriſtiana quoque, Sueciæ regina, Carolum Guſtavum Palatinum, purpuratum ſuum, oblata aureæ periscelidis inſignia recipere & Comitem de la Garde imperii Germanici principem fieri noluit. Quæ dum narrat *Wicquefortius dans l'Ambaſſadeur lib. 2. ſect. 9.* ſcite addit: *Ces deux Reines avoient raiſon d'empeſcher leurs Sujets de prendre des engagemens avec des Puiſſances étrangeres. Ils ne peuvent partager leur affection leur zele, qu'ils n'en derobent autant à leur Souverain, qui en doit eſtre auſſi jaloux, que le mari de l'honneur de ſa femme.* Adde *Specimen meum* 212. *de Locatione operarum, medit.* 2.

LII.

Peccat miniſter, qui cives ſuperbe & iniurioſe tractat.

Morum quoque ſuperbia erga miniſtros ceteros & cives crimen eſt, dum ſcilicet miniſter eos, qui ipſum convenire cupiunt, difficulter admittit, admiſſos ſuperbe excipit & cum deſpicientia tractat, ſalutatus ſalutem non reddit, leviter peccantes contumelioſiſſime obiurgat, cetera. Vt vero iſtiusmodi iniurioſi miniſtri coërceantur, principis maxime intereſt, quem populus a miniſtris offenſus tanquam fontem malorum intuetur & ſimul cum his odiſſe incipit. Appoſite *Hertius in Elementis prudentiæ civilis P.* 2. *ſect.* 4. §. 28: *Maximo*, ait, *damno eſſe ſolent miniſtrorum principis iniuriæ in ſubditos. Et hæ ægrius tolerantur, quam*

ipſius

Google

ipſius principis iniuriæ. Incidit in hoc crimen ille Galliæ administer, Anna Montmorencius magnus, quem *Brantomius in Vitis virorum illuſtrium tom. 2. pag. 72.* truculentum obiurgatorem, *grand rabroueur des perſonnes*, vocat, narratque, non dubitaſſe illum, leviter ſaltem offenſum, præſides collegiorum & conſiliarios, aſinos, verveces, ſtultos, arrogantes appellare.

LIII.

Voluptatum intempeſtivus uſus crimen eſt.

Sed ſatis de delictis, quæ ex ambitione & ſuperbia proficiſcuntur. Dicemus & pauca de his, quæ ex voluptatum amore oriuntur. Equidem miniſtrum omni voluptatum & deliciarum uſu arcere, inhumanum foret. Indulgendum ei eſt laxamentum, ne onere negotiorum oppreſſus deficiat. Prudentiſſime Ferdinandus III. *in der Reichs-Hofraths-Ordnung tit. 1.* præſidi & adſeſſoribus illuſtris huius tribunalis maritatis octo, cœlibibus ſex quotannis hebdomades, quibus animum recreent, indulget. Ita tamen temperari debet iſte voluptatum uſus, ut ne per illum publicis rebus remora aut detrimentum inferatur. Bene *Homerus in Iliade lib. 2. v. 24.* non debet, ait, noctem integram dormire conſiliarius, cui populi commiſſi & tot curæ impoſitæ ſunt. Peccat ergo miniſter, qui intempeſtive, dum negotia domini expedienda ſunt, in prædia ſua excurrit, conviviis intereſt, ſomno operam dat. Nunquam obliviſcetur patria noſtra clades, quas frequentes pertulit, dum hoſtis Germanicorum exercituum duces vino, epulis, ſomno, Veneri intentos & propterea incautos oppreſſit. Taceamus exempla recentiora, & vetus memorabimus, illud nempe famoſum ad Rinfeldam prœlium, quo Galli, duce Bernhardo Saxone, 1638. exercitum Cæſareum integrum fere deleverunt, & præfectos militum pene omnes inaudita felicitate

ceperunt. Cauſſam eius cladis Pappus in *Epitome rerum Germanicarum p.* 138. negligentiæ, in quam effuſi fuerint copiarum Cæſarearum duces, imputat. Rem clarius explicat auctor des hiſtoriſchen Bilderſaals *P.* 4. *pag.* 665. narratque, duces iſtos, dum Bernhardus cum Gallis appropinquaret, Rinteldæ genio indulſiſſe, atque, clade iam accepta copiisque in fugam verſis, ſero tandem ſuperveniſſe. Hanc & multas ſimiles funeſtas ſtrages reputantibus ſæpe in mentem venit, ducibus bellicis, dum in expeditione verſantur, conviviis & compotationibus prorſus interdicendum eſſe.

LIV.

Levi morbo implicitus miniſter omnem officii curam deponere non debet.

Non ferendi quoque ſunt delicatuli illi, qui qualibet levi corporis infirmitate tacti omnem confeſtim negotiorum & muneris ſui curam deponunt, nec, niſi poſt longum tempus, quum recreatos ſe ſatis & confirmatam penitus valetudinem putant, reſumunt. Sermo autem nobis eſt de levi morbo, non de gravi & periculoſo. Per hunc quippe ſine dubio miniſtro, cum magno licet reipublicæ diſpendio, ab officii ſui exercitio prorſus abſtinere licet. Sentit quidem inde damnum princeps, maxime quum præcipuus miniſtrorum, in cuius adminiſtratione totus rerum & negotiorum cardo vertitur, ægrotat. Atque hoc ipſum una ex rationibus eſt, propter quas *Abbas S. Pierre in Diſcurſu ſupra memorato de Polyſynodia p.* 33. miniſtriſſimatum diſſuadet, ne ſcilicet, decumbente miniſtriſſimo, reipublicæ gubernatio penitus interquieſcat. Sed ſive in miniſtriſſimo, ſive in alio hoc accidat, caſus fortuitus erit, qui nemini imputabitur. At, qui quamvis capitis vel thoracis deſtillationem, nauſeam, podagram deſidiæ ſuæ præ-

prætexit, audiendus non eſt. Vide de podagra *L.* 13. *C. de Decurionibus.* Damnarunt itaque menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. ICti Helmſtadienſes miniſtrum, qui febriculæ levi implicitus, ad dominum in maximis anguſtiis conſtitutum accerſitus, venire detrectarat: Es zeiget eine ziemliche Untreue an, daß er unter dem Vorwand einer geringen Unpäßlichkeit ſich geweigert, von ſeinem Gute zu der gnädigſten Herrſchaft, von welcher er doch inſtändigſt verlangt worden, zu reiſen, und derſelben bey ihrem gröſten Bedrängniß, worinnen ſie der Bürger-Tumult geſetzet, beyzuſtehen, da er doch kurz hierauf, und bey noch fortwährenden Tumult, im Stande geweſen, eine viel weitere Reiſe nach Antiochia zu thun.

LV.

Peccat miniſter, qui principem fratribus vel propinquis inviſum reddit.

Sunt aliqui miniſtri adeo malevoli, ut concordiam principis cum fratribus agnatisve ferre nullo modo poſſint, ſed odia inter illos ſerere enixe ſtudeant. Stimulat ad hoc nonullos invidia, alios ambitio, ut ex ruina propinquorum principis ſua auctoritas creſcat, quosdam ingenium turbulentum, plurimos offenſio privata. Imputat hoc delictum Guaſtio, Henrici III. Galliarum regis miniſtro familiariſſimo, *Margaretha*, Henrici ſoror, Henrici IV. uxor, *dans ſes memoires lib.* 1. *pag.* 22: *Depuis, que mon frere eſtoit party, il avoit prechè de luy le Guaſt, duquel il eſtoit tellement poſſedé, qu'il ne voyoit, que par ſes yeux, & ne parloit, que par ſa bouche. Ce mauvais homme, né pour mal faire, ſoudain faſcina ſon eſprit, & le remplit de mille tyranniques maximes: Qu'il ne falloit aymer ny ſe fier qu'à ſoymeſme; Qu'il ne falloit joindre*

dre perſonne à ſa fortune, non pas meſme ny frere, ny ſoeur, & autres tels beaux precepter Machiavelliſtes. Debebant vero iſti diſcordiarum auctores graviter puniri, ad incendiariorum, quibus per omnia ſimiles ſunt, exemplum. Recte Antoninus Caracallus apud *Aelium Spartianum cap.* 3. Lætum & ceteros, qui ipſum contra fratrem Getam concitarant, interemit. Et Wilhelmus, Saxoniæ dux, Apollonium Vizthumium ceterosque miniſtros ſuos, quibus ſuaſoribus funeſtiſſima cum fratre Friderico Placido odia exercuerat, poſt reſtitutam pacem acriter perſecutus eſt. Qua de re vide plura in *Sigismundi* von Bircken Sächſiſchem Heldenſaal *pag.* 372. & 420. Similiter ICti Vitembergenſes menſe Septembri anni CIↃ IↃ CC X. reſponderunt: Daferne des Miniſters boßhaftes Gemüthe und gottloſe Intention, Uneinigkeit in dem Fürſtlichen Hauſe anzurichten, beygebracht werden könnte; So möchte derſelbe mit Remotion, Gefängniß oder anderer dergleichen Strafe wohl beleget werden.

LVI.

Peccat miniſter, qui principem coniugi infenſum reddit.

Magis vero peccant, qui arctiſſimum illud inter principem & coniugem eius vinculum diſſolvere & dominum uxori infenſum reddere ſtudent. Fecerunt hoc aliqui, meritasque malevolentiæ ſuæ pœnas dederunt. Memorabile inprimis eſt Hugonis Spenceri exemplum, qui præcipuus Eduardi II. Angliæ regis miniſter dominum adeo infenſum uxori reddiderat, ut videre eam, & in loca, in quibus illa moraretur, venire detrectaret. Quod indignata regina ſumtis armis Spencerum cepit & miſerabili morte mulctavit. Vide *l'hiſtoire des plus illuſtres favoris*

Digitized by Google

voris tom. 2. pag. 67. Superiore ſeculo Io. Ludovicus Langhanſius, Carolo Electori Palatino a conſiliis ſecretioribus & confeſſionibus, ob eandem cauſſam a ſucceſſore Caroli ignominioſiſſima pœna adfectus eſt. Editus eſt publice anno 1689. de crimine Langhanſii libellus, ſub titulo: der ungewiſſenhafte Gewiſſens-Rath, vorgeſtellet in einer *Theologiſchen Facultät* zu Heydelberg Bedencken über etzliche Briefe Johann Ludewig Langhanſens, vormals bey des verſtorbenen Churfürſten von Pfaltz Durchl. geweſenen Beicht-Vaters, Geheimden- und Gewiſſens-Raths, darinnen er ihre Churfürſtl. Durchl. zur *Deſertion* Dero Gemahlin, und ungebührlichen Buhlen-Liebe mit einer gewiſſen Hof-Dame, verleiten wollen, ſammt einer Vorrede, worinnen deſſen *Conduite*, Verbrechen und Beſtrafung mit mehrern enthalten. Tota accuſatio innititur novem litteris a Langhanſio ad Electorem perſcriptis & carmini in diem eius natalem exarato. Ex illis appareret, principem ipſum diſcordiam, quam cum coniuge exercebat, & furtivos cum puella nobili amores religioni ſibi duxiſſe, variaque ex ſacro codice dubia moviſſe. Reſpondet ad hæc Langhanſius, ſcrupulosque omnes eximere principi callidis interpretationibus conatur. In carmine vero oblique coniugem Electoris perſtringit, commodioremque ei & pulcriorem precatur, his maxime verbis:

Poſt hæc nobilius poterit non eſſe marito
Munus, quam præſtans animo & virtutibus uxor,
Quæ non triſte thori ſit onus vitæque gravamen,
Sed quæ mille iocos det, quæ perfuſa rubore
Purpureo de ſe ſpargat ſuper ore nitorem,

Alba roſis ac ſi miſcentur lilia rubris.
Ergo, qui coſti ſancivit fœdera lecti,
Hanc tibi conſortem cum tanto munere præſtet,
Quæ charam gignat ſobolem dulcesque nepotes.

LVII.

Peccat miniſter, qui principem lenocinio corrumpit.

Idem Langhanſii exemplum docet, peccare & eos miniſtros, qui principem lenocinio corrumpunt, & ad furtivos vetitosque amores inducunt ac hortantur. Feciſſe hoc Langhanſium, litteræ iſtæ ſatis oſtendunt, & memorabilia ſunt maxime verba, quibus Electorem ad conſtantiam in amando hortatur, ſpemque facit, fore, ut per hanc tandem puella, quæ huc usque fortiter reſtiterat, victa cedat, ſeque Principi permittat. Sic autem ait *pag.* 25: Was die Veſtung von der lincken Bruſt betrift, muß ich bekennen, daß ſie wohl verſehen und bewahret ſey, aber doch nicht unüberwindlich, wann nur die Auſſenwercke, welche ſchon ziemlich *pouſſiret* ſeynd, einmal fallen, ſo wird ſich der Platz wol von ſich ſelbſten ergeben müſſen. Unterdeſſen muß ein tapferer Obriſter auch ſeine Arbeit mit Gedult führen, und einen guten Ausgang von dem Himmel erwarten, welchen ich von Hertzen wünſche und erbitte. Magis hæc profecto Ovidii artem amandi, quam ſacerdotis & conſiliarii intimi epiſtolam, decerent. Ille tamen huius lenocinii ſui pœnam tulit. Alii per id honores & opes adepti ſunt. Sic Varenna, Henrici IV. Galliarum regis culinæ primum, poſt libidinum, miniſter, quem *Barclaius in Satyrico* ſub Curſoris nomine ludit, Cancellario regni in iurgio dicere non erubuit, ſe officium ſuum, ſi modo rex paullo iunior foret, cum ipſius munere non commutaturum. Vide *Menagiana tom.* 2. *pag.* 21.

LVIII.

LVIII.

Peccat, qui bonorum publicorum alienationem ſine neceſſitate ſuadet.

Debet miniſter, quantum poteſt, alienationem bonorum publicorum impedire, quippe per quam vires reipublicæ non parum imminuuntur. Sicut ergo tutor peccat, qui pupilli ſui prædia ſine neceſſitate vendit, *L.* 1. *pr. de Rebus eorum, qui ſub tutela*, ita & miniſter, qui venditionem eiusmodi principi temere ſuadet. Gravius tamen puniendus eſt, ſi hoc lucri ſui cauſſa, donis forſan emtoris corruptus faciat. Inter cetera, quæ Greiffenfeldio, miniſtriſſimo Danico, in ſententia contra illum lata apud *du Mont* in *Memoires politiques pour ſervir à la parfaite intelligence de l'hiſtoire de la paix de Ryswick tom.* 4. *pag.* 171. obiiciuntur crimina, hoc etiam eſt, quod lucri ſui cauſſa alienationem inſignium provinciarum magna contentione ſuaſerit.

LIX.

Peccat miniſter, qui bona publica infra verum pretium vendit.

Quemadmodum tutores, etiamſi iuſte bona pupilli vendiderint, tamen, ſi minus, quam illa valebant, pretium fraude vel culpa ſua, acceperunt, ad ſupplendum hoc, quod deeſt, obligantur, *L.* 6. & 7. *C. Arbitrium tutelæ*, idem in miniſtris principum obtinebit, ſi modo dolus vel culpa eorum manifeſtis indiciis appareat. Reſponderunt ita ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃIↃCCXIX. Dieweil es ein offenbarer Dolus, oder doch wenigſtens eine unverantwortliche Nachläßigkeit und ſupina ignorantia iſt, daß

Digitized by Google

cat contra principis voluntatem, contra bonum publicum & contra ordinem naturalem. Vide *Ziegleri Dicaſticen concl.* 42. §. 30. Sunt tamen nonnulli adeo ſuperbi, ut malint ex ſuo arbitrio male, quam ex aliorum conſilio bene, rem gerere. Hoc animo fuiſſe Lautreccium, ducatus Mediolanenſis pro Franciſco I. Galliarum rege adminiſtratorem, memorat *Brantomius in Vitis virorum illuſtrium tom.* I. *pag.* 175. Conſulebat is quidem collegas ſuos, conſilia tamen eorum, etſi optima, ſi a ſuis diſcreparent, non ſequebatur, atque hac pervicacia ſua provinciam amiſit.

L.

Præſidi collegii, etiam cum ratione diſſentienti, plura collegarum ſuorum ſuffragia negligere non licet.

Quid faciendum tamen præſidi, qui manifeſte videt, ſententiam eam, quam plures tuentur, deteriorem & noxiam eſſe? Num huic ſaltem dabimus facultatem a regula modo ſtabilita recedendi? Non dabimus. Nam ſi dederimus, corruent omnia, quæ diximus. Quippe plerisque ex inſito ingeniis humanis ſui amore opinio ſua ſic placet, ut eam meliorem prudentioremque ceteris omnibus credant. Igitur nunquam non præſes deteriorem diſſentientium a ſe ſententiam dicet. Quod ne fiat, perſiſtendum eſt in eo, quod pluribus placuit. Erit tamen permiſſum præſidi, rem principi ipſi proponere, eiusque deciſionem expetere. Quodſi is quoque pluribus adſentiat, acquieſcendum eſt, & ſubſcribendum interdum nomen decreto communi. Numquid vero tunc licebit imitari Hoſpitalium, magnum illum Galliæ Cancellarium, qui, teſtibus *Langueto lib.* 2. *epiſt.* 62. & *Le Grain Decade d'Henri le grand*

liv.

Digitized by Google

liv. 8. *p.* 898. decretis iſtiusmodi nomen quidem ſubiiciebat, ſed verba, *me non conſentiente*, adiiciebat? Neque hoc putamus, niſi decretum iuri divino adverſetur. Nam, ut recte *Plinius lib.* 6. *ep.* 13. ait, *ſingulos, integra re, diſſentire fas eſt; peracta, quod pluribus placuit, cunctis tuendum.*

LI.

Peccat miniſter, qui dignitates ab exteris principibus ſuſcipit.

Illud ambitionis genus maxime oderunt principes, quando miniſter, non contentus his, quibus a domino ſuo ornatus eſt, dignitatibus, alias ab exteris principibus oblatas ſuſcipit. Verum hoc crimen eſt, & coërcitione dignum. Nam qui ſemel principi ſe operasque ſuas addixit, totus eius eſt, nec poteſt ſe ſine illius iniuria obnoxium alii principi facere. Recte igitur Henricus VIII. Angliæ rex inter Wolſæi, miniſtri ſui, crimina primo loco poſuit, quod is, ſine venia regis, legati Pontificii ad Anglos dignitatem ſuſcepiſſet. *L'hiſtoire des plus illuſtres favoris tom.* 2. *pag.* 320. Prudenter quoque Eliſabetha, Angliæ Regina, Nicolaum Clifford & Antonium Sherley, ex peregrinatione Gallica in patriam reduces, atque inſignibus equitum S. Michaëlis ab Henrico IV. Gallo ornatos, carcere, ut ſe peregrinis honoribus abdicarent, coëgit: Bonus, inquiens, civis caſtam uxorem imitetur, atque, ut illa ſolum maritum ſuum reſpicit, ſolum etiam principem ſuum obſervet. Nolo quippe, oves meas alienis notis ſignari, aut fiſtulam exteri paſtoris ſequi. Conſervavit nobis *Thomas Rymer*, aut potius continuator eius, *Robertus Sanderſon*, inter *fœdera, conventiones, litteras & acta publica regum Angliæ tom. XVI. pag.* 230. *ſqq.* Rudolphi II. Imperat. ad Eliſabetham hanc,

& viciſſim Eliſabethæ ad Rudolphum litteras, quarum illis Rudolphus Thomæ Arundello ob virtutem in bello Turcico demonſtratam Comitis S. Rom. imp. dignitatem, iuribus tamen & ſuperioritatibus Eliſabethæ ſemper illæſis ac ſalvis, contulit; quod quidem absque conſenſu ſuo factum eſſe, adeo ægre tulit Eliſabetha, ut Arundello, ne in conſpectum ſuum veniret, titulove illo præter morem regni ſuſcepto uteretur, interdixerit, imo & cuſtodiæ eum, ad ſpeciem ſaltem animadverſionis, mandaret. Chriſtiana quoque, Sueciæ regina, Carolum Guſtavum Palatinum, purpuratum ſuum, oblata aureæ periscelidis inſignia recipere & Comitem de la Garde imperii Germanici principem fieri noluit. Quæ dum narrat *Vicquefortius dans l'Ambaſſadeur lib. 2. ſect. 9.* ſcite addit: *Ces deux Reines avoient raiſon d'empeſcher leurs Sujets de prendre des engagemens avec des Puiſſances étrangeres. Ils ne peuvent partager leur affection leur zele, qu'ils n'en derobent autant à leur Souverain, qui en doit eſtre auſſi jaloux, que le mari de l'honneur de ſa femme.* Adde *Specimen meum* 212. *de Locatione operarum, medit.* 2.

LII.

Peccat miniſter, qui civés ſuperbe & iniurioſe tractat.

Morum quoque ſuperbia erga miniſtros ceteros & cives crimen eſt, dum ſcilicet miniſter eos, qui ipſum convenire cupiunt, difficulter admittit, admiſſos ſuperbe excipit & cum deſpicientia tractat, ſalutatus ſalutem non reddit, leviter peccantes contumelioſiſſime obiurgat, cetera. Vt vero iſtiusmodi iniurioſi miniſtri coërceantur, principis maxime intereſt, quem populus a miniſtris offenſus tanquam fontem malorum intuetur & ſimul cum his odiſſe incipit. Appoſite *Hertius in Elementis prudentiæ civilis P.* 2. *ſect.* 4. §. 28: *Maximo*, ait, *damno eſſe ſolent miniſtrorum principis iniuriæ in ſubditos. Et hæ ægrius tolerantur, quam*

ipſius

Digitized by Google

ipſius principis iniuriæ. Incidit in hoc crimen ille Galliæ adminiſter, Annas Montmorencius magnus, quem *Brantomius in Vitis virorum illuſtrium tom. 2. pag. 72.* truculentum obiurgatorem, *grand rabroueur des perſonnes*, vocat, narratque, non dubitaſſe illum, leviter ſaltem offenſum, præſides collegiorum & conſiliarios, aſinos, verveces, ſtultos, arrogantes appellare.

LIII.

Voluptatum intempeſtivus uſus crimen eſt.

Sed ſatis de delictis, quæ ex ambitione & ſuperbia proficiſcuntur. Dicemus & pauca de his, quæ ex voluptatum amore oriuntur. Equidem miniſtrum omni voluptatum & deliciarum uſu arcere, inhumanum foret. Indulgendum ei eſt laxamentum, ne onere negotiorum oppreſſus deficiat. Prudentiſſime Ferdinandus III. *in der Reichs-Hofraths-Ordnung tit.* 1. præſidi & adleſſoribus illuſtris huius tribunalis maritatis octo, cœlibibus ſex quotannis hebdomades, quibus animum recreent, indulget. Ita tamen temperari debet iſte voluptatum uſus, ut ne per illum publicis rebus remora aut detrimentum inferatur. Bene *Homerus in Iliade lib. 2. v. 24.* non debet, ait, noctem integram dormire conſiliarius, cui populi commiſſi & tot curæ impoſitæ ſunt. Peccat ergo miniſter, qui intempeſtive, dum negotia domini expedienda ſunt, in prædia ſua excurrit, conviviis intereſt, ſomno operam dat. Nunquam obliviſcetur patria noſtra clades, quas frequentes pertulit, dum hoſtis Germanicorum exercituum duces vino, epulis, ſomno, Veneri intentos & propterea incautos oppreſſit. Tacemus exempla recentiora, & vetus memorabimus, illud nempe famoſum ad Rinfeldam prœlium, quo Galli, duce Bernhardo Saxone, 1638. exercitum Cæſareum integrum fere deleverunt, & præfectos militum pene omnes inaudita felicitate

Digitized by Google

ceperunt. Cauſſam eius cladis Pappus in *Epitome rerum Germanicarum p.* 138. negligentiæ, in quam effuſi fuerint copiarum Cæſarearum duces, imputat. Rem clarius explicat auctor des hiſtoriſchen Bilderſaals *P.* 4. *pag.* 665. narratque, duces iſtos, dum Bernhardus cum Gallis appropinquaret, Rinfeldæ genio indulſiſſe, atque, clade iam accepta copiisque in fugam verſis, ſero tandem ſuperveniſſe. Hanc & multas ſimiles funeſtas ſtrages reputantibus ſæpe in mentem venit, ducibus bellicis, dum in expeditione verſantur, conviviis & compotationibus prorſus interdicendum eſſe.

LIV.

Levi morbo implicitus miniſter omnem officii curam deponere non debet.

Non ferendi quoque ſunt delicatuli illi, qui qualibet levi corporis infirmitate tacti omnem confeſtim negotiorum & muneris ſui curam deponunt, nec, niſi poſt longum tempus, quum recreatos ſe ſatis & confirmatam penitus valetudinem putant, reſumunt. Sermo autem nobis eſt de levi morbo, non de gravi & periculoſo. Per hunc quippe ſine dubio miniſtro, cum magno licet reipublicæ diſpendio, ab officii ſui exercitio prorſus abſtinere licet. Sentit quidem inde damnum princeps, maxime quum præcipuus miniſtrorum, in cuius adminiſtratione totus rerum & negotiorum cardo vertitur, ægrotat. Atque hoc ipſum una ex rationibus eſt, propter quas *Abbas S. Pierre in Diſcurſu ſupra memorato de Polyſynodia p.* 33. miniſtriſſimatum diſſuadet, ne ſcilicet, decumbente miniſtriſſimo, reipublicæ gubernatio penitus interquieſcat. Sed ſive in miniſtriſſimo, ſive in alio hoc accidat, caſus fortuitus erit, qui nemini imputabitur. At, qui quamvis capitis vel thoracis deſtillationem, nauſeam, podagram deſidiæ ſuæ

præ-

prætexit, audiendus non eſt. Vide de podagra *L.* 13. *C. de Decurionibus.* Damnarunt itaque menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. ICti Helmſtadienſes miniſtrum, qui febriculæ levi implicitus, ad dominum in maximis anguſtiis conſtitutum accerſitus, venire detrectarat: Es zeiget eine ziemliche Untreue an, daß er unter dem Vorwand einer geringen Unpäßlichkeit ſich geweigert, von ſeinem Gute zu der gnädigſten Herrſchaft, von welcher er doch inſtändigſt verlangt worden, zu reiſen, und derſelben bey ihrem größten Bedrängniß, worinnen ſie der Bürger-Tumult geſetzet, beyzuſtehen, da er doch kurz hierauf, und bey noch fortwährenden Tumult, im Stande geweſen, eine viel weitere Reiſe nach Antiochia zu thun.

LV.

Peccat miniſter, qui principem fratribus vel propinquis inviſum reddit.

Sunt aliqui miniſtri adeo malevoli, ut concordiam principis cum fratribus agnatisve ferre nullo modo poſſint, ſed odia inter illos ſerere enixe ſtudeant. Stimulat ad hoc nonullos invidia, alios ambitio, ut ex ruina propinquorum principis ſua auctoritas creſcat, quosdam ingenium turbulentum, plurimos offenſio privata. Imputat hoc delictum Guaſtio, Henrici III. Galliarum regis miniſtro familiariſſimo, *Margaretha*, Henrici ſoror, Henrici IV. uxor, *dans ſes memoires lib. 1. pag. 22: Depuis, que mon frere eſtoit party, il avoit prechè de luy le Guaſt, duquel il eſtoit tellement poſſedé, qu'il ne voyoit, que par ſes yeux, & ne parloit, que par ſa bouche. Ce mauvais homme, né pour mal faire, ſoudain faſcina ſon eſprit, & le remplit de mille tyranniques maximes: Qu'il ne falloit aymer ny ſe fier qu'à ſoymeſme; Qu'il ne falloit joindre*

dre perſonne à ſa fortune, non pas meſme ny frere, ny ſoeur, & autres tels beaux precepter Machiavelliſtes. Debebant vero iſti diſcordiarum auctores graviter puniri, ad incendiariorum, quibus per omnia ſimiles ſunt, exemplum. Recte Antoninus Caracallus apud *Aelium Spartianum cap.* 3. Lætum & ceteros, qui ipſum contra fratrem Getam concitarant, interemit. Et Wilhelmus, Saxoniæ dux, Apollonium Vizthumium ceterosque miniſtros ſuos, quibus ſuaſoribus funeſtiſſima cum fratre Friderico Placido odia exercuerat, poſt reſtitutam pacem acriter perſecutus eſt. Qua de re vide plura in *Sigismundi* von Bircken Sächſiſchem Heldenſaal *pag.* 372. & 420. Similiter ICti Vitembergenſes menſe Septembri anni CIↃ IↃ CC X. reſponderunt: Daferne des Miniſters boßhaftes Gemüthe und gottloſe Intention, Uneinigkeit in dem Fürſtlichen Hauſe anzurichten, beygebracht werden könnte; So möchte derſelbe mit Remotion, Gefängniß oder anderer dergleichen Strafe wohl beleget werden.

LVI.

Peccat miniſter, qui principem coniugi infenſum reddit.

Magis vero peccant, qui arctiſſimum illud inter principem & coniugem eius vinculum diſſolvere & dominum uxori infenſum reddere ſtudent. Fecerunt hoc aliqui, meritasque malevolentiæ ſuæ pœnas dederunt. Memorabile inprimis eſt Hugonis Spenceri exemplum, qui præcipuus Eduardi II. Angliæ regis miniſter dominum adeo infenſum uxori reddiderat, ut videre eam, & in loca, in quibus illa moraretur, venire detrectaret. Quod indignata regina ſumtis armis Spencerum cepit & miſerabili morte mulctavit. Vide *l'hiſtoire des plus illuſtres favoris*

voris tom. 2. *pag.* 67. Superiore ſeculo Io. Ludovicus Langhanſius, Carolo Electori Palatino a conſiliis ſecretioribus & confeſſionibus, ob eandem cauſſam a ſucceſſore Caroli ignominioſiſſima pœna adfectus eſt. Editus eſt publice anno 1689. de crimine Langhanſii libellus, ſub titulo: der ungewiſſenhafte Gewiſſens-Rath, vorgeſtellet in einer *Theologiſchen Facultät* zu Heydelberg Bedencken über etzliche Briefe Johann Ludewig Langhanſens, vormals bey des verſtorbenen Churfürſten von Pfaltz Durchl. geweſenen Beicht-Vaters, Geheimden- und Gewiſſens-Raths, darinnen er ihre Churfürſtl. Durchl. zur *Deſertion* Dero Gemahlin, und ungebührlichen Buhlen-Liebe mit einer gewiſſen Hof-Dame, verleiten wollen, ſammt einer Vorrede, worinnen deſſen *Conduite*, Verbrechen und Beſtrafung mit mehrern enthalten. Tota accuſatio innititur novem litteris a Langhanſio ad Electorem perſcriptis & carmini in diem eius natalem exarato. Ex illis appareret, principem ipſum diſcordiam, quam cum coniuge exercebat, & furtivos cum puella nobili amores religioni ſibi duxiſſe, variaque ex ſacro codice dubia moviſſe. Reſpondet ad hæc Langhanſius, ſcrupulosque omnes eximere principi callidis interpretationibus conatur. In carmine vero oblique coniugem Electoris perſtringit, commodioremque ei & pulcriorem precatur, his maxime verbis:

Poſt hæc nobilius poterit non eſſe marito
Munus, quam præſtans animo & virtutibus uxor,
Quæ non triſte thori ſit onus vitæque gravamen,
Sed quæ mille iocos det, quæ perfuſa rubore
Purpureo de ſe ſpargat ſuper ore nitorem,

Alba roſis ac ſi miſcentur lilia rubris.
Ergo, qui coſti ſancivit fœdera lecti,
Hanc tibi conſortem cum tanto munere præſtet,
Quæ charam gignat ſobolem dulcesque nepotes.

LVII.

Peccat miniſter, qui principem lenocinio corrumpit.

Idem Langhanſii exemplum docet, peccare & eos miniſtros, qui principem lenocinio corrumpunt, & ad furtivos vetitosque amores inducunt ac hortantur. Feciſſe hoc Langhanſium, litteræ iſtæ ſatis oſtendunt, & memorabilia ſunt maxime verba, quibus Electorem ad conſtantiam in amando hortatur, ſpemque facit, fore, ut per hanc tandem puella, quæ huc usque fortiter reſtiterat, victa cedat, ſeque Principi permittat. Sic autem ait *pag.* 25: Was die Veſtung von der lincken Bruſt betrift, muß ich bekennen, daß ſie wohl verſehen und bewahret ſey, aber doch nicht unüberwindlich, wann nur die Auſſenwercke, welche ſchon ziemlich *pouſſiret* ſeynd, einmal fallen, ſo wird ſich der Platz wol von ſich ſelbſten ergeben müſſen. Unterdeſſen muß ein tapferer Obriſter auch ſeine Arbeit mit Gedult führen, und einen guten Ausgang von dem Himmel erwarten, welchen ich von Hertzen wünſche und erbitte. Magis hæc profecto Ovidii artem amandi, quam ſacerdotis & conſiliarii intimi epiſtolam, decerent. Ille tamen huius lenocinii ſui pœnam tulit. Alii per id honores & opes adepti ſunt. Sic Varenna, Henrici IV. Galliarum regis culinæ primum, poſt libidinum, miniſter, quem *Barclaius in Satyrico* ſub Curſoris nomine ludit, Cancellario regni in iurgio dicere non erubuit, ſe officium ſuum, ſi modo rex paullo iunior foret, cum ipſius munere non commutaturum. Vide *Menagiana tom.* 2. *pag.* 21.

LVIII.

ed by Google

LVIII.

Peccat, qui bonorum publicorum alienationem ſine neceſſitate ſuadet.

Debet miniſter, quantum poteſt, alienationem bonorum publicorum impedire, quippe per quam vires reipublicæ non parum imminuuntur. Sicut ergo tutor peccat, qui pupilli ſui prædia ſine neceſſitate vendit, *L.* 1. *pr. de Rebus eorum, qui ſub tutela*, ita & miniſter, qui venditionem eiusmodi principi temere ſuadet. Gravius tamen puniendus eſt, ſi hoc lucri ſui cauſſa, donis forſan emtoris corruptus faciat. Inter cetera, quæ Greiffenfeldio, miniſtriſſimo Danico, in ſententia contra illum lata apud *du Mont* in *Memoires politiques pour ſervir à la parfaite intelligence de l'hiſtoire de la paix de Ryswick tom.* 4. *pag.* 171. obiiciuntur crimina, hoc etiam eſt, quod lucri ſui cauſſa alienationem inſignium provinciarum magna contentione ſuaſerit.

LIX.

Peccat miniſter, qui bona publica infra verum pretium vendit.

Quemadmodum tutores, etiamſi iuſte bona pupilli vendiderint, tamen, ſi minus, quam illa valebant, pretium fraude vel culpa ſua, acceperunt, ad ſupplendum hoc, quod deeſt, obligantur, *L.* 6. & 7. C. *Arbitrium tutelæ*, idem in miniſtris principum obtinebit, ſi modo dolus vel culpa eorum manifeſtis indiciis appareat. Reſponderunt ita ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃIↃCCXIX. Dieweil es ein offenbarer Dolus, oder doch wenigſtens eine unverantwortliche Nachläßigkeit und ſupina ignorantia iſt, daß

Digitized by Google

Armandus eine jährliche, und nach der Bauren Aussage beständige Revenue von 10. fl. vor 400. fl. verkaufet; So muß er wegen dieser verkauften Frohnen der Hochfürstlichen Cammer annoch 600. fl. bezahlen.

LX.

Imprudens & imperitum consilium in ministro crimen est.

Ex consilio neminem obligari, ICti in *L.* 47. *de Reg. iuris*, & *L.* 2. §. *ult. Mandati* aiunt. Eximit ex hac regula consilium fraudulentum Pontifex in *c.* 62. *de Reg. iuris in* 6. Eximendum præterea est consilium imprudens & imperitum ab eo, qui artem profitetur, datum. Nam & hoc consiliarium obligat, arg. *L.* 2. *Quod quisque iuris* & *L.* 132. *de Regulis iuris.* Recte ergo de ministris principis *Lauterbachius de Consiliis eorumque iure P.* 2. *cap.* 1. §. 6: *Si ex summa*, inquit, *imprudentia & ignorantia eorum, quæ consiliarium omnino scire oportet, aliquid peccaverint, merito eius nomine ipsos obligatos esse dicimus. Nemo enim officium suscipere debet, cui se imparem scit, aut scire debet.* Pœnam imprudentis consilii merito luit Cardinalis Balua, præcipuus Ludovici XI. Gallorum regis minister. Is solus, repugnante toto reliquo consilio, regi persuaserat, ut ad Burgundorum ducem, veterem hostem æmulumque, atque præterea machinationibus & insidiis regis tunc maxime offensum, dimissis stipatoribus, proficiscereturr, eiusque potestati se permitteret. Quæ res quum pessime cederet, quemadmodum *Philippus Commineus in Commentariis historicis lib.* 2. *c.* 7. *sqq.* & *Bussieres historiæ Francicæ lib.* 13. *cap.* 11. pluribus narrant, animum regis prorsus a Cardinale alienavit, ruinamque ei maturavit.

LXI.

Digitized by Google

LXI.

Peccat miniſter, qui exactionem homagii omittere vel differre ſuadet.

Monet ſapienter *Hertius Elementorum prudentiæ civilis P. 2. ſect. 4. §. 31. & 32.* debere principem, qui controverſiam ſibi de regno vel poteſtate motum iri prævidet, ſtatim ſub initio regiminis ſuſcepti curare, ut, adhibitis ſolemnibus inaugurationum cærimoniis, a proceribus & populo publice pro principe agnoſcatur. Periculoſum ergo eſt & imprudens, petitionem homagii, die Huldigung, differre. Et ſi quis miniſter id ſuadeat, vel in ſuſpicionem fraudis incidet, vel ſaltem maximæ imprudentiæ reus erit. Imputabatur itaque Comiti Schwartzenbergio apud *Pufendorffium Rerum Brandenburgicarum lib. 1. §. 3.* quod, præſidiarios milites in verba novi Electoris adigere iuſſus, ab iis tamen ſacramentum haud exegiſſet, ſed, ut porrecta manu fidem darent, ſatis habuiſſet. Similiter ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. in caſu, quo filio primogentio poſt mortem patris ob recens introductum ius primogenituræ contradictio a fratribus poſtgenitis metuenda, & tamen inaugurario ex conſilio primi miniſtri omiſſa fuerat, reſponderunt: Es hat Armandus unrecht gethan, daß, da die Unterlaſſung der Erb-Huldigung bey den in Actis angeführten Umſtänden Sr. Hochfürſtlichen Durchl. offenbar gefährlich und ſchädlich geweſen, er ſolche nichts deſto weniger angerathen.

LXII.

Peccat miniſter, qui pernicioſa non diſſuadet.

Peccat miniſter, non ſolum, qui ſuadet pernicioſa, ſed & qui non diſſuadet. Malum enim ei, qui id impedire

poterat & debuerat, ſi officium ſuum non fecit, imputatur. *L.* 45. *pr. ad L. Aquil. L.* 2. §. 1. *de Noxal. act.* Et ſic reſponderunt ICti Helmſtadienſes menſe Ianuario anni CIↃ IↃ CC XIX. Obwol Armandus bey der Beſtrafung des Raths zu Oſtia nicht concurriret haben will; So hat er dennoch hierinnen geſündiget, daß er die der Stadt auferlegte unverdiente, oder wenigſtens übermäßige, Strafe nicht widerrathen, noch gehindert.

LXIII.

Adſentationis crimen.

Opportune hic mentionem adulationis faciemus, de qua egregie *Curtius lib.* 8. *cap.* 5. *n.* 6. *Perniciosa*, ait, *adulatio, perpetuum malum regum, quorum opus ſæpius adſentatio, quam hoſtis, evertit.* Scilicet conſiliarius adſentator eſt, qui, ut Gnatho apud *Terentium Eunucho Actu* 2. *ſc.* 2. principibus ultro arridet, & eorum ingenia admiratur, quidquid dicunt, laudat, id rurſum ſi negant, laudat id quoque; negant illi, negat, aiunt, ait, poſtremo imperavit ſibi, omnia adſentari. Itaque *Seneca de Beneficiis lib.* 6. *c.* 30. principem vocat hominem inter mentientes ſtupentem ipſaque conſuetudine, pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum, atque ibidem mirifice deſcribit conſilium ex huiusmodi adſentatoribus compoſitum. Sed quod ille graviter, feſtive depingit *Iuvenalis in Satyra* 4. dum conſultationem Domitiani de ingente rhombo, quem piſcator obtulerat, adparanda habitam ridet. Diverſa autem ſunt genera adſentationis, quæ a miniſtris committitur. Enumeravi ea in ſcripto, quod de *Adſentationibus Iureconſultorum* edidi. Igitur, quæ ibi dicta, nunc non repetam. Id ſaltem addam, pœnam mereri adſentatores iſtos. Infligit hanc illis aliquando is ipſe, quem adulando deceperunt, prin-

Digitized by Google

princeps, & communi eos populi odio immolat. Sic igitur, ut cum *Tacito Annal.* I. *cap.* 74. loquamur, perniciem aliis ac poſtremo ſibi inveniunt. Plerosque vero ſucceſſor demum punit. Cuius rei exempla in hiſtoriis maxime primorum Romanorum cæſarum occurrunt. Ceterum infamiæ pœnam in adulatores ſtatutam invenies in *L.* I. *C. de Statuis & imaginibus.*

LXIV.

Peccant miniſtri, quorum conſilio & ope ordines provinciales iuribus ſuis & auctoritate exuuntur.

Improbis adſentatoribus adnumerandi ſunt miniſtri, qui, ut principis ſui potentiam ad altius faſtigium evehant, ordinum provincialium iura imminuere, omnemque iis auctoritatem detrahere ſudent, & opera ipſa adnituntur. Quorum hominum malitiæ ni obex ponatur, Germania tandem, & forte reliqua etiam Europa, triſte ſervitutis iugum ſubibit. Et ſubiit profecto iam magna ex parte, ſi pauca regna & provincias excipias, quæ iura ſua & libertatem vel fortiter reſiſtendo, vel ob benignitatem & iuſtitiam principum ſuorum, retinuerunt. Inter quos magnæ Britanniæ & Poloniarum reges, qui nunc imperant, virtute ſua & æquitate effecerunt, ut ceteris omnibus ſint anteferendi. Et Poloniarum quidem rex non ſolum Polonos ſuos, quos inter tot bella ac tumultus ſub iugum mittere non ſine aliquo colore potuiſſet, libertate priſca frui patitur, ſed & in Saxonia antiquum Ordines provinciarum in arduis negotiis convocandi atque conſulendi morem benigniſſime ſervat, novaque iſta de domaniis inventa & ceteras aſſentatorum artes, quibus ad opprimendos cives uti poterat, magno animo contemnit. Eadem eſt Britannorum regis pietas, dignaque optimo principe vox, qua nuper in comitiis regni publicis ſe ideo feliciorem aliis regibus gloriatus

Digitized by Google

riatus eſt, quod in populo vere libero dominetur. Sentiunt quoque hanc bonitatem eius Germanicæ ditiones, quarum incolas indulgentiſſime tractat, & iura auget magis, quam imminuit, ut Traianus in eo revixiſſe videatur. Alia autem eſt longe in multis aliis regnis & provinciis Europæ rerum facies. Vel plane ſublatam in illis videmus ordinum & civium libertatem, vel, ſi quæ eius umbra remanet, tam arctis limitibus circumſcriptam, ut in comitiis nemo hiſcere audeat, ſed omnes ſubmiſſa cervice nutum principis venerari, & poſtulata eius, iniqua ſæpe, admittere neceſſum habeant. Cauſſam forte huius diverſitatis requiris? Præter ipſum principum ingenium, quod in gente Saxonica & Brunſvicenſi ſemper mite iuſtique & boni tenax fuit, multum miniſtris debetur, qui, ſi improbi ſunt, adſentatione ſua principem ad deprimendam ordinum provincialium auctoritatem impellunt, ipſique, quantum in ſe eſt, eam deprimunt. Quod dum faciunt, principem ſeque ipſos inviſos populo reddunt, atque cum illo nonnunquam, aliquando ſoli, pereunt. Nolumus malorum inteſtinorum memoriam renovare. Inter exteros Britanni primum occurrunt, apud eos, ſi ab exemplis antiquioribus recedimus, Iacobus II. rex cum miniſtris, quorum ope ad exuendos iuribus & auctoritate regni ordines uſus erat, exilio mulctatus eſt. In Suecorum regno non feliciora fuerunt adſentatorum horum fata. Qui Sigismundo regi perſuaſerant, ut ducto in regnum exercitu comitia turbaret, ordinesque iuribus ſuis ſpoliaret atque deprimeret, eos deinde rex ipſe prælio ad Linkopingam victus Carolo patruo, pro patriæ libertate pugnanti, tradidit, Carolus vero meritiſſima morte adfecit. Vide *Pufendorffii* Einleitung zu der Hiſtorie des Königreichs Schweden §. 62. Guſtavo Adolpho vix ad Sue-

Sueciæ regnum evecto Ioannes Skyt, præceptor olim regis, tunc miniſter, conſilium dedit, ut opprimeret penitus equeſtrem ordinem, ſic enim fore, ut abſolutam poteſtatem conſequeretur, nemine contradicere audente, & illatis in fiſcum equitum bonis, inſigniter diteſceret. Obſtitit funeſto huic conſilio prudentia ſua Oxenſtirnius, Skytius vero improbitatis pœnam interitu domus ſuæ & miſerabili plurium ex familia ſua obitu luit, quemadmodum Auctor *des Anecdotes de Suede pag.* 33. narrat. Idem auctor *pag.* 127. *ſqq.* memorat, Ericum Lindenſchild Carolo XI. auctorem fuiſſe, ut ordines, ſenatorium inprimis & equeſtrem, ſubigeret, ſed ipſum deinde gratia regis & dignitate excidiſſe, atque pauperem & obæratum obiiſſe.

LXV.

Peccant miniſtri, qui futurum regni ſucceſſorem nimio ſtudio ſectantur.

Eſt aliud adſentatorum genus, quod non principem, ſed ſucceſſorem eius, ſpe futurorum ſectatur, ei adhæret, illius libidini obſequitur, eum ope & conſilio adverſus ipſum principem ſuffulcit, maiora, quam par eſt, audentem iuvat, vel etiam incitat. Pulcre hos homines *Tacitus Annali* 12. *cap.* 4. ingruentium dominationum proviſores appellat. Et Tiberius apud eundem *Tacitum Annali* 6. *cap.* 4. occidentem ab illis deſeri, orientem ſpectari, ait. Sed non impune ſemper adſentationem hanc ſuam ferunt. Narrat *Herodianus lib.* 3. *cap.* 13. Severi Imperatoris filios, Baſſianum & Getam, neglectis patris monitis, frenos ore depuliſſe, miniſterio adulatorum, qui illorum cupidinibus atque flagitiis obſequerentur, & nova ſemper excogitarent, quibus alteri gratum fieret, alter offenderetur, corruptos, ſed Severum nonnullos in huiuscemodi mini-

lteriis deprehenſos ſupplicio adfeciſſe. Idem Severus imperator apud *Spartianum in vita eius cap.* 18. in eos, qui filium ipſius Baſſianum, vivo patre, Auguſtum appellarant, animadverti iuſſit. Sub Chriſtiana Sueciæ regina, teſte *Pufendorffio Rerum Suecicarum lib.* 23. §. 7. Meſſenii ſucceſſorem regni deſignatum, Carolum Guſtavum, litteris adulatoriis propitium ſibi, reginæ vero & ceteris regni proceribus infenſum, reddere ſtuduerunt. At remiſit litteras ipſe Carolus Guſtavus ad Chriſtianam, quæ Meſſenios hos propterea morte punivit.

LXVI.

Peccant miniſtri, qui impediunt, ne princeps calamitates publicas & verum rerum ſtatum reſciſcat.

Poſſunt & hi inter adſentatores referri, qui, ne ægre principi fiat, verum provinciarum rerumque ſtatum illi occultant, & civium querelas ad aures eius pervenire non ſinunt. Ita vero efficiunt, ut princeps malis, quæ incognita ei ſunt, mederi nequeat, atque cuncta in peius ruere pergant. Quamobrem occultatores iſti cauſſa calamitatum publicarum quodammodo dici poſſunt, & propterea recte plectuntur. Cleander, præcipuus Commodi imperatoris minister, diu hac arte potentiam ſuam conſervavit & auxit. Ita nempe ille obſepſerat principem, ut, flagrante licet periculoſiſſimo civili bello, & populo ſeditioſo ſuburbanum, in quo cæſar erat, infeſtante, cæſar tamen ignarus omnium in ſeceſſu voluptatibus indulgeret, nec quisquam ei, quæ gererentur, nunciare auderet. Sed Commodus tandem, per Fadillam ſororem de tumultu certior factus, amputatum Cleandri caput conto præfixit, & hoc ſpectaculo malum ſedavit. Narrat hæc *Herodianus lib.* 1. *cap.* 12. & 13. Simi-

lis

lis fuit aſtutia Naſſufi, purpuratorum ſub Achmeto Turcarum rege principis, qui, quum Perſæ grave bellum moviſſent, regem tamen ſuum hoc ſcire noluit, pacemque ſimulavit, tandem ob hanc perfidiam ſupplicio adfectus. Qua de re vide *L'hiſtoire des plus illuſtres favoris tom.* 3. *p.* 19. *ſqq.* Inter cetera capita, ob quæ Greiffenfeldius, Daniæ præcipuus adminiſter, damnatus eſt, hoc etiam memoratur, quod plurimas exterorum principum litteras precesque civium, quas ſcire regis maxime interfuiſſet, ſuppreſſerit. *Du Mont Memoires politiques pour ſervir à la parfaite intelligence de l'hiſtoire de la paix de Ryswick tom.* 4. *p.* 171. Et *Michel de Montaigne lib.* 1. *cap.* 16. legatos Franciſci I. Galliarum regis perfidiæ inſimulat, quod partem eorum, quæ Carolus V. in conſeſſu pontificis & cardinalium Romæ publice & acerbiſſime adverſus regem diſſeruerat, reticuiſſent.

LXVII.

Peccat miniſter, qui alii mandata principis prætexenti facile credit.

Obſervandum eſt maxime miniſtro principis illud, quod imperatores in *L.* 1. *C. de Mandatis principum* præcipiunt: *Si quis*, inquientes, *adſerat, cum mandatis noſtris ſecretis ſe veniſſe, omnes ſciant, nemini quidquam, niſi quod ſcriptis probaverit, eſſe credendum; nec ullius dignitate terreri, ſive ille tribuni, ſive notarii, ſive comitis proferat dignitatem, ſed ſacras noſtras litteras eſſe quærendas.* Peccant ergo miniſtri, qui temere hominibus, iuſſa principis prætexentibus, fidem adiiciunt, atque credulitate hac inducti omittenda faciunt, vel facienda omittunt. Imprudentiſſime certe fecit Brion, exercitus Gallici ductor, qui, teſte *Brantomio in vitis virorum illuſtrium tom.* 1. *pag.* 362. ad invadendam Italiam miſſus,

opportuniſſimum eius rei tempus prætermiſit, Cardinali Lotharingico, legato regis, ſupervenienti & ſubſiſtendum eſſe dicenti, nimia facilitate credens. Multum hæc imprudentia res Franciſci turbavit, eumque Brioni reddidit infenſiorem.

LXVIII.

Peccat miniſter, qui iuſſa principis & officium ſuum iuſſis miniſtri præpotentis aut cuiusdam ex familia principis poſtponit.

Iſte tamen error facilius excuſari poteſt. Magis peccant, qui, non ſimulato principis iuſſu, decipiuntur, ſed ſola præpotentis alicuius miniſtri aut cuiusdam ex familia principis auctoritate moti mandatum domini negligunt, aut negotium damnoſum vel temerarium gerunt. Quamvis illis, ut plerumque fit, indemnitas promittatur a mandante, atque hic ſuo periculo eum agere iubeat, non liberabit hoc tamen eum a pœna. Vide diſſertationem *Strykii de Periculo petentis c.* 2. & 3. Memorabile eius rei exemplum *Varillas lib.* 3. *de l'hiſtoire de François I. p.* 186. affert. Iuſſerat Franciſcus I. Samblancæum, ærarii præfectum, magnam pecuniæ ſummam ad Lautreccium, Ducatus Mediolanenſis gubernatorem, mittere. Et coëgerat iam Samblancæus neceſſarios ad hoc numos, quum mater regis interveniens, & fiſcum regis multis nominibus obligatum habens, ſibi illorum ſolutione ſatisfieri poſceret. Obtendit Samblancæus iuſſa regis. At mater, obſtinata in propoſito, negat, ſe paſſuram, vel teruncium de ſumma ſibi debita deduci malumque Samblancæo, ni pareat, minatur. Pergit ille capitis periculum, quod ſibi mandata regis negligenti impendeat, oſtendere. Sed reſpondet mater regia, tantam eſſe ſuam apud filium auctoritatem, ut hæc eum facile tueri poſſit; diceret modo, quum rationem reddere iuberetur,

iuſſu

iuſſu matris regiæ ſe id feciſſe. Verum deinde, quum Lautreccius provinciam ſibi commiſſam perdidiſſet, cauſſamque in pecuniæ penuriam reieciſſet, Samblancæus in crucem actus, nec excuſatio illa accepta eſt.

LXIX.

Adfectus privati in adminiſtratione officiorum publicorum exulare debent.

Miniſter principis eo ipſo, quod munus tale ſuſtinet, publica perſona eſt, atque adeo in rebus, quæ ad officium pertinent, affectibus privatis locum relinquere non debet. Exuenda ergo ſunt amor & odium, nec quidquam horum impulſu ſuſcipiendum. Peccant enim, ut accurate philoſophemur, etiam hi, qui faciunt quidem, quod debent, non tamen ea mente, ut officium ſuum, ſed ut affectus, amorem vel odium, expleant. Non male Gratianus in *can.* 65. *cauſſa* 11. *quæſt.* 3. *Sententia*, inquit, *aliquando eſt iniuſta ex animo proferentis, iuſta vero ex ordine & cauſſa. Ex animo eſt iniuſta, quum aliquis, ſervata integritate iudiciarii ordinis, in adulterum vel in quemlibet criminoſum non amore iuſtitiæ, ſed livore odii, vel pretio aut favore adverſariorum inductus, ſententiam profert. Vnde Beda ſuper epiſtolam Iacobi ait: Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur, quia, qui iratus in aliquem ſententiam profert, etſi ille, quantum ad ſe, iuſtam reportet ſententiam, iſte tamen, qui non amore iuſtitiæ, ſed livore odii in eum ſententiam dedit, iuſtitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitatur.* Rectiſſime ergo Cato Cenſorius apud *Plutarchum in vita eius*, Lucium Quintum Flaminium conſularem e ſenatu propter hanc cauſſam eiecit: Lucius adoleſcentem, liberali forma ſcortum, deperibat, atque ſemper comitem ſecum habebat. Is, quum Lucius Imperator

tor eſſet, & honore & gratia apud eum tantum potuit, quantum nemo alius. Penes ipſum igitur conſulari provinciæ præfectum aliquando in convivio ex more diſcumbens, multis blandimentis Lucium, qui vino facile vincebatur, a ſe diligi plurimis verbis oſtendens, hoc teſtimonio uſus eſt: Omnibus domi gladiatorio ſpectaculo intentis, cuius tametſi viſendi deſiderio afficerer, quod obtruncari nunquam hominem viderim, tamen ſub ipſum ſpectaculum ad te properavi. Lucius autem, indulgens amator, quum parem illi gratiam referre vellet: Huius, inquit, rei cauſſa ne mecum ſubtriſtis ſis, hoc enim mœrore te quam primum liberabo. Extemplo igitur unum ex iis, qui rei capitalis criminis damnati erant, ad ſe in convivium adduci imperat, &, accerſito cum ſecuri carnifice, amoſiolum denuo rogitat, utrum hominem percuti ſpectare cuperet: qui quum ſe velle reſpondiſſet, collo caput eximi iuſſit. Quam tamen hiſtoriam *Livius lib.* 39. *cap.* 42. paulo aliter narrat,

LXX.

Peccant, qui poteſtate ſua ad vindictam de inimicis ſumendam abutuntur.

Illi miniſtri ſine dubio peccant, qui officio ſuo ad vindictam privatarum inimicitiarum abutuntur, qui inviſos ſibi homines perſequuntur, principi ſuſpectos reddunt, de dignitatibus deiiciunt, cetera. Huius criminis infinita exſtant exempla. Nos pauca ſeligemus. Memorandus inprimis eſt Richelius, Ludovici XIII. Galliarum regis miniſtriſſimus, qui privatos ſuos inimicos publicorum criminum reos variis artibus faciebat, atque ſub ſpecie pœnæ publicæ ſuo odio ſacrificabat. Non dicemus iam de Marillaco, Thuano, Puylaurentio & aliis. Solum producemus Vrbanum

num Granderium, parochum & canonicum Laudunenſem, quem Richelius auctorem ſatyræ contra ſe ſub titulo *la Cordonniere de Loudun* ſcriptæ reputans, ut vindictam de illo publice ſumeret, per ſuppoſitos accuſatores magiæ inſimulari, datis iudicibus ad ignem damnari & cremari, curavit. Hiſtoriam hanc plenius exponunt *Menagius in vita Guillelmi Menagii p.* 83. *ſqq.* auctor *de l'hiſtoire des Diables de Loudun, ou de la poſſeſſion des Religieuſes Vrſelines*, quæ Amſtelodami anni 1693. prodiit, & auctor *de la Vie du veritable Pere Ioſeph p.* 307. *ſqq.* Richelio iungendus eſt Wolſæus, Henrici VIII. Angliæ regis miniſtriſſimus. Is, levem iniuriam ducis Buckinghamienſis atrociſſime ultus eſt. Dux ſcilicet aliquando, rege manus lavante, pelvim tenet, ſed Wolſæo manus in eadem pelvi lavante, ſuperbiam viri pares cum rege honores ſumentis indignatus, aquam in calceos Wolſæi effundit; quod ægre ferens Wolſæus malum duci minatur, paulloque poſt ficto perduellionis crimine circumventum adverſarium ſupplicio adficit. Vide *l'hiſtoire des plus illuſtres favoris tom.* 2. *pag.* 296.

LXXI.

Peccant miniſtri, qui, ut adverſariis & æmulis noceant, negotia domini iis commiſſa perire ſinunt.

Non levius illorum delictum eſt, qui, ut inimicis ſuis ægre faciant, dominorum ſuorum res & negotia, quæ per illos adminiſtrantur, perire ſinunt. Sæpe duces bellici unius principis, æmuli invicem & inimici, quum ſuppetias alter alteri ferre poſſent, maluerunt partem exercitus ab altero ductam ab hoſte concidi, quam ſuo auxilio diſcrimini eripi. Sæpe primarius miniſter, exercitus & provincias inviſis ſibi hominibus committi, ægre ferens, ne gloriam hi adquirant, ſed potius male rem gerendo, gratia prin-

Digitized by Google

principis excidant, rebus omnibus neceſſariis carere illos patitur, & nec ſupplementa militum, nec pecuniam, qua indigent, mittit. Exemplo Richelius Galliarum regis miniſtriſſimus erit, qui Feuquieurium, quem oderat, cum exigua militum manu ad obſidendam Theodonis villam non alia mente mittebat, quam, ut eum hoſtibus trucidandum obiiceret. Vide *Ludolphi* Schaubühne der Welt-Geſchichte, *tom.* 2. *lib.* 39. *cap.* 4. *n.* 89. E contrario *Bayle in Dictionario art. Fontarabie lit. D.* obſervat. tantum fuiſſe quorundam Gallorum, quibus exercitus ſuos rex Ludovicus XIII. commiſerat, erga Richelium odium, ut ſponte victoriam hoſti concederent, Richelium ſic, ut ſperabant, perdituri, qui in faſtigio ſuo ſe ſine felicibus armorum ſucceſſibus non poterat conſervare. Dicitur ob hanc cauſſam dux Valettæ maluiſſe ignominioſe cum exercitu fugere, quam Fontarabiam obſeſſam in poteſtatem regis redigere. Quare & ad mortem damnatus fuit. Vide *l'hiſtoire du Cardinal de Richelieu tom.* 2. *p.* 364.

LXXII.

Amicitia cum inimicis vel ſuſpectis principi crimen eſt.

Sed & per amicitiam aliquando peccat miniſter. Eſt autem ipſa interdum amicitia & familiaritas crimen, ſiquidem cum inimicis vel tamen ſuſpectis principi contrahatur. Nam miniſter, ut ſæpe iam diximus, totus principis ſui eſſe debet. Ergo eosdem cum illo amicos & inimicos habeat, oportet. Hoc quippe eſt officium illius, qui fidem ſuam integram alteri obſtrinxit. Quare & Romani veteres gentibus illis, quibus pacem dabant, vel quos in fœdus inæquale recipiebant, hanc ſimul legem ferre ſole-

ſolebant, ut eosdem, quos populus Romanus, amicos atque hoſtes haberent. Cuius fœderis aliquot formulas vide apud *Briſſonium de Formulis & ſolemnibus populi Romani verbis lib.* 4. *p.* 362. Et in *L.* 1. §. 1. *ad L. Iuliam maieſtatis* inter crimina maieſtatis refertur, hoſtibus populi Romani nuntium litterasve mittere. Itaque Franciſcus Maria, Vrbinatum dux, apud *Ianum Nicium Erythræum in Pinacotheca P. I. p.* 175. Mutium Oddum, miniſtrum ſuum, ob egregiam cum Hyppolito a Ruere, a quo dux capitali odio diſſidebat, familiaritatem in vinculis diu tenuit, tandemque Mediolanum relegavit. Illi tamen principes nimis duri & ſuſpicioſi in ſuos ſunt, qui omnem illis amicitiam & commercium cum exteris interdicunt. Memorat tamen idem *Erythræus dicto lib. p.* 120. Romæ hunc morem inoleviſſe, ut miniſter, qui in alterius vel Cardinalis, vel viri principis, amicitiæ ſuſpicionem incidit, continuo honoribus indignus habeatur.

LXXIII.

Non debet miniſter ſecreta principis familiaribus ſuis, vel domeſticis, aperire.

Gravius vero peccant, qui ſecreta ſibi a principe commiſſa amicis ſuis & domeſticis aperiunt. Nam & inter privatos amicus amicum, qui iudicia eius ſecreta divulgavit, iniuriarum recte convenit. *L.* 1. §. 38. *Depoſiti.* Quidni ergo princeps in miniſtro taciturnitatem requirat, atque arcana temere effutientem puniat. Auguſtus certe apud *Suetonium cap.* 66. Mæcenati, familiariſſimo ſuo, vitio vertit, quod ſecretum aliquod uxori Terentiæ prodidiſſet.

Digitized by Google

LXXIV.

Non debet miniſter amicis ſuis delinquentibus effugium præbere.

Nec excuſandi ſunt miniſtri, qui amicos ſuos delinquentes, quos princeps in cuſtodiam mittere & punire conſtituit, de eo conſilio certiores reddunt, vel, quum ipſi eos ex officii ratione capere deberent, effugere patiuntur. Debebant hi ad exemplum commentarienſium, reos ex carcere dimittentium, eadem pœna, quæ elapſo infligenda erat, affici, arg. *L.* 4. *C. de Cuſtodia reorum* & *artic.* 180. *Conſtit. crimin.*

LXXV.

Peccatum miniſtri eſt, uxori & familiæ nimium indulgere.

Indulgentia quoque in uxorem & domeſticos crimen eſt. Quodſi ergo ab his quid contra bonum publicum committatur, quod miniſter impedire, ſi providus ſerverusque ſatis fuiſſet, potuiſſet, hic merito plectitur. De uxoribus inprimis exſtat *lex* 4. §. 2. *de Officio Proconſulis*, in qua ſenatusconſulto cavetur, ut, ſi quid uxores eorum, qui ad officia proficiſcuntur, delinquant, ab ipſis ratio & vindicta exigatur. Quod ſenatusconſultum tamen, ſiquidem idem eſt cum eo, cuius mentionem *Tacitus Annali* 4. *cap.* 20. facit, durius videtur, nec ad tempora noſtra trahendum. Cenſet enim ibi Meſſalinus Cotta, ut quamquam inſontes magiſtratus & culpæ alienæ neſcii, provincialibus uxorum criminibus perinde quam ſuis plectantur. Poterat hoc in republica Romana ſalutare eſſe, in qua officia, ad quæ obeunda mittebantur cives, annalia erant, præſtabatque,

que, uxores tantisper domi relinqui. Aſt apud nos, ubi munera fere omnia perpetua ſunt, inhumanum, foret miniſtrum ad peccata coniugis ſuæ, quam deſerere nequit, luenda ſimpliciter obſtringi. Rectius tunc demum obligabitur, quum aliqua ei culpa imputari poteſt. Quid ergo ſentiendum de eo, quod noſtra ætate contigit? Commiſerat magnus princeps exercitum ſuum viro ſtrenuo & prudenti, ſed quem uxor cerebroſa comitabatur. Hæc cum marito, aſſiduis aliquot dierum & noctium laboribus fatigato, cubitum diſcedens clam illo famulis interminatur, ut maritum hac nocte quieſcere ſinant, nec, qualecunque etiam incidat negotium, excitent. Dormientibus illis, ſuperveniunt exploratores & transfugæ, ac hoſtem caſtris appropinquare trepidi nunciant. Nemo tamen ex famulis, quibus ingenium mulieris imperioſæ &, quanta atrocitate illa minas ſuas exſequi ſoleret, notum erat, cubile domini intrare audet. Inter has cunctationes adveniat hoſtis, invadit & expugnat caſtra, militem maxima parte inermem opprimit & cædit, paucos ſine ordine reſiſtentes cum duce ipſo fugat. Magna igitur clades accipitur, non culpa ducis, ſed coniugis eius, cuius tamen factum marito, qui id prævidere & cavere non potuerat, imputari haud debet. Alia Galli apud *Ammianum Marcellinum lib.* 14. *cap.* 10. cauſſa fuit, qui, flagitiorum ſuorum rationes Conſtantio Auguſto redditurus, omnia ſe, incitante coniuge Conſtantina, Conſtantii ſorore, feciſſe dixit, ſed, reiecta hac putidiſſima excuſatione, ad ſupplicium raptus eſt. Fœdiore artificio pro velando periurio ſuo uſi ſunt magnates Poloni anno 1669. in comitiis regiæ electionis. Narrat id Continuator *Iobi Ludolphi* in der Schaubühne der Welt *Part. IV. pag.* 671. *ſqq.* hunc in modum: Da hatten die Wählenden geſchworen, daß ſie einen ſolchen wählen wolten, von welchem, oder in deſſen Namen ſie nichts empfangen, weder in Baar-

schaft, noch durch Zusage. Die *Theologi* aber wusten vor diesen Gewissens-Scrupel bald Rath zu schaffen, und gaben vor, es wäre dieser Eyd unrechtmäßig und aufgedrungen, indem ein jeder, dem das Wahl-Recht zukäme, ohnediß in seinem Gewissen verbunden wäre, das gemeine Beste in diesem hochwichtigen Wercke für Augen zu haben. Man könnte sich auch, sagten die weiten Gewissens-Räthe ferner, mit einer *Reservatione mentali* solcher Gestalt loßhalftern, daß die Wählenden sprächen, oder vielmehr bey sich gedächten, sie wolten zwar den Hertzog von Neuburg, welchen sie zu erwählen beschlossen hätten, nicht selbst nennen, jedennoch aber denenjenigen, so ihn nennen würden, anhangen, oder beytreten; Allein den verschlagenen Franzosen bedünckete diese Erklärung ein wenig zu plump zu seyn; dahero sie den Scrupel auf eine künstliche Art verkleisterten. Denn, weil die Männer schwören musten, nicht aber die Weiber, so meynte der Bischof von *Beziers*, Französischer Gesandter, daß jene durch diese müsten gewonnen werden. Dahero kam es auch, daß dieses gantze Wahl-*Negotium* fast allein durch die Ehe-Weiber und *Maitressen* der Pohlnischen Welt- und Geistlichen *Magnaten* getrieben wurde. Immassen des Cron-Groß-Marschalls und Groß-Feld-Herrn, *Io. Sobiesky*, dann des Litthauischen Groß-Cantzlers, *Pacz*, Gemahlin, und des Ertz-Bischofs von Gnesen, *Primatis Regni*, Concubinen, alle drey Französinnen von Geburt, vor den Printzen von *Condé* gewaltig arbeiteten. Luculentius hæc exponit *Comes de Chavagnac*, Ducis Lotharingici ad ista comitia orator, *dans ses Memoires*.

LXXVI.

LXXVI.

Non debet minister munus suum sine iusta caussa deponere.

Refert *Fritschius in Ministro peccante Concluſ.* 50. inter crimina miniſtrorum, temere & ſine iuſta cauſſa officium ſuum reſignare. Eadem mea in *Specimine LXII. ad ff. meditat.* 10. ſententia eſt, in recta ratione, nec non in *L.* 20. *de Officio præſidis*, *L. ult. C. de Defenſoribus civitatum* & *L.* 41. *C. de Decurionibus* fundata. Damnoſum certe & periculoſum reipublicæ eſt, miniſtrum rerum peritum, negotiis adſuetum & ſecreta edoctum, munere abire & in alterius principis ſervitium transire. Ergo hoc ei ſine iuſta cauſſa non licebit. Quodſi itaque exterus princeps miniſtrum lautioribus conditionibus ad ſe invitat, poterit is, cui huc usque ſerviit, princeps ſimiles offerendo cauſſam diſcedere volenti adimere, & vel invitum retinere, atque nihilominus clam aufugientem punire. Memorabile eius rei exemplum apud *Panzirolum de Claris legum interpretibus cap.* 126. exſtat. Bartholomæus nempe Socinus a Laurentio Medice cum mille aureorum honorario conductus, oblato ſibi Patavii ampliore ſtipendio, ante conventionis tempus clam diſcedere conſtituit, atque libros cuppis conditos ante urbem emiſit, mox ipſe ſub veſperam ſequutus, ſed, deferente famulo, ex itinere retractus & in vincula conjectus eſt. Et quum Florentiæ in ſenatu de imponenda Socino ſtellionatus pœna deliberaretur, non defuit, qui eum criminis læſæ maieſtatis inſimulatum capite plectendum diceret. Sed interceſſit Laurentius, & hominem ad carcerem aliquot dierum damnavit. Idem *Panzirolus lib.* 2. *cap.* 29. narrat, Bononienſes Franciſco Accurſio, a rege Angliæ in Galliam vocato, indicta publicationis bonorum pœna, abitum interdixiſſe, &, quum ipſe cives eluſurus, omnibus amico venditis, tamen diſceſſiſſet, bona publicaſſe, nec, niſi reverſo, reſtituiſſe.

LXXVII.

Non debet minister muneris sui administrationem invito principe retinere.

Peccat & is, qui munus deponere a principe iussus, administrationem tamen retinet. Refertur hoc inter crimina maiestatis in *L.* 3. *ad L. Iuliam maiestatis*, exstantque aliquot in historiis ministrorum ob id, quod successores sibi missos non admiserint, & e provinciis discedere iussi non discesserint, punitorum exempla. Vide de Pisone *Tacitum Annal.* 2. *cap.* 70. & *Annal.* 3. *cap.* 14. *sqq.*

LXXVIII.

Conclusio.

Atque sic absolvimus destinatum opus, in quo non omnia, sed pleraque tamen ministrorum principis crimina exposuimus. Scripsit iam ante nos de eodem argumento *Fritschius in ministro peccante.* Verum, qui eius observationes cum nostris conferent, facile animadvertent, diversam prorsus fuisse instituti nostri rationem, ut nihil fere, aut paucissima saltem, a Fritschio potuerimus mutuari.

Digitized by Google

SPECIMEN DLXXII.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVIII. TIT. IV.

DE

IVDICIO IN MINISTRVM PRINCIPIS DELINQVENTEM.

Poſtquam delicta, & quæ innocentibus ſæpe principum miniſtris adfinguntur, & quæ vere ab iisdem committuntur, expoſuimus, nunc de iudicio in miniſtros delinquentes, ſeu, ut cum vulgo loquamur, proceſſu contra eos, agendum eſt. Multa, quæ ad hoc argumentum pertinent, occupavimus paſſim in antecedentibus. Inprimis huc referri oportet *Specimen LXXX. de Foro delicti miniſtrorum principis*, item *Specim. LXIX. de Principe in propria cauſſa iudicante*, ubi de ſententia adverſus miniſtrum delinquentem a principe ferenda actum, variaque conſilia vitandæ ſuſpicionis data. Supplebimus nunc aliqua, quæ deſunt.

I.

Miniſter principis privilegium fori ac cetera muneri ſuo adnexa iura non ex die vocationis, ſed conſtitutionis & confirmationis, conſequitur.

Sedes

Sedes doctrinæ eſt §. 4. *I. Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſolvitur*; verbis: *illico imperialibus codicillis præſtitis*; quæ ſic *Hoppius* commentatur: *Codicillis, i. e. litteris (de collata dignitate) teſtantibus; vulgo, die Beſtallung, Vocation. Ex quo colligere licet, privilegia ob officium alicui competentia, non a tempore ſuſcepti officii, ſed a tempore, quo quis codicillos accepit, inchoare.* Rectius *Strykius in notis ad eundem locum* imperiales codicillos, die Beſtallungs-Briefe, interpretatur. Sola vocatio ius quidem ad munus, ſed non in munere, tribuit, ut cum Pontifice in *c.* 40. *in fine de Præbendis in* 6. loquar. Poſſunt enim multa intervenire, ut collatio ipſius muneris & introductio in aliquot annos differatur, aut plane non ſequatur. Sic igitur ICti Vitembergenſes menſe Ianuar. anni CIↃ IↃ CC XXXV. Judicarunt: Daß Denunciat pro confeſſo & convicto zu achten, demnach Denunciantem eine Abbitte und Ehren-Erklärung vor Gerichte zu thun, und alle verurſachte Unkoſten zu bezahlen ſchuldig, überdies um 20. Thlr. zu beſtrafen. V. R. W. Rat. dec. Ob wol Denunciat ſich unter dem Vorwande, daß er in Königlich-Schwediſchen Dienſten engagiret ſey, und mit eheſtem als Cammer-Commiſſarius, oder unter einem andern Prædicate, nach Stockholm abgehen würde, der ihm ſub pœna confeſſi & convicti angeſonnenen Vernehmung weigert; Alldieweil aber auch ein würklicher Fürſtlicher Bedienter das Forum delicti agnoſciren, und ſich daſelbſt der Unterſuchung und Strafe unterwerfen muß, *L.* 4. § 2. *C. de Caſtrenſianis & miniſterianis, L.* 1. *C. ubi ſenatores, Mevius in ius Lubec. Quæſt. prælim.* 3. *n.* 49. & 50. *Leyſer in Meditat. ad ff. ſpecim.* 80. *de Foro delicti miniſtrorum principis, medit.* 3. 4. hiernächſt Denunciat ſeine Exceptionem fori incompetentis in keiner würklichen Beſtallung, ſondern in einer bloſſen Hofnung, künftig befordert zu werden, gründet, gleichwol bekannten Rechtens, daß ein Fürſtlicher Bedienter der ſeinem Amte anklebenden Freyheiten und Gerechtigkeiten nicht eher zu genieſſen anfängt, als bis er die würkliche Beſtallung

lung

lung erhält; So haben wir, nach Inhalt unſers Urtheils, billig erkannt.

II.

Miniſter principis, qui officium depoſuit, & ex aula & provincia abiit, debet tamen ratione eorum, quæ in officio geſſit, in foro priſtini domini ſtare.

III.

Citatio autem nec ad bona, quæ ibi reliquit, nec per edictum, ſed implorato iudice, ſub quo nunc habitat, facienda eſt.

Omnis iudicii caput eſt in ius vocatio, ſeu citatio. Igitur neque hanc in miniſtro principis delinquente omitti oportet, & pertinent huc omnia, quæ ſupra *in Specimine XXXI. de in ius vocando*; item *in Specimine XXXII. de Vitioſa Citatione* dicta. Obveniunt tamen ſingularia nonnulla, quæ in aliis hominibus ac civibus litem facile non pariunt, ſed citationem miniſtri delinquentis dubiam ac controverſam reddunt. Miniſtrum, quamdiu miniſter eſt, tametſi alibi habitet, ſi ratione officii vel civiliter vel criminaliter conveniatur, ſub eo principe, cui ſervit, forum ſortiri, atque invitum etiam ad hoc trahi poſſe, luculenter contra *Carpzovium* & *Continuatorem Vſus moderni Strykiani* oſtendi *in Specim. LXXX. de foro delicti miniſtrorum principis, medit.* 6. Quum vero ſæpe accidat, ut miniſter, bona principis ſui pace, officium deponat, atque ex aula & provincia exeat, & poſtea demum lites, quæ ante non apparebant, ratione geſtorum in officio exoriantur, quæſitum aliquando fuit, an priſtinus herus retrahere illum vocareque ad iudicia

Digitized by Google

ſua poſſit. Qui negantem ſententiam tuebantur, regulam iſtam legis tam naturalis quam civilis, quod iura, quibus perſonæ conditio locum facit, deficiente ea conditione, deficiant; ex *L.* 68. *de Regulis iuris*, *L.* 5. §. 3. *de Iure immunitatis*, *L.* 21. *de Teſtamento militis*, obiiciebant. Verum ipſa recta ratio, ex qua hæc regula fluit, vetat illam ad iura, quæ durante conditione perſonæ iam perfecte nata fuerunt, eorumque effectus, produci. Scilicet mutatio conditionis impedit, ut nova inde iura naſcantur, ſed vetera non perimit. Si exempla poſcis, obruam te multitudine. Minor, poſtquam maior factus eſt, beneficium reſtitutionis in integrum perdit in poſterum, retinet tamen ratione eorum, quæ minor geſſit, atque etiam ad ſucceſſores ſuos transmittit. *L.* 18. §. *ult. de Minoribus.* Tutor, procurator, advocatus &c. depoſito quamvis munere, ratione tamen eorum, quæ in munere geſſerunt, conveniuntur & agunt, ac forum quoque habent. Vide *L.* 1. *C. Vbi de ratiociniis tam publicis quam privatis agi oportet.* Igitur hoc forum geſtæ adminiſtrationis & rationum reddendarum etiam in miniſtro dimiſſo locum invenire debet. Et res minus dubii habet, ſiquidem ex delicto conveniatur. Quippe in foro delicti etiam abſentes ſtare oportere, nemini ignotum eſt. *L.* 22. *de Accuſationibus*, *Nov.* 134. *c.* 5. *Hahnius ad Weſembecium tit. de Iudiciis n.* 16. Novæ tamen circa citationem abſentis difficultates oborientur. Quodſi miniſter dimiſſus domicilium in aliam provinciam transtulit, etſi adhuc bona ſub priſtino domino poſſideat, ad ea tamen citatio fieri nequit; nec publice per edictum citari poteſt, quoniam hic citandi modus ſubſidiarius inutiliter & iniurioſe adhibetur in eo, cuius domicilium certum eſt. *Clem.* 1. *de Iudiciis*, *c.* 10. *X. de Dolo & contumacia.* Vide *Specimen meum XXXII. de Vitioſa citatione, medit.* 5. Implorandum

randum ergo eſt ſubſidium eius iudicis, ſub quo miniſter dimiſſus nunc habitat. Adde *Specimen meum LXXIV. de Foro delicti, medit.* 10. Et ſic reſponderunt ICti Vitembergenſes menſe Decembri anni CIↃ IↃ CC XXX: Wird ein ehemalen in Dienſten geſtandener und in Gnaden dimittirter, auch anjetzo auſſer Landes wohnender Miniſter, durch eine angeordnete Commiſſion, vermittelſt einer in ſeiner, des Miniſters, Kinder Gut geſchickten Citation, vorgeladen. Und es fällt Zweifel vor, ob das Forum allhier fundiret ſey. Dieſen Zweifel gründlich zu heben, iſt, in Ermangelung der Acten und genugſamer Nachricht von dem in Inquiſition gezogenen Genere delicti, unmöglich. Denn, wenn das dem Miniſter beygemeſſene Delictum von ihm ehemals, da er noch im Lande und in Dienſten geſtanden, begangen worden, ſo möchte er ſich in foro delicti zu ſtehen und zu antworten nicht entbrechen, nachdem die gegebene Dimiſſion das forum Delicti nicht aufhebet, da gedachtes Forum auch bey abweſenden ſtatt hat. Inzwiſchen muß doch mit der Citation richtig verfahren, und ſolche nicht in ein fremdes Gut, davor das des Miniſters Kindern gehörige zu achten iſt, geſendet, auch nicht öffentlich angeſchlagen, ſondern dem Miniſter durch das Mittel ſeiner ordentlichen Obrigkeit, unter welcher er wohnet, inſinuiret werden.

IV.

Miniſter reus, ſi quidem fuga, aut aliis modis, iudicium eluſurus metuitur, capi & cuſtodiæ mandari poteſt.

V.

In capiendo miniſtro ſuſpecto, aſtu, blanditiis, ſimulatione uti licet.

VI.

Quin aliquando ſalus publica, ut dolus bonus hic adhibeatur, præcipit.

In miniſtro delinquente etiam citationi reali aliquando locus eſt, ut ſcilicet ſtatim in principio iudicii in cuſtodiam mittatur. Parum tamen ſingulare hic animadverto. Igitur omnia, quæ ſupra *in Specimine DLXIII. de Cuſtodia reorum* dixi, nunc repeto. Id ſaltem moneo, in capiendis miniſtris maiore circumſpectione, quam in vulgaribus reis, opus eſſe. Eminentior dignitas, qua ornati ſunt, ſuſpicionem fugæ, quæ inprimis ad decernendam cuſtodiam requiritur, minuit, ſed non tollit penitus. Quamobrem ante, quam miniſtrum criminis inſimulatum cuſtodiæ mandes, omnia probe conſiderari oportet. Et, ſi veriſimilis metus eſt, illum, ſi quid præſentiſcat, fugam capeſſiturum ac iudicium eluſurum, imprudens foret iudex, qui eum libere vagari ſineret. Quod autem *in Meditatione* 8. *dicti Speciminis DLXIII.* iudicibus permiſi, ut in capiendis reis aſtu doloque utantur, hoc in miniſtris capiendis magis licere, quin nonnunquam neceſſarium eſſe, exiſtimo. Sunt ſæpe miniſtri homines vaferrimi, qui in principio ſtatim ſuſcepti muneris periculum, quod ſubeunt, agnoſcunt, omniaque, quibus id averti poſſe credunt, tempori parant, ac ſic ſemper quaſi in ſpecula ſtant, ne ex improviſo occupentur. Aliquando etiam tantum potentia vel gratia apud populum pollent, ut vis, ſi ipſi vim opponere velint, vel inutilis, vel damnoſa reipublicæ, vel ſaltem anceps futura ſit. Finge tibi Wallenſteinium quendam, qui ſibi militum animos ad omne obſequium conciliavit, plerosque tribunos & centuriones ſacramento obſtrinxit, ac cum exteris principibus fœdus pepigit. Talem aſtu & per ſimulationes ac blanditias capi, ac iudicio ſiſti, ſalus publica permittit atque etiam iubet. Quam ſententiam meam etiam praxis comprobat, ex qua infinita exempla doli huiusmodi boni, in capiendis miniſtris delinquentibus adhibiti, adferre poſſem. Sed memorabo pauciſſima, quæ prima ſcribenti in

mentem

mentem veniunt. Ante omnia artes recordor, quibus Tiberius Seianum in retia pellexit, ac circumventum in carcerem compegit. Deſcribunt eas breviter *Suetonius in vita Tiberii cap.* 65. ac paulo copioſius *Dion. Nicæus cap.* 10. 11. Simillimam Domitii calliditatem narrat *Suetonius in vita eius cap.* 11. Fridericus Wilhelmus, Elector Brandenburgicus, apud *Pufendorffium in Rebus geſtis eius lib.* 1. §. 3. & 4. Adamum, comitem Schwarzenbergium, purpuratorum principem, ad cauſſam dicendam evocaturus ac in iudicium tracturus, quia tamen haud tutum iudicabat, ſtatim ab initio imperii, & antequam ipſe res ſuas ſtabiliiſſet, offenſam in virum, qui potentiam ſuam mire firmaſſet, palam exſererе, miſſo Wernero Schulenburgio, illum de gratia ſua ſecurum eſſe ac Marchiæ adminiſtrationem continuare iuſſit. Nec improbo artem, qua Fridericus III. Daniæ rex, anno 1664. Ottonem Sperlingium, medicum ſuum, conſpirationis cum Vlefeldio & veneficii reum, Hamburgo ex fuga retraxit. Rem ſic narrat *Erasmus Franciſci* im hohen Trauer-Saal *P.* 2. *pag.* 1153. *ſqq. Dr.* Otto Sperling, ehmals Königlicher Hof-*Medicus* zu Coppenhagen, hatte ſich, als er von der Dina, des Ulefelds Concubine, beſchuldiget werden wollen, daß er den Gift, womit der König ſollen vergeben werden, zubereitet gehabt, bereits vor zwölf Jahren nach Hamburg begeben, und ward durch eine artige Liſt zur gefänglichen Verhaft gebracht. Und dieſes auf folgende Weiſe: Er hütete ſich, daß er ſich nicht vor die Stadt in dem Däniſchen Gebiete irgendswo betreten lieſſe, *correſpondirte* aber dennoch nichts deſtoweniger mit dem Ulefeld in verborgenen Ziffer-Schriften, alſo, daß man aus ihm annoch verſchiedene Geheimniſſe zu erfahren verhofte. Demnach ward dem Obriſten Hagendorn *Commiſſion* gegeben, ſich des Sperlings zu bemächti-

gen. Derſelbe nun kam nach Hamburg in des *Doctors* Haus, brachte eine Wehmutter mit ſich, und bat inſtändigſt, weil ſein Weib zu Altona (ſo Däniſcher Hoheit iſt, und ganz nahe bey Hamburg lieget,) mit groſſen Leibes-Schmertzen befallen wäre, daß ihm belieben wolte, mit ihm hinaus zu fahren, und *Medicamenta* zu verordnen. *Dr.* Sperling wolte anfänglich, ſeiner Gewohnheit nach, ſich vors Thor, und zumal nach Altona zu fahren, nicht wagen: Hagendorn aber *offeri*rte ihm ein Goldſtück, und verſprach ein mehrers, wenn der Patientin glücklich geholfen würde. Endlich ließ er ſich das Gold blenden, ſtieg zu Wagen, und fuhr alſo zum Thore hinaus. So bald ſie aber mit einander vor die Stadt kamen, geſelleten ſich etliche wolbewehrte Gefährten zu ihnen, welche noch acht Beypferde auf bedörfenden Fall mit ſich führeten; Damit zog man das Netz zuſammen, und der Sperling war gefangen. Die neue Gefährten ſetzten ſich zu dem *Doctor* in die Kutſche, lieſſen Altona zur Seite liegen, und fuhren nach Glückſtadt, allwo er von Mußquetirern bewacht, ſo fort aber nach Coppenhangen gebracht wurde, allwo er zwar alles, was ihm bewuſt, offenhertzig bekennete, auch die geheime Schriften eröfnete, und ſolcher Geſtalt das Leben erhielte, jedoch ſein Verbrechen in ewiger Gefangenſchaft büſſen muſte. Iacobus I. Magnæ Britanniæ rex, Sommerſetium ducem, quem in vincula coniici conſtituerat iam, iuſſeratque, a ſe abeuntem ac nihil mali ſuſpicantem blandiſſime amplexus ac ſæpe exoſculatus, enixe rogavit, ut cito rediret, quippe ſe ſine eo vivere non poſſe. Vide *le Vaſſor dans l'Hiſtoire de Louis XIII. tom. II. liv.* 8. *pag.* 385. Denique quomodo Cleſelius Cardinalis, ſummus in aula cæſarea miniſter, in carcerem raptus ſit, narratur in *Theatro Europæo tom. I. pag.* 35.

VII.

Digitized by Google

VII.

Carcerem, in quem miniſtri principis mittuntur, non tolerabilem ſaltem, ſed & honorificum eſſe, decet.

VIII.

Providendum tamen eſt, ne is honor, qui miniſtris captivis habetur, funeſtus ſit principi ac reipublicæ, neve captus, dum laxius cuſtoditur, evadat.

Vt carcer tolerabilis ſit, generaliter præcipitur in *L.* 1. *C. de Cuſtodia reorum.* At in miniſtris principum præterea requiritur, ut honeſtus ſit. Memoria enim & priſtinæ dignitatis, & amicitiæ, quam cum principe olim coluit, aliquod etiam in infelice venerationis veſtigium relinqui. Inexcuſabilis ergo fuit Pauli II. pontificis maximi inhumanitas, qui *Platinam*, ſecretarium, ſeu, ut titulum ſuetum retineam, abbreviatorem olim ſuum, ut hic *in vita Pauli* pag. 768. narrat, compedibus, & quidem graviſſimis, revinctum, media hyeme, ſine foco, celſa in turri ac ventis omnibus expoſita, quatuor menſibus coërcuit. Ille tamen honor, quem miniſtris captivis haberi oportet, ſic temperandus eſt, ut ne ſecuritas, propter quam carceres potiſſimum habentur, per talem indulgentiam imminuatur. Egi hac de re *Specimine DLXIII. Medit.* 10. & 11. dixique, periculoſiſſimum eſſe, reum in privatis ædibus cuſtodiri ac permiſi magiſtratibus, miniſtros etiam carceri publico includere. Nec vana eſſe, quæ ibi monui, exemplo ex *Polybio lib.* 5. *cap.* 8. & *Plutarcho in vita Clementis*

fir-

firmabo. Ptolemæus, Aegypti rex, Cleomeni reo honorem habiturus, ampliſſimam domum, in qua ſub cuſtodia diverſaretur, moreque ſuo viveret, dedit. At Cleomenes, congregatis amicis ſervisque, erupit ex domo ſtrictis enſibus, & obvium ſibi factum præfectum urbi necavit, & parum abfuit, quin arcem occuparet, ac Ptolemæum regno exueret.

IX.

In inquiſitione contra miniſtrum principis verba in factum temperanda, ac vocibus: inquiſitio, inquiſitus; abſtinendum.

X.

Reſponſio tamen in ſcriptis, ſi crimen gravius ſit, non ſufficit.

Devenio nunc tandem ad ipſum, quod contra miniſtrum delinquentem inſtituitur, iudicium. Hæreo tamen ſtatim in appellatione eius. Inquiſitionis quippe nomen atrocius ſæpe eſt re ipſa, atque exiſtimationi reorum æternam quaſi maculam adſpergit. Quamobrem iam tum *in Specimine DLX. de Inquiſitione, medit.* 25. dixi, ſi in delicta miniſtri inquiratur, temperanda eſſe verba in factum, omiſſaque inquiſitionis, inquiſiti & articulorum mentione, mitiora vocabula ſubſtituenda. Cave tamen, indulgentiam hanc latius, quam par eſt, extendas. Nolunt miniſtri aliique nobiles viri, quum ſuper delictis interrogantur, coram reſpondere, ſed abſentes per litteras reſpondent, ipſique comparere conſtantiſſime detrectant. Ac poteſt hoc in levibus criminibus dignitati ipſorum dari, quemadmodum *in iſto Specimine DLX. Medit.* 3. dixi. At in delictis paulo gravioribus hoc inconſultum foret. Laudo prudentiam Parlamenti Anglici, quod apud *Burnetum*

netum in Hiſtoria Reformationis eccleſiæ Anglicanæ Part. 2. *tom. I. pag.* 342. in cauſſa Eduardi Seimeri, Sommerſeti ducis, quum accuſatio contra eum inſtituta ac ipſius reſponſio ſaltem in ſcriptis proferrentur, ſententiam ferre renuit, veritum, ne confeſſio rei extorta vel aliis artibus elicita eſſet, ſed quatuor ex adſeſſoribus ſuis ad reum ablegavit, qui ipſum coram interrogarent, & de reſponſione eius ad collegium referrent.

SPECIMEN DLXXIII.
MEDITATIONVM AD PANDECTAS
AD LIB. XLVIII. TIT. IV.
QVO
PERDVELLES INDICTA CAVSSA PVNIRI POSSE OSTENDITVR.

I.

Reos maieſtatis ac perduellionis, antequam damnentur & puniantur, in ius vocari, audiri & defendi oportet.

II.

Illa tamen regula exceptionem patitur, quando ex iſtiusmodi cauſſæ cognitione periculum reipublicæ & principi imminet.

Digitized by Google

III.

Vulgares de hoc argumento disputationes inanes sunt, ac inde ortum traxerunt, quod quæstio non recte proposita fuit.

De iudicio contra perduelles, ac inprimis contra ministros principum delinquentes, acturis in vestibulo confestim occurrit quæstio, sitne iudicio plane opus, seu, annon liceat, expediatque, reum nihil tale cogitantem, nec vocatum, nec interrogatum, nec auditum, nec defensum, occupare & supplicio adficere. Quæstio hæc, siquidem, ut a nobis nunc factum, simpliciter proponatur, neganda est sine dubio. In ius vocatio, interrogatio, responsio, ad essentiam & integritatem omnis iudicii pertinent, ac ab ipso deo, ut cum priscis pragmaticis loquamur, antequam Adamum damnaret, adhibita & admissa fuerunt. Defensionem autem nec diabolo denegari posse, iidem pragmatici aiunt. Eadem igitur regula, quæ in omni iudicio, tam civili quam criminali, stabilita est, ut reus, nisi vocatus, interrogatus, & auditus fuerit, damnari non possit, etiam in reis maiestatis & perduellibus locum habet, nec a viro cordato in dubium vocari potest. Sed, ais, fuere tamen plures iureconsultissimi, æquique & boni amantissimi viri, qui illam ipsam, quam indubiam diximus, quæstionem in utramque partem disputarunt ac in aientem sententiam deciderunt. Ita est. Verum hi ipsi disputatores, ne quid dissimulemus, in hoc peccasse ac litem frustra movisse videntur, quod quæstionem, seu, ut ipsi loqui solent, statum controversiæ, perperam proposuerunt. Illam sic formari oportebat: utrum regula ista, quod reus nec vocatus nec auditus damnari punirique non possit, tunc, quum ex mora iudicii pernicies aut aliud magnum malum civitati impendet, & ipsa reipublicæ principisque

pisque ſalus celerrimam exſequutionem poſcit, negligi queat. Si quæſtionem ſic formas, nemo erit vir bonus ac patriæ ſtudioſus, qui illam non affirmet. Quæ ergo hucusque inter auctores de hoc argumento interceſſit diſputatio, vera diſſenſio non fuit, ſed ortum inde traxit, quod binas iſtas quæſtiones non diſtinxerunt invicem, ſed diverſiſſimas dubitandi ac decidendi rationes commiſcuerunt. Quod ut luculentius appareat, obſecro lectores, ut, quæ *Grammondus* de iuſtitia ſupplicii, quod Ludovicus XIII. Galliarum rex, de Ancræo marechallo, indicta cauſſa, ſumſit, *libro II. hiſtoriarum Galliæ ad annum* 1617. *p.* 158. *&* 159. breviter in utramque partem diſceptat, legant. Anceps primo intuitu videtur lis, ac tamen planiſſima eſt, ſiquidem quæſtiones ita, ut diximus, diſtinguantur.

IV.

Exempla perduellium, improviſo ſupplicio adfectorum, in tres claſſes diſpeſcuntur.

V.

In prima claſſe ſunt hi, quorum facinora tam ſunt manifeſta, ut iuſtitiam ſupplicii nemo in dubium vocet.

VI.

Altera claſſis complectitur eos, de quibus in utramque partem diſputatur, quorum maximus eſt numerus.

VII.

Tertia claſſis eſt eorum, quorum innocentia poſt necem manifeſte apparuit.

Quæſtione, quemadmodum dixi, recte propoſita, dubia omnia, quæ contra ſententiam noſtram moveri poſ-

ſunt, per ſe concidunt. Sed unum reſtat, quod alicuius momenti videtur; ſententiam ſcilicet noſtram periculoſiſſimam eſſe, ac poſſe innocentiſſimo cuique exitium parere, vitamque & ſalutem bonorum civium calumniis exponere, denique reis legitimam defenſionem, quæ nec diabolo deneganda ſit, eripere. Vera ſunt hæc omnia. Legi pleraque perduellium ac miniſtrorum peccantium, indicta cauſſa ad ſupplicium raptorum, exempla, quibus annales ſæculorum omnium referti ſunt. Aliqua eorum tantam lucem habent, ut nemo, niſi forte ex illo ineptorum declamatorum, laureolam in Neronis, febris, aſini, luti laudatione quærentium, numero ſit, qui reum non iure cæſum dicat. Huc Seianus referri poteſt, quem Tiberius, maximo ſenatus populique Romani plauſu, de culmine, quod indigne occuparat, improbiſſimeque tenuerat, ſubito præcipitavit, apud *Dionem in Tiberio cap.* 11. Eius improbitas tam manifeſta fuit, ut ne hi quidem, qui propter amicitiam ipſius deinde accuſati fuerunt, in defenſione ſua Seianum excuſare auſi fuerint. Vide egregiam M. Terentii orationem apud *Tacitum annali VI*, 2. Sed ſimilia Seiano exempla vix tria quatuorve in tota hiſtoria exſtant. Plerique ex his, quos principes ſine cauſſæ cognitione damnarunt necaruntque, poſt fata & accuſatores & patronos invenerunt, quorum diſputationes invicem lectores adhuc hodie incertos, quid ſtatuendum ſit, faciunt. Ancræi & Seiani fata in hoc æqualia fuerunt, quod illius etiam mors feſta per totam Galliam gaudia excitavit. Sed Ancræus tamen poſt obitum advocatos aclaudatores, non omni fide indignos, nactus eſt. Vnum producam ex ipſis Ancræi adverſariis, *le Marechal d'Etrées*, in fine *de ſes Memoires de la Regence de Marie de Medicis* ſic ſcribentem: *Quand je fais reflexion ſur la mort du Maréchal d'Ancre, je ne la puis attribuer qu' à ſa mauvaiſe deſtinée. Il étoit naturellement bien-faiſant, & il avoit deſobligé fort peu de gens.*

gens. On ne peut pas bien comprendre, pourquoi toute la France ſe ſouleva contre lui: Et je n'en trouve pas d'autre raiſon, que la malheureuſe ſituation des affaires de la Cour depuis la mort du Roi Henri IV. Le Marechal étoit agreable de ſa perſonne, adroit à cheval & à tous les autres exercices. Il aimoit les plaiſirs & particulierement le jeu. Sa converſation étoit douce & aiſée. Ses penſées furent hautes & ambitieuſes: il tachoit pourtant de les cacher en certaines occaſions. Il affecta de n'entrer iamais dans le Conſeil. Davidis Rizii apud *Buchananum lib. 17. hiſtor. Scot.* & Guiſiorum apud *Thuanum lib. 93.* exempla quis ignorat? Meruiſſe eos mortem, multi, contra innocentiſſimos interfectos, alii pari numero contendunt. Ferdinandus I. principem ſuum in Hungariæ regno miniſtrum, Georgium Martinuzzium, iure an iniuria necarit, in utramque partem maxima veriſimilitudine diſputatur. Vide *Thuanum lib. 9.* & *l'Hiſtoire du Miniſtere du Cardinal Martinus.* Ferdinandus quoque II, cuius iuſſu & auſpiciis Wallenſteinius, Fridlandiæ dux, per inſidias occiſus eſt, ab aliis rectiſſime, ab aliis iniuſte feciſſe perhibetur, adeo, ut, cui parti accedendum ſit, anceps hæreat integerrimus iudex, *Baptiſta Nani in hiſtoria Veneta lib. 9. ad annum* 1634. Witiorum fratrum cædem Hagæ comitum anno 1672. peractam, nec iuſtam ego, nec iniuſtam pronunciare audeo. Damnant eam plerique, & inter hos cordatus vir, *Basnage dans les Annales des Provinces unies Tom. II. ad annum* 1672. §. 253. Argumenta tamen, quæ ſimul ex diſſentientium ſcriptis excerpit, magni ponderis ſunt, nec brevi illa Basnagii reſponſione: *Ces raiſonnemens ſe refutent d'eux mêmes;* ſatis exploduntur. Denique multi inauditi damnati ac ſupplicio adfecti ſunt, quorum innocentia poſt mortem tam luculenter apparuit, ut nemo de ea hodie dubitet. De Antonio Foſcarino, præcipuæ nobilitatis ac de republica Veneta optime merito viro, quem clam delatum falſisque in-

diciis & teſtimoniis oppreſſum iudices, quos *Inquiſitori di Stato* vocant, ſecreto iudicio damnarunt, ac noctu ſtrangulatum publice ex uno pede ſuſpenderunt, vide *Baptiſtæ Nani Hiſtoriam Venetam lib. 5. ad annum* 1622.

VIII.

Propter ſalutem publicam ea, quæ ad integritatem & eſſentiam iudicii pertinent, omitti poſſunt.

IX.

Maior numerus eſt eorum, qui poſt diuturnum iudicium & ſolemnem damnationem hodie inſontes perhibentur, quam qui improviſo ſupplicio innocentes perierunt.

X.

Leo V. cæſar propterea, quod perduelles manifeſtos non confeſtim occidit, ſed ad ſolemne iudicium ſervavit, cum familia ſua periit.

Quamvis ex antecedentibus pateat, eorum, qui ob perduellionis crimen improviſo ſupplicio adfecti ſunt, aliquos innocentes fuiſſe, plerosque autem ita vixiſſe, ut, iurene an iniuria cæſi ſint, nec hodie liqueat; attamen nihil de ſententia muto, ſed, principi arbitrium, perduelles inauditos, ſi id e republica eſſe animadvertat, damnandi ac necandi, auferri non debere, adfirmo, penitusque adſentio *Briennio*, qui *dans ſes Memoires tom. III. p.* 15. *ſqq.* decretum Parlamenti Pariſienſis, quo regi neceſſitas, reos maieſtatis ſolemniter interrogandi ac ad iudices ordinarios remittendi, imponitur, improbat, ac auctoritati regiæ & bono publico adverſari dicit. Sed, ais, vocatio rei in ius, interrogatio, defenſio, ex ipſa recta ratione & ſecundum ius naturæ ad eſſentiam & integritatem iudicii ſic pertinent, ut, ſi omittantur, cauſſæ cognitio & iudicium nulla ſint. Fateor. Verum neceſſitas & ſalus reipublicæ ius faciunt, legibus omnibus & iuribus maius ac ſuperius, cui

vitam

vitam & bona ſingulorum ſacrificari licet. Ais porro: Hac ratione tamen multi, quorum innocentia poſtea patuit, aut, ſi etiam dubia eſt, a quamplurimis perhibetur, puniti necatique fuerunt. Fuerunt. Quid tum? Etiam magna pars eorum, qui ſolemni & tracto per aliquot annos iudicio damnati fuerunt, poſtea innocens reperta & famæ reſtituta eſt, aut ſaltem innocens fuiſſe, & potentiæ adverſariorum, calumniæ teſtium, improbitati iudicum ſuccubuiſſe, a permultis creditur. Plerique ex his, quos inſontes Tiberius, Caligula, Nero, Domitianus, ſuſtulerunt, antequam necarentur, ad iudicium vocati, auditi, iudicatique ſunt. In Gallia Franciſcus I. apud *Varillas in Vita eius tom.* I. *pag.* 216. Samblancæum, ærario præfectum, poſt aliquot annorum iudicium in furcam egit, deinde innocentem declaravit, ac famæ reſtituit, unumque ex iudicibus, Gentilem, eodem, quo Samblancæus perierat, ſupplicio adfecit; & noſtra aut patrum noſtrorum memoria Ludovicus XIV. Langladium Marchionem, furti inſimulatum, atque ex omnium opinione convictum, ad triremes damnavit, ac ſero tandem, poſtquam Langladius mœrore ac ſqualore contabuiſſet, poſt fata innocentem reperit. Nullum forte iudicium unquam tam operoſe ac diu exercitum fuit, quam decennale illud, quo Nicolaus Crellius, Chriſtiani I. Electoris Saxonis cancellarius, ad gladium damnatus eſt. Atque tamen ille & moriens, ſe innocentem plecti, proteſtatus eſt, & mortuus defenſores invenit, quorum ſcripta & argumenta excerpunt, ac non obſcure probant *Arnoldus* in der Unpartheyiſchen Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie *Part. II. lib.* 16. *cap.* 32. §. 31. *ſqq.* & *Part. IV. ſect.* 2. *n.* 61. 62. 63. *p.* 735. *ſqq.* item *Thomaſius* in dem kleinen Verſuch von *Annalibus* von *anno* 1409. bis 1625. *pag.* 235. *ſqq.* Taceo infinita alia exempla, ex quibus, ſi rectum eſt diſſentientium ratiocinium, conſequitur, iudicia omnia e medio tolli, reosque liberos dimit-

dimitti oportere; quia, ſi vel maxime convicti videantur, & confeſſi etiam crimen ſint, innocentes, ac teſtes falſi & iudices corrupti & ipſi ex tædio vitæ mendaces eſſe poſſunt. Præterea errant magnopere, ſi qui credunt, reos iſtos, qui poſt ſupplicium ac mortem innocentes perhibentur, vere innocentes fuiſſe. Eſt hæc ſolita ingenii humani imbecillitas, ut, quem virum odio proſequuti ſumus, ex oculis ſublatum deſideremus, amemus & lugeamus, ac innocentem credamus, cauſſamque mortis & odium ab illo in aliquem viventem invidioſe transferamus. Denique, ſi iudicium contra perduelles, usque dum convinci poſſint, differs, exſequentur illi interim facinus. Perdidit iſtiusmodi mora Leonem V. Armenium, Imperatorem Conſtantinopolitanum. Is ſecundum *Zonarum annalium tom. III. pag.* 144. *ſq.* Michaëlem Balbum, inſidiarum imperatori ſtructarum reum, ſtatim puniri decreverat, ſed importunis uxoris precibus atque obteſtationibus, ne proximum diem nativitati Chriſti ſacrum cruentaret, victus, ſupplicium diſtulit, ac reum compedibus vinctum Papiæ cuſtodiendum tradidit, nocte vero Papiæ conclave ingreſſus, Michaëlem in lecto otioſe dormientem, & Papiam, vel ut honoraret Michaëlem, vel inſidiarum conſcium, humi iacentem vidit, atque nec tunc quidem reos manifeſtos necavit, ſed ſolemni iudicio ſervavit, ante, quam id inſtituere poſſet, ab his ipſis occupatus ac in templo trucidatus. Bene Domitianus apud *Suetonium in vita eius cap.* 21. & Adrianus apud *Vulcatium Gallicanum in vita Avidii Caſſii c.* 2. conditionem aiunt principum miſerrimam, quibus de coniuratione comperta non credatur, niſi occiſis.

XI.

XI.

Graviſſimæ ſuſpiciones de perduellione & argumenta maxime probabilia ad irrogandum improviſum ſupplicium ſufficiunt.

Permittendum eſt principi improviſum ſupplicium non in eos ſolum, quos facinoroſos indubitanter novit, ſed &, quos inſidias ſibi ſtruere & reipublicæ malum machinari, ex graviſſimis ſuſpicionibus & indiciis credit. Optime Cato apud *Salluſtium in Bello Catilinario pag.* 35. *Cetera*, inquit, *maleficia tum perſequare, ubi facta ſunt; hoc niſi prævideris, ne accidat, ubi evenit, fruſtra iuſtitiam implores.* Et imperatores in *L.* 1. C. *Quando liceat unicuique ſine iudice ſe vindicare: Melius*, aiunt, *eſt, occurrere in tempore, quam poſt exitum vindicare.* Plura veterum loca congerit *Iac. Gothofredus in L.* 2. C. *Th. ad L. Cornel. de ſicariis.* Atque hoc pacto excuſari poſſe oſtraciſmum apud Athenienſes & petaliſmum apud Syracuſanos, non male ait *Hertius de Colliſione legum ſect.* 2. §. 32. Nec eſt, quod obiicias, ſuſpiciones & indicia probationes non eſſe, atque adeo ad condemnationem & pœnam, quæ argumenta luce clariora deſiderent, non ſufficere. Sunt utique probatio, artificialis nempe ac eiusmodi, qualis in rebus humanis haberi poteſt, de qua ample actum *in Specimine CCLVII. de Probatione artificiali, med.* 6. Adde legibus ibi memoratis *cap.* 1. §. *ult. de Homicidio in* 6. verbis: *Poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis, aliquem ſcelus tam execrabile commiſiſſe, nullatenus alia excommunicationis, vel depoſitionis, ſeu diffidationis, adverſus eum ſententia requiratur.* Non eſt itaque, quod *Montchal*, archiepiſcopus Toloſanus, *dans ſes Memoires pag.* 19. tantopere contra Richelium, regi ſuo veniam, perduelles plene & iuridice non convictos puniendi, expetentem, declamet: *Le Pape avoit conçu une très mauvaiſe opinion du Cardinal, & l'avoit en horreur depuis qu'il avoit fait*

Digitized by Google

demander un Bref par le Cardinal Bagny, Nonce de St. Siége en France, portant permiſſion au Roi de pouvoir faire mourir ſans forme & figure de procès des perſonnes en priſon, quoiqu'il n'y eut preuve convaincante contre eux, ni aſſez de charge pour les condamner par la voye ordinaire de la Iuſtice.

XII.

Poteſt princeps civem perduellem ac miniſtrum facinoroſum, quem publice punire nequit, clam veneno tollere.

Liceatne principi, civem perduellem ac miniſtrum improbum, quem publice adgredi & ad tribunalia trahere, inconſultum & reipublicæ pernicioſum foret, veneno tollere, quæritur. Equidem venenorum uſum plane cum iure naturæ pugnare, exiſtimat *Oſiander in Obſervat. ad Grotium de Iure belli ac pacis lib.* 3. *c.* 4. §. 15. 16. 17. *p.* 1409. Et Franciſcus Walſingham, prudentiſſimus Eliſabethæ Anglicæ miniſter, teſte auctore anonymo des Lebens der Königin Maria von Schottland *pag.* 267. acriter ſe iis oppoſuit, qui Mariam Scoticam, quam leges regni & ſalus ac ſecuritas publica ad mortem depoſcebant, ſed cuius publicum ſupplicium tumultus & bella ſuſcitaturum videbatur, veneno necari ſuadebant. At enimvero venenorum uſus neque cum iure naturæ, neque cum iure gentium, ſi quod modo ius gentium eſt, pugnat, quemadmodum pluribus *in Specimine III. de Iure naturæ & gentium, medit.* 2. oſtendi, pluraque gentium, moratarum ac perpolitarum, quin & chriſtianarum, quæ venena ſine pudore adhibuerunt, exempla commemoravi; quibus exemplis addi poteſt Gallorum illud, veneno adverſus Helvetios hoſtes ſuos utentium, apud *Brantomium tom. I. des Vies des hommes illuſtres & grands Capitaines François pag.* 137. Quodſi ergo Solon, Amphictyones & Athenienſes non peccarunt, qui veneno inter publica ſupplicia locum dederunt, nec princeps pec-

Digitized by Google

peccabit, qui veneno hominem facinoroſum, ſed aſtu aut potentia publicum iudicium eludentem, veneno tollit. Adde *Dœpleri* Schauplatz der Leibes- und Lebens-Strafen *Part. II. cap.* 41. in quo tamen omnia, quæ de venenis uſpiam legit, indigeſte ac incondite coacervat.

XIII.

Tunc, quum collegium adſeſſoribus indignis improbisque refertum eſt, accurata cauſſæ cognitio & publica pœna vix locum invenit.

XIV.

Præſtat, tale collegium ſine lite ac iudicio purgari.

Aliquando multitudo delinquentium accuratiorem cauſſæ cognitionem impedit, ut, ſi integrum collegium talibus hominibus, qui locum in eo per largitiones aliasve illicitas artes adepti fuerunt, aut, quorum indignitas ab initio latuit ac poſtea demum apparuit, aut qui digni quidem & ſuſcepto muneri pares, indigne tamen illud, turpiter ac impie exercuerunt, refertum ſit. Singulos ad iudicium trahi, ac publice poſt longam litem puniri, grave reipublicæ & propter varias cauſſas inconſultum foret. Atque tamen collegium expurgari oportet. Videamus, quid Auguſtus imperator fecerit. Is apud *Dionem Nicæum*, ſenatum Romanum, vitioſiſſimis hominibus inquinatum, meliorem effecturus, nullum quidem ſenatorem ſenatu movit, ſed cohortatus eos eſt, ut, qui ſibi conſcii eſſent ſui generis, aut vitæ male actæ, de ſe ipſi iudicium facerent, ac ſponte ſenatu abirent. At enimvero iſtud remedium lene eſt nimis, &, ſi quis ſenator impudentiam cum indignitate coniungat,

Digitized by Google

prorſus inutile. Maiorem ergo *Suetonio* fidem habeo, qui *in vita Octavii Auguſti cap.* 35. rem ſic narrat: *Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba, erant enim ſuper mille, & quidem indigniſſimi, & poſt necem cæſaris per gratiam & præmium adlecti, quos Oricnos vulgus vocabat, ad modum priſtinum & ſplendorem redegit duabus lectionibus: prima ipſorum arbitratu, quo vir virum legit: ſecunda ſuo & Agrippæ: quo tempore exiſtimatur lorica ſub veſte munitus, ferroque cinctus, præſediſſe, decem valentiſſimis ſenatorii ordinis amicis ſellam ſuam circumſtantibus. Cordus Cremutius ſcribit, ne admiſſum quidem tunc quemquam ſenatorum, niſi ſolum, & prætentato ſinu. Quosdam ad excuſandi ſe verecundiam compulit: ſervavitque etiam excuſantibus inſigne veſtis, & ſpectandi in orcheſtra epulandique publice ius.* Adhuc aliam magisque commodam viam patrum noſtrorum memoria quidam princeps ingreſſus, collegium, quod purgaturus erat, diſſolvit integrum dimiſitque, multa gratioſiſſime præfatus, notatoque nemine, ſed altero confeſtim die hos, quos retineri reipublicæ intererat, revocavit quaſi ad novum munus.

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN DLXXIV.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVIII. TIT. IV.

QVO

DOCTRINA IOANNIS PARVI

DE

CAEDE PERDVELLIVM PRIVATIS LICITA

CONTRA
TRIVM SAECVLORVM CALVMNIAS
VINDICATVR.

I.

Civis civem perduellem, & communi principi ac reipublicæ exitium machinantem, quem ſine magno reipublicæ diſcrimine in iudicium trahere nequit, privatim impune occidit.

II.

Memoria Ioannis, Burgundiæ ducis, & doctrina Ioannis Parvi contra trium ſuperiorum ſæculorum calumnias defenditur.

III.

Neutri nefaria doctrina, quæ ambobus vulgo adfingitur, de licita regum principumque, ſi tyrannidem exerceant, cæde in mentem venit.

Digitized by Google

IV.

Vera utriusque ſententia, quæ ab hac doctrina toto cælo diverſa eſt, luculenter demonſtratur.

Sancta & nobis & omnibus chriſtianis populis debebat eſſe memoria Ioannis, Burgundiæ ducis, quem intrepidum communiter appellant, ex cuius ſanguine originem ducit inprimis Auſtriaca gens, cuiusque imaginem nullus fere eſt in Europa rex ac princeps, qui non inter maiorum ſuorum imagines collocet, atque ſe ab eo deſcendere glorietur. Huic tanto ac tam venerabili principi adſperſam per tria continua ſæcula maculam eluam nunc ego tandem, pius in Auſtriacam & Saxonicam gentem, quæ utramque nunc originem ſuam ad Ioannem Burgundum refert, & vindicabo ſimul memoriam Ioannis Parvi, theologi Pariſienſis, viri probi & docti, a calumniis, quibus eam auctores per tria, & quod excurrit, ſæcula, tanquam ex conſpiratione, iniuſtiſſime vexarunt, ac toti terrarum orbi exoſam reddiderunt. Quod ut rectius fiat, rem, ſicut geſta eſt, breviter narrabo. In fine ſæculi XIV. & principio ſæculi XV. Carolus VI. Galliarum rex, frequentia bonæ mentis & furoris intervalla habebat, tam exiguo diſcrimine, ut ſtupor, qui in bonis intervallis perdurabat, negotia publica magis turbaret. Trahebant enim ad ſe negotiorum iſtorum adminiſtrationem propinqui regis, perpetuisque diſſidiis regnum fere ad incitas redigebant. Sic ſcilicet de miſero iſtorum temporum ſtatu *Daniel dans l'Hiſtoire de France tom. 3. ad annum 1422. pag. 916.* ſcribit: *Les viciſſitudes de la maladie & de la ſanté du Roi étoient quélque choſe de pire, que ſi le mal eût été continuel: car on auroit pû en ce cas établir une forme conſtante de Gouvernement, au lieu, que les changemens y etoient presque auſſi fréquens, que ceux, qui arrivoient à l'eſprit de ce Prince. On luy faiſoit changer dans un de ſes bons intervalles ce, qu'il avoit réſolu dans un autre. On luy*

luy repreſentoit les inconveniens de ce, qu'il avoit fait, ſans lui faire enviſage ceux de ce, qu'on vouloit luy faire faire de nouveau. Les Princes & les Seigneurs, qui prétendoient au Gouvernement, ce debusquoient les uns les autres: on ne voyoit que Chancéliers, Connétables, premiers Preſidens, Surintendans des Finances dégradex, disgraciez, obligez de céder leur place à leurs concurrens. L'eſprit du Prince s'affoibliſſant de plus en plus, les deſordres ne firent que croitre. Inter iſtos vero propinquos præcipui erant frater regis, Ludovicus Aurelianenſis, & patrui filius, Ioannes Burgundus. Nihil erat Ludovico iſto impurius. Hi ipſi, qui necem eius damnant, negare tamen nequeunt, eum ſe innumeris adulteriis virginumque ſtupris commaculaſſe, Galliæ immodica & inuſitata tributa impoſuiſſe, pecuniam publicam prodegiſſe, regem familiamque eius parce ac duriter tractaſſe, Delphinum, regis filium & regni heredem, rapuiſſe & invitum ab aula abduxiſſe, multos bonos & inſontes viros trucidaſſe, ac regnicolarum omnium, inprimis vero civium Pariſienſium, odium adverſus ſe concitaſſe. Præter hæc, quæ manifeſta erant, facinora, aliorum etiam, de quibus adhuc dubitatur, ut inſidiarum vitæ regis regiæque familiæ ſtructarum, veneficii, ſortilegii, inſimulabatur. Indignatus hanc publicam peſtem Ioannes Burgundus, princeps fortiſſimus, Pariſios venit, omnium plauſu, tanquam communis ſalutis & libertatis vindex, excipitur, Ludovicum expellit, Delphinum, regis filium, qui Ludovicum fugientem invitus ſequebatur, gaudentem in urbem retrahit, turbas, quantum poteſt, componit, tandem vero Ludovico per communes amicos conciliatur, ac concordiæ fidem ſacramento & ſumta ſimul cum Ludovico ſacra cœna firmat. Verum, interiectis paucis diebus, Ioannes, qui certam regis & reipublicæ perniciem Ludovici ſupplicio everti poſſe credebat, ſed illum præpotentem iudicia omnia eluſurum eſſe, ac ſine maximo regni

regni discrimine ne quidem in iudicium trahi posse, videbat, percussores Ludovico immittit, & per hos hominem pessimum e medio tollit, ipse vero, patrata cæde, in terras suas paulum recedit, primos horum sacrorum, facto tam audaci inflammatorum, impetus & furores e tuto spectaturus. Absentem Valentina, Ludovici vidua, in ius vocat. Intercedunt communes amici, feruntque has pacis conditiones, ut Ioannes, se peccasse, fateatur, veniamque petat & obtineat etiam a rege, sed satellites suos cædisque ministros ad supplicium de iis sumendum exhibeat. Reiicit has tam indignas conditiones magnanimus princeps, adest intrepidus, iterum a Parisiensibus ingenti plausu lætitiaque excipitur, prodiensque in publicum audiri se postulat, nec ullo in contrariam partem hiscere auso, Delphino, proceribus, turbaque populi audientibus, oratorem pro se inducit Ioannem Parvum, doctorem theologum, virum, quod & adversarii eius fatentur, doctum & eloquentem, qui libertatem ecclesiæ Gallicanæ & academiæ Parisiensis, teste *le Laboureur histoire de Charles VI. lib.* 26. *cap.* 2. *pag.* 543. *sqq.* mirifice & fortiter contra Pontificum maximorum iniurias olim defenderat. Is Parvus, factam a Burgundo cædem iustam fuisse, contendit oratione, quæ adhuc hodie supersest, & genium sæculi, in quo habita fuit, rudem ac elegantiarum, quibus nostra ætas adsuevit, expertem, sapit, sed apertam veritatem præ se fert, ac sine omni fuco est. Conservavit illam nobis *Enguerrand de Monstrelet*, *Chronicisque* suis *Vol.* 1. *cap.* 39. inseruit, scriptor fidus ac cordatus, & in neutram partem propensus. Nam, quod ei *le Long dans la Bibliotheque historique de la France* nimium in Burgundos studium & favorem obiicit, inveterato Galliorum in domum Burgundam, ex qua Austriaca ortum trahit, odio adscribi oportet, quo concitati, si quem scriptorem convitiis in veteres Burgundiæ duces abstinere ac circumspectius

ctius de illis loqui vident, confeſtim, & ipſum Burgundum, aut a Burgundis corruptum ac fide indignum eſſe, clamant. Sed quam iniuſte hoc *Monſtreleto* obiiciatur, vel inde apparet, quod is in fine memorati *capitis* 39. Ioannem a rege abſolutum fuiſſe narrat, ipſe vero hoc factum regis aperte non probat, ſed infelicitati iſtorum temporum adſcribit. Eandem orationem, ex Monſtreleto ſumtam, *Lenfant* in fine *tom. II. de l'Hiſtoire du Concile de Piſe pag.* 303. *ſqq.* adiecit. Præter hos duos, *Innocentius Gentilettus in Antimachiavello*, ſeu *commentariis de regno lib.* 3. *theorem.* 8. famoſam iſtam orationem, latine verſam, omiſſis tamen multis, quæ ſuperflua illi viſa fuerunt, exhibet, non malo conſilio. Gallicum enim idioma magna virorum doctorum pars non intelligit, inprimis obſoletum id, quo oratio apud Monſtreletum perſcripta eſt, quodque Galli ipſi hodie ſine interprete non intelligunt, ut adeo *Lenfant* voces hodie inuſitatas explicare neceſſum habuerit. Quamobrem ego, ut calumnia, Ioanni Parvo, viro optimo, fere unanimi tot ſæculorum conſenſu facta, luculentius appareat, orationem hanc ex infenſiſſimo eidem ſcriptore, *Innocentio Gentiletto*, pauciſſimis notulis a me conſperſam, in quibusdam etiam locis ex Monſtreleto ſuppletam & emendatam, hic adſcribo:

Reverendiſſimi Domini mei! Dominus meus dux de Burgundia, comes de Flandria & de Artheſio, duabus vicibus Par Franciæ & Decanus Parium, venit ad nobiliſſimam & altiſſimam maieſtatem regalem, tanquam ad ſuum dominum ſupremum & ligium, ad faciendum ei reverentiam cum omni obedientia, ſicut ipſi tenetur per quatuor obligationes, quas ponunt vulgariter doctores theologiæ, & iuris canonici & civilis. Pri-

ma eſt de proximo erga proximum: ſecunda, de conſanguineo erga conſanguineum: tertia, de vaſallo erga dominum ſuum ligium: & quarta vult, quod non ſolum ſubiectus non offendat dominum ſuum, ſed etiam quod vindicet offenſas ei factas. (1) *Sunt etiam in noſtro facto multæ aliæ obligationes, utpote quia rex fecit multa bona & honores prælibato domino meo de Burgundia.* (2) *Nam ipſe voluit, quod Dominus Delphinus duceret in uxorem filiam prædicti domini de Burgundia, nec non etiam, quod filius primogenitus eiusdem domini de Burgundia haberet in uxorem dominam Michaellam, filiam prælibatæ maieſtatis regalis. Et ideo, ſicut dicit dominus meus B. Gregorius, quum creſcunt dona, creſcunt rationes donorum. Iſtæ omnes obligationes* (3) *ſunt cauſſa, quare dominus meus de Burgundia*

(1) Adde: quin ſolis machinationibus obviam eat. Hæc enim ſunt Parvi verba apud Monſtreletum: *Quartement il eſt ſon ſubjeƈt, parquoy par la quarte obligation, qui enſuit les trois obligations devant dites, il n'eſt pas tant ſeulement tenu de le garder de ſa parolle & de fait contre ſes ennemis, mais eſt tenu avec ce de le venger de ceux, qui luy font iniures, ou qui luy ont fait faire, ou voudroient machiner & ont machiné à faire au cas, qu'il viendroit en ſa connoiſſance.*

(2) Adde: qui ſecundum in regno proximumque poſt regem locum tenet. *Non pas ſeulement comme ſon proeſme, parent; Vaſall & Subjeƈt, comme dit eſt, mais comme ſon tres humble Chevalier, Duc, Comte & Pair de France, & non pas Pair de France deux fois, mais Doyen des Pairs, qui eſt la premiere prerogative de Seugnerie, nobleſſe & dignité, qui ſoit en ce Royaume après la Couronne.*

(3) Adde: duodecim numero, ad quas adhuc tertia decima, iuſſus nempe patris moribundi, accedit: *Des obligations deſſus dittes, qui ſont douze en nombre. C'eſt à ſçavoir proeſme, parent, Vaſſal, Subieƈt & Baron, Comte, Duc, Pair, Duc & Doyen*

Digitized by Google

dia fecit occidere ducem Aureliani ultimo defunctum. Quod factum fuit commissum pro magna utilitate ipsius regis, filiorum eius, & totius regni, sicut ego ostendam sic sufficienter, quod quisque debebit esse contentus. Nam prædictus dominus meus de Burgundia dedit mihi onus, & mandatum expressum, proponendi suas iustificationes, quod ego non sum ausus recusare propter duas rationes. Prima est, quia ego sum obligatus ad eius servitium, iuramento, quod ego illi iuravi ante tres (4) annos. Secunda est, quia ipse mihi dedit unam pensionem annuam valde bonam, ut me adiuvaret (5) ad nutriendum in scholis, quandoqui-

Doyen des Pairs, & les deux mariages. Ce sont douze obligations, par lesquelles il est obligé l'aymer, servir, obéir & porter reverence, honneur & obéissance, le deffendre de tous ses ennemis & non pas seullement deffendre, mais le venger & en prendre vengeance. Et avec ce, Prince de tresnoble memoire feu Monseigneur de Bourgogne son pere luy commanda au lict de la mort, que sur toutes choses, après le salut de son ame, il mist tout son coeur, volonté, courage, corps & puissance en exposant tant, qu'il viveroit, à garder loyaument la personne du Roy, ses enfans & sa Couronne. Car il se doutoit tres grandement, que ses adversaires machinoient à luy tollir sa Couronne, & avoit tres grande paour, qu'ils ne fussent plus forts après son trespas, que luy vivant. Et pource voulut obliger au lict de sa mort par commandement paternel ses enfans à resister a l'encontre.

(4) Anno nempe Christi circiter 1404. vel 1405. in principio, quo de cæde Aurelianensium ducis, in fine anni 1407. peracta, nondum cogitabatur.

(5) Beneficium ergo hoc fuit, ex mera liberalitate diu ante cæ-

 dem

doquidem ipſe ſciebat, quod ego eram male proviſus de beneficiis. Quæ quidem penſio facit mihi magnum bonum, & multum me adiuvat ad faciendas meas impenſas, & me adiuvabit inpoſterum, ſi Deo placet, & prænominato domino meo de Burgundia. Sed quando ego conſidero maximam materiam, quam ego ſuſcepi tractare in hac nobiliſſima ſocietate, magnus quidam timor turbat cor meum: quandoquidem ego cognoſco, quod ego ſum parvus ſenſu & pauper ſpiritu, nullamque habens memoriam, adeo ut ingenium, & memoria mea & illud modicum ſenſus, quod ego ſolebam habere, me prorſus reliquerint. Ideoque ego nullum aliud remedium video, quam ut me commendem Deo creatori meo, & eius glorioſiſſimæ matri, & domino meo beato Ioanni Evangeliſtæ, principi theologorum. Quocirca ego vos rogo humiliter (reverendiſſimi domini mei) nec non totam hanc nobilem congregationem, quod, ſi ego dixero aliquid, quod non ſit bene dictum, quod vos attribuatis illud ſimplicitati (6) & ignorantiæ

---

dem profectum, non merces ſuſceptæ defenſionis, ut *Baylius* infra memorandus cavillatur.

(6) Mirifica hæc Parvi modeſtia laude digniſſima eſt. Vincebat ille oratores ſui temporis doctrina, facundia, meritisque in rempublicam, eccleſiam Gallicanam & academiam Pariſienſem. Teſtem producemus ex ipſius Parvi infenſiſſimis hoſtibus, *Petrum Baylium*, qui *in Dictionario ſuo Art.* PETIT hæc habet: *Jean Petit, Profeſſeur en Theologie dans l'Univerſité de Paris au commencement du XV. ſiecle, s'aquit beaucoup de reputation par ſon éloquence & par ſon ſavoir, mais il abuſa quelquefois de ſes talens pour ſoutenir de mauvaiſes cauſes. Il parla pour l'Univerſité de Paris devant le Conſeil du Roi l'an. 1406. Ce fut pour montrer, que le Cardinal de Chalant, Legat du Pape Benoit, s'étoit plaint à tort contre ceux, qui s'etoient ſouſtraits de l'obedience de ce Pape. Il conclut à ce, que*

Digitized by Google

rantiæ meæ, ut ego dicere poſſim cum apoſtolo, ignorans feci, ideoque miſericordiam conſecutus ſum. (7) *Sed poſſet hic mihi opponi*

que cette ſouſtraction fut d'oreſnavant gardée & executée, & l'Egliſe Gallicane delivrée des exactions iniuſtement introduites par la Cour Romaine. Le Conſeil du Roi renvoia l'affaire au Parlement. Elle y fut plaidée a la grand chambre le 7. de Juin de la même année. Jean Petit y harangua tout à ſon aiſe: ſon diſcours fut long, & auſſi fort, qu'on le pouvoit ſouhaiter. Le Parlement ne prononça rien, mais il fut contraint quèlque tems après à rendre un Arret, qui favoriſa les demandes de l'Univerſité. Jean Petit fut de la celebre Ambaſſade, que la France envoia en Italie pour la pacification du ſchisme, & il harangua dans Rome le 20. de Juillet 1407. Sed quid opus eſt teſte? Edidit *Bourgeois du Chaſtenet* anno 1718. *novam hiſtoriam concilii Conſtantienſis*, atque in ea aliquot orationes anno 1406. in concilio Pariſienſi habitas. Duæ ex iis ſunt Ioannis Parvi, quarum prima, ſi quid ego in arte oratoria intelligo, ceteras omnes elegantia, qualem rude iſtud ſæculum capiebat, copia rerum, ac vi dicendi ſuperat. Nihil horum omnium iactat, aut memorat ſaltem, Parvus, ſed premit illa magis. Atque huic tam pudenti viro impudentiam tamen obiicit, & frontem deeſſe, queritur *Baylius in Supplemento articuli ſupra memorati*, effrons ipſe.

(7) Adde: Teſtor præterea, nihil eorum, quæ hic dico, convitiandi animo, ſed nomine ac iuſſu domini mei, Burgundorum ducis, & pro neceſſaria eius defenſione dici; *Je n'oſeroye parler de cette matiere, ne dire les choſes, qui me ſont enchargées, ſi ce n'eſtoit par le commandement de mon dit Seigneur de Bourgogne. Après ce je proteſte, que je n'entens à injurier quelque perſonne, que ce ſoit ou puiſt eſtre, ſoit vif ou tres paſſé. Et*

Digitized by Google

opponi una quæſtio, videlicet quod non pertinet ad unum theologum, ſed ad legiſtam, proponere prætactam iuſtificationem domini de Burgundia. Verum ego reſpondeo, quod nullatenus ad me pertinet illam proponere, cum ego ſim neque unum neque alterum, ſed ſim unus pauper ignarus, ſicut ante dixi, qui ſenſum & memoriam amiſi. Nihilominus bene ſuſtineri poſſet, quod pertinet ad doctorem theologum, defendere ſuum dominum, & dicere veritatem. Non oportet ergo mirari, ſi ego commodem pauperem meam linguam prædicto domino meo, qui me nutrivit & nutriet, ſi Deo placet. Nam ego eam illi commodo in ſua magna neceſſitate, & illi, qui me reprehenderent de hoc, facerent magnum peccatum, ut mihi videtur, cum rationabiliter omnes debeant potius me excuſare. Vt igitur incipiam iuſtificationem iſtam, ego ſumam thema meum ſuper eo, quod dicit dominus meus divus Paulus: radix omnium malorum cupiditas, quam quidem appetentes erraverunt a fide. (8) *Hæc verba habentur prima ad Timotheum ſexto. Sed poſſet mihi opponi, quod imo*

s'il advient, que je dis aucunes parolles ſentans iniures pour & au nom de mon dit Seigneur de Bourgogne, & par ſon commandement, je prie, qu'on m'ait pour excuſé entant, qu'elles ſont à ſa juſtification & non autrement.

(8) Adde: quæ vox non ad ſolam fidem in deum reſtringenda, ſed ad eam quoque fidem, quam cives regibus, principibus ac dominis ſuis debent, extendenda eſt: *Ceſte parolle propoſée tient en ſoy trois choſes. La premiere eſt, que convoitiſe eſt de tous maux la racine à ceux, qu'elle tient en ſes lacs. La ſeconde, qu'elle a fait aucuns apoſtats, c'eſt à ſçavoir renier la foy Catholique & ydolatres. La tierce eſt, qu'elle a fait les autres traiſtres & des loyaux à leurs Rois, Princes, & Souverains Seigneurs.*

Digitized by Google

imo ſuperbia eſt radix omnium malorum, non autem cupiditas, ſiquidem Lucifer per ſuam ſuperbiam de paradiſo cecidit in infernum: & iuxta illud quoque dicitur eccleſiaſtici 10. *cap. Initium omnis peccati ſuperbia. Ergo ex illis locis poſſet argui, quod domina* (9) *cupiditas non eſt radix omnium malorum, ſed domina ſuperbia. Verum reſponſio ad illud argumentum eſt, quod tres ſunt ſpecies cupiditatis, nempe honoris, divitiarum, & delectationis carnalis. Atqui prima ſpecies comprehendit ſuperbiam. Ergo &c. Iſta autem cupiditas honoris continet in ſe vanam gloriam, iram, odium, & invidiam, ita ut ille, qui tangitur tali cupiditate, ſit per conſequens inflammatus vana gloria, & iratus contra dominum ſuum, cuius quidem vellet locum & dominationem occupare, & præterea illum odit, eique invidet. Iſta autem omnia crimina ſimul aggregata, quæ procedunt ex cupiditate, ſi committantur contra principem,* (10) *vocantur crimen læſæ maieſtatis, quod eſt maius crimen, quam ſit ullum aliud. Hæc ſunt, quæ dicenda habui ſuper illo puncto noſtri thematis, quod domina cupiditas eſt radix omnium malorum.* (11) *Secun-*

(9) Hic loquendi modus abſurdus noſtro ſæculo videtur, qui Parvi temporibus ſingularem elegantiam ſapiebat. Exſtat apud *Bourgeois du Chaſtenet dans la nouvelle Hiſtoire du concile de Conſtance* oratio Guilielmi Fillaſtri anno 1406. in concilio Pariſienſi habita, in cuius principio academiam Pariſienſem dominam ſuam pulcherrimam, *ma très-belle dame*, appellat.

(10) Principis vox, quæ hic in propria ſignificatione pro capite reipublicæ accipitur, mentem Parvi tam lucide ob oculos ponit, ut nihil clarius eſſe poſſit. Cæſum nempe ait Aurelianenſem ob crimen læſæ maieſtatis in principem ſuum commiſſum. Et hoc tamen videre noluerunt Gerſon ceterique Parvi obtrectatores.

(11) Multa hic omittit Gentilettus, quæ Monſtreletus retinuit, de

Secundum punctum eſt, quod ipſa facit homines errare a fide: nam propter deſiderium dominandi ipſi faciunt machinationes contra dominum ſuum, & aberrant a fide, quam illi debent, ſicut ego poſtea oſtendam per multas pulchras allegationes. Verum enim vero, ut nos deducamus iuſtificationes antedicti domini mei de Burgundia, ſicut res requirit, nos accipiemus ſupra allegatum paſſagium de domina cupiditate, pro maiore noſtri ſyllogismi, ſeu argumenti, deinde veniemus ad minorem & ad concluſionem. Ad probandam igitur meam maiorem, ego adducam & præſupponam per modum fundamenti octo veritates (12) *principales, ex quibus infe-*

---

de diſcrimine inter crimina læſæ maieſtatis divinæ & humanæ, de quatuor modis, quibus maieſtas humana læditur, de Iuliano apoſtata per ſanctum Mercurium occiſo, de Sergio monacho, Mahometi adiutore, de Zambrio, Simeonitarum duce, a Phinea privatim interfecto, de præmiis Phineæ propterea decretis, de Lucifero adverſus deum rebelle, de Abſalone per Ioabum cæſo, de Athalia regina per Ioiadam ſacerdotem aſtu trucidata. Facile ignoſco Gentiletto, quod hæc omiſerit, quum aliqua, inprimis exemplum Iuliani, genium iſtius ſæculi, anilibus fabulis innutriti, ſapiant. Sed exemplum tamen Phineæ, qui privatus principem virum, publice & inſpectantibus, ſed hiſcere non audentibus, magiſtratibus peccantem, confodit, atque a deo propterea laudatus & amplis præmiis adfectus eſt, *Num. XXV, 6. ſqq.* mirifice prodeſt Ioanni Burgundo, atque adeo commemorandum erat.

(12) Veritatis vox in medio ævo peculiarem ſignificationem habuit, quam a *du Freſne in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis art. VERITAS* omiſſam fuiſſe, miror. Idem nempe ſignificavit, quod hodie theſis, vel propoſitio. Apparet hoc luculenter ex ſchedis academiæ Pari-

Digitized by Google

inferam octo concluſiones, per modum corollarii, ut tanto melius fundetur iuſtificatio præfati domini mei de Burgundia. Prima autem veritas hæc eſt, quod omnis ſubiectus & vaſallus, qui cupiditate impulſus facit machinationem contra & adverſus corporalem ſalutem ſui regis & domini ligii, ut illi tollat ſuam nobiliſſimam dominationem, committit horribile crimen læſæ maieſtatis, & eſt dignus dulplici morte, videlicet prima & ſecunda. Probo ſic, quia omnis ſubiectus & vaſallus infidelis contra dominum ſuum ligium peccat mortaliter: Ergo, &c. Item ego probo per illud, quod dicit dominus meus divus Gregorius: tyrannus eſt (13) *proprie, qui non dominus reputatur, non iuſte principatur, aut*

Pariſienſis, quas nobis ſervavit *Launoius de ſcholis celebrioribus ſeu a Carolo Magno, ſeu poſt eundem Carolum per occidentem inſtauratis cap. 59. art. 20. & cap. 61. art. 7.*

(13) Hæc tyranni definitio Parvum, ſi ei cum honeſtis atque veri amantibus adverſariis negotium fuiſſet, confeſtim ac plene abſolvere debuerat. Nihil æquivoci in ea latet. Eum nempe tyrannum eſſe ait, qui ſummam poteſtatem, in quam ius non habet, adfectat, ac principi legitimo vel extorquet, vel extorquere conatur. Opponit itaque tyrannum principi legitimo, &, pro huius conſervatione illum a quocunque occidi, permittit. Et tamen hæc tam circumſpecta & ſolicita locutio Parvo non profuit. Invito & reluctanti prorſus contraria tyranni ſignificatio per theologos Pariſienſes adfingitur, aut potius obtruditur, ut ex decreto eorum, quod integrum infra ex *Launojo* exſcribam, patet. Hic principium ſaltem adpono: *Hæc aſſertio ſic generaliter poſita, & ſecundum acceptionem huius vocabuli, tyrannus, eſt error.* Nunc tandem intelligo, quam miſera ſit virorum doctorum conditio, qui, ſi adverſarium malevolum & inverecundum, ſed

 aucto-

Digitized by Google

aut principatu non decoratur. Item ego probo per dominum meum S. Ioannem evangeliſtam, qui dicit, quod qui vivit, non morietur, nec lædetur a morte ſecunda, id eſt, quod ille, qui habebit victoriam ſupra dominam cupiditatem & tres eius filias, iram, odium, & invidiam, non timebit mortem ſecundam, videlicet æternam damnationem. Secunda veritas eſt, quod in caſu prædicto, quo vaſallus aut ſubiectus dignus eſt duplici morte, tamen vaſallus venit plus puniendus, quam ſimplex ſubiectus: ſicut etiam baro eſt magis punibilis, quam ſimplex vaſallus, & unus comes magis, quam unus baro, & unus dux magis, quam unus comes, & unus conſanguineus regis magis, quam unus extraneus. (14) *Probo ſic, quia obligatio unius ducis vel unius conſanguinei regis erga regem eſt multis gradibus maior, quam unius comitis, vel baronis, vel vaſalli: ergo pœna debet etiam eſſe in altiori gradu. Probo conſequentiam, quia gradus obligationum correſpondet gradibus pœnarum, & ſicut obligationes ſunt maiores, ita etiam pœnæ debent eſſe maiores: nam, ut antea allegavi ex prælibato domino meo beato Gregorio, cum creſcunt dona, creſcunt*

auctoritate præditum, nanciſcuntur, quantumvis clare loquendo, efficere non poſſunt, ut verba eorum non in alium ſenſum, a quo ipſi tota mente abhorrent, detorqueantur. Atque hac ratione nemo ab hæreſeos macula tutus eſt.

(14) Adde: & regis frater magis, quam conſanguineus, & filius magis, quam frater: *Toutes fois eſt plus à punir, qu'un ſimple Subjeƈt, en ce cas un Baron, qu'un ſimple Chevalier, un Comte, qu'un Baron, & un Duc, qu'un Comte, le couſin du Roy, qu'un eſtranger, le frere du Roy, qu'un couſin, le fils du Roy, que le frere.*

Digitized by Google

ſcunt rationes donorum, id eſt obligationes. Item ego probo præ-tactam veritatem per aliud argumentum. Maius eſt ſcandalum, quando unus conſanguineus regis, vel unus magnus dux machinatur ei auferre ſuam dominationem & regnum, quam ſi aliquis pauper ſubiectus illud machinaretur: ergo pœna debet eſſe major, quum ſcandalum ſit maius. Tertio, probo ſic ante dictam veritatem meam, quia rex magis timere debet periculum ab uno magno domino, quam ab uno parvo ſubiecto: ergo remedium puniendi debet eſſe maius ad refrenandos magnates, ne obediant tentationibus inimici generis humani & dominæ cupiditati. Tertia veritas eſt, quando in caſu ſupra dicto vaſallus committit crimen læſæ maieſtatis, qui duplicem mortem meretur, tunc licitum eſt cuilibet ſubiecto, per leges morales, naturales & divinas, occidere talem infidelem & proditorem tyrannum, (15) *etiam ſine aliquo mandato, neque ſolum eſt licitum, ſed etiam honorabile & meritorium.* (16) *Probo iſtam veritatem per duodecim ra-*

 tiones,

(15) Significatio vocis, tyrannus, qua Parvus utitur, non eſt nova prorſus & inuſitata, ſed antiquiſſima, & iam ab *Ariſtotele in politicis lib. 5. cap. 10.* & alibi paſſim adhibita, ac conſtante politicorum ſcriptorum uſu ad noſtra usque tempora perducta. Duo ſcilicet ſunt ſecundum hos tyrannorum genera, primum eorum, qui iniuſta vi rempublicam invadunt, ac regno potiuntur, alterum eorum, qui poteſtate iuſte ac legitime parta male utuntur. De hoc poſteriore tyrannorum genere ſe non loqui, ſatis aperte præ ſe fert Parvus. Agit ergo ſaltem de primo, atque nomen tyranni ad eos etiam extendit, qui tyrannidem nondum plene occuparunt, ſed adfectant ſaltem & occupare nituntur, ac uſurpare incipiunt.

(16) Adde; inprimis, quando perduellis ille tam potens eſt, ut prin-

aut principatu non decoratur. Item ego probo per dominum meum S. Ioannem evangeliſtam, qui dicit, quod qui vivit, non morietur, nec lædetur a morte ſecunda, id eſt, quod ille, qui habebit victoriam ſupra dominam cupiditatem & tres eius filias, iram, odium, & invidiam, non timebit mortem ſecundam, videlicet æternam damnationem. Secunda veritas eſt, quod in caſu prædicto, quo vaſallus aut ſubiectus dignus eſt duplici morte, tamen vaſallus venit plus puniendus, quam ſimplex ſubiectus: ſicut etiam baro eſt magis punibilis, quam ſimplex vaſallus, & unus comes magis, quam unus baro, & unus dux magis, quam unus comes, & unus conſanguineus regis magis, quam unus extraneus. (14) *Probo ſic, quia obligatio unius ducis vel unius conſanguinei regis erga regem eſt multis gradibus maior, quam unius comitis, vel baronis, vel vaſalli: ergo pœna debet etiam eſſe in altiori gradu. Probo conſequentiam, quia gradus obligationum correſpondet gradibus pœnarum, & ſicut obligationes ſunt maiores, ita etiam pœnæ debent eſſe maiores: nam, ut antea allegavi ex prælibato domino meo beato Gregorio, cum creſcunt dona, creſcunt*

auctoritate præditum, nanciſcuntur, quantumvis clare loquendo, efficere non poſſunt, ut verba eorum non in alium ſenſum, a quo ipſi tota mente abhorrent, detorqueantur. Atque hac ratione nemo ab hæreſeos macula tutus eſt.

(14) Adde: & regis frater magis, quam conſanguineus, & filius magis, quam frater: *Toutes fois eſt plus à punir, qu'un ſimple Subjeƈt, en ce cas un Baron, qu'un ſimple Chevalier, un Comte, qu'un Baron, & un Duc, qu'un Comte, le couſin du Roy, qu'un eſtranger, le frere du Roy, qu'un couſin, le fils du Roy, que le frere.*

Digitized by Google

ſcunt rationes domorum, id eſt obligationes. Item ego probo præ-
tactam veritatem per aliud argumentum. Maius eſt ſcandalum,
quando unus conſanguineus regis, vel unus magnus dux machi-
natur ei auferre ſuam dominationem & regnum, quam ſi aliquis
pauper ſubiectus illud machinaretur: ergo pœna debet eſſe ma-
jor, quum ſcandalum ſit maius. Tertio, probo ſic ante dictam
veritatem meam, quia rex magis timere debet periculum ab uno
magno domino, quam ab uno parvo ſubiecto: ergo remedium pu-
niendi debet eſſe maius ad refrenandos magnates, ne obediant
tentationibus inimici generis humani & dominæ cupiditati. Ter-
tia veritas eſt, quando in caſu ſupra dicto vaſallus committit
crimen læſæ maieſtatis, qui duplicem mortem meretur, tunc lici-
tum eſt cuilibet ſubiecto, per leges morales, naturales & divinas,
occidere talem infidelem & proditorem tyrannum, (15) *etiam*
ſine aliquo mandato, neque ſolum eſt licitum, ſed etiam honorabi-
le & meritorium. (16) *Probo iſtam veritatem per duodecim ra-*

 tiones,

(15) Significatio vocis, tyrannus, qua Parvus utitur, non eſt nova prorſus & inuſitata, ſed antiquiſſima, & iam ab *Ariſtotele in politicis lib. 5. cap.* 10. & alibi paſſim adhibita, ac conſtante politicorum ſcriptorum uſu ad noſtra usque tempora perducta. Duo ſcilicet ſunt ſecundum hos tyrannorum genera, primum eorum, qui iniuſta vi rempublicam invadunt, ac regno potiuntur, alterum eorum, qui poteſtate iuſte ac legitime parta male utuntur. De hoc poſteriore tyrannorum genere ſe non loqui, ſatis aperte præ ſe fert Parvus. Agit ergo ſaltem de primo, atque nomen tyranni ad eos etiam extendit, qui tyrannidem nondum plene occuparunt, ſed adfectant ſaltem & occupare nituntur, ac uſurpare incipiunt.

(16) Adde; inprimis, quando perduellis ille tam potens eſt, ut prin-

tiones, in honorem (17) *ſanctæ theologiæ. Prima eſt unius doctoris, qui ſuper ſecundum librum magiſtri ſententiarum aſſerit, quod, qui ad liberationem patriæ tyrannum* (18) *occidit, præmium accipit, & facit opus laudabile & meritorium. Secunda ratio ſumitur ab auctoritate illuminatiſſimi doctoris Salcebri, qui dicit in ſuo libro Polycratum, quod amico adulari non licet, ſed aurem tyranni mulcere licitum eſt, quia licet ei adulari, quem licet occidere. Tertia ratio ſumta eſt ex auctoritate plurium doctorum theologorum, quos omnes ego pono pro uno, ne ego excedam numerum trinitatis, videlicet Richardi de Media villa, Alexandri de Pallis, & Aſtenſis, qui tenent formaliter concluſionem ſupra dictam. Et ad maiorem confirmationem, ego adiungo auctoritatem domini mei beati Petri apoſtoli, qui dicit, ſubditi eſtote regi, quaſi præcellenti. Tres alteræ rationes de duodecim fundantur ſuper auctoritate trium Philoſophorum moralium.*

princeps eum punire publice ac in ius trahere nequeat: *mesmement, quand il eſt de ſi grand puiſſance, que iuſtice ne peut bonnement eſtre faicte par le Souverain.*

(17) Inſere: duodecim apoſtolorum. Quarum rationum priores tres ex tribus philoſophis moralibus ſumtæ, alteræ doctrinæ ſunt ſanctæ &c. *Je prouve ceſte verité par douze raiſons en l'honneur des douze Apôtres. Des quelles raiſons les trois premieres ſont de trois auctoritez de trois Philoſophes moraux. Les autres trois ſont de trois doctrines de Saincte Théologie.*

(18) Hic locus, ſi integer ex ipſa oratione adiiciatur, Parvum a calumnia plene liberat. Adparet enim ex eo, per tyrannum intelligi non legitimum principem, poteſtate ſua abutentem, ſed iniuſtum invaſorem ac uſurpatorem. Verba hæc ſunt: *Quando aliquis dominium ſibi per violentiam ſurripit, nolentibus ſubditis, vel etiam ad conſenſum coactis, & non eſt recurſus ad ſuperiorem, per quem de tali iudicium poſſet fieri. Talis enim, qui ad liberationem patriæ talem tyrannum occidit, laudem & præmium accipit.*

Digitized by Google

um. Prima eſt illius, qui dicit, quod licitum & laudabile eſt cuilibet ſubditorum, occidere tyrannum. (19) *Secunda auctoritas eſt notabiliſſimi illius philoſophi, qui vocatur Tullius, qui quidem in libris ſuis de officiis dicit, quod illi, qui occiderant Iulium Cæſarem, erant digni laude, quia ipſe uſurpaverat dominationem Reipublicæ Romanæ per tyrannidem.* (20) *Tertia auctoritas eſt Bocacii, qui dicit, quod licet facere coniurationem & accipere arma contra unum tyrannum, & quod illi, qui faciunt hoc, rem valde neceſſariam & ſanctiſſimam faciunt. Et quod unus tyrannus non debet appellari rex, vel princeps, & quod nullum eſt ſacrificium ſuavius Deo, quam ſanguis tyrannorum. Nunc poſtquam ego allegavi auctoritates theologorum & moralium, venio ad auctoritatem legiſtarum. Et quia ego non ſum legiſta, ego non allegabo ipſas leges, ſed tantummodo ſenſum legum: quia in tota vita mea ego non ſtudui, niſi per duos annos in iure canonico & in civili, ſuntque plus viginti anni elapſi, ex quo ego ſtudebam in illis iuribus, adeo ut ego non potuerim multum ediſcere de illis, & id, quod ego tunc edidici, ego ſum oblitus per lapſum tam longi temporis. Prima igitur auctoritas iuris civilis eſt, quod licitum*

(19) Male hic omittuntur verba: *ante forum principis pluribus locis;* quæ maxime indicant, tyrannum Parvo eſſe non principem, ſed hominem principi ſubiectum, atque legitimæ eius poteſtati ſe ſubtrahentem.

(20) Recte Cicero, & cum eo Parvus Cæſar utique tyrannus fuit, ſeu, ut ab *Auguſtino lib. 3. de Civitate dei c. 30.* vocatur, regni appetitor. Quin *Auguſtinus hoc loco* Auguſtum etiam, quod libertatem reipublicæ ditioni propriæ ſubiugarit, inter tyrannos refert. Et longius adhuc progreſſus *Hertius in elementis prudentiæ civilis part. 1. ſect. 12. §. 17.* exempla tyrannidis, partim vi, partim dolis firmatæ, allaturus, promiſcue imperatores Romanos a Iulio Cæſare in ſcenam producit.

tum eſt, occidere deſertores militiæ. Quis autem eſt magis deſertor militiæ, quam is, qui eſt deſertor regis, qui eſt caput (21) *militiæ? Secunda auctoritas eſt, quod licitum eſt, occidere latrones & graſſatores, qui aggrediuntur homines in viis & itineribus. Ergo licitum eſt etiam, occidere tyrannum, qui continue machinatur ad occidendum dominum ſuum ligium, ſeu ſupremum. Tertia auctoritas legiſtarum eſt, quod licet occidere furem nocturnum repertum in domo. Ergo a fortiori licet occidere tyrannum, qui de nocte & de die machinatur mortem iam dicti domini ſui.* (22) *Nunc autem venio ad tres auctoritates ſanctæ ſcripturæ.*

(21) Recte. Nam, quod in Monſtreleto & apud *Lenfant* ſcriptum reperitur: *la clef de chevalerie ;* ſine dubio mendum eſt. Subſtitui oportet: *le chef de chevalerie.*

(22) Omittitur hic intermedia Parvi diſputatio; quæ tota eo tendit, ut, leges, quæ homicidium committere & hominem homini inſidiari vetant, Ioanni Burgundo, domino ſuo, non obſtare, oſtendat. Ait nempe, ambas has leges exceptionem pati in caſu, quo civis tyrannidem capeſſit, ac legitimo principi ſuo inſidiatur, princeps vero illum ad iudicium trahere, & ordinaria via punire, impeditur. Hoc eſt præcipuum orationis argumentum & defenſionis caput, quod inferi debuiſſet. Excerpam itaque ex eo potiſſima loca: *Quant à l'argument, qui dit, quod hominem homini inſidiari nefas eſt ; Il ne s'entend du tyran, qui continuellement machine la mort de ſon Roy, & Souverain Seigneur. Et homo eſt nefas, & perditio, & iniquitas. Et pour ce celuy qui occiſt par bonne cautelle, & eſpiement, pour ſauver la vie de ſon Roy, & Souverain Seigneur, & l'oſter de tel peril, il ne faict pas nefas, mais il s'aquite envers ſon Roy, & Souverain Seigneur. Et homo eſt nefas, & perditio, & iniquitas. Et pour ce celuy, qui l'occiſt par bonne cautelle*

Digitized by Google

ræ. Prima eſt Moyſis, qui ſine ulla auctoritate occidit Aegyptium, qui tyranniſabat populum Iſraël. Nam tunc temporis Moyſes

cautelle & eſpiement, c'eſt pour ſauver la vie de ſon Roy, & ſon Seigneur. Quant à l'argument, qui dit: Non facias aliis, quod tibi non vis fieri; Alterum non lædere, &c. Je reſpons, que c'eſt fait contre le Tyran & pour celuy qui l'occiſt. Car il fait contre ſon Roy, & Souverain Seigneur, ce qu'il ne vouldroit pas, qu'on luy feiſt. Et ipſum Regem iniuriatur, & lædit. Pour laquelle choſe le Subiect, qui l'occiſt de mort telle, qu'il a deſſervy, ne fait en riens contre les dites Loys, mais garde l'entente (mentem, intentionem) d'icelles; c'eſt à ſçavoir bonne équité, & loyauté envers ſon Roy, & Souverain Seigneur. Aux autres Loix, qui dient: Hominem occidere, capitale eſſe; omnis uſus armorum vitioſus; Je reſponds à toutes les Loyx enſemble, qu'il n'eſt Loy tant ſoit generale, ne reigle tant ſoit commune, qu'en aucun cas eſpecial n'y ait exception aucune. Je vous dy outre, que le cas d'occire un tyran eſt exemte: & par eſpecial, quand il eſt tyran de telle tyrannie, comme deſſus eſt dit: Comment pouroit on trouver plus digne cas d'exception, que les cas deſſus dits; c'eſt à ſçavoir, qu'il eſt faict par ſi grand neceſſité, comme pour deffendre ſon Roy & le garder de peril de mort? Et meſmement quand les dites machinations, & ſortileges ont ſi avant ouvré en ſa perſonne, qu'il ne peult entendre a faire Juſtice, & que le dit tyran a deſſervy ſi grand punition, que Iuſtice n'en peult bonnement eſtre faite par ſon dit Roy, & Souverain Seigneur, qui en eſt affoibly, bleſſé, & endomagé en entendement, & en puiſſance corporelle. Au propos les Loix deſſus dites, qui dient, que nul ne doibt prendre auctorité de Juſtice fors que le Roy, & ne faire point d'armes ſans licence de Prince: Je dits, que celles Loix furent faites pour garder l'honneur du Roy, de ſa perſonne, & de la choſe publi-

ſes nullam habebat auctoritatem iudicandi ſuper populum Iſraël, quæ auctoritas ipſi data fuit, quadraginta annis circiter, poſtquam ipſe occiderat Aegyptium. Secunda auctoritas ſumitur ab exemplo Phinees, qui ſine ullo mandato occidit ducem Zambri, quia ſe alligaverat per carnalem amorem cum una Saracena, de quo facto Phinees fuit laudatus, & remuneratus in tribus, videlicet in amore, honore, & divitiis. Tertia auctoritas ſumitur a ſancto Michaële Archangelo, qui ſine mandato Dei occidit tyrannum Lucifer, infidelem Deo domino ſuo, cui ipſe intendebat auferre dominatio-

publique. Mais en ce cas doncques j'approuveray, qu'un tyran de grandé puiſſance, & ſubtilité, qui machine de toute ſa puiſſance la mort du Roy continuellement par barats & malefices pour luy tollir ſa Seugneurie, & ſera mon dit Seugneur tant indiſpoſé par luy en entendement, & en force corporelle, qu'il ne ſçauroit, où pourroit y mettre remede, & en faire Juſtice. Et en outre qu'iceluy continue de jour en jour ſa mauvaiſtié. Je regarde les Loix deſſus dites, qui me deffendent port d'armes ſans licence de mon dit Roy generallement, & qui me deffendent, que je ne prengne l'auctorité d'occire aucun. Que dois-je faire pour garder le ſens litteral d'icelles Loix? Dois-je laiſſer mon dit Roy en ſi grand peril de mort? Nenny, ains dois deffendre mon dit Roy, & occire le tyran. Et ce faiſant jaçoit ce que je face contre le ſens litteral des dites Loix. Je ne feray point contre la fin, pourquoy eller furent ordonnées, & faites. Mais accompliray le commandement final d'icelles Loix, c'eſt à ſçavoir pour l'honneur, bien, & conſervation du Prince, la quelle choſe garderay mioux ainſi faiſant que de laiſſer vivre iceluy tyran au grand danger & peril de mon dit Roy. Et pource je ne dois pas eſtre puny, mais guerdonné.

Digitized by Google

nationem ſuam. Propter quod factum ſanctus Michaël fuit favorabiliter remuneratus in tribus, videlicet in amore, honore, & divitiis. In amore, quia Deus illum dilexit, plus quam nullum alium ex Angelis. In honore, quia Deus fecit illum perpetuum principem militiæ cæleſtis. In divitiis vero, quia Deus dedit illi divitias tantas, quantas ipſe voluit habere & potuit portare. Ergo ex ſupradictis apparet, quod mea tertia veritas eſt bene probata per duodecim rationes, in nomine duodecim Apoſtolorum, quarum quidem tres ſumtæ ſunt ex ſanctis theologis, aliæ tres ex moralibus, aliæ tres ex legiſtis, & tres ultimæ ex ſacra ſcriptura, & ambulant omnes ordine de tribus in tribus. Quarta mea veritas eſt talis: magis eſt meritorium & honorabile, quod unus tyrannus occidatur ab uno conſanguineo regis, quam ab uno extraneo, & ab uno duce, quam ab uno comite, & ab uno barõne, quam ab uno ſimplici vaſallo. Quandoquidem in hoc magis relucet amor & obedientia occiſoris, & eſt honorabilius regi, quod ipſe vindicetur per unum magnatem, quam per unum parvum & infimæ conditionis hominem. Quinta mea veritas eſt: quod confœderationes, promiſſiones, & iuramenta non debent ſervari, ſi per illa proveniat damnum aut præiudicium principi vel Reipublicæ: quin imo ille, qui obſervaret tales confœderationes, promiſſiones, & iuramenta, faceret contra leges morales, naturales & divinas. Probo ſic: (23) quotiescunque duæ obligationes

(23) Iterum hic omittitur locus, (bonane an mala fide, alii iudicent) ex quo lucide apparet, illam ipſam ſententiam, quam vulgus Parvo adfingit ac damnat, a Parvo dammari. Sic ille ſcilicet: *Bonam æquitatem, dictamen rectæ rationis, & legem divinam boni principes in perſona publica ſervare, & utilitatem reipublicæ debent præferre, & præſupponere, in omnibus talibus promiſſionibus, iuramentis, & confœderationibus; immo excipiun-*

tiones contrariæ concurrunt, maior debet obſervari, non autem minor. Atqui in caſu propoſito obligatio erga principem & rempublicam eſt maior, quam ſit ullum iuramentum & ulla promiſſio vel confœderatio. Ergo obligatio erga principem & rempublicam obſervanda eſt, & frangendæ omnes obligationes, iuramenta, & confœderationes contrariæ. Item ſic argumentor: Quotiescunque aliquis poteſt facere rem aliquam meliorem, quam ſit illa, quam iuravit facere, ipſe non eſt periurus faciendo rem meliorem, & omittendo facere illam, quam iuravit: ſicut tenet expreſſe magiſter ſententiarum in ultima tertii. Atqui in caſu propoſito melius eſt occidere tyrannum, quam pati eum vivere, quamvis iuramento obligatus ſis eum non occidere. Ergo non eſt periurium neque reprehenſibile, occidiſſe tyrannum, contra promiſſionem ei iuratam, & confœderationem cum illo factam. Item Iſidorus in ſuo libro de ſummo bono dicit, quod non oportet obſervari iuramentum, per quod aliquis ſe aſtrinxit temere ad malum patrandum. Atqui in noſtro caſu iuramentum intervenit pro obſervatione promiſſionis iniquæ. Ergo tale iuramentum non eſt obſervandum. Sexta mea veritas eſt huiusmodi, quotiescunque iuramenta, confœderationes vel promiſſiones ver-

gunt

---

tur implicite ſecundum dictamen rectæ rationis, **bonam æquitatem,** *& charitatis ordinem: quia alias eſſet licitum,* **non obedire principi,** *immo rebellare contra principes, quod* **eſt expreſſe contra** *ſacram ſcripturam, quæ ſic dicit: Obedite* **principibus veſtris,** *licet etiam diſcolis; & alibi: Subiecti eſtote* **Regi** *præcellenti, ſive Iudicibus tanquam ab eo miſſis ad* **vindictam malefactorum,** *laudem vero* **bonorum.** 1 *Petr. II.*

gunt in damnum & præiudicium promittentis, ipſe non tenetur illa obſervare. (24) *Hæc veritas probatur arguendo ſic. Finis præcepti eſt charitas, ut inquit Apoſtolus. Atqui prima charitas incipit a ſe ipſa. Ergo præceptum de obſervanda fide & promiſſione non habet locum, quando contrariatur charitati, quam quisque debet ſibi ipſi. Facit ad hoc Brocardicum illud canoniſtarum: Frangenti fidem, fides frangatur eidem. Idem facit vulgare illud dictum: Quod in omni facto & promiſſione ſemper*

(24) Hæc theſis, quum primum a me conſpiceretur, mihi ipſi duriuſcula, ac bonæ fidei & iuri naturæ contraria viſa eſt. Nunc vero, re rectius cogitata, æquam eſſe ſententiam Parvi, animadverto. Dixerunt idem ante eum *Cicero lib. 1. de Officiis; Incidunt*, inquiens, *ſæpe tempora, ut promiſſum ſervare non ſit iuſtum. Referri enim decet ad fundamenta iuſtitiæ, primum, ut ne cui noceatur; deinde, ut communi utilitati ſerviatur. Ea quum tempora permutant, commutatur officium, & non ſemper eſt idem. Poteſt etiam accidere, ut promiſſum & conventum ſit inutile vel ei, cui promiſſum fuit vel ei, qui promiſerit. Nam ſi, ut in fabulis eſt, Neptunus, quod Theſeo promiſerat, non feciſſet, Theſeus filio Hypolyto non eſſet orbatus. Nec promiſſa igitur ſervanda ſunt ea, quæ ſint iis, quibus promiſeris, inutilia, nec ſi plus tibi nocebit, quam illi proſint, cui promiſeris*; & *Seneca*, qui *lib. 4. de Beneficiis cap. 35*: *Omnia*, ait, *eſſe debent eadem, quæ fuerunt, quum promitterem, ut promittentis fidem teneas*; & Africanus in *L. 38. pr. de Solutionibus*: *Quum quis*, inquiens, *ſibi aut Titio dari ſtipulatus ſit, magis eſt, ut ita demum recte Titio ſolvi dicendum ſit, ſi in eodem ſtatu maneat, quo fuit, quum ſtipulatio interponeretur; tacite enim ineſſe hæc conventio ſtipulationi videtur, ſi in eadem cauſſa maneat.* Non dubito ſcilicet, quin Parvus verbis illis idem dicere voluerit, quod ego *in Specimine meo DXX. de Tacita conditione, rebus*

Digitized by Google

ſubaudiendum eſt: Si Deo placuerit. Atqui certum eſt, quod Deo non placet, ut faciamus aliquid contra legem & ordinem charitatis. Ergo &c. Septima mea veritas eſt: Quod licitum eſt cuilibet ſubiecto, nec non honorabile & meritorium, occidere tyrannum, (25) *per inſidias, ſpeculationes, & ſimulationes.*

Probo ſic ſtantibus, medit. 2. dixi, atque ibi plenius exſequutus ſum: *Mutata rerum facies tollit obligationem, ſi quidem liquido apparet, eum, qui recedere vult, ſi ab initio præſentem ſtatum vidiſſet, contractaturum non fuiſſe; ac præterea nihil ei imputari poſſe.*

(25) Hic ille feralis locus eſt, ex quo in primis calumniam ſuam exſculpſerunt Gerſon ac ceteri theologi Pariſienſes. Infarſerunt nempe per improbitatem, quæ ſupra exemplum eſt, vocem SVO, de qua non cogitarat Parvus. Sed ne ipſi calumniari videamur, conferemus hic Ipſa theologorum Pariſienſium verba, quæ *Launoius in libro de Scholis celebrioribus, ſeu a Carolo M. ſeu poſt eundem Carolum per occidentem inſtauratis, cap.* 60. *art.* 11. ex academiæ Pariſienſis archivo ſumta nobis reliquit: *Anno Chriſti* 1413. *Idibus Decembris lata eſt hæc cenſura in Ioannis Parvi doctrinam, quæ ſic ab eo proponebatur: Quilibet tyrannus poteſt & debet licite & meritorie occidi a quocunque ſuo vaſallo aut ſubdito, & per quemcunque modum, maxime per inſidias & per adulationes, non obſtante quocunque iuramento aut conſæderatione facta apud eum, non exſpectando ſententiam aut mandatum iudicis cuiuscunque. Sequitur vero cenſura Facultatis. Hæc aſſertio ſic generaliter poſita, & ſecundum acceptionem huius vocabuli, tyrannus, eſt error, in noſtra fide & doctrina bonorum morum, & eſt contra præceptum Dei: Non occides, gloſſa, propria auctoritate; & contra hoc, quod dicit Dominus noſter: Omnes, qui gladium acceperint, gloſſa, propria auctoritate, gladio peribunt. Item hæc aſſertio vergit*

in

Digitized by Google

Probo ſic. Primo per auctoritatem philoſophi moralis Bocacii ſupra allegati. Item per exemplum regis Iehu, qui diſſimulabat, ſe approbare ſervitium Baal, ut ipſe poſſet arripere eius ſacrificatores: pro qua diſſimulatione ipſe laudatur. Item probo per exemplum Ioiadæ, qui fecit occidere Athaliam per inſidias, inde ipſe laudatur. Item probo per exemplum Iudith, quæ, mediante diſſimulatione ſua, occidit Holofernem, unde ipſa etiam laudatur. In ſumma, nulla eſt mors magis propria & conveniens tyrannis, quam quum ipſi turpiter occiduntur per inſidias & ſpeculationes. Octava mea veritas eſt, quod omnis ſubiectus, qui machinatur contra ligium ſuum dominum, per necromantiam & invocationem diabolorum, cupiditate auferendi ei ſuam coro-

 nam,

---

in ſubverſionem totius Reipublicæ, & unius cuiusque Regis aut Principis. Item dat viam & licentiam ad plura alia mala, & ad fraudes & violationes fidei & iuramenti, & ad proditiones, & generaliter ad omnem inobedientiam ſubiecti ad dominum ſuum, & ad omnem infidelitatem & diffidentiam unius ad alterum, & conſequenter ad æternam damnationem. Item ille, qui affirmat obſtinate talem errorem, & alios, qui inde ſequuntur, eſt hæreticus, & tanquam hæreticus debet puniri, etiam poſt ſuam mortem.' Notetur in decretis 23. quæſt. 5. &c. Actum anno 1413. die Mercurii 13. Decembris. Confer nunc, candide lector, cum his verbis verba Parvi, & dic ingenue, an non iniuria Parvo facta ſit. Loquitur Parvus non de legitimo principe, potentia ſua abutente, ſed de clive, aut purpurato, ad tyrannidem adſpirante, & vel rempublicam turbante, vel plane principem legitimum de ſolio delicere conante. Apparet hoc clare ex antecedentibus, & clarius adhuc ex exemplis, ipſi huic theſi ſubiectis, inter quæ nullum eſt, quod ad legitimum principem referri queat.

nam, eſt apoſtata a fide catholica, & dignus duplici morte, prima & ſecunda. Nam D. meus S. Bonaventura in ſuo lib. 2. diſtinct. 9. dicit, quod diabolus nunquam complacet voluntati talium malignantium, quin primum ipſi addiderint ſuæ infidelitati idololatriam. Sicut enim fides multum operatur in conficiendis miraculis Dei, ita infidelitas requiritur ad facienda opera diaboli. Et profecto diabolus nunquam faceret aliquid pro talibus hominibus, niſi ipſi concederent ei dominationem in ſe ipſos, de qua ipſe eſt valde cupidus & deſideroſus. Item idem ſanctus doctor, in nono articulo partis ſecundæ, dicit & aſſerit, quod invocationes diaboli nunquam ſortiuntur effectum, niſi præmiſſive antecedant violatio fidei, idololatria, & pactum expreſſum cum diabolis. Eandemque tenent opinionem venerabiles doctores Alexander de Hallis, Richardus de Mediavilla, & Aſtenſis in Summa, & communiter omnes alii doctores, qui ſcripſerunt de iſta materia. Patet igitur quod meæ octo veritates clare & limpide ſunt verificatæ. Nunc venio ad octo corollaria, quæ conſecutive ex illis inferuntur. Primum corollarium, ſi accidat, quod in caſibus ſupra memoratis iſti invocatores diabolorum, & regi infideles, incarcerentur, & quod aliquis ex eorum complicibus faciat eos evadere, ipſe veniet puniendus eadem pœna, qua illi eſſent puniendi, videlicet morte prima & ſecunda. Secundum corollarium eſt, omnis ſubiectus, qui facit pactum cum aliquo, ad intoxicandum ligium ſuum dominum, licet huiusmodi attentata non veniant ad effectum, reus eſt mortis. Tertium, omnis ſubiectus, qui per ſimulationem luſus facit facere veſtimenta, ad veſtiendum ſupremum ſuum dominum, & in illis iniicit ignem, ut eum incendat, dignus eſt duplici morte. Quartum, omnis ſubiectus, faciens pacta fœderis cum capitalibus inimicis regis & regni, eſt etiam reus mortis. Quintum corollarium, quod omnis ſubiectus, qui per fraudem ponit diſſenſionem inter regem & reginam, faciens intelligere reginæ, quod rex eam odit, & dat eidem conſilium, ut ipſa cum ſuis liberis exeat extra regnum, offerens

offerens ei opem & comitatum ad exeundum, dignus eſt duplici morte, ut ſupra. Sextum, omnis ſubiectus, qui dat intelligere Papæ res falſas, ad ei perſuadendum, quod rex & dominus ſuus non eſt dignus portare coronam, nec etiam eius filii, reus eſt pariformiter mortis primæ & ſecundæ. Septimum, tyrannus, qui impedit unionem eccleſiæ, & deliberationes cleri pro utilitate ſanctæ matris eccleſiæ, debet puniri tanquam hæreticus & ſchiſmaticus, & meretur, quod terra ſe aperiat, ut devoret eum, ſicut Dathan, Core, & Abiron. Octavum corollarium eſt, quod omnis ſubiectus, qui machinatur intoxicando dapes necare ſuum regem, vel eius filios, dignus eſt pœna, qua ſupra. Vltimum corollarium eſt, quod omnis ſubiectus, qui per milites facit depopulari & ruinare ſubditos & patriam ligii ſui domini, & qui eius pecunias rapit & dilapidat, prout vult, & qui illis abutitur ad faciendum ſecretas confœderationes cum inimicis eiusdem domini ſui, venit puniendus tanquam verus tyrannus, morte prima & ſecunda. Et hic facio finem meæ maioris, pro iuſtificatione præfati domini mei ducis de Burgundia. Nunc venio (26) ad declara-

(26) Criminationes, quæ nunc ſequuntur, excuſabuntur facile, ſi quis cogitat, licere advocato & defenſori, convitiis uti, quousque id litis ſuæ utilitas poſcit. *L.* 6. § 1. *C. de Poſtulando.* Sed, ais, theologum tamen, moderatius loqui, & regis ſui fratri poſt mortem parcere, decebat. Parſit etiam ac multa, quæ præterea dicere potuiſſet, reticuit. Pauca iſta, quæ dixit, neceſſitas ei ac ſuſcepti officii ratio expreſſit. Non potuit ea ſine prævaricationis crimine diſſimulare. Et fuerunt theologi, qui longius progreſſi Ludovico præſenti coram rege atrociora ingeſſerunt. Audiamus *Danielem dans l'hiſtoire de France ad annum 1405. pag. 777: Un Religieux Auguſtin nommé Jacques le Grand, prêchant le jour de l'Aſcenſion*

Digitized by Google

clarationem meæ minoris, in qua habeo demonſtrare, quod Ludovicus nuper dux Aureliani fuit tantum incenſus per dominam cupiditatem, ad habendum & acquirendum honores & divi-

ſion en préſence de la Reine, eut la hardieſſe de faire un portrait de la Cour ſi reſſemblant, que tout le monde s'y reconnoiſſoit. La Reine même n'y fut pas épargnée, & le Prédicateur luy addreſſa pluſieurs fois la parole. On raconta la choſe au Roy, qui n'en fit que rire, & dit même qu'il voulût entendre le jour de la Pentecôte ce hardi & ſincere Prédicateur. Il prêcha ce jour-là de même ſtile, & n'épargna pas le Duc d'Orleans. Le Roy que cela divertiſſoit, étoit à une Tribune, d'où il deſcendit dans la Chapelle vers le milieu du Sermon. Le Prédicateur avec ſa même hardieſſe l'apoſtropha, l'exhorta à profiter de ce qu'il luy diſoit, & que ceux de ſon Conſeil n'oſoient luy dire. Il fit la comparaiſon de ſon regne avec le regne précedent, & ajoûta, que du temps du feu Roy on avoit mis des impôts ſur le peuple, mais qu'on en connoiſſoit l'employ: qu'il s'en étoit ſervi pour chaſſer les ennemis du Royaume, pour fortifier des Places, pour réprendre celles qui avoient été uſurpées: qu'on ne voyoit plus un pareil uſage de l'argent levé, quoique le Royaume fût encore plus chargé; que les Soldats n'étoient point payez; qu'il ne ſe faiſoit rien pour l'utilité ni pour la gloire de l'Etat, & que tout alloit au profit de quelques particuliers. Il rechargea ſur le Duc d'Orleans, fit l'éloge des vertus de ſa jeuneſſe, & une ſanglante ſatyre contre les vices où il s'etoit abandonné depuis. Il conclut en avertiſſant le Roy, qu'il avoit un maitre plus grand que luy, qui pouvoit punir les Souverains pour leurs péchez & pour ceux de leur Cour, s'ils ne s'appliquoient pas à y mettre ordre. Tout le monde étoit dans l'impatience de ſçavoir les ſentimens du Roy ſur une telle liberté; mais il ne dit point autre choſe, ſi non que le Prédicateur avoit bien prêché, & qu'il tâcheroit de profiter du Sermon. Il ne fut gueres en état de le faire; car peu de jours après, il retomba dans ſon mal; & ſans accès luy dura plus de ſix ſemaines. Cette maniére d'agir

Digitized by Google

divitias ſeculares, quod ipſe attentavit auferre coronam & dominationem Franciæ regi fratri ſuo (27) *& eius liberis, impulſus tenta-*

d'agir auroit pû paroitre myſterieuſe dans un Prince, dont l'eſprit n'auroit pas été affoibli, & auroit pû donner de l'inquiétude à la Reine & au Duc d'Orleans; mais ils s'en embaraſſérent peu, auſſi bien que des murmures des peuples. Le Duc d'Orleans ne penſoit qu'à augmenter ſa puiſſance.

(27) Atrox hæc accuſatio eſt, non tamen in cerebro Parvi noſtri nata, ſed ex communi totius populi ſermone hauſta, maxime veriſimilis, ac facto ipſius Ludovici firmata. Audiamus *Mezerayum dans l'Extraict de l'hiſtoire de France tom. II. ad annum 1393. pag. 624 ſq: Le 29. de Janvier aux nopces d'une des Dames de la Reyne, comme le Roy & quelques jeunes Seigneurs danſoient une maſcarade veſtus en Ours, le Duc d'Orleans baiſſant un flambeau pour les regarder au nez, mit le feu à leur peau reveſtüe de lin collé deſſus avec de la poix. La ſale fut auſſi-toſt pleine de flammes, d'effroy & de cris, tout le monde s'eſtouffoit pour ſortir, quelques uns crioient, ſauve le Roy, la Ducheſſe de Berry le couvrit de ſa robbe, & le preſerva de ce torrent de feu; Il y eut trois de ces maſcarades miſerablement grillex. Les Pariſiens en voulurent un mal de mort au Duc d'Orleans, comme ſi c'euſt eſté un coup premedité, il n'oſa paroiſtre de pluſiers jours; Et pour expier cette faute il baſtit une Chapelle aux Celeſtins.* Caſus fuerit, an dolus, ambigo ipſe. Sed ſi maxime caſus fuit, Parvus tamen calumniator non fuit. Vide *Conſtit. Crim. art. 61.* ibi: Haben doch Richter und Ankläger keine Strafe verwürckt, item *L. 4. C. de Calumniatoribus*, ibi: *non, ſi reus abſolutus eſt, ex eo ſolo etiam accuſator, qui poteſt iuſtam habuiſſe veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus eſt.*

Digitized by Google

tentatione inimici infernalis, utendo mediis supra memoratis. (28) *Nam quum ipse invenisset unum monachum apostatam, in arte diabolica expertum, dedit ei unum annulum & unum ensem, ut eos consecraret diabolo. Iste monachus protinus ivit in quendam locum solitariam, retro unum dumetum, ubi flexis genibus invocavit diabolos, & illico apparuerunt ei duo vestiti de viridi obscuro, quorum unus vocabatur Hernias, & alter Estramain. Tunc iste monachus fecit eis tam magnum honorem & reverentiam, quod maior fieri non posset Deo Salvatori nostro. Quo facto unus istorum diabolorum accepit annulum, & alter ensem, & statim disparuerunt, & monachus reversus est in domum suam. Postea autem ipse redivit in eundem locum, & ibi reperit prælibatum annulum, qui quidem devenerat coloris rubri, & prælibatum ensem, quo præfatus dux Aureliani prætendebat incendere regem. Sed mediante auxilio Dei & excellentissimarum dominarum de Biturigibus & de Burgundia rex salvus evasit. Item antedictus dux Aureliani fecit confœ-*

(28) Quæ hic sequitur, narratio vana videbitur permultis, sed hausta tamen est ex populari rumore & publica duorum monachorum accusatione. Audiamus *Danielem dans l'Histoire de France ad annum 1401. pag. 768: Les calomnies, qui coururent contre la Duchesse d'Orleans, de l'enforcellement du Roy, sur quoy le Duc son mari la pria de s'absenter pendant quelque temps de la Cour, etoient repandues avec affectation par les Partisans de la Maison de Bourgogne, & tout le peuple en étoit imbu. Deux Moines Charlatans, qui entreprirent la guerison du Roy, n'ayant pû y reussir, chargerent le Duc d'Orleans même du crime, qu'on attribuoit à sa femme, & d'avoir rendu la maladie incurable par des operations de magie.*

Digitized by Google

confœderationes (29) *cum duce Lancaſtriæ, qui pari modo machinabatur contra Richardum Angliæ regem dominum ſuum,* (30)

per-

(29) Ludovicum Aurelianenſem auxilium & firmamentum factionis ſuæ ab Anglis, infenſiſſimis Gallorum hoſtibus, petiiſſe *Polydorus Vergilius* ceterique Angliæ hiſtorici teſtantur.

(30) Sed, ais, quid externa hæc ad præſens inſtitutum? Multum profecto. Quod ut appareat, mutilum hunc locum ex fonte ſuo ſupplebimus & reſtituemus: *La verité eſt telle, qu' après ce, que le Roy noſtre Sire, & le Roy Richard d'Angleterre furent enſemble en amitié confermez par le Traité du mariage du dit Roy d'Angleterre Richard, & l'aisnée fille de France, le Roy Richard voulut comment que ce fut parler au Roy noſtre Sire pour ſa grand ſanté, & ſi aſſemblerent enſemble, & lors luy dit, que les enfermetez du ſon corps, & grans maladies, qu'il avoit, luy eſtoient venues par le moyen & pourchas des dits Ducs d'Orleans, & de Millan, & que pour Dieu il s'en vouliſt prendre garde. Et pour celle cauſe le Roy prind ſi grande indignation contre le dit Duc de Millan, & non ſans cauſe, que ſon herault, qui portoit ſes armes, ne s'oſoit plus venir devant le Roy. Et ſi toſt que les choſes deſſus dictes vindrent à la cognoiſſance du dit Duc d'Orleans, il conceut haine mortelle contre le dit Roy Richard, & s'enquiſt, qui eſtoit le greugneur adverſaire, qu'il eut en tout le monde, & trouva, que c'eſtoit Henry de Lencoſtre, & fait tant, qu'il eut alliance avecques luy, l'une pour deſtruire le Roy, & l'autre pour renforcer & rendre puiſſance à parvenir à ſa damnable intention, & furent d'accord les deſſus dicts de labourer & machiner de toute leur puiſſance par toutes les voyes & manieres poſſibles à eux la mort & deſtruction des deux Roys,*

pour

Digitized by Google

pervenitque ad ſcopum machinationis ſuæ. Item ipſe machinatus (31) *eſt reducere in ſuam poteſtatem reginam & liberos eius,*

pour obtenir les deux Couronnes de France & d'Angleterre. Celle de France pour Loys d' Orleans. Et celle d'Angleterre pour Henry de Lencaſtre: Henry eſt venu à ſon entente, mais Loys non, Dieu mercy, & qu'il ſoit vray des dictes alliances, iceluy Duc d'Orleans a touſjours favoriſé, aydé, & conſorté le dit Henry de Lencaſtre, & les autres Anglois de la bande du dit Henry de tout ſon pouvoir, & expreſſement manda à iceux Anglois ennemis du Roy & du Royaume, qui eſtoient au chaſtel de Bordes, qu'ils ſe tinſſent bien, & qu'ils ne rendiſſent pas leur chaſtel aux François, & qu'il empeſcheroit le ſiege, ou qu'il leur fineroit de bon ſecours, ou remede, toutes fois qu'il en ſeroit neceſſité, & outre empeſcha pluſieurs voyages entreprins contre le dit Henry. Et ainſi fut tyran & desloyal à ſon Prince & Souverain Seigneur, & à la choſe publique de ce Royaume, & commiſt crime de leze majeſté en la deuxieſme maniere du dit premier degré. A la confirmation de ce fait ne meut une choſe, que je vous diray. Il eſt vray que au temps, qu'on detenoit le Roy Richard; que le dit Henry tendoit à faire mourir, aucuns pluſieurs des Seigneurs d'Angleterre luy diſoient qu'il y avoit tres grand peril pour la doubte des François. Auxquels il reſpondit, que de ce ne convenoit faire aucune doubte, car il avoit un puiſſant amy en France, auquel il eſtoit allié: c'eſt à ſçavoir le Duc d'Orleans, Frere au Roy de France, lequel ne ſouffriroit point par quelque choſe, qu'on attentaſt contre le dit Roy Richard & qu'aucun aſſault en fut par les François à l'encontre des Anglois. Et pour les faire plus certains fait lire les lettres des dictes alliances.

(31) Ipſæ machinæ ac artes, quibus Ludovicus hic uſus eſt, miſere augent atrocitatem huius facinoris Perſuaſit nempe reginæ, regem Ipſam communesque liberos male odiſſe: *Quatre ans*

Digitized by Google

eius, (32) *eosque deducere in ſuum ducatum Luxenburgenſem, ut de illis faceret ad ſuam voluntatem: ſed regina noluit eius placito concordare. Item ipſe machinatus eſt dare ad come-*

 den-

ans ou environ, que le Roy eſtoit enchey en ſa maladie, le dit criminel duc d'Orleans, lequel ne ceſſoit de machiner, par quelle maniere il peuſt veniſt à ſa damnable & mauvaiſe intention, penſant, que, s'il pouvoit tenir la Reyne, & ſes enfans hors du Royaume il viendroit de leger à ſon intention, dit & fait ſçavoir à la Reyne fauſement, & contre verité, que le Roy eſtoit merveilleuſement meu & indigné à l'encontre d'elle. Et pource il ſe conſeilloit que ſi chèrement comme elle l'aymoit, qu'elle & ſes enfans ſe meiſſent hors de la voye du Roy, & en tel lieu, qu'ils feuſſent hors de ſa puiſſance, tendant à la mener elle, & ſes dits enfans, en la Duché de Luxembourg, afin quand il les eut tenuz en la Duché de Luxembourg, d'en faire à ſa volonté, & promettoit à la dicte Duché bien & ſeurement, & ſes dits enfans auſſi. En diſant outre, qu'après la ſanté du Roy, s'il voit & appercevoit, que le Roy ne fut plus meu contre elle, & qu'elle peut ſeurement retourner par devers le Roy, à quoy il promettoit à ſon pouvoir à induire le Roy, l'iroit querir elle & ſes enfans, & la rameneroit au Roy. Et au cas, que le Roy domeuroit en propos & imagination contre elle, il la tiendroit au pays de Luxembourg ſelon ſon eſtat quiconques le vouliſt voir, fut le Roy ou autre.

(32) Quomodo liberi regis, iam in Ludovici poteſtatem redacti, per Ioannem Burgundum ſint liberati, breviter narrat *Daniel in libro ſæpe memorato ad annum 1405. pag. 779.*

Digitized by Google

dendum domino Delphino unum pomum intoxicatum, quod fuit traditum cuidam puero, ut ipſe illud daret prædicto Delphino, non alteri, ſed accidit, quod ille puer dedit (33) *illud pomum uni ex filiis prælibati ducis, qui ex eo mortuus eſt. Item prædictus dux ſemper favoriſavit* (34) *Papam ad extrahendas pecunias*

(33) Imo non dedit; ſed invito pomum ablatum eſt. Audiamus ipſum Parvum, qui rem geſtam ſic narrat: *Le dit criminel Duc d'Orleans machina à faire manger à Monſeigneur le Dauphin dernier tres-paſſé une pomme empoiſonnée & venimeuſe, laquelle fut baillée à un enfant & luy fut chargé, qui la portaſt & baillaſt au dit Monſeigneur le Dauphin, & non à autre comme qu'il fut. Si advint, qu'en la portant il paſſoit parmy les jardins de St. Pol, & là rencontra la nourrice d'un des enfans du Duc d'Orleans; laquelle tenoit iceluy fils entre ſes bras. Et pour ce que la dicte pomme ſembloit à la dicte nourrice belle, & bonne. Elle dit à l'enfant, qui la portoit, qu'il luy baillaſt, pour donner à ſon fils, lequel luy reſpondit, que non feroit, & qu'il ne la bailleroit fors qu' à Monſeigneur le Dauphin. Et pource qu'il ne luy vouluſt pas bailler de ſon gré, elle luy oſta par force, & la bailla à manger à ſon fils, dont il cheut en maladie, & mourut aſſez toſt après.*

(34) Ipſe hanc de ſe excitavit ſuſpicionem Ludovicus Aurelianenſis, dum in magno illo orbis Chriſtiani diſſidio ex duobus pontificibus maximis, qui ambo inter ſe certabant, peſſimo ac vaferrimo, Benedicto XIII. qui Petrus de Luna communiter appellatur, contra regis, ceterorumque principum ac purpuratorum, quin totius regni voluntatem, impenſe favit, ac e cuſtodia, qua tenebatur, liberato occaſionem dedit, ſumma imis miſcendi ac integram Europam turbandi. Deſcribit

Digitized by Google

pecunias extra regnum, ut ipſe obtineret a Papa declarationem inhabilitatis regnandi contra regem & ſuam progeniem, & ſibi faceret conferre coronam. Item ipſe habuit milites per campos, ſpacio iam quatuordecim aut quindecim annorum, qui nihil aliud fecerunt, quam depopulari, vaſtare, furari, occidere pauperes ſubiectos, & violare feminas & puellas. Item ipſe (35) *fecit imponere novas talias, ſive tributa, ſuper ſubiectos regis, &*

ſcribit hæc copioſe *Maimburgius in libro 3. de l'Hiſtoire du grand Schiſme d'Occident* & breviter *Daniel dans l'Hiſtoire de France tom. III. ſous Charles VI.* qui hoc inprimis *pag. 776. ſq.* memorat, Ludovicum opera Benedicti ad firmandam potentiam ſuam & deiiciendum Ioannem Burgundum uſum fuiſſe: *Le Duc d'Orleans fit courir des lettres du Pape Benoit, qui deffendoient au Duc de Bourgogne de ſe meler du gouvernement du Royaume de France; Lettres egalement intereſſées & inutiles, & qui ne firent qu'irriter ce Duc.*

(35) Parvus pro verecundia ſua hic verba in factum temperat, & mitius de regis ſui fratre loquitur. Liberius longe *Mezerayus dans l'Extraict de l'Hiſtoire de France ad annum 1404. p. 634.* Ludovicum voraginem pecuniæ publicæ appellat, nec ſaltem iniuſtæ exactionis, ſed præterea rapinæ & furti inſimulat: *Les Finences eſtant entierement eſpuiſées par le Duc d'Orleans, qui eſtoit un gouffre, que rien ne pouvoit remplir, il fit aſſembler le Conſeil pour ordonner de nouvelles levées. Jean Duc de Bourgogne, le quel avoit pris la place de ſon pere, s'y oppoſa publiquement, & par là s'acquit l'amour des Pariſiens. Neantmoins la pluralité des voix l'ayant ramené à l'advis des autres, on fit de nouvelles impoſitions ſous pretexte d'un grand armement. Les Princes eſtoient convenus d'en ſerrer l'argent*

& impendit (36) *pecunias in faciendis confœderationibus cum inimicis huius regni, ut illorum medio perveniret ad coronam. Et ultra hæc prælibatus dux commiſit multa alia magna crimina, quæ quidem antedictus dominus meus de Burgundia reſervat* (37) *ad declarandum tempore*

&

gent dans une des Tours du Palais, & qu'il n'y ſeroit point touché, que d'un commun accord de tous : le Duc d'Orleans ne laiſſa pas d'y venir une nuict avec main forte, & d'en enlever la meilleure partie.

(36) Addere debuerat: regi interim cum liberis in ſqualore & ſordibus computreſcente. Non mea hæc verba ſunt, ſed *Mezerayi dans l'Extraict de l'hiſtoire de France ad annum 1405. pag. 635.* ſic ſcribentis: *On ſe ſcandaliſoit à la Cour & dans Paris de la trop eſtroite union, qui paroiſſoit entre le Duc d'Orleans & la Reyne, & de ce, qu'ils tiroient à eux tout le Gouvernement, accabloient le Royaume par des exactions redoublées & violentes, tandis que les enfants du Roy eſtoient en pauvre eſquipage, & qu'on laiſſoit ſa perſonne meſme pourrir dans l'ordure, ſans avoir ſoin de le deshabiller ny de le changer de linge.*

(37) Quod Burgundus hic per oratorem ſuum, ſe non hæc ſolum, ſed multa alia magna Aurelianenſis crimina inpoſterum declaraturum, pollicetur, potuiſſet facile, ſi voluiſſet modo. Nec erraſſet, ſi pro *magna* dixiſſet: *majora.* Verum pepercit deinde ſine dubio generoſus princeps regio & ſibi cognato ſanguini, fœdiusque eum commaculare, ſibi religioni duxit. Verum hac verecundia ſua id effecit, ut nunc calumniæ crimen defenſori eius impingat vulgus auctorum. Ita certe *Buſſieres hiſtoriæ Francicæ lib. XI. cap. 30. Ioannes Parvus,* inquit, *Theologiæ Doctor, gente Normannus, quem Franciſcanum plurimi ſcribunt, negat Juvenalis: vir quidem doctus & celebris*

Digitized by Google

bris eloquentiæ, eoque ad fucum verbis faciendum lectus, ſed præclaras dotes aſſentationis ſtudio in pravum detorquens, privati commodi ſtudioſus, linguam & animum licitans pretio, tutelamque criminis propudioſa nundinatione ſuſcipiens, oratione Burgundum defendit; ac, quando cædem inficiari non poſſet, iuſtam eſſe contendit, pluraque in Aurelianenſem impegit crimina, falſa pleraque & ad invidiam ficta; quod invadere regnum affectaſſet; ſtuduiſſet conſiliare Benedictum Lunenſem, ut, Rege ob impotentiam mentis amoto, veheretur in ſolium; cum Anglo eam ob rem communicaſſet conſilia; magos & veneficos adhibuiſſet ad Regem extinguendum; vectigalia gravia indixiſſet, ut pecunia fretus voto potiretur; quod ea arte multas illuſtres feminas violaſſet; aliaque addidit orator protervus ac mendaciſſimus, quibus necati Principis tam dire oblæderetur memoria, quam crudeliter vita eſſet erepta; & *Maimburgius dans l'Hiſtoire du grand Schiſme d'Occident lib. 5. pag. 235: Jean Petit,* ait, *celebre Profeſſeur en Theologie, mais homme extreſmement vain & intereſſé, qui avoit vendu ſa langue & ſa plume au Duc de Bourgogne, contre ſon honneur & ſa conſcience, entreprit, apres avoir dechiré la memoire du Prince defunt par mille horribles calomnies, de juſtifier cet execrable parricide.* Et hodie utique probatio iſtorum criminum per tot ſæculorum decurſum difficilior facta eſt. Sed tamen, ni hiſtoricis fidem omnem abrogamus, negare non poſſumus, Ludovicum Aurelianenſem peſſimum & facinoroſiſſimum hominem fuiſſe. Favet ei parcitque, quantum poteſt, *Daniel dans l'hiſtoire de France ſous Charles VI. ad annum 1407.* ac de vitiis eius molliter, immiſto etiam encomio, loquitur. *La nature,* inquit, *l'avoit orné de toutes les belles qualitez d'eſprit & de corps, qui auroient reçu un grand luſtre de ſa haute naiſſance, ſi les debauches, auſquelles il s'etoit abandonné encore plus qu' à ſon ambition, luy avoient permis d'en faire un meilleur uſage. Il ne ſe pout rien voir de plus pieux, de plus religieux, & de plus chrêtien, que le Teſtament, qu'il avoit fait quatre ans auparavant: & rien n'eſt plus propre à perſuader, que les desordres des Grands ne*

Digitized by Google

doivent pas toujours etre tirez à conſequence pour leur Foy & leur Religion: mais ils n'en ſont pas pour cela moins coupables devant Dieu. Atque hic tamen Ludovici laudator non diſſimulat, heroëm ſuum etiam aliis, quam quæ Parvus ei obiicit, flagitiis ſe inquinaſſe. Narrat, eum in adminiſtratione regni nullam boni publici ac veritatis, ſed ſaltem æmulationis, rationem habuiſſe, atque id unice, ut patruo ſuo, Philippo Burgundo, Ioannis patri, principi ſecundum Danielem prudentiſſimo & reipublicæ etiam cum rei ſuæ familiaris iactura ſtudioſiſſimo, populique adverſus Ludovici Aurelianenſis furorem protectori, contradiceret, ſpectaſſe, nec diſſenſiſſe ſaltem ab eo, ſed ſe etiam facto oppoſuiſſe, & ſæpe contrariam viam intendiſſe; ſic aliquando, quum Germani principes Carolum regem per legatos de deſtitutione Wenceslai cæſaris certiorem redderent, ac, ne ſibi contrarius eſſet, rogarent, Ludovicum, animadverſo Philippi erga principes ſtudio, ſe Wenceslai fautorem aperte profeſſum, ei etiam cum exercitu ſubſidio iviſſe, accepto autem de voluntaria Wenceslai abdicatione nuncio, retro ceſſiſſe, eundem Ludovicum omnia cœco & feroce impetu egiſſe, in conſilio regio ſententiam ſuam aſpere & ſuperbe dixiſſe, ac propterea cum altero patruo ſuo, Bituricenſium duce, in grave iurgium incidiſſe, ac vix manibus temperaſſe, deinde, ambos hos patruos ſuos apud regem calumniando, hunc, ut regni procuratio illis ablata ſibi crederetur, perpuliſſe, ſed mox commune odium populi incurriſſe, atque, ut rex, ipſo iterum deſtituto, patruos in priſtinam dignitatem reſtitueret, meruiſſe, tum tota convitiorum plauſtra non ſine indignatione omnium in Henricum Angliæ regem per litteras conieciſſe, eundemque ad ſingulare certamen provocaſſe, ſed cum contemtu reiectum fuiſſe, porro pecuniam publicam faſtu & luxu conſumſiſſe, regem vero & Delphinum regis filium ſordide ac avare aluiſſe, poſtea ad enixas academiæ Pariſienſis preces ac ad pacem & concordiam hortationes cum ludibrio reſpondiſſe &c.

Digitized by Google

& loco opportuno. (38) *Ergo bene ſequitur ex ſupra memoratis, quòd prælibatus dominus meus de Burgundia non debet eſſe re-*
pre-

(38) Non implevit hoc promiſſum ſuum Ioannes Burgundio, verecundia, quemadmodum ſupra dixi, retentus. Ipſe ergo ab initio illum imitari ac cetera Ludovici Aurelianenſis facinora ſilentio involvere conſtitueram. Sed nunc cogito, abſtergendam eſſe a Ioannis Burgundionis & Parvi noſtri memoria calumniatoris notam, quam illis inurunt adverſarii. Nequeo igitur, quin hic commemorem ſingulare aliquod a Ludovico editum effrenatæ libidinis, proterviæ, impudentiæ ac crudelitatis ſpecimen, quum alios auctores id occultare animadvertam. Vnus id conſignavit *Brantomius*, candidus & ingenuus auctor, cuius fidem infringere nemo audebit. Sic nempe ille *in tomo I. des Vies des Dames Galantes pag. 75: Loys Duc d'Orleans, tué à la porte Beau-delſe à Paris, fit bien au contraire, grand débaucher des Dames de la Cour, & toûjours des plus Grandes. Car ayant avec lui couché une fort belle & grand Dame, ainſi que ſon mary vint en ſa chambre pour luy donner le bon jour, il alla couvrir la teſte de ſa Dame, femme de l'autre, d'un linceuil, & lui decouvrit tout le corps, lui faiſant voir tout nud & toucher à ſon bel aiſe, avec defenſe expreſſe de la vie de n'oſter de linge du viſage, ny de la decouvrir aucunement; à quoy il n'oſa contrevenir; lui demandant par pluſieurs fois ce qui lui ſembloit de ce beau corps tout nud, l'autre en demeura tout perdu & grandement ſatisfait. Le Duc luy bailla congé de ſortir de la chambre, ce qu'il fit, ſans jamais avoir pû connoiſtre, que ce fuſt ſa femme. S'il eût bien veuë & connuë toute nuë, comme pluſieurs*

prehenſus aut male acculpatus, ex eo quod fecit occidere prænominatum ducem Aureliani, quinimo rex ipſe debet habere hoc factum pro grato & acceptabili, & illud authorizare, quatenus opus eſt, vel fuerit, vel eſſe poſſit. Imo & amplius debet remunerare prædictum dominum meum de Burgundia in tribus, videlicet amore, honore, & divitiis: ſicut fuerunt quondam remunerati, dominus meus ſanctus Michaël Archangelus, & magnanimus Phinees. Hoc eſt (ſicut ego intelligo in meo groſſo & rudi ingenio) quod rex dominus noſter debet plus quam antea amare, honorare, & laudare antedictum dominum meum de Burgundia, & de eo facere publicari litteras patentes per totum regnum. Ille ipſe Deus faciat, quod ita ſit, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Hæc eſt illa famoſa oratio, cuius mentionem tot auctores, nunquam fere ſine horrore & exſecrationibus, faciunt. Ipſe, ex cuius commentariis eam ſumſi, Gentilettus iniquiſſime de illa iudicat: *Hæc eſt*, inquiens, *in ſumma oratio venerabilis iſtius doctoris, cui ne verbum quidem addidi: detraxi tantum neſcio quas longas allegationes & odioſe repetitas, ex quo facile apparet, quam craſſum fuerit animal iſte magiſter noſter,*

que j'ay veus, il l'euſt connuë, à pluſieurs choſes poſſibles; dont il fait bon les viſiter par le corps. Elle, aprés ſon mary party, fut interrogée par Monſieur d'Orleans, ſi elle avoit eu l'alarme, & je vous laiſſe à penſer ce qu'elle en dit, & la peine & l'altere en laquelle elle fut l'eſpace d'un quart d'heure: car il ne falloit qu'une petite indiſcretion, ou la moindre deſobeiſſance que ſon mary euſt commiſe: il eſt vray, ce dit Monſieur d'Orleans, mais qu'il l'euſt tué auſſi-toſt, pour l'empeſcher du mal qu'il euſt fait à ſa femme.

Digitized by Google

noſter, pretio conductus ad defendendum & iuſtificandum tam execrabile facinus. Prodigioſum plane & deteſtandum eſt, exiſtere homines, qui ſimilia ſcelera & cædes ex compoſito perpetratas, ſine ulla iuris ſpecie phaleratis rationibus tueri audeant. Quid eſt enim, tenebras lucem vocare, nefanda extollere, omne honeſti & turpis, iuſti & iniuſti, a Deo & natura ipſa fixum diſcrimen evellere, ſi hoc non eſt. Craſſius profecto & magis ruſtice ſcribere non potuit homo inurbanus, qui, ut ex notulis meis apparet, malam fidem ſuam ſæpiuscule etiam in vertendo & omittendo prodit. Sed habuit oratio ab initio feliciſſimum ſucceſſum. Rex enim Carolus tabulis, ſua manu & ſigillo munitis, Burgundum abſolvit. Verum, quæ eſt rerum humanarum viciſſitudo, interiectis aliquot annis, factio Aurelianenſis, abſente Burgundo, rerum in aula potitur, variisque artibus regem eo perducit, ut cognitionem de cæde fratris ſui retractet, inprimis vero ad orationem Ioannis Parvi examinandam momentoque ſuo ponderandam concilium Pariſios ex tota Gallia convocet. In hoc concilio, quod die 30. Novembris anni 1413. ſedere cœpit, & menſe Februario anni 1414. iterum diſſolutum eſt, enituit, quantum improbitas poſſit. Adverſarii Ioannis Burgundi & Ioannis Parvi, nihil ſe effecturos, videbant, ſiquidem orationem Parvi, quemadmodum recitata fuerat, innoxiam & bonæ frugis plenam, propoſuiſſent. Itaque, laboris compendium aulæ ac concilio facturi, arte utuntur, qua ante illos plurimi in perniciem piiſſimorum hominum uſi fuerant, atque etiam hodie utuntur. Proponunt nempe theſes aliquas, impias aperte, horridas ac inviſas, quas ſe in Parvi oratione reperiſſe, ac ex ea excerpſiſſe, fingunt. Inter eas præcipua, tanquam univerſam feralem ſententiam complexa hæc erat: *Chacun Tiran doit & peut etre louablement*

blement & par merite occis de quelconque ſon vaſal & ſubiect, ou par quelconque maniere, mement par aquettes, & par flatteries ou adulations, non obſtant quelconque iurement ou confœderation, faite envers luy, ſans attendre la ſentence ou mandement de juge quelconque. Quilibet tyrannus poteſt & debet licite a quocunque ſuo vaſallo aut ſubdito, & per quemcunque modum, maxime per inſidias & flatterias, occidi, non obſtante quocunque iuramento, aut confœderatione, ſine exſpectando ſententiam aut mandatum cuiuscunque Iudicis. Nihil potuit unquam excogitari ſceleſtius, quodque magis bonæ Burgundi & Parvi cauſſæ noceret. Faverant in principio Burgundi cauſſæ rex, delphinus, regni heres, ac, qui in aula Gallica tunc vivebant, rex Siciliæ, duces Burbonius & Berricenſis, Parvique orationem ſine offenſione audiverant & legerant. Poſtquam vero, in illa principum regumque, ſi in tyrannidem prolaberentur, vitam arbitrio civium permitti, audiebant, totis animis a Burgundo & Parvo alieni, nunc illorum damnationem urgere ipſi & ſolicitare incipiebant. Obtinuerunt itaque facile, ut concilium theſes iſtas, tanquam religioni chriſtianæ adverſas, ſeu hereticas, damnaret, ipſasque cum oſſibus Ioannis Parvi, qui interim mortem Hesdini obierat, publice cremari iuberet. Acceſſit concilio academia Pariſienſis, ac ipſa edictum de cremandis Parvi propoſitionibus die 18. Martii anni 1414. propoſuit. Rex etiam, epiſtola ad omnes regni ſui prælatos miſſa, idem præcepit. Sed oſſa quidem Parvi, quod Ioannes Burgundus Hesdino potiretur, cremari non potuerunt. Scripta vero palam combuſta ſunt. Nartat hæc omnia breviter, addito diario, *Hermannus von der Hardt, in prolegomenis tomi III. Rerum concilii Conſtantienſis pag. 9. ſqq.* Non tulit tantam, ſibi ac defenſori ſuo innocentiſſimo fa-

ctam, iniuriam æquo animo Burgundus, ſed multis machinationibus eo rem perduxit, ut controverſia ad concilium Conſtantienſe evocaretur. Conſenſit rex in evocationem, ſcripſit tamen die 27. Decembris anni 1414. ad concilium, petiitque enixe, ut condemnationem Pariſiis factam, & a ſe confirmatam, probaret, ac firmaret. Interceſſit Ioannes Burgundus per litteras ac legatos, nunquam tamen theſes iſtas probavit ac defendit, ſed negavit ſaltem, eas in oratione Ioannis Parvi, in qua etiam vere non exſtant, exſtare. Hæſit diu anceps concilium, tandem vero prudentiſſimo temperamento, quod Sigismundus cæſar ſuggeſſerat, ipſam quidem theſin ſupra memoratam hunc in modum damnavit: *Præcipua ſollicitudine volens hæc ſacroſancta ſynodus ad extirpationem errorum & hæreſium, in diverſis mundi partibus invaleſcentium, procedere, ſicut tenetur, & ad hoc collecta eſt, nuper accepit, quod nonnullæ aſſertiones erroneæ in fide & bonis moribus, ac multipliciter ſcandaloſæ, totiusque reipublicæ ſtatum & ordinem ſubvertere molientes, dogmatizatæ ſunt. Inter quas hæc aſſertio delata eſt: Quilibet tyrannus poteſt & debet licite & meritorie occidi per quemcunque vaſallum ſuum vel ſubditum, etiam per inſidias & blanditias, vel adulationes, non obſtante quocunque iuramento, ſeu confœderatione facta cum eo, non expectata ſententia vel mandato iudicis cuiuscunque. Adverſus hunc errorem ſatagens hæc ſancta ſynodus inſurgere, & ipſum funditus tollere, præhabita deliberatione matura, declarat, decernit, & definit, huiusmodi doctrinam erroneam eſſe in fide & moribus, ipſamque, tanquam hæreticam, ſcandaloſam, ſeditioſam & fraudes, ſeditiones, deceptiones, mendacia, proditiones, periuria, vias dantem, reprobat & condemnat. Declarat inſuper, decernit, & definit, quod pertinaciter doctrinam hanc perniciosiſſimam aſſerentes ſunt hæretici, & tanquam tales*

iuxta

iuxta canonicas & legitimas ſanctiones puniendi; at contra Io. Burgundum & Io. Parvi memoriam nihil decrevit, nec, ut id faceret, poſtea litteris Caroli regis & virulentiſſimis Io. Gerſonis, academiæ Pariſienſis cancellarii, orationibus moveri potuit. Quin imo longius etiam progreſſum eſt, ac Ioannem Parvum innocentem declaravit, & a cenſura Pariſienſi abſolvit. Sic certe rem narrat *I. Launoius in hiſtoria Gymn. Navarr. pag.* 498. *Dati ſunt a Concilio & ſelecti iudices, qui, repugnante Gerſone, & aliis, qui ab eius ſtabant partibus, Pariſienſem cenſuram abrogarunt, politicis potius quam Theologicis rationibus ducti. Cenſuræ abrogatio & lecta & publicata eſt buccinis concrepantibus in propylæo Aedis beatæ Mariæ Pariſ. Hæc Juvenalis Urſinus, ut vidit, ita & retulit in Hiſtoria Caroli VI.* Et fuit profecto Parvus innocens. Obſecro vos, fidemque veſtram obteſtor, o quotquot oculos in hanc lucubratiunculam noſtram coniicitis! Legite illam, quam ſupra poſui, Parvi orationem, ac dicite per Deum aperte, num Parvus illam, quam adverſarii ei adfinxerunt, ſententiam propoſuerit. Ego, qui plus decies iſtam orationem relegi, ſententiam hanc nuſpiam video, ſed illam magis cum theſi, quam Parvus vere tuetur, pugnare animadverto. Genuina Parvi ſententia hæc eſt, bonum civem & fidum vaſallum non poſſe ſaltem, ſed debere etiam, civem alium perduellem, potentiaque ſua in perniciem reipublicæ abutentem, & exitium communi principi familiæque eius machinantem, quem in iudicium tuto trahere nequit, blanditiis circumventum per inſidias necare, quamvis ei concordiam & amicitiam iuratus promiſerit. Nihil eſt profecto in hac theſi impium, nihil, quod cum religione & ſacro codice pugnet, nihil denique, quod principibus noceat,

ceat, aut fidem erga illos infringat. Prodeſt illa potius principibus, ac amplificat fidem erga illos, & ſecuritatem illorum novo munimento firmat. Sæpe itaque miratus ſum, qui fieri potuerit, ut Io. Gerſonis, Petri de Alliaco, ceterorumque Parvi obtrectatorum, calumniæ adſenſum bonorum doctorumque virorum invenerint. Sed detexi tandem fallaciſſimas improbiſſimorum hominum cavillationes. Ludovicus Aurelianenſis, quem Burgundus necarat, ipſe, ſi accurate loquendum eſt, princeps non erat, ſed civis, & principi, ſeu regi, ſubiectus, at more ſeculi, quod omnes ex regis & principis familia natos principes appellat, principis nomine deſignabatur. Itaque Parvus eum paſſim principem, ducem, aliquando etiam tyrannum vocat, abuſive & minus proprie. At Gerſon, ſophiſta & captator verborum egregius, cum aſſeclis, diſſimulat, ſe hanc ſignificationem intelligere, ac voces principis & tyranni in ſenſu proprio accipit, indeque, quod Parvo nunquam in mentem venerat, poſſe ex eius ſententia principem, vere talem, quin & regem, de quo tamen Parvus nunquam quid dixerat, a civibus ſuis propter tyrannidem interfici, colligit, dignus, cuius fronti ex veterum inſtituto K littera inuſta fuiſſet, cavillator. Sed ille quidem aliquam malevolentiæ ſuæ pœnam dedit, ac, rupto concilio Conſtantienſi, iram Burgundi, quem tantopere offenderat, metuens, ad munus ſuum redire auſus non eſt, ſed exul in latibulis, quæ modo apud Bavaros, modo in Auſtria, tandem Lugduni Gallorum quæſivit, contabuit. Vide vitam eius ab *Hermanno von der Hardt in tomo I. Rerum Concilii Conſtantienſis Part. IV. pag.* 26. deſcriptam. Invenerunt tamen Gerſonis calumniæ apud poſteros fidem, ac memoriæ viri optimi, Ioannis Parvi, fœdam adſperſere maculam, quam nemo adhuc, quod noverim, eluere auſus eſt. Non equidem dubito, quin ante me fuerint, qui innocentiam eius perſpexerint.

Sed abſterruit eos forte metus offendendi principes, quorum vitam ex Parvi doctrina periclitari, vulgus ſibi perſuaſit. Plerosque torrens abripuit, ut nec inquirerent amplius in facti veritatem, ſed cum toto clero Gallicano Parvum damnarent. Ergo, quotquot inſpicio, hiſtoriarum iſtarum ſcriptores memoriam ac doctrinam Ioannis Parvi oderunt, ac execrantur, *Buſſieres hiſtoriæ Francicæ lib. XI. cap.* 30. *Maimbourg dans l'Hiſtoire du Grand Schiſme d'Occident tom. II. lib.* 5. *pag.* 235. *ſqq. le Pere Daniel dans l'Hiſtoire de France tom. III. pag.* 791. &, quos iam ſupra memoravi, *le Laboureur*, *Launoius*, *Gentilettus* ac *Hermannus von der Hardt.* Ipſe *Baylius*, quem ſingulare veritatis ſtudium a vulgo auctorum ſeparat, tamen *in Dictionario ſuo art. PETIT* ex partibus adverſariorum Parvi ſtat, &, non contentus vulgaribus convitiis, virum candidiſſimum animam venalem & ad male faciendum conductam, *ame venale & venduë à l'iniquité* vocat, deinde vero in *Supplemento huius articuli pag.* 323. atrocem hanc iniuriam excuſaturus, ipſum, ait, Parvum impudentiſſime hoc fateri. *Deux raiſons, que Iean Petit eut bien & la naiveté & le front d'alleguer au Conſeil du Roi, pour s'excuſer de ce, qu'en une affaire ſi odieuſe il oſoit preter ſon miniſtere au Duc de Bourgogne, méritent d'etre lues. La premiere eſt, qu'il étoit obligé de ce Duc, à qui depuis trois ans il avoit preté ſerment de fidelité; Et la ſeconde, que c'étoit bien là moindre choſe, à quoi l'engageat la reconnoiſſance due à ce Prince, qui depuis long tems lui faiſoit annuellement une petite penſion, en vué de ce, qu'il étoit petitement beneficié.* Indigna hæc eſt cavillatio viro cordato. Fatetur ſcilicet Parvus in oratione ſua, ſe Burgundo fidem ſuam ante triennium iureiurando obſtrinxiſſe, & quotannis ab eo ſtipendium accepiſſe. Vtrumque recte. Nam Burgundus, ſupremus magnarum extra Galliam ditionum dominus, mini-

miniſtros ſibi conducere, & iureiurando obſtringere, hominesque litteratos beneficiis ornare poterat. Hi vero, qui ſervito eius ſe addixerant, quique beneficia acceperant, & ex fide data & ex gratitudinis lege, vel armis eum, vel ſtylo, vel lingua, tueri debebant. Peccaſſet ergo Parvus, ſi bonam ducis ſui cauſſam defendere detrectaſſet. Sed fac etiam, ambiguam hanc fuiſſe ducis cauſſam. Non debet miniſter herum in dubia cauſſa deſerere. Recte iuris Longobardici auctores in 2. *F.* 28. *pr. Domino*, inquiunt, *guerram facienti alicui, ſi ſciatur, quod iuſte, aut quum dubitatur, vaſallus eum adiuvare tenetur.* Facilius etiam Baylio veniam darem, ſi credidiſſet, Parvum poſt cædem peractam demum Burgundo fidem dediſſe & ſtipendio conductum fuiſſe. At vero hoc credere non potuit, qui ipſe *in art. BOURGOGNE (IEAN DUC DE)* Aurelianenſem 23. Novembri anni 1407. occiſum, narrat, & ex annalibus Gallicis, orationem Parvi 8. Martio anni 1408. habitam fuiſſe, norat, in ipſa vero hac oratione legerat, Parvum duci ante triennium iuraſſe, annuum ſtipendium autem olim iam, quum adhuc in ſcholæ ſubſelliis ſederet, nactum eſſe; *ut me adiuvaret ad nutriendum in ſcholis.* Quod vero ad Ioannem Burgundum, Ioannis Parvi dominum, attinet, nec illi unquam nefaria theſis de licita regum principumque, qui tyrannidem exercerent, cæde in mentem venit. Et ridiculus profecto fuiſſet ac ſortis ſuæ immemor, qui ipſe extra Galliam princeps ac ſupremus magnarum ditionum dominus erat. Huncne credibile eſt, cives ſuos tali doctrina, quæ ſibi liberisque ſuis olim perniciem adferre potuiſſet, imbuere ac contra ſe & familiam armare voluiſſe? Nemo id dixerit, nec ipſe hoc dixit unquam, verum, quoties neceſſe fuit, factum ſuum adverſus inimicos & obtrectatores tueri, de theſi iſta nec cogitavit quidem,

ſed præſidium ſuum omne in illa, quam in principio poſui, theſi: licere nempe civi civem perduellem, ſi aliter ſine reipublicæ periculo non poſſit, per inſidias necare; collocavit. Ipſe huius rei optimus teſtis erit. Huc usque cum alieno Ioannis Parvi, advocati ſui, ore loquentem audivimus. Ipſum nunc ſine fuco & forenſibus artibus ex animi ſententia loquentem ſcribentemque producemus. Anno ſcilicet 1411. ſuperſtites tres Ludovici Aurelianenſis filii Ioanni Burgundo bellum per litteras denunciarunt, patrisque ſui cædem acerbiſſimo convitio exprobrarunt. Reſpondit ad has litteras Ioannes Burgundus non minus acriter ac patrem illorum iure cæſum dixit, cauſſamque cædis breviter & luculenter expoſuit. Vtramque epiſtolam conſervarunt nobis *Monſtrelet*, atque ex eo *Jaques Lenfant dans l'Hiſtoire du concile de Piſe tom. II. liv. 4. §. 26. pag. 34. ſq.* Priorem, quum ad inſtitutum noſtrum non faciat, hic omittemus, & poſteriorem, ſuppleto, qui librariorum culpa omiſſus fuit, loco, inſeremus: *IEAN Duc de Bourgogne, Comte d'Arthois, de Flandres & de Bourgogne Palatin, Seigneur de Salines & de Malines. A toy CHARLES,* qui te dis Duc d'Orleans & de Valois, Comte de Blois, & de Beaumont, & Seigneur de Conchy, à toy PHILIPPE, *qui te dis Comte de Vertus,* & *à toy JEAN, qui te dis Comte d'Angoulesme, qui n'agueres nous avez eſcripts vos lettres de deffiances: faiſons ſçavoir & voulons que chacun ſçache, que pour abbatre les tres horribles trahiſons par tres-grans mauvaiſtiez & aguets apenſez, conſpirées, machinées & faictes felonnement à l'encontre de Monſeigneur le Roi noſtre tres-redoubté & Souverain Seigneur, & le voſtre: & contre ſa tres-noble generation par feu LOYS voſtre pere, en pluſieurs & diverſes manieres: ce pour garder voſtre pere faulx & desloyaul trabiſtre de parvenir à la finalle execution deteſtable, à laquelle il a contendu à l'encontre de noſtre tres-redoubté & Souverain Seig-*

Seigneur, & le ſien, & auſſi contre la dicte generation, ſi faulce & notoirement, que nul preudhomme ne le devoit laiſſer vivre: & mesmement nous, qui ſommes couſins germains de mon dit Seigneur, Doyen des Pairs & deux fois pere & plus aſtrains à luy & à ſa dicte géneration qu' à autres quelsquonques de ſa dicte generation de leurs parens & ſubiects, ne deons un ſi faux, desloyal, cruel & felon trahiſtre, laiſſer ſur terre, plus longuement, que ce ne fut à noſtre tres-grand charge. Avons pour nous acquiter loyaument, & faire noſtre devoir envers noſtre tres-grand & Souverain Seigneur & ſa dicte generation, fait mourir ainſi qu'il devoit le dit faulx & desloyal trahiſtre. Et ainſi avons fait plaiſir à Dieu, ſervice loyal à noſtre tres-redoubté & Souverain Seigneur, executé raiſon. Et pour ce, que toy & tes dits freres enſuivez la trace faulſe, desloyalle & felonne de voſtre dit feu pere, cuidans venir aux dannables & desloyaux faits, à quoy il contendoit, avons tres-grand lieſſe au coeur des dictes deffiances. Mais du ſurplus contenu en icelles, toy & tes dits freres avez menty, & mentez faulſement, mauvaiſement & desloyaument, traiſtre que vous eſtes, & dont à l'ayde de noſtre Seigneur, qui ſçait & connoit la tres-entiere & parfaicte loyauté amour & vraye intention, que tousjours avons, & aurons tant que vivrons à noſtre dit Seigneur, ſa dicte generation, au bien de ſon peuple & de tout ſon Royaume: vous ferons venir à la fin, & punition, telle, que tels faulx, mauvais & desloyaux trahiſtres, rebelles & deſobeiſſans fellons, comme toy & tes dicts freres eſtes, doyvent venir par raiſon. En tesmoings de ce, nous avons fait ſeeller ces lettres de noſtre Seel. Donné en noſtre ville de Douay de XIII. jour d'Aouſt, l'an 1411. Definant ergo nunc tandem calumniari gentis Burgundæ, ac, quæ in locum eius ſucceſſit, Auſtriacæ, obtrectatores, cedant veritati, ac innocentiam ſanamque doctrinam, quam olim iam Conſtantienſis concili patres agnoverunt, diſcuſſa diuturna caligine, agnoſcant.

SPECIMEN DLXXV.

MEDITATIONVM AD PANDECTAS AD LIB. XLVIII. TIT. IV.

DE

POENIS MINISTRORVM PRINCIPIS DELINQVENTIVM

PVBLICE DEFENSVM

AB

HENRICO SAMVELE PILARIK
VITEMB. SAXONE.

MENSE APRILI ANNI MDCCXXXV.

I.

Miniſtri principis pœnis ordinariis ſubiacent.

II.

Miniſter principis fur aut raptor recte ſuſpenditur.

III.

Miniſter perduellis in quatuor partes ſecatur.

Pœnæ, quæ miniſtris principum delinquentibus infliguntur, duplicis generis ſunt, aliæ ſolitæ ac ordinariæ, aliæ ſingulares & extraordinariæ. De illis primum dicemus. Dubium ſcilicet non eſt, quin miniſter,

Digitized by Google

niſter, ſi delinquat, ea ipſa pœna, quam leges in hoc delictum ſtatuunt, adfici poſſit, ac debeat etiam, ſiquidem ſententia a magiſtratibus aut collegio ICtorum ferenda eſt. Nam miniſtri, quamvis altiſſimo gradu & prope principem collocati, quam alii cives; quum ipſi, qui a latere principis ſtant, iura, quæ hic condidit, vel auctoritate ſua firmavit, omnium optime ſcire poſſint debeantque, & adeo ignorantia, quæ aliis interdum ad mitigationem prodeſt, non excuſentur. Itaque leges Germanicæ, quæ furcam & ſuſpendium furibus ac raptoribus minantur, etiam in miniſtris principum locum habent. Optime Auguſti in *L. 12. C. de dignitatibus; Iudices* aiunt, *qui ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe comperti, ablatis codicillorum inſignibus & honore exuti, inter peſſimos quosque, & plebeios habeantur: nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſe ipſos indignos iudicaverunt.* Memorabile exemplum *Crantzius in Saxonia lib. 10. cap. 30.* habet, quod verbis eius adiiciam: *Henricus, Dux Luneburgenſis, iuſtitiæ tenax princeps, multa egit, ut vim & improbitatem latrocinantium excluderet, tam ſevere caſtigans improbitatem, ut de minimo quoque ſtatueret exempla iuſtitiæ. Præfectus in arce Tzelle, vir induſtrius, quum iret properanter in Luneburgum, adventuro principi parare neceſſaria, ventus aquilonaris penetrabat tenuiter, ut ſolent militares, indutum. Vidit in via mantellum arantis de propinquo ruſtici, accipiensque promiſit, redditurum indubie, quum rediret. Quis non hoc permittat arcis præfecto, per omnem ditionem ditiſſimo! Agricola non aſſuetus reddi ab eius generis hominibus, quod attigere, reclamabat; quod ille parvi faciens ivit itinere ſuo properabundus. Poſt non multas horas ſequutus dux reperit ſtantem iuxta viam hominem, de ſua veſte querulantem: Et quum attentius loqueretur, audientiam poſtulans, dux ſtetit, ut audiret. Ille vero: Quid eſt, inquit, optime princeps, quod publicos inſidiatores viarum perſequeris? ipſe tuæ arcis præfectus, iam præteriens, veſtem mihi tulit pauperi, nudulo, &, ut vides, algenti ſub brumam. Dux tacitus ſecum rem*

rem perpendit: & de veſte ſcrutinium faciens reperit, ut diximus, reclamanti veſtem ſublatam. Quum autem rebus in oppido expeditis regreſſum dux faceret, ad locum ablatæ veſtis perveniens, iuſſit adeſſe præfectum: Cur, inquit, pauperi reclamanti veſtem abſtuliſti? tuo miniſterio perſequor hoſtes publicos: & tu es, qui non minora illis in meos patraſti. Multa parantem in ſui purgationem dicere, ipſe equi detracto capiſtro alligatum in arborem appendit iugulandum. Mira ſeveritas iuſtitiæ, & zelus incredibilis in principe Saxoniæ: Vix fidem apud exteros habitura narratio. Inter diriſſimas pœnas referenda eſt ſectio in quatuor partes, perduellibus ſtatuta; vide *legem Caroli V. art. 192.* Et hæc tamen inflicta fuit Chriſtiano Bruckio, Ioannis Friderici, Saxonum ducis, præcipuo miniſtro & cancellario. Rem ſic narrat Hubertus Languetus in hiſtoria belli Gothani apud *Tenzelium in Supplementis reliquis hiſtoriæ Gothanæ pag. 833: Pari cum Grumbachio ſupplicio afficitur Cancellarius, diſſectione corporis in partes quatuor, ob læſæ maieſtatis crimen, commiſſum in eo, quod obiecit & intentavit Imperatori falſo periurium: eliſit atque proiecit contumelioſe ſententiam proſcriptionis; comprobavit & excuſavit auſus factionis Grumbachianæ, adiuvit conſultationes de perturbanda ſeditioſis motibus Germania, abrogando Cæſari imperio, principibus nobilitati exæquandis; acerbe & ignominioſe exagitavit voce & ſcriptis Imperatorem, Duces Saxoniæ, Electorem & Ioannem Guilielmum, dominos ſuos: reticuit & adiuvit inſidias ac molitiones, quæ Electori & Ioanni Guilielmo ſtructæ fuerunt, contra fidelitatis iuramentum utrique præſtitum.*

IV.

Digitized by Google

IV.

Miniſter, qui multifariam peccavit, pluribus pœnis adfici poteſt.

V.

Vulgaris regula, quod major pœna abſorbeat minorem, exploditur.

Rarum eſt, ut miniſtri principis, hi inprimis, qui maioris abollæ ſunt, ob unum ac ſimplex crimen puniantur. Parcitur illis tunc plerumque, atque admittitur excuſatio dicentium:

Huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ.

Sæpe collegia, quibus ego huc usque adſedi, de pœna miniſtris principum infligenda conſulta fuerunt. Exemplum tamen non recordor, quo unum & ſimplex crimen reo obiectum fuerit. Ne duo quidem, tria, quatuorve ſuffecerunt. Sæpe ad quinquaginta usque, aliquando ad centum, adſcenſum eſt. Et, quamvis in nonnullis probatio defecerit, in multis tamen crimen ſic patuit, ut, quam pœnam reus meruiſſet, deliberari oportuerit. Præiudicialis tunc quæſtio fuit, an reus, qui multifariam peccarat, pluribus pœnis adfici poſſet. Equidem res dubium habere non videtur, ſi vulgarem regulam, quæ ex *articulo Carolino* 163. item ex *L.* 34. & 53. *pr. de Obligationibus & actionibus*, exſculpitur, quod ſcilicet maior pœna abſorbeat minorem, ſpectas. At ego iſtam regulam non agnoſco, nec in legibus memoratis reperio. *Articulus* 163. in fure, qui improbius furatus eſt, puniendo circumſtantiam, quæ facinus eius

Digitized by Google

maxime aggravat, ac pœnam atrociſſimam meretur, ſpectari iubet. Inde tamen non conſequitur, pluribus facinoribus perpetratis, unum ſolum puniri poſſe. In *LL.* autem 34. & 53. hi, qui uno delicto, ex quo plures actiones inſtitui poterant, læſi ſunt, unam ſaltem, ſi modo per hanc omne id, quod iis abeſt aut debetur, conſequi poſſit, inſtituere iubentur. At ſi plura facta concurrant, plures etiam actiones inſtitui poſſunt. *L.* 2. *de Privatis delictis.* Quare *Carpzovius in Quæſt. criminali* 132. *n.* 8. iam diu contrariam vulgari iſti regulam, hanc ſcilicet: *Singulis delictis ſingulæ pœnæ competunt, ſic ut altera alteram non conſumat, l.* 27. & 48. *ff. ad Legem Aquil. l. Neratius* 11. §. 2. *ff. de ſerv. corrupt. l.* 1. §. *hunc tamen l.* 2. §. 1. *ff. de tutel. & rat. diſtr. l. nunquam* 60, *ff. de oblig. & action. l. vulgaris.* 21. *in fin. pr. ff. de furt. l. facienda* 8. §. 2. *ff. arbor. furt. cæſ. l.* 7. *ſi ſtuprum.* §. 25. *l. pater.* 41. *ff. de iniur. l.* 6. *ff. ad Leg. Iul. de adult. obque reiterationem delictorum pœna ſemper augenda & multiplicanda eſt, l. capitalium* 28. §. *ſolent. &* §. *graſſatores ff. de pœn. l.* 1. *ff. de iur. patron. l.* 3. C. *de Epiſcop. audient. l. ſervos.* 8. C. *ad Leg. Iul. de vi publ.* ſtabilivit, ac pluribus legibus firmavit, quibus addi oportebat *L.* 5. C. *Ad Legem Iuliam maieſtatis* & *cap.* 24. *Aureæ Bullæ*, ubi plures pœnæ propter unicum delictum infliguntur. Et ipſa recta ratio alia argumenta, quæ vulgarem iſtam regulam explodunt, ſuggerit. Expoſuerunt ea ICti Vitembergenſes menſe Septembri anni CIↃ IↃ CC XXXI. hunc in modum: Wird gefraget, ob Garles wegen der in Schriften gegen ſeinen Groß-Hertzog und vorgeſetzt geweſenen General ausgeſtreueten Calumnien abſonderlich in die Inquiſition gezogen, und, wenn er derſelben überwieſen, mit einer vorgängigen auſſerordentlichen Strafe beleget werden könne; Nun ſcheinet zwar die gemeine Rechts-Regel, vermöge deren eine kleine Strafe durch die gröſ-

sere absorbiret wird, dem Garles zu statten zu kommen, und denselben von einer doppelten Inquisition zu befreyen. Dieweil aber die wider des Groß-Hertzogs Hoheit öffentlich ausgestreuete Calumnien auf ein Crimen perduellionis, oder auch læsæ maiestatis, hinaus laufen, und wol eben so eine harte Strafe, als die ihm beygemessene Desertion und Veruntrauung der Regiments-Gelder, verdienen, hiernächst ein Delinquent, welcher einmal ein grobes Verbrechen begangen, zu vielen bösen angefrischet werden würde, wenn er wüste, daß er nunmehr frey sündigen, und über die einmal verwürckte Strafe mit keiner weitern beleget werden könne, endlich, wenn zwey Delicta zusammen kommen, beyde untersuchet und gehörig bestrafet werden, auch, da nur eine Strafe auferleget wird, solche doch zu exasperiren ist; So wird Garles wegen der in Schriften gegen seinen Groß-Hertzog und vorgesetzt gewesenen General ausgestreueten Calumnien gar wol absonderlich in die Inquisition gezogen, und sodann, wenn er deren überwiesen, seiner Bestrafung halber, dem Befinden nach, entweder hauptsächlich und absonderlich, oder auf eine Exasperation der durch die Desertion und Veruntrauung der Regiments-Gelder verwürckten Strafe, erkannt. Exèmplum illustre plurium pœnarum, ministrissimo Daniæ, Greiffenfeldio, simul impositarum, sententia contra eum Hafniæ anno 1676. lata dabit, quam ex *du Mont tomo IV. des Memoires pour servir à l'histoire de la paix de Ryswick pag. 170. sqq.* hic adscribo: *Nous Iuges deleguez de S. M. de Danemarc, Norwegue &c. notre Souverain Seigneur & Maitre: Sçavoir faisons à tous ceux, qu'il appartiendra, que le Comte de Greiffenfelt en l'examen, qu'on a fait de son affaire, a confessé lui même en partie, & d'autre coté a aussi été convaincu par ses propres lettres & autres témoignages authentiques & indubitables, que par une avarice insatiable & une ambition & orgueil tout à fait demesuré, sans avoir aucun egard aux grands bienfaits, qu'il avoit reçus du Roi, & au serment par lui preté, a commis plusieurs crimes horribles & detestables, à*

ſçavoir de Concuſſion, parjure, Simonie & Trahiſon, & par ce moyen a encouru la peine de Leze-Majeſté Divine & Humaine. A ſçavoir; D'autant, que contre le ſerment par lui preté, & la Charge de Grand Chancelier, qu'il exerçoit, non ſeulement il a pris de grandes ſommes d'argent, & des preſens conſiderables pour faire iuſtice, & non ſeulement auſſi il a differré ſouventefois de la rendre à pluſieurs, qui ne pouvoient, ni ne vouloient ſouffrir ſes concuſſions, mais méme l'a entierement deniée; Que directement contre ſon devoir il n'a point tenu ſecretes les choſes les plus importantes, que S. M. lui avoit confiées: Qu'il a conſeillé avec empreſſement l'alienation de pluſieurs Provinces conſiderables, parce qu'il y trouvoit ſon profit particulier, & qu'il a tenu cachés pluſieurs lettres des Princes etrangers, Ordres du Roi, & demandes de ſes Sujets, qui concernoient grandement les interets de S. M. en quoi il a agi d'une maniere tout à fait coupable & criminelle. Que non obſtant la capacité des perſonnes, qui ſe preſentoient, il a vendu les Benefices Eccleſiaſtiques & les Emplois Scholaſtiques à des Gens tout à fait ignorans, & méme qui etoient publiquement accuſez de ſorcellerie, ainſi qu'on a fait voir par les Actes, le tout par pure avarice & un appetit dereglé de poſſeder pluſieurs richeſſes: Qu'outre cela il a encore commis pluſieurs autres exces contre ſon Serment & les defenſes du Roi, qui lui ont été miſes en main au commencement de la derniere Campagne à Reusbourg. Qu'à l'inſçu de S. M. il a enfermé ſous ſon couvert des lettres ennemies allant & venant de Suede, & a entretenu des correſpondances illicites & dangereuſes avec des Ennemis declarez & ſecrets de S. M. ainſi que le tout ſe peut voir plus amplement par les Actes, de quoi il a été entierement convaincu par témoins & par ſes propres lettres, & dont il ne s'eſt pû purger dans le Procès, auquel il a été reçu par une grace & faveur ſpeciale de ſa Majeſté, de laquelle il ne ſe peut plus prévaloir préſentement. C'eſt pourquoi nous declarons par la preſente notre Sentence, que pour les crimes ſuſmentionnez, & autres, qui ne ſont pas ici ſpecifiez, parmi leſquels il s'en trouve de Leze-Maieſté Divine & Humaine, le dit

dit Greiffenfelt a encouru très iuſtement la plus haute indignation & punition de S. M. par la perte de ſa vie, biens & honneur, ſi bien qu'il eſt degradé par la preſente de ſon état de Comte & toutes autres marques d'honneur, dont il s'eſt rendu indigne, ſon Nom & ſa Memoire abolis, ſon Caſque & ſon Ecu aneantis & briſsz par les mains de l'Executeur, ſa Comté, ſes biens & tout ſon avoir, de quelque nature qu'il puiſſe etre, ajugez au Fiſc de S. M. & que le dit Comte Greiffenfelt, à preſent Pieter Schœnmacker, ſera delivré entre les mains de l'Executeur, pour etre méme au lieu de l'execution, & là etre decapité & mis à mort en punition des crimes par lui commis, & afin de ſervir d'exemple aux autres à l'avenir; Ainſi fait & publié au Chateau de Coppenhague ce 5. Iuin. 1676.

VI.

Errant, qui in omnibus miniſtrorum delictis culpam aliquam principi imputant.

VII.

Quodſi tamen princeps facto aliquo ſuo occaſionem delinquendi dedit, non tollitur quidem pœna, ſed mitigatur.

Non ego quidem ſimpliciter adſentio *Pufendorffio*, qui *libro XIV. Rerum Brandenburgicarum cap.* 35. *Vix unquam*, inquit, *magnus miniſter ſubverti poteſt, quin aliqua culpa in ipſum principem redundet, quod non maturo e iudicio, ſed enormi affectu, nondum ſat exploratæ fidei, aut capacitatis, homini ſecurius tantum poteſtatis contulerit, remiſſa cura, quam Princeps nunquam impune exuere poteſt, velut ad quem demum*

Digitized by Google

mum redundat, quicquid a miniſtro ſecius fit. Sicut enim boni ac ſagaces patres familias ab improbis ſæpe famulis, ita optimi vigilantiſſimique principes a miniſtris, quorum fraudes omnes cavere ſupra humanam ſolertiam eſt, decipiuntur, atque hi facilius, quam illi, quo latius reipublicæ, quam rei domeſticæ, cura & adminiſtratio extenditur. Qui multorum hominum ope utitur, multorum fidem ſequi neceſſum habet, & infelix foret, ſi, quoties hæc fides eum fefellit, rationem alienæ perfidiæ reddere cogeretur. Aliquando tamen accidit, ut aliqua culpa penes principem hæreat, atque is etiam facto aliquo ſuo cauſſam & occaſionem ſaltem delinquendi dederit. Tum vero lis ingens oritur, an hæc principis culpa miniſtrum vel plane a pœna liberet, vel ſaltem ad minuendam pœnam iuvet. Deciſio facilior erit, ſi exemplum præmittamus. Princeps miniſtrum fiſco præfecerat, atque in principio ſuſcepti muneris fideli eius opera uſus fuerat, deinde vero ſingulari eius amore captus illum continuo in aula ſua & comitatu habere voluerat, ac invitum & fruſtra ſe excuſantem ſemper lateri ſuo adhærere coëgerat. Ea res fiſci negotiis multum nocuerat, atque rationes miniſtri ita turbarat, ut hic tandem, in ſumma rerum omnium confuſione, quum remedium aliud malo non reperiret, falſa plurima comminiſceretur, ac res nonnullas pretioſas & principi percharas clam ſubtraheret & pignoraret. Aperta fraude, ab advocato fiſci corripitur, de furto, falſis & reſiduis pecuniis accuſatur, atque ad furcæ ſupplicium depoſcitur. Ille crimina iſta negare nequit, ſed, nihil ſe ex pecuniis iſtis in ſuos uſus vertiſſe, inprimis vero factum principis, quod ipſum voragini huic immerſerit, obtendit. Quum hæc controverſia in collegio proponeretur,

Digitized by

tur, disputavimus diu, quid iudicandum esset. Erant, qui factum id principis sufficere ad plene absolvendum reum crederent. Alii contra, nihil plane hoc ei prodesse debere, contendebant. Sed vicit media sententia, ut factum principis non tolleret pœnam, sed mitigaret. Vide *Specimen DXXXIV. de Concursu superioris & inferioris in delicto, medit.* 6. Itaque suspendium reo remisimus, gladio tamen eum propter *L.* 22. *C. ad L. Corneliam de falsis* & *Constit. Caroli V. artic.* 112. feriri iussimus mense Octobri anni CIↃ IↃ CCXX: Daß Inquisit seiner begangenen Missethaten wegen mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode zu bringen. V. R. W. Rat. dec. Es ist peinlich Angeklagter überführet und selbst geständig, daß er 1) Sr. Hochfürstlichen Durchl. die ihn zu Dero Cassirer bestellet, unrichtige Reglements zur Unterschrift præsentiret; 2) Derselben falsche Extracte übergeben, und darinnen auf einige 1000 Thaler Vorrath angesetzet; 3) seine Rechnungen unrichtig geführet; 4) mit den Beamten und Pensionarien sich nicht gebührend berechnet; 5) die nicht ihm, sondern einem andern anvertrauete Schlüssel zu dem in dem Hochfürstlichen Gemach gestandenen eisernen Kasten an sich behalten; 6) 250 Specie-Ducaten daraus genommen und versetzet; wiederum 7) einige kostbare Fideicommiss-Stücke daraus entwendet, und 1533 Thaler 16. ß. darauf entlehnet; 8) eine falsche Obligation auf 800 Thaler unter Sr. Hochfürstlichen Durchl. Namen, mit Nachahmung Dero Hand und Beydruckung des unter einem andern Prætexte überkommenen Cantzley-Siegels, ausgestellet; 9) bey seiner Administrations-Rechnung mit 1421. Rthlr. in Rückstand geblieben; 10) bey seiner Verhaftung 2 Beutel mit Gelde versteckt und verschwiegen, weßhalben denn peinlicher Ankläger, ihn mit dem Strange zu bestrafen, oder allenfalls darüber, ob er nicht solche Gelder in seinen eigenen Nutzen ver-

verwandt, und das Vorgeben, selbige wären alle Sr. Hochfürstl. Durchl. zu gute gekommen, falsch sey, peinlich zu befragen, bittet. Nun möchte wol, gestalten Sachen nach, die peinliche Frage abgehen, da die in Actis vorkommende Umstände des Angeklagten Vorgeben, daß er nemlich die in der Rechnung mangelnde, und die betrüglicher Weise auf Pfänder und falsche Obligationen aufgenommene Gelder in seinen Nutzen nicht gekehret, etwas wahrscheinlich machen. Denn es wird in Actis nicht die geringste Muthmassung angeführet, woraus man schliessen könnte, Inquisit oder seine Frau wären durch Führung einer kostbaren Haushaltung oder andere unnöthige Depensen die herrschaftliche Gelder anzugreifen gezwungen worden. So siehet man auch nicht, daß er irgendswo Güter angekaufet, oder Capitalien gemachet, sondern es erhellet vielmehr das Widerspiel, daß er nemlich nichts in Vermögen habe, theils aus seinem eigenen Bekänntnisse, theils aus dem jetzigen schlechten Zustande seiner Frauen und Familie, worüber er hin und wieder Klage führet. Und, ob zwar aus der von ihm offerirten Caution geschlossen werden möchte, er müsse an einem Orte heimlich Geld stehen haben, weil sonsten ein dergleichen ruinirter Mann nicht leichtlich Bürgen oder Pfande findet, so ist doch solche Muthmassung, da es mit gedachter Caution nicht zu Stande gekommen, höchst ungewiß. Dahingegen führet Inquisit mit vieler Probabilité vor sich an, daß seine Rechnungen in den ersten Jahren seiner Verwaltung, da ihm selbige zu führen genugsame Zeit gelassen worden, in ziemlicher Ordnung geblieben, daß Seine Hochfürstliche Durchlauchten, wie Sie selbst nicht in Abrede seynd, ihn nachgehends zu vielen andern Geschäften gebrauchet, mit auf Reisen genommen, und öfters unter Bedrohung ihrer Ungnade, da er nicht kommen würde, zu sich rufen lassen, auch immer um sich haben wollen, daß er also bey seinen Amts-Verrichtungen nicht bleiben, sondern vielmal

mal davon hinweg gehen, und seiner Frauen die Einnahme und Auszahlung der Gelder anvertrauen müssen, daß er dadurch mit dem Beamten sich recht zu berechnen verhindert worden, daß es ihm auch an Zeit, alle Ausgaben und Einnahmen richtig aufzuzeichnen, gemangelt; daß er die Quitungen und Belege nicht allemal einfordern können; daß seine Rechnungen dadurch in große Unordnung gerathen; daß er, diese Confusion zu verhehlen und Sr. Durchl. Ungnade zu vermeiden, anfänglich einen Ueberschuß, der doch nicht vorhanden gewesen, angegeben; daß er aus eben dieser Ursache, und weil er den wahren Zustand der ihm anvertraueten Cassa recht zu untersuchen keine Zeit gehabt, auch unrichtige Reglements zur Unterschrift præsentiret; daß er bey prestanten Ausgaben den Mangel und Unrichtigkeit der Cassa Sr. Durchl. zu entdecken nicht gewaget; daß er, um nur in Gegenwart sich zu helfen, und in der Hofnung, es künftig unvermerckt wieder zu redressiren, allerhand verbothene Mittel, Geld zu erlangen, gebrauchet; daß er zu diesem Ende die 250 Ducaten, ingleichen die Fideicommiss-Stücke, versetzet, nachgehends die falsche Obligation ausgestellet; daß er die dadurch erhaltene Gelder würcklich zu Herrschaftlichen Ausgaben verwendet; daß die in seinen Sachen und Rechnungen bereits gewesene Confusion durch die Gefangennehmung seiner Person, und Wegführung der Scripturen aus seinem Hause, vermehret worden; daß also die von ihm gefertigte Rechnungen nothwendig unrichtig, mangelhaft und irrig seyn müssen; daß ihm nach der Zeit noch unterschiedenes, welches er zu seinem Schaden ausgelassen gehabt, eingefallen; daß auch von den angegebenen 5421 Rthlr. eine ansehnliche und über 100 Thlr. sich erstreckende Summa compensando abgehe; und daß er endlich selbst nicht wissen könnte, wo eigentlich der Fehler in seinen Rechnungen stecke, und wo die ermangelnde Gelder geblieben. Bey so gestalten Sachen fällt zwar in Ermangelung stärckerer Indiciorum

die ihm beygemessene Verkehrung der Fürstlichen Gelder in seinen eigenen Nutzen, keinesweges aber der Dolus, hinweg. Denn es ist sonder Zweifel ein Dolus, daß Inquisit in ein anderes Amt gegriffen, und den ihm nicht anvertraueten Schlüssel zum eisernen Kasten an sich genommen, daß er die kostbare zur Verwahrung hineingelegte Stücke heimlich herausgenommen; daß er durch deren Versetzung wider seinen Eyd und Pflicht gehandelt, dabey auch die Creditores, denen er solche fremde Sachen versetzet, betrogen; daß er in Verfertigung der Obligation und Nachahmung Sr. Durchl. Hand ein offenbares Falsum begangen; daß er das Hochfürstliche Siegel wiederum gegen seinen Eyd und Pflicht gemißbrauchet; daß er bey seiner Gefangennehmung 2 Beutel mit Gelde unterschlagen wollen, immassen denn die Entschuldigung, ob habe er es in der Meynung, noch einige Besoldung damit zu bezahlen, gethan, nicht die geringste Wahrscheinlichkeit hat. Da nun die Rechte die Lebens Strafe auf das crimen falli, wenn dabey sonderbar gravirliche Umstände vorfallen, setzen, und denn hier nicht allein dergleichen Umstände, sondern auch andere schwere und grobe Verbrechen, concurriren; So haben wir peinlich Angeklagten zwar mit dem Strange verschonet, ihm doch das Schwerdt zuerkannt.

VIII.

Digitized by Google

VIII.

Leviſſimum pœnæ genus videtur, quando princeps vultu, geſtibus, averſando, terga dando, mutatione priſtinæ familiaritatis, offenſam animi ſignificat.

IX.

Mœror inde contractus mortem aliquibus attulit.

Videamus nunc ſingularia illa, quæ in coërcitione miniſtrorum occurrunt. Sunt nempe aliqua pœnarum genera, quæ in aliis perſonis non facile locum inveniunt, ſed a principe ex prudentiæ regulis contra miniſtros ſæpe adhibentur. Huc refero primum, quando princeps ore & geſtibus ſuam erga miniſtrum indignationem declarat. Errat autem, ſi quis credit, non poſſe hoc, niſi per diſtortionem oris & ſannas, fieri. Hoc vili plebeculæ relinquitur. In aulis rectius offenſa ſignificatur. Sufficit ad hanc teſtificandam, ut princeps veterem ac familiarem vivendi cum miniſtro modum mutet, riſu ac iocis, quibus huc usque cum eo uſus eſt, abſtineat, averſetur & terga det, verbisque minus honorificis in colloquendo utatur. Exemplum memorabile habet *Aubery dans les Memoires pour ſervir à l'hiſtoire de la Hollande pag.* 7. *Guillaume, Prince d'Orange, commença de s'appercevoir, que ſes ennemis le ruinoient dans l'eſprit de Philippes, par les froides receptions, qu'il lui faiſoit: mais il en fut aſſez convaincu, lorsque le Roy Philippes étant à Fleſſingue prét de monter ſur le Vaiſſeau, qui le devoit porter en Eſpagne, lui reprocha avec un viſage plein d'indignation, d'avoir empêché l'execution de ſes deſſeins par ſes brigues ſecrettes: à quoy le Prince ayant répondu fort-humblement, que tout s'étoit fait par le naturel mouvement des Etats, le Roy le prenant par le poignet, & le luy ſecoüant, repliqua en Eſpagnol, No los Eſtadós, mas vos, vos, vos, repetant ce vos par trois fois, terme de mépris chez les Eſpagnols, qui veut dire toy, toy en Fran-*

Digitized by Google

çois: *Particularité que j'ay appriſe de mon Pere, qu'il tenoit d'un confident du Prince d'Orange, qui avoit été preſent. Aprés ce cruel réproche, & ſi public, Guillaume n'eut gardé de conduire le Roy dans ſon Vaiſſeau, & ſe contenta de luy ſouhaiter un heureux voyage au Port, étant en ſeureté dans la Ville, où il etoit chérement aimé, & où il y avoit un grand concours de peuple pour voir l'embarquement du Roy.* Viciſſim princeps aliquando miniſtrum, quem odiſſe incipit, honorificentius, quam olim ſuevit, tractat. Novi ego purpuratum, quem princeps familiaritatis cauſſa tu appellare, cuiusque nomen ſimpliciter, non adiecta domini voce, proloqui ſolitus erat, maximo terrore perculſum fuiſſe, quum ſe a principe: *illi*, Sie; compellari nominique ſuo vocem dominus præponi audiret, ac inde certum mutati animi argumentum cepiſſe. Mirifice hoc effert Iacobus patriarcha *Geneſeos XXXI*, 5: *Video*, inquiens ad uxores ſuas, *vultum patris veſtri non eſſe erga me, ſicut heri & nudius tertius.* Equidem pœna hæc multis nulla aut ſaltem leviſſima videbitur. Eſt tamen ſæpe eventu terribilis. Atra cura, mœror, morbi, mors ipſa illam ſubinde ſequuntur. Exemplum memorabile habet *Gratianus de Caſibus virorum illuſtrium pag.* 192. Et refert *Pufendorffius lib.* I. *Rerum Brandenburgicarum cap.* 4. Svarzenbergium comitem, etſi ab Electore, domino ſuo, nihil adhuc adverſi paſſus eſſet, quin & litteras, propitia omnia præ ſe ferentes, accepiſſet, intellecta tamen ex aliis ſignis eiusdem offenſa, animo conſternatum ſtatim horrorem febrilem ſenſiſſe, ac ſexto poſt die apoplexia extinctum eſſe.

X.

X.

Miniſtri aliquando nudis verbis caſtigantur.

XI.

Eius animadverſionis quatuor ſunt genera: admonitio, reprehenſio, obiurgatio & comminatio.

Declarationi offenſæ, quæ vultu geſtibusque fit, proxima eſt ea, quæ verbis exprimitur. Sed & huius diverſi, & quatuor potiſſimum, gradus ſunt: admonitio, reprehenſio ſimplex, obiurgatio cum convitio, & comminatio. Auguſtus apud *Suetonium in vita eius cap. 39. unumquemque equitum rationem vitæ reddere coëgit, atque ex improbatis alios pœna, alios ignominia notavit, plures admonitione, ſed varia. Leniſſimum genus admonitionis fuit traditio coram pugillarium, quos taciti, & ibidem ſtatim legerent.* Quicunque tamen ex his quatuor modis adhibeatur, gravior miniſtro verecundo & honoris amanti pœna erit, quam ruſtico aliquot menſium carcer. Vidimus itaque, qui mœrore hinc contracto itidem contabuerunt, mortemque obierunt. Tiberius Ceraſa, apud *Ianum Nicium Erythræum in Pinacothec. III. cap. 22. pag. 101. muneri, quod ſuſceperat, non ſatisfecit, ſed multa, quæ reprehenderes, admiſit, non quidem ſtudio ac voluntate nocendi, ſed quod prudentia ac rerum uſu careret, aliquid interdum mali faciebat homo minime malus. Denique honorem illum, ad quem tam incitato curſu ferebatur, non valuit attingere, ſed in medio ſpatio, mortis impetu everſus corruit. Eius mortis cauſſam attuliſſe dicitur Clementis Pont. acris quædam ac vehemens obiurgatio, propterea quod vel decreviſſet aliquid iniuria, vel quod quapiam in re illius voluntati non ad nutum præſto fuiſſet.* Huc quoque pertinent, quæ *le Cardinal de Retz dans ſes memoires tom. IV. pag. 206. & 306. narrat: M. de Chavigny, premier Miniſtre de M. le Prince, s'engageoit à la Reine en cas, que M. le Prince ne voulut pas ſe mettre à la*

raiſon, à ne rien oublier pour ſe brouiller avec Monſieur le Prince, qui eut en main l'original de cette lettre, s'emporte contre lui au dernier point; il le traita de perfide, en parlant à lui même. M. de Chavigny, outré de ce traitement, ſe mit au lit, & il n'en releva pas. Inter iſtos vero quatuor caſtigandi modos graviſſimus ex mea ſententia eſt comminatio. Accepi ex ore purpurati cuiusdam Ruſſici, qui adhuc Moſcoviæ vivit, magnum illum Petrum I. per quem Ruſſia ad ſummum gloriæ faſtigium evecta eſt, aliquando, ſe præſente, Menzikofio, miniſtrorum principi, dixiſſe: *Fac rectius in poſterum, Alexander, aut ego te in Siberiam relegabo;* atque hanc reprehenſionem maximi ſupplicii inſtar a ſe habitam fuiſſe.

XII.

Hortatio, ut miniſter ſponte ſe munere ſuo abdicet, conſervato honore

Porro inter leniſſimas coërcitiones numerari poteſt hortatio, ut miniſter ſponte ſe munere abdicet, locum tamen & inſignia priſtinæ dignitatis conſervet. Egregium Octavii Auguſti exemplum ex *Suetonio in vita eius cap.* 35. & *Dione Nicæo ſub finem libri* 52. hic adſcribo: Multi equites, atque etiam ex inferiori plebe, civilium armorum turbulentia intruſi in ſenatum erant, adeo ut ſupra mille numerarentur. Complures poſt necem Cæſaris, tánquam ex commentariis eius, per gratiam aut præmium Antonius adlegerat, hos contumelioſa appellatione vulgus Orcinos vocabat, quod iis nomen fuerat, qui dominorum teſtamentis manu mittebantur. Hæc depelli dedecora publicæ dignitatis intererat: ſed tam multos offendere audaces homines, ac iniuriam haud quaquam æquo animo laturos, periculoſum habebatur. Media excogitata ratio eſt, monuitque Cæſar univerſos, ut ſuæ quisque conditionis atque vitæ iudicem agens, ubi ſe hoc loco indignum reperiſſet, ſponte abeun-

Digitized by Google

abeundo cenſoriam notam lucri faceret. Quinquaginta viris perſuaſum eſt, ut ſemet ipſos excuſarent, idque exemplum animos Cæſari defenſionemque dedit, alios etiam centum quadraginta parem ad modeſtiam adigendi. Neutros notari viſum eſt: poſteriorum tamen nomina publice propoſita: prioribus, quia non repugnaverant, hic quoque pudor remiſſus, indultumque, ut, lato clavo retento, ſpectandi in orcheſtra, publiceque inter ſenatores epulandi, ius haberent.

XIII.

Pœnæ genus eſt, miniſtro titulos honoris, ſtipendium & locum in conviviis relinquere, ſed eundem conſiliis & negotiis arcere.

Eſt aliud pœnæ genus, quod ego quidem gravius illo, de quo in præcedente meditatione dixi, eſſe credo, quod tamen multis, qui otium & tranquillitatem vitæ amant, tolerabile admodum quin exoptandum videbitur, quando nempe princeps miniſtro delinquenti honoris titulos, ſtipendium locumque in aulæ conviviis, ſervat, eundem vero a negotiis conſiliisque excludit. Hanc viam ingreſſus Philippus, Macedonum rex, apud *Polybium lib.* 5. *cap.* 6. Appellem miniſtrum, inſolentius ſe efferentem, coërciturus conviviis interponebat, & ad alios huiusmodi honores vocabat, in conſilia vero & ad deliberationes non admittebat. Similem fere in modum Auguſtus, teſte *Dione Nicæo lib.* 52. Lepidum tractavit, quem nec interfici iuſſit, nec pontificatu, quæ maxima dignitas erat, exuit, ſed invitum rure iuſſit in urbem venire, ac poſtea ſemper in conventum adduxit, ut propter auctoritatis & dignitatis commutationem

nem

nem maiorem iniuriam ſuſtineret, eſſetque ludibrio & deſpectui.

XIV.

Aliquando miniſtri pœnæ cauſſa per ſpeciem maioris dignitatis aut legationis ab aula amandantur.

Honorificentiſſimum pœnæ genus eſt, miniſtrum per ſpeciem honoris maiorisque dignitatis procul ab aula amandare, & quaſi in illuſtre exilium mittere. Iunius Iuvenalis, teſte *Suetonio in vita eius*, ſatyra in Paridem pantomimum compoſita, in ſuſpicionem venit, quaſi tempora figurate notaſſet: ac ſtatim per honorem militiæ, quanquam octogenarius, urbe ſubmotus, miſſusque ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentis Aegypti. Id ſupplicii genus placuit, ut levi atque ioculari delicto par eſſet. Verum intra breviſſimum tempus angore & tædio periit. Pœnam hanc Iuvenali a Claudio Nerone inflictam dicit *vetus Scholiaſtes in Iuvenalis ſatyram 7. v. 92.* Sed *Malalas tom. I. Chronographiæ p. 341.* & *Suidas in Lexico* ex illo Domitianum exilii auctorem faciunt, a quibus omnibus *Henricus Dodwellus in Annalibus Quintilianeis* recedit, &, Iuvenalem ſub Hadriano demum ſatyras edidiſſe, ab eoque in exilium A. C. 119. miſſum eſſe, dicit. Iohannes Ciampolus, Vrbani VIII. pontificis maximi miniſter, apud *Ianum Nicium Erythræum in Pinacotheca altera cap. 19. pag. 67.* quum in tanto eſſet honore & gratia, ac prioris vitæ oblitus ita veteres amicos deſpiceret, ut ſalutantes non reſalutaret, repente de tanto gratiæ faſtigio corruit: neque ſolum ab aula eſt, verum etiam ab urbe, honoris ſpecie, ſubmotus, nam plures illi urbes adminiſtrandæ ſunt traditæ, ac demum Aeſis prætor eſt mortuus. Quam autem intoleranter urbis deſiderium ferret, ſatis dici verbis non poteſt; ſed nullis amicorum precibus, nulla valetudinis

Digitized by Google

nis, qua maxime adverſa utebatur, excuſatione impetrare potuit, ut Romam reverteretur. Cauſſæ, quæ tantam illi invidiam conflarint, multæ afferuntur, ſed eæ inprimis: nimia loquendi libertas, intimæ atque apertæ cum iis amicitiæ, quorum voluntates ab iis, quorum ipſe tempori inſervire debebat, alienæ exiſtimabantur; ac demum, quod mores vultusque nonnullorum, mimica prope ſcurrilitate, imitaretur exprimeretque, quos æquum erat, illum vereri atque metuere. Vivunt ſæpe in aulis exteris ſplendidiſſime legati & oratores, quos principes ſui, non honoris, ſed pœnæ cauſſa, ac ut eos a ſe amoliantur, illuc miſerunt. Tale exilium honorificum fuit legatio Ioannis Everardi Nithardi, cardinalis, ad aulam pontificis maximi. Quem Maria Anna, Philippi IV. Hiſpaniarum regis vidua, e regno expellere coacta, decretum expulſionis ipſa quidem ſignavit, ſed ita temperavit, ut Nithardo honori eſſet. Adſcribam id ex *tomo* 2. *de la Relation des diferens entre D. Jean d'Autriche & le Cardinal Nitard pag.* 13: *Jean Everhard Nitard, Religieux de la Compagnie de Jeſus, mon Confeſſeur, Conſeiller d'Eſtat, & Inquiſiteur General, m'ayant ſuppliée de luy permettre de ſe retirer hors de ce Royaume, quoyque tres-ſatisfaite de ſa vertu, & des autres bonnes qualitez, qu'il poſſede, auſſi bien que de ſon zele & de ſes ſoins à me rendre ſervice: ayant égard à l'inſtance, qu'il m'en a faite, & pour d'autres conſiderations, je luy ay accordé la permiſſion, qu'il m'a demandée pour ſe retirer, où bon luy ſemblera; mais deſirant, qu'il le faſſe avec toute la bienſeance & l'honneur, qui eſt dû à ſes dignitez, & ſur tout à ſon merite; j'ay reſolu qu'il prenne le titre d'Ambaſſadeur extraordinaire de cette Cour en Alemagne ou à Rome, lequel il luy plaira choiſir, ſans ſe démettre d'aucune de ſes charges, ni des émoluméns, qu'il en retire. A Madrit le* 25. *Fevrier* 1669. *LA REYNE.* Poterunt quoque huc referri, quæ *in Menagianis tom. II. pag.* 342. narran-

tur: *M. le Marquis de Liche étoit Ambaſſadeur d'Eſpagne à Rome malgré lui. C'etoit le Duc de Medina Celi, prémier Miniſtre, qui l'y rétenoit, parce qu'il apprehendoit ſon eſprit & ſes intrigues. Pendant tout le temps de ſon Ambaſſade il fit tout ce, qu'il put, pour chagriner le Pape Innocent XI. croyant, que c'etoit le meilleur moyen pour ſe faire rappeller; mais il ne put en venir à but. Il tomba malade ſur ces entrefaites, & envoya chercher le Medecin du Pape. Un de ſes amis, qui ſavoit qu'en Italie les Medecins, & tout ce, qui leur reſſamble, ſont encore plus à craindre que dans aucun païs de la Chretienté, dit au Marquis: A quoi ſongez-vous d'envoyer chercher le Medecin de votre ennemi? Eſt ce pour abreger votre vie? C'eſt pour cela même, lui dit il, & vous pouvez bien penſer, que je n'envoyerois pas chercher le Medecin du Pape, ſi je n'etois pas de vivre. Le Pape ayant appris cette hiſtoire envoya Favoriti faire compliment au Marquis ſur ſa maladie. Il lui dit, que ſa Sainteté ſoubaitoit ſa convaleſcence avec autant de paſſion, que ſon rappel. Vous pouvez juger par là, ajoute Favoriti, ſi le Pape, qui a fait tant d'inſtance à Madrit pour vous faire rappeller, a envie que vous vous portiez bien.*

XV.

Pœnæ genus eſt, miniſtrum in eo, in quo ab initio poſitus fuit, honoris gradu relinquere, aliosque pares vel inferiores ſuper eum evehere.

Lenioribus coërcitionibus adnumero ademtionem muneris & dignitatum, quippe quæ princeps auferre ſine omni cauſſa poteſt. Sed & huius pœnæ diverſi ſunt gradus, quorum infimus videtur, quando princeps offenſus retinet quidem in ſervitio ſuo miniſtrum, ſed in eo, in quo eum ab initio collocavit, loco relinquit, nec ad altiora adſpirare patitur, pares vero & inferiores ſupra eum evehit, quin ipſum aliquando iis parere iubet. Verum hoc ſupplicium eſt magno & generoſo animo gravius, quam mors ipſa.

ipſa. Bonifacius Vannozzius, apud *Ianum Nicium Erythræum in Pinacotheca altera cap.* 64. *pag.* 194. fideliter liberaliterque ſerviendo ita Gregorii XIV. Pontificis gratiam promeruerat, ut ab illo iis ſacerdotiis locupletatus ſit, unde ſcuta mille quotannis redibant; ac ſine dubio Cardinalis etiam honore cohoneſtatus fuiſſet, niſi quædam calamitas interveniſſet, quæ de tanta tamque explorata ſpe illum everteret. Statuerat omnino Pontifex, proximis comitiis in Cardinalium eum ordinem cooptare; ac rem cum eo communicaverat: ſed ſimul egerat, ne ſua cuiquam conſilia faceret palam; volebat enim, ea eſſe clam omnes: atque Bonifacius ſerio propoſuerat, Principis arcanum, ſuæ fidei creditum, ita ſuo in pectore clauſum ac conſtructum habere, ut indidem illud ſalvum poſſet auferre, quum vellet; ſed propoſitum tenere non valuit, Cardinalis Sfondrati ſibi precibus imperioque ereptum; qui ardebat cupiditate incredibili, cognoſcendi eorum nomina, qui eſſent cooptandi; nolebat enim prætermitti amicum quendam, cordi ſuo cariſſimum. At Pontifex, ubi eum comperit tacere nequiſſe, quum maxime erat opus mutito, accerſitum ad ſe compulit, ex ſchedula, in qua candidatorum nomina erant deſcripta, ſua ipſius manu ſuum nomen delere, & illius ſubſtituere, pro quo Cardinalis Sfondrati laborat. Itaque ad fidem, quam prodiderat, vindicandam non alius eſt carnifex præter ipſum adhibitus.

XVI.

Proxima huic pœna eſt imminutio dignitatis, item ſalarii.

Proximus ſuperiori illi pœnæ gradus eſt, quando princeps miniſtrum quidem in ſervitio retinet, ſed vel dignitatem, vel ſtipendium, vel aliquando utrumque, imminuit. Et in militibus quidem hoc frequens eſt, daß der Officier wieder die Musquete tragen, und Schildwache ſtehen muß, in togatis vero militibus ſeu miniſtris id raro accidit. Ple-

rumque honor iis ac priſtina dignitas relinquitur, ac ſaltem de annua penſione quid detrahitur. Quam ægre iis, qui hanc ſtipendii deminutionem patiuntur, per hoc fiat, unusquisque intelligit; noſtra inprimis ætate, ubi in aulis, municipiis, templis, academiis, ſcholis, de nulla re anxie magis, quam de augendo ſalario, laboratur, omnesque, ut ſuo quid adiiciatur, vel aperte vel oblique quærunt. Multum hac in parte degeneravimus a veterum frugalitate, cuius notabile exemplum *Tenzelius* in den monathlichen Unterredungen *anni* 1695. *menſis Martii pag.* 227. ex litteris Wilhelmi, Landgravii Haſſiæ, ad fratrem Philippum excerpſit: Ob wol unſer Herr Vater Gottſel. vor ſeiner Cuſtodien faſt des gangen Reichs, und ſonderlich der Schmalkaldiſchen Bündniß-Sachen, dazu auch die beſchwerliche Rechtfertigung mit Naſſau auf ſich liegen gehabt, hielt Se. Gn. dazumal am Hof nicht mehr *Doctores*, als *D.* Waltern, dem gab Se. Gn. 50 fl. und dem Cangler 50 fl. hielt darneben einen *Secretarium*, als Simon Bürgen, der dienet länger als 20 Jahr ohne alle Beſoldung.

XVII.

Ademtio muneris per ſe pœna non eſt, ſed ex arbitrio principis pendet.

XVIII.

Tunc tamen, quando ob delictum decernitur, pœna fit.

XIX.

Solet eidem plerumque alia pœna, ut interdictio novorum bonorum, aut mulcta, adiici.

De

Digitized by Google

De ſimplice ademtione muneris nihil dicam in præſens. Qui eam patitur, miniſter delinquens non poteſt de rigore nimio queri, quum principi, miniſtrum etiam recte facientem dimittere, ſemper liceat. Quoniam ergo hæc dimiſſio pœna proprie non eſt, ſolet plerumque aliud pœnæ genus adiici, quod illam aſperiorem reddat, ut intercluſio aditus ad novos honores, mulcta &c. Hunc in modum animadverſum eſt in magnum illum Angliæ cancellarium, Franciſcum Baconem Verulamium, quem non tam ob propria delicta, quam ob nimiam in domeſticos indulgentiam, a quibus aditum ad ſe, ſententias ſuas & beneficia vendi paſſus erat, ſenatus regni Anglici, qui Parlamentum vocatur, munere privavit, a conſeſſibus parlamenti excluſit, magna pecuniæ ſumma mulctavit, indignum, qui honores inpoſterum gereret, declaravit, & per hoc ad mendicitatem adegit. Vide *le Vaſſor Hiſtoire de Louis XIII. tom. 4. lib.* 16. *pag.* 98. *&* 101. & *Rapin Thoyras Hiſtoire d'Angleterre tom. 7. lib.* 18. *pag.* 141.

XX.

Privationi muneris adiici ſolet ademtio nobilitatis, ordinis equeſtris aliarumque dignitatum.

Baconi tamen, de quo in præcedente meditatione dixi, dignitatem baronis & vicecomitis relictam fuiſſe, *Rapin Thoyras loco alleg.* teſtatur. Alias ſæpe miniſtri, quando de faſtigio ſuo deturbantur, ſolent ſimul nobilitate, equeſtri ordine, & aliis dignitatibus, quibus ſtipendium adnexum non eſt, ſpoliari. *Le Pere Honoré de Sainte Marie dans ſes Diſſertations hiſtoriques & critiques ſur la Chevalerie ancienne & moderne, ſeculiere & reguliere, lib.* 2. *diſſert.* 7. obſervat, recepti in Gallia iuris eſſe, ut, ſi quis eques ad mortem damnetur, inſignia equeſtris ordinis ei ante ſupplicium auferantur: *En France on ne fait point mourir un Chevalier*

condamné par la Juſtice, ſans auparavant lui ôter le collier & les ornemens de Chevalerie. C'eſt ainſi qu'on en uſa l'an 1475. *lorsque Louis de Luxembourg, Comte de S. Paul, Connetable de France, fut condamné à perdre la tête; car il fut ordonné, qu'avant l'execution il rendroit à Pierre Doriole, Chancellier de France, le collier de l'Ordre de S. Michel. L'arret de mort, qui fut donné le* 3. *Aout* 1551. *contre Oudart de Riez, Marechal de France, à cauſe, que le Seigneur de Vervins ſon gendre avoit rendu Bologne aux Anglois, portoit, qu'avant d'etre executé il rendroit le collier & la croix au Heraut d'armes. Ce Seigneur, s'étant iuſtifié, fut remis en liberté. Cette formalité fut pareillement obſervée à la condamnation de mort prononcée le* 31. *Iuillet* 1602. *contre Charles Gontaut, Duc de Biron, & Marechal de France.* Hoc tamen non ſingulare in Gallia, ſed per totam Europam in uſu eſt.

XXI.

Princeps miniſtro delinquenti nobilitatem & alias dignitates, quas ab exteris principibus accepit, adimere nequit.

XXII.

Poteſt tamen edicere, ne in ſuis terris pro nobili, equite &c. reputetur.

Dum exempla, quæ præcedentem meditationem illuſtrare poterant, requiro, incido in *A. de la Motraye tomum II. des Voyages cap.* 19. *pag.* 417. atque ibi ſententiam, contra Georgium Henricum Gœrtzium, primum Caroli XII. Sueciæ regis miniſtrum, latam reperio, atque, ante eius exſecutionem Gœrtzio nobilitatem, dignitates omnes ac

Digitized by Google

ac insignia equestris ordinis ademta fuisse, animadverto: *Le Baron de Goerts fut condamné à avoir la tête tranchée au pied du gibet situé sur le grand chemin, hors de la Ville, où on execute les Voleurs & les Brigands, & à y etre même enterré. On lui en lut la Sentence le* 11. *de Mars, après l'avoir degradé de tous ses Titres, tant naturels, qu'acquis, & entre ces derniers lui avoir ôté l'Ordre de l'Orange, dont le Roi de Prusse l'avoit honoré, & qui fut renvoyé à Sa Majesté Prussienne. La substance de cette Sentence etoit, que George Henri Goerts étoit condamné à perdre la tête & à etre enterré par les mains du Bourreau public, au pied du gibet, pour avoir rendu suspecte au feu Roi la fidelité de ses Sujets; pour avoir detruit dans l'esprit de ce Prince la confiance, qu'il avoit au Senat, aux Colleges du Comtoir d'Etat, de la Chancellerie de la guerre, &c. & éloigné par ce moyen de l'administration des plus importantes affaires les personnes les plus zelées pour le service de Sa Majesté & le bien public; pour l'avoir encouragée à continuer la guerre par ses pernicieux conseils, & les voyes tiranniques, qu'il avoit inventées & l'abus de l'autorité, que Sa Majesté lui avoit donnée; pour avoir mis la dissension & la mesintelligence entre Elle & les plus sinceres & meilleurs Amis de la Suede; depouillé ses sujets de leur bon argent & autres effets solides & réels, qui leur restoient. En un mot pour etre l'auteur des plus grands malheurs; & autres capitales raisons extraites de ses papiers & actions. Il entendit la lecture de cette Sentence, à ce, que m'a assuré sa femme, avec un visage serein & une fermeté d'ame extraordinaire.* Supplendus vero est hic locus ex *tomo I. des Memoires de Charles-Louis de Pœllniz pag.* 91. *sq.* ubi Gœrtzius contradixisse huic privationi nobilitatis memoratur: *Etant monté à lechaffaut, un Officier de Justice lut à haute voix un papier, dans lequel il étoit dit, qu'il étoit degradé de Noblesse, & que l'ordre de la Reine étoit, qu'il eut la tête tranchée. Ah! dit il, je suis nè Baron libre de l'empire, la*

Suede

Suede ne ſauroit m'oter ce, qu'elle ne m'a pas donné; l' Empereur ſeul ſeroit en droit de me degrader, s'il étoit vrai, que je l'euſſe merité. Quæſtio hinc naſcitur, utrum princeps nobilitatem ac alias dignitates, quas reo non dedit, auferre queat. Nego hoc, quoniam naturalis ratio poteſtatem principis intra cancellos regni ſui aut provinciæ coërcet, atque ad ea ſola, quæ ex ipſius arbitrio pendent, reſtringit. Licebit tamen principi ſine dubio edicere, ne is miniſter, quem punit, in ſuis terris pro nobili aut equite reputetur, ſed dignitatibus omnibus, quas etiam ab exteris principibus acceperit, excidiſſe cenſeatur.

XXIII.

Manu ipſius principis vapulare, pœna eſt, ſed non tam ignominioſa, ut a quibusdam creditur.

Caſtigatio, quæ verbis fit, plerisque tolerabilis videtur. Nonnunquam vero principes ad verbera progrediuntur, & manu, aliquando etiam fuſte, miniſtros delinquentes percutiunt. Id quod, maxime ſi fuſte fiat, multi ſupplicium morte ipſa gravius eſſe putant. Exemplum Carolus I. Magnæ Britanniæ rex, dabit, de quo hæc in *Theatro Europæo tom.* 5. *pag.* 77. narrantur: Von Oxfort hatte man Nachricht, daß, als der König daſelbſt den Oberſten Friedling, welcher die Stadt Reading, als fürhin gemeldt, übergeben, für ſich bringen laſſen, und ſelbſt mit einem Stock ihn geprügelt, da habe beſagter Obriſter ihm ins Angeſicht geſaget, daß dieſer Schimpf gröſſer wäre, dann der König ihm könnte *Satisfaction* geben. Begehre deßwegen des Königs Gnad, ihn alſobald uſhencken zu laſſen: und ob er zwar zum hencken *condemniret* worden, haben jedoch die meiſten Officirers und Soldaten ihr Leben darbey auffſetzen wollen, um ihn bey dem Leben zu erhalten, weil er, in währender Belägerung Reading, wie ein ehrlicher *Commendant* ſich verhalten hätte. Et grave quidem eſt utique, a principe vapulare. Si tamen tale quid alicui con-

contingat, is cogitet velim, reges principesque inſtar parentum eſſe, verbera vero, quæ quis a parentibus patitur, pro iniuriis non reputari, nec quidem a nobilibus viris & ſtudioſis adoleſcentibus, qui, etſi ſecundum gladiatorias leges ſuas nullum inter ſe plagipatidam, ut *Plauti* voce *in Captivis actu* 3. *ſcena* 1. *v.* 12. utar, ferant, horum tamen, quos parentes verberarunt, exiſtimationem illæſam exiſtimant, eosque a ſe non ſegregant. Cogitet porro, Iunoni, maximæ deæ, ignominioſum non fuiſſe, nec cultui eius offeciſſe, quod Iupiter ei apud *Homerum Iliadis lib.* 1. *v.* 567. & 588. item *lib.* 15. *v.* 17. nonnunquam præpotentes manus iniecit, ac verbera ingeſſit.

XXIV.

Miniſtri delinquentes exilio puniri poſſunt.

XXV.

Quæ pœna tamen maxime eſt inconſulta.

XXVI.

Exilium bonam de miniſtro opinionem auget magis, quam conſumit.

Quanquam, ſolitas & legibus ſtatutas pœnas in miniſtris principum quoque locum invenire, ſupra dixerim, parum tamen abeſt, quin exilium & relegationem in exteras terras excipiam. Prudentiæ regulæ profecto, ne hæc pœna miniſtro infligatur, intercedunt. Miniſter enim relegatus capitale odium adverſus principem, a quo relegatur, & flagrantiſſimum ultionis deſiderium ſecum aufert, atque in ipſo exilio opportunitatem utrumque explendi reperit. Habet enim exul mille nocendi occaſiones. Poterit, quod leviſſimum eſt, maledicere de priſco dōmino, & exiſtima-

Digitized by Google

tionem eius opprobriis, ſive veris ſive falſis, apud exteras gentes minuere; poterit arcana domus & dominationis, ſibi olim concredita, aperire, poterit hoſtes vel veteres concitare, vel novos excitare, poterit iisdem vias, quæ ad invaſionem patriæ olim ſuæ maxime patent, commonſtrare, poterit, quæ loca reipublicæ firma ſint, quæ præſidio nudata, Galli *le fort & le foible* dicunt, manifeſtare, poterit per amicos, quos reliquit, inteſtina diſſidia, tumultus, ſeditiones conflare, &c. Dionyſius, Siculorum rex, apud *Plutarchum in vita Dionis*, Dionem, adfinem ſuum ac primarium miniſtrum, cuius ad Carthaginenſes, Siculorum hoſtes, litteras interceperat, exilio, ſed providentiſſime, puniturus, nihil tale cogitantem quaſi ambulatum familiariter ad mare ducit, oſtenſaque epiſtola, perfidi m eius increpat, ipſum excuſationem parantem, cymbæ, ut erat confeſtim, ne cum aliquo ante colloqueretur, impoſitum in Italiam avehi iubet, opes tamen relictas & mancipiat, offenſam eius leniturus, ſummittit. At Dion ne quaquam mitigatus graviſſimum bellum conflat, atque Dionyſium armis e Sicilia expellit. Adde *Cornelium Nepotem in vita Dionis*, qui tamen maxime *in capite* 4. quædam paulo aliter narrat. C. Marcius Coriolanus, exul apud *Livium lib.* 2. *cap.* 35. *ſqq.* Romam, patriam ſuam, e qua eiectus fuerat, perdidiſſet, ni muliercularum precibus lacrimisque fractus fuiſſet. Themiſtoclis exilium, quod toti Græciæ pene exitium attulerit, *Cornelius Nepos in Themiſtocle Capite ult.* narrat. Et errat profecto, qui credit, gloriam & dignitatem, qua miniſter florentibus rebus ſuis enituit, exilio conſumi. Auget illam potius, & renovat priſcorum meritorum memoriam, accedens ex calamitate præſente miſeratio. Annibalem patria excedentem omnes, quacumque ibat, honorifice excipiebant. *Diodorus Siculus in fragmentis, ab Henrico Valeſio editis:* Annibal, ait, ſola fama ſua, iam

iam aliis ornamentis amiſſis, toto orbe habitabili erat ſpectabilis, per ſingulas civitates unoquoque ad intuendum tantum virum feſtinante. Scipionem vero, a quo victus eſt Annibal, quum in voluntario exilio Litorni degeret, narrant magna cum veneratione ſpectatum a piratis, qui hac una de cauſſa litus iſtud petierant, ſicut & voto potiti ſine maleficio diſceſſerunt.

XXVII.

Aliquando miniſtri, qui maleficiis ſuis vicinos principes & respublicas læſerunt, noxæ deditione puniuntur.

Aliquod pœnæ genus dici poterit noxæ, ut ſic loquar, deditio, quando ſcilicet princeps miniſtrum, qui vicinum principem aut rempublicam læſit, læſis ſatisfactionem poſcentibus exhibet, eorumque arbitrio permittit. Iuſtum hoc eſſe, ex *L.* 1. §. 6. & *L.* 3. *pr. de Publicanis* demonſtrat, atque ſuffragiis plurimorum auctorum firmat *Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia cap.* 10. §. 21. *n.* 36. Licet vero dubitari poſſet, an iſtæ leges appoſitæ huc trahantur, quin tamen illa deditio miniſtri delinquentis iuris publici, ſeu fecialium, apud Romanos fuerit, ex oratione Spurii Poſthumi, viri conſularis, apud *Livium lib.* 9. *cap.* 9. *n.* 3. diſcimus. Exempla quoque huiusmodi deditionum in *Livio dicto lib.* 9. *cap.* 10. *Floro lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 7. & recentiſſimum in *Lamberti Memoire pour ſervir à l'hiſtoire du XVIII. ſiecle tom. IV. pag.* 470. & 473. reperies.

XXVIII.

Mitiſſime cum miniſtro agitur, qui ſaltem, ut fiſco & privatis, quos læſit, ſatisfaciat, adigitur.

Illi denique principes, qui mitiſſime cum miniſtro delinquente agere volunt, pœnam nullam exigunt, ſed ſaltem, ut & ſibi & priviatis, quos facinoribus ſuis læſit, ſatisfaciat,

Digitized by Google

compellunt. Nequit ergo de duritie domini ſui queri miniſter, qui cum fiſci detrimento ditatus, opes iniuſte partas in fiſcum inferre cogitur. Venit hic in mentem egregium Theodebaldi, Galliæ regis, dictum, quod *Baugier in Vol. I. des Memoires hiſtoriques de la Province de Champagne* hoc modo refert: *Quoique Theodebald fut infirme de corps, il ne laiſſoit pas d'avoir l'eſprit vif & intelligent pour les affaires. Il le fit connoitre un jour à un de ſes domeſtiques, qu'il ſoupçonna de s'être trop enrichi au maniement de ſes Finances: Vn ſerpent, lui dit il, s'étant un jour gliſſé dans une bouteille pleine de vin, en but ſi abondamment, qu'étant devenu trop gros & trop enflé, il n'en pouvoit plus ſortir: le maitre de la bouteille le voyant en cet état lui dit: revomi ce, que tu as pris de trop, & tu ſortiras de la bouteille auſſi aiſement, que tu y es entré.*

XXIX.

Intereſt ſæpe principis ac reipublicæ, ne crimina, ob quæ miniſter punitur, manifeſtentur.

XXX.

Poterit tunc ſententia publicari ac ſupplicium ſumi, nulla criminum commiſſorum mentione adiecta.

Sæpe crimina, quæ miniſter commiſit, eiusmodi ſunt, ut pudorem principis onerent, atque, ſi manifeſtentur, exiſtimationi eius maculam adſperſura ſint, aut etiam ex publicatione eorundem offenſa vicinorum principum metuatur, aut denique ea reticeri reipublicæ interſit, ne arcana dominationis cum maximo regni detrimento prodantur. Quid tunc faciendum principi? Varias cautiones adhibitas paſſim in hiſtoriis reperies, ex quibus ſimpliciſſima mihi atque optima videtur, qua Turcarum Perſarumque reges &

alii

alii ad orientem monarchæ uti ſolent, ut ſcilicet ſententiam mortis promulgent, ac ſupplicium ſumant, nulla criminum commiſſorum mentione adiecta. Cui mori & ſolito iudiciorum ordini populi eorum ita adſueti ac de iuſtitia principum ſuorum tam certum perſuaſi ſunt, ut, damnatos pœnam meruiſſe, nec dubitent quidem. Vide *Sanſons* Jetzigen Staat des Königreichs Perſien, qui libellus *Olearii* Perſianiſcher Reiſe-Beſchreibung adiunctus eſt, *pag.* 26. *ſq.* & *Thevenotii Itinerarium orientale Part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. Idem principibus noſtris licet, eo magis, quod iura noſtra magiſtratibus etiam inferioribus neceſſitatem rationes ſententiarum ſuarum edendi remittunt, *cap.* 15. *X. de Sententia & re iudicata, L.* 59. *de Re iudicata.* Vide *Specimen* 469. *de Publicatione ſententiæ, medit. ult.*

XXXI.

Solent aliquando principes tunc, quum verum miniſtri delictum ſine dedecore aut periculo manifeſtari nequit, in damnatione aliud fingere,

XXXII.

Vel levius delictum, quod alias impune ferri ſolet, ſubſtituere.

Poterant quidem principes, quemadmodum dixi, ſententiam ferre in miniſtros delinquentes & exſequi etiam, omiſſa criminum, quæ commiſerint, mentione. At nolunt hoc plerumque, & credunt communiter, inglorium ſibi futurum, ſi quem ſine cauſſæ publicatione damnent, locumque ſuſpicioni, inſontem damnatum fuiſſe, faciant. Quod malum ut evitent, variis artibus utuntur, inter quas communiſſima eſt, ut, diſſimulato vero crimine, aliud fingant,

Digitized by Google

aut ſaltem tale prætexant, quod alias impunitum reliquiſſent. Vetuſtiſſimus iam hic mos eſt. Alexander M. apud *Iuſtinum lib. 12. cap. 7.* & *lib. 15. cap. 3.* Calliſthenem & multos Macedonum principes, qui adorare regem recuſabant, ſub ſpecie inſidiarum ſibi ſtructarum interfecit. *Pufendorffius Rerum Brandenburgicarum lib: 14. cap. 35.* vera crimina, quæ Petrus Schumacherus, Greiffenfeldii comes, Daniæ regis cancellarius, commiſerat, enumerans, addit tamen: *Sed plura ob ipſius Regis reſpectum, & quia Regina mater in quibusdam rebus conſilia cum eo contulerat, utpote quæ bellum inter filium & futurum generum declinari optabat, ſupprimebantur, quæ neque iudicibus, neque advocato fiſci ommunicabantur.* Plenius hæc exponit *du Mont dans le Memoire pour ſervir à l'hiſtoire de la paix de Ryswick tom. 4. pag. 170. Il comparut pour la premiere fois devant les Commiſſaires, que le Roi avoit nommez pour lui faire ſon procés, & ſe trouva accuſé par le Fiſcal de divers crimes, particulierement de concuſſion & de peculat, comme ayant vendu la Iuſtice & les Offices à ceux, qui avoient moyen d'acheter l'un & l'autre. Cette accuſation le ſurprit, car on n'avoit peut-etre jamais vu jusqu' alors un Grand Chancelier d'une Couronne arreté & pourſuivi criminellement ſur de pareilles choſes; d' ailleurs, comme il n'ignoroit pas de quoi il étoit queſtion dans le fonds, il s'étoit attendu à quelque choſe de bien plus grave. Il connut donc bien, que ce n'etoit qu'un pretexte, que la Cour avoit mis en avant, pour n' être pas obligée de laiſſer verbaliſer, & enregiſtrer publiquement des Secrets d' Etat, mais, comme ce pretexte n'étoit que trop ſuffiſant, pour le mener à la mort; il demanda un Procureur de l'ancre, du papier & un delai de quelques jours, afin de pouvoir mettre ſes defenſes par ecrit.*

XXXIII.

Digitized by Google

XXXIII.

Princeps pœnam miniſtri, quam ipſe expetere iuſtis cauſſis impeditur, in ſucceſſorem differre atque huic commendare poteſt.

XXXIV.

Davidem hac in parte recte feciſſe, contra Baylium oſtenditur.

Nonnulli principes, dum ipſi, pœnam ſumere a miniſtro delinquente, pudore, bono publico, memoria bene meritorum vel alia cauſſa impediuntur, illam cautionem adhibent, qua David, Iſraëlitarum rex, bis in Ioabo, 1 *Regum II*, 6. & Simei, 1 *Regum II*, 9. uſus eſt, ut ſcilicet pœnam in ſucceſſorem differant, atque huic etiam per ultimam voluntatem commendent. Scio equidem eſſe, qui Davidi hoc factum vitio vertant, inter quos *Bayle* inprimis eſt, qui *in Dictionario art. David, lit. I.* ſic ait: *David a eu ſes taches: & il n'eſt pas jusqu' à ſes dernieres paroles, où l'on ne trouve les obliquitez de la Politique. Prenez bien mon ſens; je ne veux pas dire, que David en cet état ne parloit point ſelon ſes penſées: mais que la maniere franche & nette, dont il ouvrit ſon coeur, témoigne qu' auparavant il avoit ſacrifié en deux rencontres remarcables la iuſtice à l'utilité. Il avoit clairement connu, que Joab meritoit la mort, & que l'impunité des aſſaſſinats, dont cet homme avoit les mains teintes, étoit une iniure criante, faite aux loix & à la raiſon. Joab neantmoins avoit conſervé ſes charges, ſon credit, ſon autorité. Il étoit brave, il ſervoit fidelement & utilement le Roi ſon maitre; on pouvoit craindre de facheux mécontentemens, ſi l'on entreprenoit de le châtier. Voila des raiſons de Politique, qui firent ceder les loix à l'utilité. Mais lorsque David n'eut plus beſoin de ce General, il donna ordre, qu'on le fit mourir, ce fut un des articles de ſon teſtament. Son ſucceſſeur Salomon fut chargé d'une ſemblable execution contre Simei. Cet homme ſachant, que David ſe ſauvoit*

Digitized by Google

voit de Jeruſalem en grand deſordre, à cauſe de la revolte d'Abſolon, le vint inſulter au beau milieu du chemin, & lui fit des reproches encore plus dures, que les pierres, qu'il lui jettoit. David ſoufrit cette iniure fort patiemment, il y réconnut, & y adora la main de Dieu avec des marques d'un pieté ſinguliere; & lorsque ſes affaires furent rétablies, il pardonna a Simei, qui fut des premiers à ſe ſoumettre, & à implorer ſa clemence; David lui iura, qu'il ne le feroit point mourir, & il lui tient ſa parole juſqu' au lit de mort: mais ſe voyant en cet état il chargëa ſon fils de faire mourir cet homme; preuve evidente, qu'il ne l'avoit laiſſé vivre, que pour s'attirer d'abord la gloire d'un Prince clement, & puis afin d'eviter, que perſonne ne lui reprochât en face d'avoir manquer de parole. Je voudrois bien ſçavoir, ſi dans ſa rigeur des termes un homme, qui promet la vie à ſon ennemie, s'aquite de ſa promeſſe, lorsque par ſon teſtament il ordonne de le tuer. Ego vero Davidem recte feciſſe, dico. Ioabus bina homicidia commiſerat, Simei perduellis erat. Illius ſupplicium lex divina poſcebat; in hoc ut exemplum ſtatueretur, ſalus publica & ſecuritas filii ac ſucceſſorum in regno exigebant. David ipſe eos punire ob graviſſimas cauſſas non poterat. Diſtulit ergo pœnam, non remiſit, ſed filio præcepit. Exemplum ſimile vide apud *Gratianum de Caſibus virorum illuſtrium pag.* 338. *ſqq.*

XXXV.

Poterit princeps iniuſtum Davidis contra Vriam factum iuſte contra miniſtrum facinoroſum, quem publice punire non audet, imitari, atque hunc puniendum ad alium cum occultis mandatis ablegare.

Aliud factum Davidis, aperte quidem improbum, poterit tamen ex legitimis cauſſis in exemplum trahi. Notum ſcilicet eſt, quid David Vriæ fecerit, ac quomodo illum

Digitized by Google

illum ad Ioabum cum mandatis, ut hic necem procuraret, miſerit, 2 *Sam. XI, 15.* peccaſſe Davidem graviter, nemo dubitat. Poſſet tamen princeps Davidem ſine peccato imitari, atque miniſtrum ſuum flagitioſum, ſed præpotentem & callidum, cui nec pœnam imponere audet, nec parcere ſine ſua & reipublicæ pernicie poteſt, ad alium cum occultis mandatis puniendum ablegare. Nec exempla in hiſtoriis deſunt. Audiamus Brunonem in Hiſtoria belli Saxonici apud *Freherum in tomo I. Scriptorum rerum Germanicarum pag. 102. ſq.* hæc de Henrico IV. Cæſare narrantem: *Novi quendam de familiaribus Regis, qui aliquando de curia venit ad fratrem ſuum, frater autem ille Epiſcopus erat, & quaſi iactando fratri ſuo narrabat, quod nullus eſſet in curia, qui magis, quam ipſe, eſſet in Regis gratia. Quod quum frater eius Epiſcopus libenter audiret, eum diligenter admonet, ut gratiam Regis omnibus modis tentare quæreret, quia & ipſi honeſtum, & omnibus ſuis utile eſſet. Facerem, dixit ille, ſi ſimul cum gratia terreni Regis poſſem tenere gratiam cæleſtis. Sed veraciter, inquit, agnovi, quod, ſi quis huius Regis familiariter habet gratiam, habere non poterit æternam vitam. Igitur paulatim ſe ſicut prudens a curia ſubtrahebat, & iam minus & minus ad ſecreta Regis accedebat, & nec omnia aberat, nec, ſicut erat ſolitus, frequens aderat. Quem ubi Rex minus aſſiduum vidit in ſuo ſervitio, cauſſam, quare faceret, non inquirit; nec ei quicquam malæ voluntatis oſtendit: ſed ſuo iam volens parcere ferro, quærebat eum perdere enſe alieno. Itaque pro qua cauſſa ficta vel vera neſcio, miſit eum ad Regem Ruſſiæ. Quam legationem ille libenter accepit, primum quod per hoc quaſi probavit, ſe a gratia Regis non abeſſe, cui ſecreta non dubitaret, ut antea, credere; deinde quod ſperavit, ſe legationis huius labore meriturum, ut legatione proſpere facta reverſus, non parvum a Rege deberet accipere beneficium; nec hæc etiam minima fuit cauſſa, quod libenter aberat a curia. Igitur perrexit, nec adhuc, quid de ſe diſpoſitum fuiſſet, intellexit. Poſt aliquot vero dies quum veſpere declinaſſet in diverſorium, iubet ſibi bonum parari convivium:*

Digitized by Google

quumque iam comites eius aliquantulum bibiſſent, exilivit Sclavus quidam, vilis perſona, &, Neſcio, dixit, quid eſt, quod ego porto, quod Epiſcopus Eppo mihi dedit, &, ut Regi, ad quem miſſus vadis, darem præcepit. Quod quum ſibi ille monſtrari rogaret, protulit Sclavus epiſtolam, Regis imagine ſigillatam. Ille nil moratus ſigillum fregit, clericum ſuum, quid illæ litteræ vellent, exponere ſibi præcepit. Clericus legit, & expoſuit. Hic autem ſenſus erat in litteris: Scias in hoc te maxime, qualis amicus mihi ſis, poſſe monſtrare, ſi hoc effeceris, ut iſte meus nuncius nunquam in meum regnum poſſit remeare, quod utrum æterno carcere, vel potius efficias morte, nihil puta differre. Litteris itaque conſumtis igni, ipſe lætus iter ſuum peregit, legationem prudenter implevit, non parvo munere donatus rediit, domino ſuo Regi regalia dona portavit. Equidem Bruno, maledicentiſſimus Henrici IV. obtrectator, uti omnia Henrici facta, pontifici Romano, intenſiſſimo Henrici hoſti, gratificaturus, damnat, ablegatum illum innocentem fuiſſe, perhibet. Quod mihi veriſimile non videtur. Credo magis, Henricum, magnanimum principem, ab homine iſto offenſum, punire tamen eum vel amoliri a ſe ſine periculo non potuiſſe, atque adeo Davidis improbum factum licite in cauſſa bona imitatum eſſe.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
IN
VOLVMEN VIII.

A.

Ablatio eſculentorum.

Ablatio eſculentorum, quæ veſcendi animo fit, furtum non eſt, nec infamat. 110
Præiudicium. 111

Ablatio rei alienæ

Ob ſummam neceſſitatem, non excuſator ſolum, ſed etiam iuſta eſt. 106

Accuſare.

Libertas accuſandi adhuc hodie promiſcua eſt, nec ad ſolos, quorum intereſt, reſtringi debet. 452

Accuſatio.

Accuſationes, quæ diſſimulato vel ficto nomine offeruntur, famoſus libellus ſunt. 337
Duo illa mala, quæ publicis accuſationibus vulgo adſcribuntur, removentur. 452
Metus calumniarum non ex ipſis accuſationibus, ſed ex ſpe præmiorum, accuſationibus olim propoſitorum, oritur, atque hodie ſublatis præmiis ceſſat. 453
Intereſt magiſtratuum, ut accuſationes magis, quam inquiſitiones, frequententur. 454
Poteſt aliquando Iudex denunciationem & Inquiſitionem in accuſationem convertere. ibid.
Præiudicia. ibid.
Multæ cauſſæ propriæ accuſationis & exempla recenſentur. 476. ſqq.
In inquiſitionibus ultronea reorum accuſatio ad plenam condemnationem non ſufficit, ſed corpus delicti ante omnia inveſtigari oportet. 476

Accuſator

Exceptione famæ communis ſe tueri non poteſt, ſi fama illa nullis aliis argumentis ſubnixa ſit. 319
Accuſatores, quos veriſimilia indicia ad accuſandum vel deferendum moverunt, iniuriarum non tenentur. 316
Præiudicium. ibid.

Acta

An carnifici, qui reum ſupplicio

Digitized by Google

afficere iubetur, prius sint exhibenda? 56 sq.

Actio finium regundorum

Actio finium regundorum, rei vindicatio, & querela de termino moto confundi non debent, multum enim inter eas ratione præscriptionis interest. 425

Actio furti prohibiti.

Actio furti prohibiti, quam Iustinianus ab usu recessisse dicit, poterit adhuc usum habere. 131
Præiudicia. 133. sq.

Actio iniuriarum

Ob iniurias, defuncto, dum hic vivebat, illatas, hæredi non datur, bene vero ob eas, quæ post mortem inferuntur. 223
Præiudicium. 224
Successori in officio saltem ob eas iniurias datur, quæ decessor intuitu officii passus est. ibid.
Præiudicium. 225
Non competit successori in officio, ob iniurias personales occasione officii decessori illatas. 226
Datur domino, vel mandanti, ob iniuriam famulo, vel mandatario in negotiis commissis occupato, illatam. ibid
Præiudicium. ibid.
Locum invenit contra illum, qui alterum, cui dignior locus debetur, antegreditur. 231
Præiudicium. ibid.
An & quousque famulis adversus heros concedatur? 233
Præiudicium. ibid. sq.
Locum habet, si quis iuste quidem iniuriarum egerit, sed pœnam atrociorem, quam par erat, petierit. 236
Competit collegio, vel universitati, ob iniuriam, membro collegii vel universitatis illatam, si talis sit actus, in quo contumelia respiciat collegium, vel universitatem. 237
Non datur consanguineo, ob iniuriam, consanguineo illatam. ibid.
Nec Iudæo est deneganda. 238
Contra sacerdotes, vitia paulo acerbius perstringentes, quamdiu privatos adfectus non immiscent, uti nec contra illos, qui certum aliquod genus hominum generaliter, & indefinite obiurgant, non conceditur. 266
Præiudicium. 267
Competit sacerdoti contra illum, qui eundem in nuptiis suis, aut liberorum, per contemtionem præterit, aliumque adhibuit. 294
Præiudicium. ibid.
Locum non habet contra errantem in persona, licet culpa quædam errori intervenerit; dummodo dolus absit. 300

Digitized by

Præiudicium. 301
Contra Magiſtratum, qui fama publica aliisque indiciis inductus hominem innocentem, ſed ſuſpectum, in iudicium vocat, interrogat, quin aliquando torquet, locum non habet. 310
Præiudicium. 311
Locum non habet contra perſonas, quibus in alios inſpectio, & aliqua morum cenſura competit, e. g. patrifamilias in famulos, præceptori in diſcipulos, ephoro in fidei ſuæ commiſſos, ſacerdoti in confeſſores, concionatori in auditores, ſcholarchæ in ſcholaſticos, propinquo, maxime ſeniori, in propinquos, ætate minores, ſi delata ad ſe per rumorem publicum flagitia ſuis exprobrant. 312
Non competit contra Advocatum, qui ſecundum *L. 6. §. 1. C. de Poſtul.* poſcente litium utilitate, ex clientis ſui relatione, adverſario vel teſti facinus, quod ille non perpetravit, obiicit. 313
Denegatur contra eos, qui ius ſuum in iudicio perſequuturi aliquem innocentem quidem, ſed quem nocentem ex veriſimillimis rationibus credebant, actione atrocíore, e. g. condictione furtiva, conveniunt. 313
Præiudicium. ibid.
Ceſſat in reis, qui, pro ſui defenſione, quid adfirmant, quod exiſtimationem tertii cuiusdam onerat, & quamvis liquido probari non poſſit, ſpeciem tamen veri habet. 314
Præiudicium. ibid.
Non datur contra illos, qui veriſimilibus coniecturis alium criminis, etiam privatim, inſimulant, non convitii conſilio, ſed alia mente. ibid.
Præiudicium. ibid.
Non conceditur contra illum, qui furtum paſſo veriſimilem ſuſpicionem ſuam de eo, qui id commiſiſſet, aperit. 315
Præiudicium. ibid.
An ceſſet in caſu, quo amicus amicum, vel cognatus cognatum de ſiniſtro rumore familiariter vel coram, vel per litteras, certiorem reddit? 316
Ceſſat in artificibus, qui conſulti ſecundum artis ſuæ regulas, aliquid, quod in opprobrium conſulentis vergit, dicunt. 317
Non conceditur contra teſtem, qui a iudice evocatus teſtimonium, alteri ignominioſum, perhibuit. 318
Præiudicium. ibid.
Non datur contra iudicem, qui communi, ſed falſo rumore motus inquirit, vel innocentem in vincula coniicit, ad indicandos tamen auctores vel vulgatores cogi poteſt. 321

Præiudicium. ibid.
Actiones iniuriarum, quæ ex ulciſcendi animo proficiſcuntur, iniuſtæ, atque ab ipſis idolorum cultoribus, qui tolerantia ſua patientiam Chriſtianorum fere ſuperarunt, improbatæ ſunt. 174
Actiones iniuriarum, ſi ulciſcendi animus deſit, non permittuntur ſaltem, ac cum præcepto Chriſti & Apoſtolorum conciliantur, ſed præcipiuntur etiam atque hi, qui eas negligunt, obiurgantur. 178
Actione iniuriarum tenetur, qui litteras familiares in detrimentum amici divulgat. 228
Qui iurisdictionem ſibi in alterum non ſubiectum arrogat, actione iniuriarum ab hoc conveniri poteſt. 230
Ab actione iniuriarum uſus & conſuetudo in re per ſe non illicita liberat. 230
Præiudicium. ibid.
Ipſa iniuriarum actio iniuria eſt, ſi iniuſte inſtituatur. 235
Præiudicium. ibid.
Contra actionem iniuriarum exceptio erroris tunc prodeſt, quando ille animum iniuriandi prorſus excludit. 294
Ab actione iniuriarum error, in perſona commiſſus, non liberat. 297
An, & quando, actioni iniuriarum exceptio veritatis convitii cum effectu opponatur? 304
Quousque in actionibus iniuriarum ſuper exceptione veritatis illiquida iusiurandum deferri, vel probatio admitti poſſit? 307

Ademtio muneris

Per ſe pœna non eſt, ſed ex arbitrio Principis pendet: Pœna tamen fit, quando ob delictum decernitur; plerumque autem ſolet alia pœna, ut interdictio novorum honorum, aut mulcta, adiici. 933

Adfectus.

Adfectus graviſſimi pœnam iniuriarum, ac blaſphemiam non tollunt, ſed minuunt. 567
Calor adfectuum delicta ſaltem in continenti commiſſa excuſat. Eius ergo, qui ex intervallo peccat, pœnæ non mitigantur. ibid.
Adfectus privati in adminiſtratione officiorum publicorum exulare debent. 829

Adminiſtrator perfidus

An ob animum reſtituendi a pœna ordinaria liberetur? 75
Præiudicium. 76
Reſcriptum potentiſſimi Regis Poloniarum, & Electoris Saxonis. 77
Adminiſtrator perfidus, qui res fidei ſuæ commiſſas intervertit, nun-

nunquam ordinaria furti pœna afficitur. 119
Præiudicium. ibid.
Adſentatio
Quid ſit? 822
Quot eius ſint genera? ibid.
Adulatores
Aliquando in crimen blaſphemiæ incidunt; quos deficiens animus blaſphemandi non excuſat. 562
Quinam dicantur? 822
Advocati
Honorificentius & indulgentius, quam vulgo fit, ſunt tractandi. 241
De iis, quæ ex mandato clientis pro eius defenſione ſcripſerunt, iniuriarum non tenentur, quamvis ea falſa fuerint. 245
Præiudicium. 246. ſq.
Prævaricantur non faciendo, ſi dicenda in fraudem clientis ſui non dicant. 359
Secreta, quæ ipſis clientes aperuerunt, in alia cauſſa manifeſtare non debent. 360
Præiudicium. ibid.
Nec pro clientibus, nec contra clientes teſtes eſſe poſſunt. 362
Contra voluntatem clientum ſuorum, ipſis clare ſignificatam, agere non debent, etſi id clienti utile futurum animadvertant. 370
Præiudicium. 372
Quousque in lite ſuper negotio, quod, ipſis conciliantibus, geſtum eſt, mota, patrocinium præſtare poſſint? 375
Præiudicium. ibid.
Ad defenſionem reorum non ſunt neceſſarii, niſi reus vel talem efflagitet, vel ob ſtuporem ingenii ſibi ipſi conſulere nequeat. 489
Advocato licet convitiari, ſiquidem litium utilitas hoc poſcit. 243
Salſa Advocatorum dicta & ſcripta iniuriæ non ſunt. ibid.
Advocatorum dicta & ſcripta falſa vel diſſimulanda ſunt, vel ſimplici admonitione coërcenda. ibid.
Præiudicium. 244
Advocatum convitiantem animus defendendi excuſat, etſi cliens hoc non iuſſerit; non aliter tamen, quam ſi convitium verum ſit; ſi falſum eſt, convitianti nec proteſtatio, quod iniuriandi animus abſit, prodeſt. 247
Advocatum non ſolum in iis, quæ adverſario vel teſti, ſed & quæ iudici obiicit, exceptio veritatis excuſat; neceſſe tamen eſt, ut obiectio verbis in factum temperetur. 249
Præiudicium. 250. 324
Quibus pœnis Advocati convitiantes coërceantur? 252
Advocatorum operæ a maioribus noſtris

Digitized by Google

noſtris magni ſunt æſtimatæ. 261
Advocatus, qui iniuriis & verbis contumelioſis in ſuis ſcriptis uſus eſt, ſine prævia reſponſione (ohne Vernehmung) a Iudice arbitrarie puniri poteſt. 263
Quando dubium eſt, utrum Advocatus iniuriandi, an reum defendendi animo aliquid ſcripſerit, iusiurandum decerni poteſt. 263
Advocatus, qui ſecundum *L. 6. ff. 1. C. de Poſtul.* poſcente litium utilitate, ex clientis ſui relatione adverſario vel teſti facinus, quod ille non perpetravit, obiicit, iniuriarum non tenetur. 313. 325
An liceat Advocato contra clientem ſuum in diverſa cauſſa ſtare? 603
Præiudicium. ibid.
Advocatus, qui concredita ſibi a cliente delicta magiſtratui denunciat, prævaricator eſt. 362
Præiudicium. 363
Advocatus, qui cum aliquo de cauſſa eius ſuſcipienda tractavit, ſed nondum convenit, ac poſtea adverſarium eius tuetur, prævaricator non eſt. ibid.
Præiudicium. 364
Sola ſpes, quam Advocatus conſultori de cauſſa eius ſuſcipienda facit, Advocatum non obligat. 364
Advocatus, qui ſemel cauſſam ſuſcepit, ſed deinde iniuſtitiam eius animadvertit, relinquere quidem illam, ad adverſarium vero tranſire non poteſt. 365
Poteſt tamen tunc, quum cauſſam ab initio ſtatim recuſavit; ſed & hoc caſu ſecreta ſibi concredita pandere non debet. 366
Præiudicium. ibid.
Advocatus in cauſſa, quam tuetur, neque actuarius, vel adſeſſor eſſe poteſt, &, ſi hoc faciat, tanquam ſuſpectus recuſari, non tamen tanquam prævaricator puniri poteſt. 367
Præiudicium. ibid.
Advocatus, qui negotium, fidei ſuæ commiſſum, in detrimentum committentis prodit, quaſi prævaricator eſt. 374
Advocatus, inſtrumenta ſibi concredita prodens, in falſi crimen, graviſſimamque pœnam incidit. ibid.
Præiudicium. 375
Advocati, qui in diverſis & contrariis cauſſis contraria invicem argumenta proferunt, non ſunt prævaricatores, ſed prope tamen ad eos accedunt, & contra bonam fidem peccant. 387
Vſu fori ſæpe invitis reis Advocatus defenſor obtruditur, aut hominibus callidiſſimis indulgetur. 490

Digitized by Google

Vſus fori defenſorem Advocatum in criminibus etiam manifeſtis, & quæ celeriter puniri reipublicæ intereſt, neceſſario deſiderat. In Saxonia tamen hæc neceſſitas per novas leges eſt remiſſa. 490
Vid. infr. *Patronus cauſſæ.*

Aes alienum.

Aes alienum, a perduellibus conflatum, ex bonis illorum, fiſco addictorum, ſolvi debet. 663

Aeſtimatio.

In æſtimatione furti magni res interverſæ non æſtimantur, ſed ſaltem ablatæ. 119
Præiudicium. Ibid.
Aeſtimatio dolorum ac operarum ab auctore rixæ, qui laceſſitus modum exceſſit, peti non poteſt. 203
Præiudicium. 204

Aetas minor.

Ob minorem incendiarii ætatem pœna ignis mitigatur, atque plerumque gladius ſubſtituitur, nonnunquam vero ultimum ſupplicium plane remittitur. 169
Præiudicium. 170

Ambitio

Aliquando bona eſt, niſi modum excedat. 794

Ambitus.

Iurisiurandi religio infirmum contra crimen ambitus remedium eſt, ac merito abrogatur. 617

Amicitia

Aliquando crimen eſt. 734. 832

Amor.

Aliquando amor & auctoritas apud populum miniſtro Principis exitium adferunt. 736

Amputatio digitorum.

Amputatio digitorum, in periuros ſtatuta, iuſto durior non eſt, atque male communiter interpretationibus forenſibus mitigatur. 629
Debebat illa locum invenire, etſi quis non lucri, ſed amicitiæ, aut ex alia cauſſa peieraſſet; quin & in illis, qui alios ad peierandum inſtigant. 631

Ancillæ.

An ancillæ, quæ res, cuſtodiæ & adminiſtrationi ſuæ commiſſas, interverterunt, a pœna furti ordinaria ſint immunes. 82
Præiudicia. 83. ſq.

Animus lucri faciendi

Sufficit in furto ad pœnam ordinariam imponendam, quamvis fur, antequam partem ſuam de lucro tulit, in vincula conjectus ſit. 127
Præiudicium. 128

Animus reſtituendi

An furem, perfidumque adminiſtratorem, a pœna ordinaria liberet? 75
Præiudicium. 76
Reſcriptum potentiſſimi Regis Poloniarum, & Electoris Saxon. 77

Digitized by Google

Apes.

Apes & favos ex alieno fundo & arbore auferre, iure Romano licitum, sed prisco iure Germanico furtum est. 116

Hodie qui apes & favos, nondum occupatos, eximit, puniri nequit, dummodo arborem non lædat. 117

Præiudicium. ibid.

In Saxonia is, qui in sylvis Electoralibus apes & favos eximit, furtum committit. 118

Apostatæ

Possunt a Principe, vel republica, etsi quieti sint, e provincia exire iuberi, ab honoribus & muneribus publicis arceri, a possessione bonorum immobilium & commerciis excludi, ex officiis, quæ iam gerunt, honeste dimitti. 603

Apostatæ vox quot significationes habeat? 607

Arabici

Quinam dicantur? 610

An sint hæretici? ibid.

Arma.

Armorum nomine etiam baculus venit. 104

Præiudicium. ibid.

Artes.

Improbæ artes, quibus honores & munera obtinentur, impunitæ quidem plerumque, sed tamen illicitæ sunt. 746

Articuli fidei.

Ius definiendi articulos fidei penes ecclesiam, ac, qui eandem repræsentat, senatum ecclesiasticum est. 583

Olim hoc ius fuit penes concilia. 586

Articuli testimoniales.

Omissio articulorum testimonialium, in processu inquisitionis, hunc non vitiat, dummodo testes non in solle, sed distincte, factum exposuerint. 471

Præiudicium. ibid. sq.

Artifex.

Artifices, qui consulti secundum artis suæ regulas, aliquid, quod in opprobrium consulentis vergit, dicunt, iniuriarum non tenentur. 317

Astus

In capiendis reis licite adhibetur. 518. 844

Præiudicium. 519

Atrocitas iniuriæ

Non ex persona eius, quem quis lacessere voluit, sed eius, qui vere offensus est, æstimatur. 298

Præiudicium. ibid.

Avaritia

Radix malorum est. 778

Præiudicium. 779

Aurigæ

Si res, quas alio transferendas acceperunt, intervertant, iure com-

Digitized by Google

communi ultimo ſupplicio non afficiuntur. 121
Præiudicium. ibid.
Secus iure Saxonico. 123
Quæ lex Saxonica ſubtilitatibus & argutiis forenſibus eluditur. ibid.

Auctor libelli famoſi.

Auctores libellorum famoſorum difficillime deteguntur. 329
Quod tamen fieri poſſet, ſi indici præmium ex bonis auctoris publice promittatur. ibid. ſq.

Auctor rixæ

Si laceſſitus modum exceſſit, ſatisfactionem eatenus, quatenus patrimonium eius vere imminutum eſt, petere, deprecationem vero, & æſtimationem dolorum ac operarum poſcere non poteſt. 203
Præiudicium. 204

B.

Baculus

Etiam armorum nomine venit. 104
Præiudicium. ibid.

Bannitus.

Qui bannitum illæſum dimittit, in crimen receptationis non incidit. 398

Belli denunciatio

Antiquiſſimis Germanis incognita, medio ævo introducta, ab initio honeſtatis fuit, deinde neceſſitatis per leges publicas facta eſt. 339. 355

Bellum.

An in bello cives Principem, inferior ſuperiorem iuvari teneantur, ſi dubitent, iuſtumne ſit bellum, an iniuſtum? 56

Beneficium ceſſionis bonorum

Collegio obærato competit. 38
Ceſſat in delictis, a collegio commiſſis. ibid.
Præiudicium. 39

Beneficium diviſionis

Locum habet, quando membrum collegii, ob delictum culpoſum, ab integro collegio commiſſum, in ſolidum conveniitur; ſecus ſi delictum doloſum fuerit. 27
Præiudicium. 28

Blaſphemia

Quid ſit? 541
Nonnunquam per exſuperantiam pietatis committitur; prætextus tamen pietatis pœnam nec iniuriarum, nec blaſphemiarum tollit, ſed tantum minuit. 550. 556
Blaſphemiæ ſunt ſpecies iniuriarum, atque ex doctrina de iniuriis explicandæ 541
Diviſio iniuriarum etiam ad blaſphemias pertinet, & ideo alia blaſphemia eſt atrox, alia non atrox. 542

Digitized by Google

Non niſi ob blaſphemiam atrocem ultimum ſupplicium irrogatur. 542
Blaſphemiæ aliæ immediatæ ſunt, aliæ mediatæ ſeu obliquæ. 543
Blaſphemiæ etiam diſtinguuntur in verbales & reales. 548
Blaſphemiæ pœnam non mitigat conditio blaſphemiæ adiecta. 557
Præiudicium. ibid.
Blaſphemias nominatio auctoris non excuſat. 559
In blaſphemiæ crimen aliquando incidunt adulatores, quos deficiens animus blaſphemandi non excuſat. 562
In crimine blaſphemiæ verba ambigua, dubitantia, & falſa, quibus veritas & auctoritas religionis chriſtianæ oblique impeditur, contra illum, qui eadem protulit, indicium ad torturam faciunt. 565
Præiudicium. ibid.

Blaſphemia mediata ſeu obliqua

Quid ſit? 543
Ad blaſphemias obliquas referuntur convitia in ſacramenta, & ſacrum codicem. ibid.
Blaſphemiarum obliquarum genus eſt, quod in divos, ſeu ſanctos eructatur, inprimis in Mariam. 544
Convitia in divos, & Mariam, etiam ab evangelicis pro blaſphemia reputantur, ſed tamen indulgentius, quam a catholicis puniuntur. ibid. ſq.
Præiudicium. 545
Ad blaſphemias obliquas referuntur iniuriæ verbales, ſacerdotibus illatæ, ſi ſcilicet ſacerdoti, vel ſacra tractanti, vel intuitu ſacri, quod gerit, muneris, inferantur. 547

Blaſphemia picta.

Exemplum blaſphemiæ pictæ. 549

Blaſphemiæ myſticæ

Deſcribuntur. 555

Blaſphemiæ reales.

Exempla blaſphemiarum realium. 549

Bona perduellium

A fiſco quidem capi, ſed & æs alienum, a perduellibus conflatum, ex illorum bonis ſolvi debet. 663

C.

Calor adfectuum

Delicta ſaltem, in continenti commiſſa, excuſat; eius ergo, qui ex intervallo peccat, pœna non mitigatur. 567

Carcer

Semper publicus eſſe debet, locus tamen carceris aliquando privatus eſt. 521
Exem-

Digitized by Google

Exemplum carceris horrendi. 351
Carceris violatio etiam in innocente punitur. 533
Carceris violatio ſuſpiciones & indicia contra ſuſpectum de crimine auget. ibid.
Carcerem, in quem miniſtri Principis mittuntur, non tolerabilem ſaltem, ſed & honorificum eſſe, decet. Providendum tamen eſt, ne is honor, qui miniſtris captivis habetur, funeſtus ſit Principi ac reipublicæ, neve captus, dum laxius cuſtoditur, evadat. 847

Carnifex.

An carnifici, qui reum ſupplicio afficere iubetur, prius acta ſint exhibenda? 56. ſq.

Caſus improviſus.

Caſus improviſus, qui licitis miniſtri Principis recreationibus intervenit, illi imputari non debet. 723

Catholici

In Germania noſtra ab hæreſeos nota ſunt liberi. 597
Dividuntur in pontificios & catholicos moderatos. 598
Male Catholicis imputantur, quæ Pontificii docent. 600

Cautio de non offendendo

Idonea eſſe, & vel per pignora, vel fideiuſſores, vel cuſtodiam præſtari debet. 352
A cautione de non offendendo poſſeſſio bonorum immobilium non liberat; ſufficit tamen, ſi poſſeſſor ea bona oppignoret. 352
Præiudicium. ibid.
Propter comminationem, alteri factam, iudex locum cautionis idoneæ vel iusiurandum, vel nudam promiſſionem decernere poteſt, ſiquidem ſecuritati eius, adverſus quem minæ prolatæ, ſic ſatis proſpici, animadvertat. 353
Præiudicium. 354

Certitudo corporis delicti.

Ad corpus delicti certitudo moralis, qualis in rebus humanis haberi poteſt, non mathematica & abſoluta, requiritur 480
Eadem certitudo ſaltem quod ad factum, non etiam quod ad circumſtantias loci & temporis, neceſſaria eſt. ibid.
Præiudicium. ibid.

Citatio.

An citatio, in qua citando debiti tituli non tribuuntur, contumelioſa ſit, atque adeo ad comparendum non obliget? 289

Cives

An principem in bello iuvare teneantur, ſi dubitent, iuſtumne illud ſit, an iniuſtum? 56
Cives, iuſſu magiſtratus delinquentes, mitius puniuntur. 45. ſq.

Si civis in incendio auxilium non fert, puniri potest. 163
Civis, qui propter metum externum, quamvis iniustum, ac terrorem incussum, Principi suo non paret, perduellis non sit. 649
Civi necessitas parendi a Principe imponi non potest, nisi ei securitas antea præstetur. 649
Præiudicium. ibid.
Civis, contra quem Princeps legitimis & ordinariis modis procedit, etsi se Innocentem, & vim iniustam pati credat, vim tamen opponere, minari, tumultum excitare, exterorum Principum auxilium implorare non debet, &, si id facit, perduellis fit. Secus est, si vis a Principe, tanquam a privato, ac hosti inferatur. 658
Civis, qui Principi, a quo innocentem se premi credit, malum minatur, perduellis fit. 685
Civis civem perduellem, & communi Principi ac reipublicæ exitium machinantem, quem sine magno reipublicæ discrimine in iudicium trahere nequit, privatim impune occidit. 861

Clientes

Quousque ex advocatorum suorum convitiis obligentur? 257. sqq.
Præiudicia. ibid.
Cliens, iniuriosum advocati scriptum subscribens, iniuriarum tenetur, & an simplicitas illum excuset? 260. sq.
Præiudicia. ibid.

Cœtus.

Cœtus, qui, religionis causa, privatim coeunt, siquidem intra exiguum numerum existunt, nec speciem collegii habent, tolerari possunt. 427

Coitio Collegii.

Ipsa collegii sine Principis consensu coitio delictum est; Principis tamen consensum supplet lapsus temporis immemorialis. 40
Præiudicium. 41

Collega.

Collega, qui ex mandato collegii delinquit, in solidum tenetur, nec contra mandantes, nec quod ad mulctam, nec quod ad interesse privatum, regressum habet. 41
Peccant collegæ, falsumque committunt, qui nomine totius collegii negotium, in quod tamen maior pars non consensit, gerunt, aut actionem instituunt. 441
Præiudicium. 442

Collegium

Ob decretum, quod infelicem eventum habuit, puniri nequit, quamvis appareat, diversam sententiam meliorem ac prudentiorem fuisse; nisi in eo faciendo dolus, vel imperitia, aut supina negligentia intervenerit. 35

Digitized by Google

Poteſt actione iniuriarum experiri, ob iniuriam membro collegii illatam, ſi talis ſit actus, in quo contumelia reſpiciat univerſitatem. 237
Quum integrum collegium delinquit, ſiquidem delictum doloſum eſt, ſinguli in ſolidum tenentur, ſi culpoſum, beneficium diviſionis locum habet. 27
Ex delicto, quod collegium olim commiſit, non ſucceſſores, ſed heredes conveniuntur. ibid.
Præiudicia. 28
Ex collegii delicto, olim commiſſo, ſucceſſores in officio obligantur, ſi quid ad eos ex delicto pervenit. 29
Delictum, a quibusdam collegii membris commiſſum, toti collegio, ſiquidem id ratum habuit, imputatur. 37
Collegium obæratum beneficio ceſſionis bonorum uti poteſt 38
Exceptio in delictis, in quibus hoc beneficium ceſſat. ibid.
Præiudicium. 39
Collegii ſine Principis conſenſu coitio delictum eſt, Principis tamen conſenſum ſupplet lapſus temporis immemorialis. 40
Præiudicium. 41
Integrum collegium de crimine famoſi libelli accuſari & inquiſitioni ſubiici poteſt; non aliter tamen, quam ſi graves ſuſpiciones, omnia eius membra in libellum conſenſiſſe, appareant. 331
Præiudicium. 332
Nova collegia a Principe conſtitui ac confirmari poſſunt, etiam cum detrimento aliorum collegiorum; vel ſingulorum, ac imminutione libertatis naturalis; dummodo privilegia, iam ante aliis data, vel iura, perfecte adquiſita, non imminuantur. 435
Præiudicium. 436
Quicquid collegium, membrave eius ante confirmationem geſſerunt, vel impetrarunt, collegio nec prodeſt, nec nocet. 437
Præiudicium. 438
Collegia legitima a Principe, ut in conventibus ſuis præſidem vel aſſeſſorem, a ſe datum, admittant, cogi, nec contrariam conſuetudinem, aut præſcriptionem immemorialem contra opponere poſſunt. 438
Præiudicium. 439
Minor collegii pars, diſſentiente maiore parte, negotium ſemel legitime cœptum, aut actionem inſtitutam continuare poteſt. 442
Præiudicium. ibid.
Extincto diſſolutove collegio, iura eius, & bona vacua ad Principem redeunt, qui ea libere alienat. 443

Collegium reſtitutum bona, quæ alii interim legitime acquiſiverunt, non recuperat. 444
Præiudicium. ibid.
An, diſſoluto collegio, collegæ res & pecunias communes, ſi quas habent, inter ſe dividere poſſint? 445
Ad collegia ineunda opifices inviti a ſuperioribus adſtringi poſſunt. 447
An unus homo duorum collegiorum membrum eſſe poſſit? ibid.
Tunc, quum collegium adſeſſoribus indignis imbrobisque refertum eſt, accurata cauſſæ cognitio & publica pœna vix locum invenit; præſtat tamen, tale collegium ſine lite ac iudicio purgari. 859

Combuſtio.

Combuſtio famoſi libelli, & iniuriæ ſcriptæ iuſta eſt, ſed parum conſulta. 328

Comminatio.

Comminatio, per quam ſingulorum hominum ſecuritas turbatur, diffidatio non eſt. 351

Commiſſarius

An aliquando aliud, quam quod Princeps iuſſerat, facere poſſit? 771
Præiudicium. ibid.

Compenſatio iniuriarum

Et iure communi, & in Saxonia locum invenit, quæ tamen compenſatio pœnam utriusque litigatoris non tollit. 204
Præiudicium. 205

Concilium.

Primum concilium chriſtianum *Act. 15.* memoratur, ſed tamen ſingulare ſaltem, non univerſale fuit, ac a conciliis ſequentium temporum in multis capitibus differt. 586. ſq.
Concilia trium poſt Chriſtum natum ſeculorum œcumenica dici vix poſſunt. 588
Solemnium & univerſalium conciliorum initia ad ſeculum poſt Chriſtum natum IV. & Conſtantini M. tempora referri oportet. 588
Concilia poſteriorum ſeculorum ſenſim in peius ruere cœperunt. 591
Principes proteſtantes, qui tempore reformationis ad concilium provocarunt, non tale, quale in medio ſeculo haberi ſolebat, ſed ſimile primi chriſtiani concilii intellexerunt. 593
Ius convocandi & dirigendi concilia univerſalia olim, quamdiu catholicæ eccleſiæ omnes Imperatori ſubfuerunt, penes Imperatorem fuit. 595
Ius hoc deinde, avulſis ab Imperio Romano pluribus provinciis, pontifici Romano ceſſit; Imperator

Digitized by Google

perator tamen aliquas veteris auctoritatis ſuæ reliquias retinuit. 596. ſq.
Auctores proteſtantes, qui Imperatori adhuc hodie ius convocandi & dirigendi concilia univerſalia tribuunt, contra rectam rationem, fidem hiſtoricam, & ipſius Imperatoris voluntatem peccant. 595

Concionator.

Vid. infr. *Sacerdos.*

Concubitus illegitimus.

An ſuper concubitu illegitimo ab iniuriante iniuriatæ iusiurandum deferri poſſit? 308
Præiudicium. ibid.

Conditio.

Conditio, diffidationi adiecta, pœnam ordinariam non minuit; niſi talis ſit, quæ propoſitum nocendi & periculum imminuit. 349
Præiudicium. ibid.
Conditio, iniuriæ vel blaſphemiæ adiecta, pœnam non mitigat. 557
Præiudicium. ibid.

Confeſſio.

Ad convincendum puniendumque furem confeſſio aut duo teſtes omni exceptione maiores præciſe non deliderantur. 95
Præiudicium. 96
In inquiſitionibus ſpontaneæ reorum confeſſiones ad plenam condemnationem non ſufficiunt, ſed corpus delicti ante omnia inveſtigari debet. 476

Confrontatio.

De confrontatione nihil certi in iure conſtitutum; ergo ea tota prudentiæ iudicis relinquitur. 473
Præiudicium. ibid.

Coniux.

Coniuges, etſi furtum factum in iudicio fateantur, nequeunt tamen a iudice non implorato ex officio puniri. Id quod nec in Saxonia mutatum eſt. 403
Coniuges, quibus a coniuge furtum eſt factum, omiſſa hac, eos, quorum ope & conſilio furtum factum, de furto convenire poſſunt. 404

Conniventia.

Conniventia magiſtratuum in puniendo famoſi libelli crimine inter liberas gentes pro peccato imputatur, ac iuſta belli cauſſa eſt. 331

Conſanguineus

Ex iniuria, conſanguineo illata, actionem non conſequitur. 237

Conſenſus tacitus.

Conſenſus tacitus, factis declaratus, ad conſpirationem ſufficit. 101
Præiudicia. ibid. ſq.

Digitized by Google

Consilium.
An is, qui sine animo reipublicæ nocendi consilia quidem cum hoste de illa prodenda iniit, at de consiliis illis exsequendis nunquam cogitavit, sed hostem decipere ac pecunia emungere voluit, perduellis dici possit? 640
Imprudens & imperitum consilium in Principis ministro crimen est. 820

Consiliarius.
Consiliario infelix consilii, licet ancipitis & audacis, eventus imputari non debet. 716
Præiudicium. ibid.
Quinam consiliarius adsentator dicatur? 822

Consilium.
Consilium superioris delinquenti ad pœnam mitigandam non prodest. 47
Consilium solum furem non facit, nisi factum aliquod, e. gr. commodatio instrumentorum, comitatus &c. accedat Obligat tamen ad damni restitutionem, & pœnam extraordinariam. 125

Conspiratio.
Quid per conspirationem intelligatur? 100
Conspiratio in furtum violentum conspirantes omnes, etiam qui ipsi vim nullam adhibuerunt, furti violenti reos facit. ibid.
Ad eiusmodi conspirationem consensus tacitus, factis declaratus, sufficit, non autem solum silentium. 101
Præiudicium. ibid.

Constitutio Criminalis Carolina
Etiam, ubi certas in fures pœnas statuit, arbitrio iudicis & collegiorum iuridicorum locum relinquit. 90
Constitutionis criminalis Carolinæ artic. 165. rectius, quam hus usque factum, explicatur. 402

Consuetudo.
Consuetudo & usus in re per se non illicita ab actione iniuriarum liberat. 230
Præiudicium. ibid.

Conventus.
Conventus numerosiores, quamvis pietatis caussa, cum bono publico & legibus scriptis pugnant. 427
Præiudicium. 432

Convitium
Nec vociferationem, nec cœtum requirit. 266
Potest etiam in scriptis fieri. ibid.
Non omne convitium iniuria est. 264
Vox convitii apud bonos auctores modo bonam, modo malam,

Digitized by Google

lam, aliquando etiam indifferentem ſignificationem habet. ibid.
Convitium iuſtiſſimum, honeſtiſſimumque eſſe poteſt. 265
Convitiis in Principem nunquam impunitas ſimpliciter tributa eſt. 666
Aliqua ex convitiis contra Principem crimen læſæ Maieſtatis non ſunt. 667
Tres claſſes convitiorum in Principem conſtituuntur, quorum prima ad crimen iniuriarum, altera ad crimen læſæ Maieſtatis, tertia ad perduellionem refertur. ibid. ſq.
Convitia, quæ Principem tanquam Principem, atque adeo æqualiter cum eo rempublicam lædunt, ad crimen læſæ Maieſtatis in ſpecie referuntur, nec facile remitti debent. 670
Quomodo talia convitia puniantur? 671
Præiudicium. ibid.
In crimen perduellionis incidunt convitia turbulenta & ſeditioſa; quæ non facile ſine graviſſimis cauſſis remitti debent. ibid.
Convitia, quæ in miniſtrum Principis, ratione officii, iaciuntur, eiusdem cum maledictis in Principem naturæ ſunt, ac, etſi miniſter ipſe ea diſſimulet, puniri tamen debent. 680
Ad blaſphemias obliquas referuntur convitia in ſacramenta, & ſacrum codicem. 543
Convitia in divos & Mariam etiam ab evangelicis pro blaſphemia reputantur, ſed tamen indulgentius, quam a Catholicis, puniuntur. 544. ſq.
Præiudicium. 545
Quotuplicia ſint convitia, quæ in miniſtros Principum iaciuntur. 680
Præiudicium. 681
Vid. infra *Iniuria.*

Corpus delicti

In puniendis torquendisque furibus nimis ſcrupuloſe exigi non debet; ſed ſufficit moralis certitudo. 66
Præiudicium. ibid. ſq.
Nec ad inquiſitionem, bene tamen ad tormenta decernenda, eſt neceſſarium. 483
Ad certitudinem corporis delicti neceſſarium non eſt, ut de ſumma pecuniæ ablatæ indubie conſtet. 84
Præiudicium. 85
Neque ſpontaneæ reorum confeſſiones, neque ultroneæ ſui delationes & accuſationes ad plenam condemnationem ſufficiunt, ſed corpus delicti ante omnia inveſtigari debet. 476
Ad corpus delicti certitudo moralis, qualis in rebus humanis

Digitized by Google

nis haberi poteſt, non mathematica & abſoluta requiritur 480
Fuſtigatio, relegatio, minoresve pœnæ ſine corpore delicti infligi poſſunt. 482
Præiudicium. ibid.

Correus.

Correi inculpatio, etiam extra tormenta, legitimum contra fures indicium eſſe poteſt. 64

Crimen.

Crimen non eſt, furum non indicare. 393
Rem furtivam non indicare, crimen quidem eſt de iure naturæ, at, in humano foro, ſi lucri participatio abſit, non vindicatur. Tunc tamen etiam in foro humano vindicatur, quando quis, domino requirente, ſe ubi res ſit, ſcire negavit. ibid.
Præiudicium. 394
Aliquando miniſtro Principis pro crimine obiicitur, quod crimen non eſt. 688
Pro crimine interdum ipſa probitas habetur. ibid.
Crimen non eſt miniſtriſſimatus, legitimis modis obtentus. 708
Crimen eſt, iniuſta Principis mandata exſequi, vel Principi delinquenti aſſiſtere. 768
Crimen eſt, ex aliorum facinoribus lucrum capere. 783
Præiudicium. ibid.
Crimen eſt, pares cum Principe honores uſurpare. 802

Crimen ambitus.

Vid. ſupra *Ambitus.*

Crimen fidei

Quid ſit? 693

Crimen incendii

Vtrum ſit delictum publicum, an privatum? 171
Suſpecti de crimine incendii torqueri poſſunt etiam ex aliis, quam quæ in artic. 41. Conſtitutionis Carolinæ recenſentur, coniecturis. 157
Præiudicium contrariæ ſententiæ. 158

Crimen perduellionis, ſeu læſæ maieſtatis

Per imprudentiam & ruſticitatem, qua Princeps graviſſime offenditur, non committitur. 653
Solum ſilentium in crimine perduellionis iuſte punitur. 641
Pontifices romani ſolam reticentiam in crimine perduellionis nunquam morte punierunt. 644
In crimine perduellionis etiam teſtes inhabiles admittuntur, minorem tamen, quam alii idonei, quin aliquando, maxime ſi inimici ſint, nullam plane fidem inveniunt. 650
Præiudicium. 651
Criminis læſæ maieſtatis deſcriptio Ciceroniana. 663

Ali-

Digitized by Google

Aliqua ex convitiis in Principem crimen læſæ maieſtatis non ſunt. 667
Iniuriæ, quæ perſonam Principis & familiam ſimpliciter, atque adeo rempublicam oblique & minus principaliter lædunt, non quidem crimen læſæ maieſtatis ſunt, ſed tamen atroces carcerem, inquiſitionem, quin & ultimum ſupplicium merentes. 668
Ad crimen læſæ maieſtatis in ſpecie referuntur convitia, quæ Principem tanquam Principem, atque adeo æqualiter cum eo rempublicam lædunt, nec facile remitti debent. 670
Quomodo eiusmodi crimen puniatur? 671
Præiudicium. ibid.
In crimen perduellionis incidunt convitia turbulenta & ſeditioſa, nec facile ſine graviſſimis cauſſis remitti debent. 671
Vid. infr. *Perduellio.*

Crimen Simoniæ.

Contra crimen ſimoniæ iurisiurandi religio infirmum remedium eſt, ac merito abrogatur. 617
Præiudicium. ibid.

Culpa.

Ex culpa lata & levi, non etiam leviſſima miniſter principis obligatur. 717
Præiudicium. 718
In explicandis delictis miniſtrorum Principis difficile eſt culpam a dolo diſtinguere. 741

Cura magiſtratus circa ignem

Quænam complectatur? 163

Cuſtodes.

Cuſtodes, reum ex carcere dolo emittentes, ſimili ſupplicio adficiuntur; quæ pœna locum habet, quamvis vis nulla ſit adhibita. 534
Culpa cuſtodum, quibus reus evaſit, ſi magna & ſupina fuit, pœnam corporis afflictivam & perpetuam relegationem meretur, culpa mediocris carcerem aut mulctam. In Saxonia tamen iusiurandum, quod dolus abfuerit, ante omnia exigi ſolet. 536
Præiudicia. 537. 538
Cuſtodibus, qui vafre & ſubtiliter decepti cuſtodias amiſerunt, nihil imputari poteſt. 539
Cuſtos, qui debitorem, in vincula coniectum, vel ſibi commiſſum, fuga elabi, ſeu per dolum ſeu per negligentiam, finit, etiam civiliter tenetur, & a creditoribus, ut æs alienum fugitivi ſolvat, conveniri poteſt. 540

Cuſtodia rei.

Etſi inquiſitio locum habeat, cuſtodia tamen rei confeſtim decerni nequit. 511

Digitized by Google

Ad hoc, ut reus in cuſtodiam mitti poſſit, duo communiter deſiderantur, legitima indicia, & grave ſcelus, ſed loco gravis ſceleris, quod neceſſarium non eſt, præſtat, ſubſtitui ſuſpicionem fugæ. 512.
Præiudicia. 512. & 514

D.

Damnum.

Damnum, a furioſo, aut infante, vel infantiæ proximis datum, inter caſus fortuitos eſt referendum. 2

Datio præmii

Non ſufficit ad delicti imputationem, magnam tamen ſuſpicionem, quod quis conſcius & particeps delicti fuerit, excitat. 51

Declaratio honoris

Decerni ſolet in iniuriis, ſi reus actorem dignitate antecedat. 195
Sacerdoti convitiatori imponitur, ſi iniuriatus dignitate multum ſit inferior. 280
Præiudicium. ibid.
Spontanea honoris declaratio in atrocibus iniurils, quales aliquando & verbales ſunt, non admittitur, in levioribus vero reum liberat, ſed tamen, quamvis ab actore recepta fuerit, ad reſtitutionem expenſarum obligat. 206
Præiudicium. 207

Decretum.

Decretum collegii, ſive omnes ex illo, ſive plures ex eodem, conſenſerint, a Præſide, vel membro diſſentiente, reſcindi non poteſt. 30
Iniuſtum decretum totius collegii, vel maioris eiusdem partis, Præſidi collegii imputari nequit, ſi diſſentiendo illud impedire non potuit. 32
Decretum maioris partis melius & iuſtius eſſe præſumitur. ibid.
Præiudicium. 33

Defenſio.

Neceſſaria & eſſentialis iudicii criminalis pars eſt; ad quam tamen advocatus non eſt neceſſarius, niſi reus vel talem efflagitet, vel ob ſtuporem ingenii ſibi ipſi conſulere nequeat. 489
Etiam contumacibus non eſt deneganda. 506
Præiudicium. ibid.
Vti contra torturam, & pœnam ipſam admitti ſolet, ita contra alia gravamina denegari non poteſt. 508
Defenſio, in ſe ſpectata, favorem maximum meretur, & in Carolina lege plus centies præcipitur. At uſus diverſam a Carolina defenſionem in foro invenit, quæ odio digniſſima eſt. 484
In quibusnam capitibus uſus fori, quod ad defenſiones, a lege Carolina receſſerit? 486
Ius Carolinum, quod reis ab alio de

Digitized by Google

defendi permittit, novum non eſt. 487
Plurimi rei, qui defenſionibus iuvantur, nocentes ſunt, ac ope defenſorum meritam pœnam effugiunt. 493
Defenſiones ſæpe reorum cauſſam deteriorem reddunt, & vel pœnæ, quæ alias imponi non potuiſſet, locum faciunt, vel eandem exaſperant. 493
Exempla. ibid. ſq.
Inter præcipua defenſionum mala eſt mora litis & diuturnus carcer, quod tamen non ipſis defenſionibus adſcribendum eſt, ſed nimio, qui illis tribuitur, favori. 497
Defenſiones, non obſtante præcluſi pœna, admitti ſolent. 498
Præiudicium. ibid.
In defenſionibus etiam hoc odioſum eſt, quod per illas ſæpe inviti rei, aliquando eorum parentes, quin nonnunquam ipſi adverſarii, e. g. maritus, uxorem adulterii accuſans, ſumtibus onerentur, quod ultimum tamen limitari oportet. 499
Præiudicium, quod ad patrem attinet. 500
Inutiles allegationesdefenſionem inviſam reddunt. 503
Optima conficiendi defenſiones methodus traditur. 504
Defenſionem pro avertenda inquiſitione reo petenti permitti æquum eſt. 508

Defenſor.

Defenſores per hoc, quod non tam verum exponere, quam obſcurare, & iudici fucum facere laborant, odium merentur. 492

Deferens iusiurandum.

Quousque civiliter de adverſarii periurio queri, & damni reſtitutionem petere poſſit? 624
Præiudicia. 625. ſq.

Delatio.

Delationes, quæ diſſimulato vel ficto nomine afferuntur, famoſus libellus ſunt. 337
In inquiſitionibus ultroneæ reorum delationes ad plenam condemnationem non ſufficiunt, ſed corpus delicti ante omnia inveſtigari oportet. 476

Delationes iniuriarum.

Si ulciſcendi animus deſit, non permittuntur ſaltem, ac cum præcepto Chriſti & Apoſtolorum conciliantur, ſed præcipiuntur etiam, atque hi, quis eas negligunt, obiurgantur. 178

Delator

Exceptione famæ communis ſe defendere nequit, ſi fama illa nullis aliis argumentis ſubnixa ſit. 319
Delatores, quos veriſimilia indicia

Digitized by Google

cia ad deferendum moverunt, iniuriarum non tenentur. 316
Præiudicium. ibid.
Poteſt delator, etſi pars læſa ſit, ad teſtimonium evocari, ſed non eſt omni exceptione maior. 469
Præiudicium. ibid

Delator iniuriarum

Liti ſe immiſcere, ſumtusque ferre obligatus non eſt, tunc tamen, quando iudici idonea ad inquirendum argumenta non ſuppeditat, ad utrumque cogitur. 193
Præiudicium. ibid.

Delictum.

Delictum, a quibusdam collegii membris commiſſum, toti collegio, ſi quidem id ratum habuit, imputatur. 37
Qui delictum prohibere poteſt, ſed non prohibet, iure naturæ ſimpliciter, iure civili non aliter, quam ſi prohibitio ad officium eius pertinet, obligatur. 49
Sola ratihabitio ſuperioris non efficit, ut delictum ei imputari poſſit. 51
Nec præmii datio ſufficit, quæ tamen magnam ſuſpicionem, quod quis conſcius & particeps delicti fuerit, excitat. ibid.
Intereſt reipublicæ, ne delicta mollius puniantur. 186
Non omnia delicta, quorum cognitio ad ſuperiorem iurisdictionem refertur, atrocia ſunt, nec inquiſitione digna. 458
Delicta, quæ circa iusiurandum committuntur, in quot claſſes diſtribuantur? 634
In explicandis delictis miniſtrorum Principis difficile eſt dolum a culpa diſtinguere. 741
Boni Principis officium eſt, miniſtrorum ſuorum delicta, etiam communia, punire, ac familiares omni culpa vacuos habere. 742
Duo ſunt delictorum, quæ a miniſtris Principum committuntur, potiſſimi fontes, avaritia & ambitio. 778
Vid. ſupr. *Crimen.*

Delinquentes.

Plures unico actu delinquentes unica pœna, ſi hæc dividi poſſit, plectuntur, quando leges in id delictum certam pœnam ſtatuerunt. 41
Præiudicium. ibid.
Illi, qui iuſſu ſuperioris deliquerunt, ſi propterea puniuntur, vel damnum patiuntur, actionem contra iubentem habent, ut indemnes ſerventur; ſecus, ſi ex mandato ſuperioris peccarint. 48
Superior & inferior ſimul delinquentes, etſi ſimillimum factum ſit, diſſimili tamen ratione puniendi ſunt. 53
Qui, patre iubente, delinquit, aut ex-

Digitized by Google

excuſatur plane, aut mitius punitur, ſed is, qui, matre mandante, peccavit, non iuvatur. 57

Dementes

Regulariter pœnis omnibus exſmuntur, niſi manifeſti doli indicium appareat. 6

Denunciatio.

Sola partis offenſæ denunciatio ad Inquirendum non ſufficit. 409

Denunciatio belli.

Vid. ſupra *Belli denunciatio.*

Denunciationes ſeu delationes iniuriarum.

Delationes iniuriarum, quæ ex ulciſcendi animo proficiſcuntur, iniuſtæ, atque ab ipſis idolorum cultoribus, qui tolerantia ſua patientiam Chriſtianorum fere ſuperarunt, improbatæ ſunt. 174

Depoſitarius

Quousque depoſito ſine crimine uti poſſit? 112

Qui rem, ex turpi cauſſa apud ſe depoſitam, intervertit, a deponente conveniri nequit; peccat tamen & a magiſtratu recte punitur. 129

Depoſitarius, depoſitum intervertens, etſi magiſtratus ſit, furtum committit. 113

Depoſitio

Eſt pœna ordinaria ſacerdotum blaſphemantium. 558

Depoſitum.

Qui depoſitum ex cauſſa delicti retinet, delinquit quidem, ſed furtum non committit. 113

Præiudicium. 115

Deprecatio iniuriarum

Decerni ſolet, ſi actor & reus dignitate ſint pares. 195

Ab auctore rixæ, qui laceſſitus modum exceſſit, peti non poteſt. 203

Præiudicia. 204

Quando ſacerdoti convitiatori imponi ſoleat? 279

In deprecationibus iure communi procurator tam ex parte actoris, quam rei, quin & ſcriptura aliquando admittitur, ſed in Saxonia rei præſentia deſideratur. 198

Præiudicium, quo deprecatio in ſcriptis fuit admiſſa. 199

Deſperatio

Pœnam iniuriarum ac blaſphemiarum non tollit, aut minuit 567

Detrectatio obedientiæ.

Detrectatio obedientiæ in iuſſis Principum, legi divinæ contrariis, iuſta eſt. 690

Dicta.

Aliqua dicta, etſi per ſe iniuria, propter locum & tempus plene excuſantur. 211

Exempla. ibid. ſq.

Digitized by Google

Salſa advocatorum dicta & ſcripta inluriæ non ſunt. 243
Dicta & ſcripta ſalſa advocatorum vel diſſimulanda ſunt, vel ſimplici admonitione coërcenda. ibid.
Præiudicium. 244

Dies.

Nullus dies, quem vel lex, vel iudex in criminalibus defenſori præfigit, peremtorius creditur. 498
Præiudicium. ibid.

Diffidatio

Antiquiſſimis Germanis incognita, medio ævo introducta, ab initio honeſtatis fuit, deinde neceſſitatis per leges publicas facta eſt. 339 ſqq. 355
Quid ſit? 340
Vel coram, vel per litteras, vel per nuntium fieri poterat. ibid.
Diffidatio etiam uni homini fieri poteſt. Neceſſe tamen eſt, ut per hoc plures homines tumultui & periculo involvantur, ac tranquillitas publica lædatur. 350
Diffidationes cum bellis privatis anno 1467. ſaltem ad tempus, anno 1495. vero in perpetuum prohibitæ fuerunt, at in conſtitutione criminali Carolina, cuius verus auctor Maximilianus I. eſt, iterum permiſſæ, tandem tamen anno 1548. penitus abrogatæ ſunt. 339. ſqq.
Diffidatio, nudis verbis, ſine litteris aut ſignis, facta, ſi per eam ſecuritas publica turbata fuit, ſecundum leges Imperii, gladio punitur; In Electoratu Saxonico autem ſaltem fuſtigatione aut exilio. 344
Præiudicia. 346. 347
Diffidatio non eſt comminatio, per quam ſingulorum hominum ſecuritas turbatur. 351

Diffidator

A pœna ordinaria non liberatur, quamvis, ſe animum minas exſequendi habuiſſe neget, atque hoc in tormentis edicere paratus ſit. 248
Præiudicium. ibid.
Qui privato malum minatur, diffidator quidem non eſt, punitur tamen, & cavere cogitur. 352

Diffidatoriæ litteræ.

Vid. infr. *Litteræ diffidatoriæ.*

Diſpoſitio Legum.

Diſpoſitio *L. un. C. Si quis Imp. mal.* adhuc hodie uſu eſt ſervanda. 664. ſqq.

Diſputare.

Diſputare & in ſcholis, & in templis licet, ſed cum aliquo diſcrimine. 601

Diſputationes.

Eruditorum vividæ inter ſe diſputationes tolerari, nec tanquam iniuriæ vindicari debent, male-

Digitized by Google

ledicentia tamen recte punitur. 188
Diſputationes theologicæ multas quidem hæreſes excitarunt, ſed tamen interdici nec debent, nec poſſunt. 601
In diſputationibus theologicis abſtinendum eſt a novis theſibus & phraſibus, quæ ſcilicet nec in ſacro codice, nec in libris ſymbolicis reperiuntur. 602

Diſtinctiones.

Vulgares diſtinctiones, quibus leges, contra prævaricatores latæ, eludi ſolent, reiiciuntur. 369

Diviſionis beneficium.

Vid. ſupr. *Beneficium diviſionis.* & infr. *Exceptio diviſionis.*

Dolus bonus

In capiendis reis licite adhibetur. 518. 844
Præiudicium. 519

Dominus

An & quando, ob iniuriam, vaſallo illatam, contra iniurianten agere poſſit? 237

Dona

A miniſtro Principis ab iis, quos, extra muneris ſui rationem, intercеſſione vel opera iuvat, impune accipiuntur. 731
Præiudicium. 732
Dona, ab extero Principe miniſtro, qui cum illo negotium geſſit, oblata, a miniſtro licite accipiuntur. 732
Præiudicium. 733
Leges quorundam locorum vetant ſimpliciter miniſtrum dona ab extero Principe accipere. ibid.
Caſus, quibus ab extero Principe dona accipere vetitum eſt. 781

Duces.

Etiam in bellis duces prævaricantur. 390

Dubia.

Leviuscula dubia circa libros ſymbolicos, quæ poſt ſubſcriptionem ſuperveniunt, non ſunt hæreſis. 576
Præiudicium. 577

Dubitatio.

Si dubitatio circa iurandum oriatur, interpretatio ſic facienda eſt, ne luretur. 614
Præiudicium. ibid.

E.

Eccleſia

Quotuplex ſit? 583
Quælibet eccleſia hæreſes ex libris ſuis ſymbolicis iudicat, atque horum profeſſionem & ſubſcriptionem a membris ſuis exigit. 573
Eccleſiæ ſingularum in Germania rerum publicarum ius ſacrorum & annexam ei articulos fidei definiendi & hæreticos declarandi facultatem habent. 586

Digitized by Google

Eccleſia nationalis, ſeu particularis
Quænam dicatur? 584
Eccleſia ſingularis, ſeu provincialis
Quænam dicatur? ibid.
Eccleſia univerſalis
Quid ſit. ibid.
Edictum Regium & Electorale Saxonicum wider die Selbſt-Rache.
Lex Saxonica §. 3. Edicti wider die Selbſt-Rache, pœnam in eos, qui magiſtratus iniuriis laceſſunt, ſanciens, ſaltem ad magiſtratus illuſtres, non etiam ad alios pertinet. 252
Præiudicium. ibid.
Effractio.
Vt effractio, quæ in furto violento deſideratur, ſeditioſe & coadunatis hominibus facta ſit, neceſſe non eſt. 68
Poteſt illa effractio etiam ab uno homine, vel a femina committi. ibid.
Præiudicium. ibid.
Effractio, manibus facta, non ſufficit in crimine furti ad irrogandum ultimum ſupplicium. 99
Præiudicium. ibid.
Emtio.
Emtio rei furtivæ, cum ſcientia coniuncta, iure communi non eſt proprie furtum, nec pœnæ ordinariæ ſubiacet; at iure Saxonico recentiore ſubiacet pœnæ ordinariæ. 398. ſq.
Ephorus.
Ephorus, qui delata ad ſe per rumorem publicum flagitia fidei ſuæ commiſſis exprobrat, iniuriarum non tenetur. 312. ſq.
Error
Quousque actioni iniuriarum obſtet? 294
Error, in perſona commiſſus, errantem non excuſat. ibid.
Error, in perſona commiſſus, tum excuſat, quando errans rei licitæ operam dedit. 300
Præiudicium. 301
Leviuſculi errores circa libros ſymbolicos, qui poſt ſubſcriptionem ſuperveniunt, hæreſis non ſunt. 576
Præiudicium. 577
Quis ſit levis, quis gravis error, & quis articulum fidei lædat, aut non, definire, nec Theologorum, nec Iureconſultorum eſt, ſed eccleſiæ totius, aut ſenatus eccleſiaſtici, qui auctoritate publica inſtitutus eccleſiam repræſentat. 582
Eventus.
Infelix conſilii, licet ancipitis & audacis, eventus conſiliario imputari non debet. 716
Præiudicium. 717

Ex-

Digitized by Google

Exceptio benignioris interpretationis
Quousque locum habeat? 302
Exceptio diuiſionis
A membro univerſitatis, contra quod is, qui per delictum, ab univerſitate commiſſum, læſus eſt, in ſolidum agit, fruſtra opponitur. 25
Præiudicium. 26
Locum habet, quando integrum collegium delictum culpoſum commiſit, ſecus ſi delictum fuerit doloſum. 27
Præiudicium. 28
Exceptio erroris
Contra actionem iniuriarum tunc prodeſt, quando ille animum iniuriandi prorſus excludit. 294

Exceptio famæ communis
Nec iniuriantem, nec accuſatorem, nec delatorem excuſat, ſi fama publica nullis aliis argumentis, ſubnixa ſit. 319

Exceptio litis conſortium
A membro univerſitatis, contra quod ab illo, qui per delictum, ab univerſitate commiſſum, læſus eſt, in ſolidum agitur, huic opponi non poteſt. 25
Præiudicium. 26
Exceptio veritatis
Advocatum non ſolum in iis, quæ adverſario, vel teſti, ſed &, quæ iudici obiicit, excuſat; neceſſe tamen eſt, ut obiectio verbis in factum temperetur. 249 & 324
Præiudicium. 250
An in Saxonia per edictum regium wider die Selbſt-Rach, ſi in continenti non liqueat, in cauſſis iniuriarum ſit vetita? 324
Præiudicium. ibid.
Quousque in actionibus iniuriarum ſuper exceptione veritatis illiquida iusiurandum deferri, vel probatio admitti poſſit? 307. ſq.
Præiudicium. 308
Ad exceptionem veritatis confugere, non ſemper eſt conſultum. 310
Executio.
Si, univerſitate ex delicto condemnata, bona communia non ſufficiunt, executio in bona privata ſingulorum membrorum decernitur. 38
Præiudicium. 39
Exheredatio.
Ad exheredationem non omnis iniuria atrox, parentibus illata, ſufficit. 542
Exilium
Miniſtris Principum delinquentibus imponi poteſt; quæ pœna tamen maxime eſt inconſulta. 937

Digitized by Google

Expilatio hereditatis
Soli nocet heredi, non legatariis, quibus totum legatum eſt præſtandum. Quodſi vero ipſæ res legatæ per expilationem perierunt, damnum eſt legatarii. 412

Exſuperantia.
Exſuperantia virtutis aliquando crimen eſt. 752
Exſuperantia miſericordiæ & lenitatis crimen eſt. 753
Exſuperantia fortitudinis crimen eſt. 755
Exſuperantia religionis & pietatis crimen eſt. 757
Exſuperantia magnanimitatis crimen eſt; quo etiam legatorum rigida ceremoniarum exactio refertur. 758
Exſuperantia magnificentiæ & liberalitatis crimen eſt. 760
Exſuperantia parſimoniæ crimen eſt. 761
Exſuperantia fidei in augendo fiſco crimen eſt. 763
Præiudicium. 764

F.

Facilitas.
Facilitas Principum in remittendis iniuriis, & ipſis, & reipublicæ nociva eſt. 673

Facinora.
Crimen eſt, ex aliorum facinoribus lucrum capere. 783
Præiudicium. ibid.

Facinoroſi.
Facinoroſi fugientes, etiam a privatis comprehendi, vel ex fuga retrahi, & donec Iudici exhibeantur, cuſtodiri poſſunt. 523
Præiudicium. 524

Facta.
Aliqua facta, etſi per ſe iniuria, propter locum & tempus plane excuſantur. 211
Exempla. ibid. ſqq.

Facta dubia & ambigua
In meliorem partem ſunt interpretanda. 295

Falſum, ſeu crimen falſi.
Inter falſum & ſtellionatum nullum eſt verum diſcrimen. 413
Characteres, qui communiter falſum a ſtellionatu diſtinguere perhibentur, exploduntur. 414 ſqq.

Fama publica.
Sola fama publica, nullis aliis argumentis ſubnixa, nec iniuriantem, nec accuſatorem, vel delatorem excuſat; excuſat tamen eum, qui ex officii neceſſitate accuſat, vel defert; nec non magiſtratum. 319
Sola fama communis ad ſuſpectum carceri includendum ſufficit. 532

Famoſus libellus.
Vid. Infr. *Libellus famoſus.*

Digitized by Google

Famulus
An & quousque contra herum iniuriarum agere possit? 233
Præiudicia. ibid. sq.
Famuli, iussu heri delinquentes, mitius puniuntur. 461
Præiudicium. ibid.
An famuli, qui res, custodiæ & administrationi suæ commissas, interverterunt, ordinaria furti pœna sint puniendi? 82
Præiudicia. 83. sq.
Famuli, si res, quas alio transferendas acceperunt, intervertant, iure communi ultimo supplicio non afficiuntur; secus iure Saxonico. 121
Præiudicia. ibid. & pag. 124
Favus.
Favos & apes ex alieno fundo & arbore auferre, iure Romano licitum, sed prisco iure Germanico prohibitum est. 116
Hodie qui favos & apes, nondum occupatos, eximat, puniri nequit, dummodo arborem non lædat. 117
Præiudicium. ibid.
In Saxonia is, qui in sylvis Electoralibus favos & apes eximit, furtum committit. 118
Felicitas.
Sæpe felicitas in rebus gerendis ministris Principum exitio vel damno est. 735
Fideiussor.
Fideiussor, qui pro reo de iudicio sisti cavit, si magistratus deinde reum in carcerem coniiciat, liberatur, nec, reo e carcere fugiente, ad solvendam, in quam cavit, pecuniam, obligatur. 530
Fides ministrorum Principum.
Fides ministrorum, principi inferiori contra superioris iniurias adsistentium, aliquando punitur. 697
Fides ministri erga Principem suum aliquando heredem eius offendit, & ab illo succedente punitur. 703
Aliquando minister fidei suæ pœnas uxori, matri, familiæ Principis, fide illa offensis, dat. 705
Interdum propter fidem ceteri ministri unum ex se persequuntur. 706
Fidei ministrorum Principum exsuperantia in augendo fisco crimen est. 763
Præiudicium. ibid.
Fides.
Fides testium, omni exceptione non maiorum, accedentibus gravibus indiciis, suppletur, ut plenam probationem faciat 95
Præiudicium. 96
Filiusfamilias.
Filiusfamilias, qui pecuniam mutuo accepit, & in chirographo pollicitus est, se illam in rem patris & bonos usus versurum, nec tamen vertit, non quidem ex

Digitized by Google

ex mutuo, ſed tamen de dolo, tanquam ſtellio, conveniri poteſt. 418

Fines

Per ſimplicem ingreſſionem & inſpectionem non turbantur. 422
Quæ ingreſſio & inſpectio etiam durante lite fieri poteſt. Dominus tamen eandem inpoſterum prohibere poteſt. 422. ſq.
Finium turbatio aliquando in crimen læſæ maieſtatis incidit. 420
Privatæ de finibus litis cauſſa fiſci per aſtum nonnunquam admiſcetur. 421
Privatus, qui ſibi ſervitutem in vicino alterius provinciæ prædio arrogat, per hoc fines publicos territoriorum non turbat. 422

Fiſcus

Bona quidem perduellium capere, ſed & aes alienum, ab iis conflatum, ſolvere debet. 663
An liceat fiſco miniſtris accuſatis documenta auferre? 728
Præiudicium. ibid.

Flagitia.

Flagitia uxoris & familiæ miniſtro, qui culpa caret, male imputantur. 727
Præiudicium. ibid.

Formulæ.

Veteres iurandi formulæ, quibus fides hominum, munera publica ſuſcipientium, obſtringi ſolet, ſi deinde inutiles, aut periculoſæ reperiantur, abrogari debent. 616
Præiudicium. 618

Fortitudo.

Fortitudinis exſuperantia crimen eſt. 755

Forum deprehenſionis.

Errant, qui forum deprehenſionis in reo, per breve ſaltem tempus alicubi commorante, locum habere negant. 518
Præiudicium. 519

Frater.

Germani veteres pœnam perduellionis etiam ad fratres perduellium innocentes extenderunt. 657

Fuga.

Ob fugam intervenientem gradus torturæ, iam decretæ, amplificatur. 533
Præiudicium. ibid.

Fur

Vt ob tertium furtum ultimo ſupplicio puniri poſſit, requirunt, ut bis, aut ſemel iam ob furtum punitus ſit. 71. ſq.
Præiudicia. ibid.
A pœna laquei non liberatur ob reſtitutionem rerum, furto ablatarum, ſi hi, qui res ab eo bona fide emerunt, pretium datum non recuperent. 74
Præiudicium. ibid.

An

Digitized by Google

An ob animum reſtituendi a pœna ordinaria liberetur? 75
Præiudicium. 76
Reſcriptum potentiſſimi Poloniarum Regis & Electoris Saxonis. 77
Quamvis ante punitus non ſit, tamen ſuſpendi poteſt. 81
Præiudicium. ibid.
Furum ſuſpendium Saxones primum exercuerunt, Fridericus I. Imperator a Saxonibus acceptum in reliquam Germaniam introduxit. 59
Furum pœna ſuſpendii non dura, ſed optima & æquiſſima eſt, nec interpretationibus molliri debet. 61. ſqq.
Ad furem damnandum manifeſtiſſima indicia ſufficiunt, nec, confeſſionem eius extorqueri, neceſſe eſt. 63
In puniendis, torquendisque furibus corpus delicti nimis ſcrupuloſe exigi non debet; ſed ſufficit moralis certitudo. 66
Præiudicium. ibid. ſq.
Furi reſtitutio rerum ablatarum neque in tertio furto, neque in ſacrilegio prodeſt. 78
Præiudicium. 79
Furi advenæ ignorantia iuris ſingularis in loco, ubi furatur, non prodeſt. 82
In puniendis furibus mens legislatoris ſpectanda, non verba captanda ſunt. 90
Conſtitutio Carolina, etiam ubi certas in fures pœnas ſtatuit, arbitrio iudicis & collegiorum iuridicorum locum relinquit 92
Ad convincendum puniendumque furem propria confeſſio, aut duo teſtes omni exceptione maiores non deſiderantur. 95
Præiudicium. 96
Fur, qui honeſtum lucrum intendit, punitur, ſed mitius. 109
Furem non facit ſolum conſilium, niſi factum aliquod, e. g. commodatio inſtrumentorum, comitatus &c accedat. 125
Qui alios ad furtum, inimico ſuo faciendum, non animo lucri faciendi, ſed ex odio concitat, fur non eſt, punitur tamen, & ad reſtituendum rerum ablatarum pretium convenitur. 125
Fur non eſt occultans furem, vel rem furtivam, qui lucri partem non fert, ſed tamen extra ordinem punitur. 392
Furem non indicare, crimen non eſt. 393
Fures rerum exiguarum inquiſitionem recte detrectant. 458

Furioſus.

Furioſi delinquentes neque puniri, neque ad damni reſtitutionem condemnari poſſunt. 2

Furtum

Committitur a ſequeſtro, ſequeſtra-

ptionem a membris ſuis exigit. 573
Hæreſis non ſunt leviusculi errores, & dubia circa libros ſymbolicos, quæ poſt ſubſcriptionem ſuperveniunt. 576
Præiudicium. 577
Ab hæreſeos nota proteſtantes & catholici in Germania noſtra ſunt liberi. 597
Multas hæreſes diſputationes theologicæ excitarunt, ſed tamen hæ interdici nec debent, nec poſſunt. 601
Hæreſis, quatenus ſaltem in errore conſiſtit, in foro humano crimen non eſt, nec puniri poteſt. 602
Leges, quæ in ſimplicem hæreſin infamiam, exilium, bonorum ademtionem, & bonorum privationem ſtatuunt, impiæ ſunt, & cum recta ratione pugnant. 603
An hodie nulla hæreſis naſcatur, cuius veſtigium non iam in primorum Chriſtianorum annalibus reperiatur? 609

Hæreticus

Pœnarum comminatione, ut ad puriora ſacra revertatur, cogi nequit. 602
Cogi tamen poteſt, ut remedia, quibus errores eius diſcutiantur, adhibeat, ac inſtitutionem in vera doctrina admittat. 603
Præiudicium. 606
In quibus differat a ſchismatico? 611
Definitio hæretici in iure Iuſtinianeo poſita, accurata non eſt, ſed ex ſuperſtitione & tyrannide cleri profecta, atque cum ea, quæ in Auguſtana Confeſſione reperitur, pugnat. 570
Hæreticus non eſt, qui in levi & ad ſalutem non neceſſario argumento errat. ibid.
Quænam requirantur, ut quis hæreticus dici poſſit? 572
Ius declarandi hæreticos eſt penes eccleſiam, ac, qui illam repræſentat, ſenatum eccleſiaſticum. 583
Olim hoc ius fuit penes concilia. 586
Hæretici ne quidem propterea, quod ſuo more privatim Deum colunt, puniri poſſunt. 602
Hæreticus, qui falſas opiniones ſuas alios, contra legis prohibitionem, docet, vel cultu ſuo religioſo tranquillitatem publicam turbat, blaſphemias eructat, recte punitur, non tamen propter hæreſin, ſed propter hæc maleficia. 602
Hæreticus obſtinatus, & poſt inſtitutionem etiam errorum ſuorum tenax, tamen puniri non debet. 603

Le-

Digitized by Google

Leges, quæ hæreticos quieſcentes morte puniunt, impiæ ſunt, & cum recta ratione pugnant. 603
Poſſunt hæretici, etſi quieti, a Principe, vel republica e provincia exire iuberi, ab honoribus & muneribus publicis arceri, a poſſeſſione bonorum immobilium & commerciis excludi, atque ex officiis, quæ iam gerunt, honeſte dimitti. 603
Hæreticorum catalogus, a tempore Lutheri, conſcriptus a Carolo Meichelbeck. 608

Heres

Actionem ex iniuria, defuncto, dum hic vivebat, illata, non habet, bene vero ex ea, quæ poſt mortem infertur. 233
Præiudicium. 224
Si is, quem heres futurus compilavit, vivus conqueſtus non eſt: Heredes tamen eius, eo mortuo, queri & coheredem compilatorem convenire, ſed ſaltem civiliter poſſunt; poſſunt etiam iuslurandum ei deferre. 408
Præiudicium. 409
Heres, qui res hereditarias communes in ſuos uſus, ignorantibus coheredibus, vertit, ſi animus intervertendi deſit, non de expilata hereditate, ſed familiæ erciſcundæ iudicio tenetur. Sed ſi animus intervertendi apparet, furti conveniri poteſt. 410
Præiudicium. 411
Expilatio hereditatis ſoli nocet heredi, non legatariis, quibus totum legatum eſt præſtandum. 412

Herus

An & quousque a famulis actione iniuriarum conveniri poſſit? 233
Præiudicia. Ibid. ſq.
Herus, qui iratus famulo ſuo perperam facienti crimen famoſum obiectat, iniuriarum non tenetur. 234
Tenetur tamen, ſi animus deliberatus aut perſeverantia apparet. Ibid.
Herus, qui furtum famuli ſui, quod impedire poterat, non impedit, furti obſtringitur. 130

Homagium.

Periculoſum eſt, & imprudens, petitionem homagii, die Hulbigung, differre. 821

Homines proprii.

Homines proprii, iuſſu domini delinquentes, mitius puniuntur. 46

Honores.

Pares cum Principe honores uſurpare, crimen eſt. 802

Digitized by Google

Inferior

Iuſſa ſuperioris, de quorum iuſtitia dubitat, impune exſequitur. 56

Inferior & ſuperior ſimul delinquentes, etſi ſimillimum factum ſit, diſſimiliter tamen peccant, & diſſimili ratione puniendi ſunt. 53

Iniuria.

Iniuriarum ultio damnatur, non etiam vindicta, inter quæ duo multum intereſt. 177

Iniuriæ privatæ a magiſtratu ex officio, invita etiam utraque parte, puniri poſſunt. 182

Præiudicia. 184

Reſcriptum Auguſti Guilielmi, Ducis Brunſuicenſium. 185

Etiam in Saxonia iniuriæ privatæ ex officio puniri poſſunt. 186

Intereſt reipublicæ, ne iniuriæ mollius puniantur. ibid.

Is, qui iniurias defert, liti ſe immiſcere ſumtusque ferre obligatus non eſt, tunc tamen, quando iudici idonea ad inquirendum argumenta non ſuppeditat, ad utrumque cogitur. 193

Præiudicium. ibid.

Quot ſint in iniuriis ſatisfactionis privatæ gradus? 195

In Iniuriis, ſi auctor dignitate ſuperior, reus inferior ſit, revocatio ſeu recantatio, ſi ambo pares, deprecatio, ſi reus actorem dignitate antecedat, declaratio honoris decerni ſolet. ibid.

Iniuriæ illatæ tempus & locus in libello exprimi oportet. 210

Præiudicium. 211

Aliquando iniuriæ viliſſimæ viliſſimorum hominum maximi in cauſſis publicis ſunt momenti. 219

Exemplum. ibid.

Sannæ, ſive geſtus ignominioſi ſunt veræ iniuriæ. 222

Præiudicia. ibid. ſq.

Iniuria famulo, in negotiis dominicis occupato, facta, domino actionem tribuit. 226

Quando iniuria, famulo illata, in contumeliam domini facta cenſeatur? ibid.

Iniuria, liberis facta, a patre, in ſui & liberorum præiudicium, remitti poteſt, hoc tamen publico non præiudicat. 227

Præiudicium. 228

Iniuria eſt prolatio ſecreti alieni. ibid.

Præiudicium. 229

Iniuria eſt, alterum, cui dignior locus debetur, antegredi. 231

Præiudicium. ibid.

Ipſa iniuriarum actio, ſi iniuſte inſtituatur, iniuria eſt. 235

Præiudicium. 236

Is etiam, qui iuſte iniuriarum agit, ſed pœnam atrociorem, quam par

Digitized by Google

par eſt, petit, ipſe iniuriarum reus ſit. 236
Iniuriæ, quas advocatus nomine clientis dixit, vel ſcripſit, huic, ſi eas ignoravit, non imputantur. 357
Præiudicium. ibid.
Si vero ignorantia inveriſimilis, adfectata, & ſupina ſit, clientem non excuſat. 258
Præiudicium. ibid.
Non omne convicium iniuria eſt. 264
Iniuriæ, quas coniux & liberi ſacerdotis aliis inferunt, illi quodammodo imputantur. 281
Præiudicium. ibid.
Ex contemtu alterius non dicere & facere, quod dici fierive oportebat, iniuria eſt. 283
Exempla iniuriarum, quæ in non faciendo conſiſtunt. 284
An iniuria ſit, ſi quis in convivio alicuius ſaluti & honori poculum libare, Geſundheit trinckẽ, detrectet? 285
Iniuria eſt, oblatum ſponſoris ad ſacrum fontem officium, eine Gevatterſchaft, non accipere. ib.
Præiudicium. 286
Iniuria eſt, debitos alicui honoris titulos non tribuere. ibid.
Dominum aliquem non nominare, iniuria hodie eſt. 288
Præiudicium. ibid.
Iniuria eſt, dominum ſimpliciter appellare, cui amplior titulus debetur; iſta tamen titulorum omiſſio inter atroces iniurias referri nequit. 288
Iniuria haud eſt, titulum ſibi cum alio communem, tanquam vilem nimis, omittere, aut non recipere. 290
Præiudicium. ibid.
Iniuria non eſt, titulum litigioſum alicui, pendente lite, non tribuere. 292
Præiudicium. ibid.
Cuius perſonæ qualitas, in iniuria, per errorem illata, ſit ſpectanda, utrum eius, quam offendere reus voluit, an eius, quæ vere offenſa eſt. 298
Iniuria, magiſtratui illata, atrox & inquiſitione dignum delictum eſt; ceſſat tamen inquiſitio, quando vel iniuria magiſtratui, fines officii excedenti, illata fuit, vel certum eſt, pœnam ultra mulctam pecuniariam extendi non poſſe. 460
Præiudicium. 461
Species iniuriæ etiam eſt blaſphemia, atque ideo ex doctrina iniuriarum eſt explicanda. 541
Diviſiones iniuriarum etiam ad blaſphemias pertinent. 542
Iniuriæ pœnam non mitigat conditio, iniuriæ adiecta. 557
Iniuriæ, quæ perſonam Principis & eius familiam ſimpliciter, atque adeo rempublicam ſaltem obli-

Digitized by Google

oblique & minus principaliter lædunt, crimen læſæ Maieſtatis quidem non ſunt, ſunt tamen iniuriæ atroces, quæ carcerem, inquiſitionem, quin & ultimum ſupplicium merentur. 668

Iniuriæ, ſacerdotibus illatæ, ſi quidem verbales ſint, ad blaſphemias obliquas referuntur, ſi reales, ad ſacrilegia; Hoc tamen non aliter, quam ſi ſacerdoti, vel ſacra tractanti, vel intuitu ſacri, quod gerit, muneris inferantur. 547

Iniuriæ pœna non mitigatur, ob conditionem, iniuriæ adiectam. 557

Præiudicium. ibid.

Iniuriæ, Principi illatæ, quamdiu occultari poſſunt, diſſimulari, publice prolatæ, aut manifeſtatæ ſeveriſſime puniri debent. 674

Exemplum in Davide. 676

Vid. ſupr. *Convitium.*

Iniuria mediata.

Iniuriæ mediatæ exemplum. 237

Iniuria obliqua

Quid ſit? 236

Exemplum iniuriæ obliquæ. ibid.

Iniuria perſonalis,

Iniuria perſonalis, occaſione officii illata, ſucceſſori actionem non tribuit. 226

Iniuria ſcripta.

Iniuriæ ſcriptæ combuſtio iuſta eſt, ſed parum conſulta. 328

Iniuriæ atroces

Quænam dicantur? 206. & 207

Non ex perſona eius, quem quis laceſſere voluit, ſed eius, qui vere offenſus eſt, æſtimantur. 298

Præiudicium. ibid.

Iniuria, ſacerdoti illata, per ſe atrox eſt, atque, ſi per eam ſacra turbata fuerunt, ultimo ſupplicio punitur, ſi ſcandalum ſaltem excitatum, pœna ſolito graviore coercetur, ac reus læſo publice ſatisfacere cogitur. 207

Præiudicium. 208

Magiſtratui, in via occurrenti, non decedere, atrociſſima apud Romanos iniuria erat. 239

Non omnis iniuria atrox, parentibus illata, ad exheredationem ſufficit. 542

Iniuriæ intuitu officii illatæ

Quænam dicantur? 224. 226

Iniuriæ mutuæ.

Mutuas iniurias & iure communi, & in Saxonia, compenſari oportet, quæ tamen compenſatio pœnam utriusque litigatoris non tollit. 204

Præiudicium. 205

Iniuriant

Ab actione iniuriarum, ob errorem in perſona commiſſum, non liberatur. 297

An, & quando exceptione veritatis

Digitized by Google

tatis ſe contra actionem iniuriarum defendere poſſit? 304
Exceptione famæ communis ſe defendere nequit, ſi fama illa nullis aliis argumentis ſubnixa ſit. 319
Iniurians revocationem, vel deprecationem detrectans, carcere, & ſi nec ſic contumacia frangatur, durioribus remediis cogitur. 201
Præiudicium. ibid.

Inobedientia.

Inobedientia erga iuſſa Principis, ex contemtu profecta, ſpecies perduellionis eſt. 649

Inquiſitio.

Vox: Inquiſitio, in nativa ſignificatione omnem de crimine cognitionem & perquiſitionem complectitur; Sed uſu fori κατ' ἐξοχὴν ſolemnem reſponſionem ad articulos denotat, & interrogationi ſimplici, der ſummariſchen Vernehmung, contradiſtinguitur. 448
In inquiſitione ſolemni præſentia rei deſideratur, ſed in interrogatione ſimplici etiam procurator & ſcriptura admittuntur. In Electoratu Saxoniæ tamen etiam hic rei præſentis reſponſio neceſſaria eſt. 449. ſq.
Præiudicia. ibid. & 451
Inquiſitiones Romanis non incognitæ, ſed & ante Iuſtinianum in uſu, & a Iuſtiniano probatæ iuſſæque fuerunt. 455
Inquiſitio ſolemnis duos fines habet, quorum uno ceſſante, & ipſa omitti debet. 457
Inquiſitionem recte detrectant vulneratores in ſubita rixa, fures rerum exiguarum, ſtupratores. 458
Inquiſitio ſolemnis ſolum a magiſtratu, qui ſuperiorem iurisdictionem habet, decerni poteſt, & in iis ſaltem delictis, quorum pœna veriſimiliter ad relegationem ex territorio pervenire poteſt. 459
An inquiſitio ſolemnis pœnam numellarum præcedere debeat? 459
Præiudicium. 460
Quinam ſint Inquiſitionis effectus? ibid. & pag. 462
Inquiſitio ſolemnis in crimine uſurariæ pravitatis extra Saxoniam locum non habet, bene tamen in Saxonia. 463
Solum læſi teſtimonium, etſi iureiurando confirmatum, neque in crimine uſurariæ pravitatis, neque in aliis delictis ad decernendam inquiſitionem ſufficit. 464
Præiudicia. 465. ſq.
Omnis inquiſitio brevi ac ſummario iudicio peragenda eſt. 470
Poteſt Iudex in inquiſitione & non poteſt articulos in examine teſtium adhibere. 471
Omiſſio articulorum teſtimonialium

Digitized by Google

lium in inquiſitionis proceſſu hunc non vitiat, dummodo teſtes non in ſolle, ſed diſtincte, factum expoſuerint. 471
Præiudicia. ibid. ſq.
Nihil funeſtius eſt in inquiſitione, quam quod ea ſæpe malum gravius ſit ipſa, quæ poſtea reo convicto imponitur, pœna. 475
In inquiſitionibus neque ſpontaneæ reorum confeſſiones, neque ultroneæ ſui delationes & accuſationes ad plenam condemnationem ſufficiunt, ſed corpus delicti ante omnia inveſtigari oportet. 476
Ad inquiſitionem formandam corpus delicti neceſſarium eſt. 488
In inquiſitione contra miniſtrum Principis verba in factum temperanda, ac vocibus inquiſitio, inquiſitus, abſtinendum; reſponſio tamen in ſcriptis, ſi crimen gravius ſit, non ſufficit. 848

Inquiſitus.

Is, contra quem inquiſitio decreta eſt, etſi de crimine interrogatus ſit, quamdiu tamen ad articulos non reſpondit, inquiſitus non eſt. 474
Præiudicium. ibid.

Inſtrumenta.

Inſtrumenta, quæ fur effringendi animo non adportavit, ſed forte reperit, ad irrogandum ultimum ſupplicium non ſufficiunt. 99
Præiudicium. ibid.
Inſtrumenta, compeſcendis incendiis idonea,
In quibus conſiſtant? 164
Magiſtratus, qui inſtrumenta, compeſcendis incendiis idonea, tempori non paravit, punitur. ibid

Interpres.

Regula, quod quilibet ſit optimus verborum ſuorum interpres, tunc, quando interpretatio hæc a communi uſu recedit, locum non habet. 302
Præiudicium. 303

Interpretatio

Fit potius contra eum, cui juratur, ſi is clarius loqui potuiſſet. 622
Præiudicium. ibid.
Si dubitatio circa iurandum oriatur, interpretatio ſic facienda eſt, ne iuretur. 614
Præiudicium. ibid.
Ea Interpretatio, quæ periurium excludit, antefertur. 622
Naſuta mandatorum Principis interpretatio crimen eſt. 773

Iocans.

Qui cum Principe liberius iocans reverentiam ei debitam lædit, merito punitur. 681

Ira

Digitized by Google

Ira

Pœnam iniuriarum, ac blaſphemiarum non tollit, ſed minuit. 567

Irreverentia.

Nimia in vero dicendo erga Principem irreverentia crimen eſt. 773

Iudæus.

Etiam Iudæus iniuriarum agere poteſt. 238

Iudex

Minori pœnam ordinariam remittere poteſt; non tamen peccat, ſi eam minori infligat. 4

In pœnis infligendis, ſi modo illæ arbitrariæ ſunt, rationem perſonarum habere debet. 53

In incendiarios durior eſſe debet, quam in alios delinquentes. 156

Vagam privatæ ſatisfactionis in libello petitionem ſecundum iura communia, non bene tamen hodie in Saxonia, attendit. 202

Præiudicium. ibid.

Iniurias, ſibi in ſuo iudicio ab advocatis illatas, recte vindicat. 254

Eas tamen iniurias, quæ contra eum in iudicio ſuperiore, vel apud Principem proferuntur, perſequi nequit, niſi Principes hoc ei committat. 255

Præiudicium. 256

Poteſt aliquando advocatum, qui iniuriis & verbis contumelioſis in ſuis ſcriptis uſus eſt, ſine prævia reſponſione (ohne Vernehmung) arbitrarie punire. 263

Propter comminationem, alteri factam, loco cautionis idoneæ vel iusiurandum, vel nudam promiſſionem decernere poteſt, ſi quidem ſecuritati eius, adverſus quem minæ prolatæ, ſic ſatis proſpici, animadvertit. 353

Præiudicium. 354

Poteſt aliquando denunciationem & inquiſitionem in accuſationem convertere. 454

Præiudicia. ibid.

Ad avertendos funeſtos inquiſitionis effectus verba in factum temperare, omiſſaque inquiſitionis, inquiſiti & articulorum mentione, mitiora vocabula ſubſtituere poteſt. 467

Præiudicia. 468

Poteſt in proceſſu inquiſitionis, & non poteſt articulos in examine teſtium adhibere. 471

Eum, quem peieraturum videt, a iureiurando, ſive id delatum & acceptatum, ſive ex officio per rem iudicatam impoſitum ſit, arcere debet. 631

Præiudicium. ibid.

Iudex, qui communi, ſed falſo, rumore motus inquirit, vel innocentem in vincula conlicit, ipſe quidem iniuriarum non tenetur,

Digitized by Google

ſtratam pecuniam conſumendo 78
Ope & conſilio committitur, non etiam ſolo conſilio. 125
Vt furtum tertium dicatur, neceſſe non eſt, furem bis iam eſſe punitum. 71
Plerumque tamen ex obſervantia requiritur, ut fur ſemel ſit punitus. ibid.
Præiudicium. 71. & 72
In furto, per conſpirationem facto, omnes, qui adtuerunt ſaltem, etſi nihil fecerint, ſuſpendi oportet. 80
Præiudicium. ibid.
Furtum primum, etiamſi non violentum, ultimo ſupplicio puniri poteſt. 92
Furtum, cum armis commiſſum, etſi effractio non acceſſerit, ultimum ſupplicium meretur. 103
Præiudicium. ibid.
Furtum, ob ſummam neceſſitatem commiſſum, etiam in foro humano impune eſt. 108
Furtum non eſt ablatio eſculentorum, quæ veſcendi animo fit, nec infamat. 118
Omne furtum, etſi minimum, infamat. 111
Præiudici m. ibid.
Depoſitum intervertens, etſi magiſtratus ſit, furtum committit. 113
Qui depoſitum ex cauſſa delicti retinet, delinquit quidem, ſed furtum non committit. ibid.
Præiudicium. 115
Apes & favos ex alieno fundo & arbore auferre, iure Romano licitum, ſed priſco iure Germanico furtum eſt. ibid.
Hodie qui apes & favos nondum occupatos eximit, furtum non committit, nec puniri poteſt, modo arborem non lædat 117
Præiudicium. ibid.
In Saxonia, quod ad Electorales ſylvas, furtum apium & favorum committitur. 118
In furto opem ferens non aliter ordinariam furti pœnam ſuſtinet, quam ſi in partem lucri venerit. Sufficit tamen lucrum indirectum. 127
Præiudicium. 128
Dominus, qui furtum famuli ſui, quod impedire poterat, non impedit, furti obſtringitur. 30
Nonnullæ furti ſpecies, quas vulgus pro furtis non reputat, & impune ſe laturum ſperat, tamen vera furta ſunt, ſed extra ordinem puniendа. 130
Furtum etiam eſt, quod per iocum fit. ibid.
Verum furtum eſt, & ordinarie punitur occultatio furis, vel rei furtivæ cum lucri, ſaltem indirecti, participatione conjuncta. 392

Digitized by Google

Furtum attentatum
Quamvis effractio & arma intervenerint, ultimo ſupplicio non punitur. 94
Puniri tamen poteſt fuſtigatione & perpetua relegatione. ibid
Furtum improprium
Ad furta impropria refertur, quando res animo lucri faciendi intervertitur quidem, ſed tamen ex poſſeſſione non aufertur. 119
Furtum magnum.
In furti magni æſtimatione res interverſæ non æſtimantur, ſed ſaltem ablatæ. 119
Præiudicium. ibid.
Furtum violentum
Etiam ſine armis committi poteſt. 69
Præiudicium. 70
Poteſt, ſecundum circumſtantias, aliquando mitius puniri. 92
Præiudicium. 93
Vt morte puniatur, vis ſeditioſa præciſe non requiritur. Requiritur tamen vis atrocior. 98
Vt in furto violento effractio ſeditioſe & coadunatis hominibus facta ſit, neceſſe non eſt, ſed poteſt ea ab uno homine, vel a femina committi. 68
Præiudicium. ibid.
Fuſtigatio.
Quænam requirantur, ut ob incendium culpoſum locum inveniat? 165
Locum non habet in incendio culpoſo, ſi reus cum læſis tranſegerit, etſi illis plene non ſatisfecerit. 166
Etiam ſine corpore delicti infligi poteſt. 482
Præiudicium. ibid.
Fuſtigatio. lege Carolina in prævaricatores ſtatuta, in praxi nunquam, ſed loco eius mulcta decernitur. 385
Præiudicium. ibid.

G.

Geſtus ignominioſi
Sunt veræ iniuriæ. 219
Præiudicia. 222. ſq.

Gewiſſen.
Qui ſub fide, aufs Gewiſſen, aliquid indicare iubetur, ad ſolenne iusiurandum non obligatur. 614
Præiudicium. ibid.

Gradus torturæ.
Gradus torturæ, iam decretæ, ob fugam intervenientem amplificatur. 533
Præiudicium. ibid.

H.

Hæreſis
Quid ſit? 611
Quælibet eccleſia hæreſes ex libris ſuis ſymbolicis iudicat, atque horum profeſſionem & ſubſcriptio-

ptionem a membris ſuis exigit. 573
Hæreſis non ſunt leviuſculi errores, & dubia circa libros ſymbolicos, quæ poſt ſubſcriptionem ſuperveniunt. 576
Præiudicium. 577
Ab hæreſeos nota proteſtantes & catholici in Germania noſtra ſunt liberi. 597
Multas hæreſes diſputationes theologicæ excitarunt, ſed tamen hæ interdici nec debent, nec poſſunt. 601
Hæreſis, quatenus ſaltem in errore conſiſtit, in foro humano crimen non eſt, nec puniri poteſt. 602
Leges, quæ in ſimplicem hæreſin infamiam, exilium, bonorum ademtionem, & bonorum privationem ſtatuunt, impiæ ſunt, & cum recta ratione pugnant. 603
An hodie nulla hæreſis naſcatur, cuius veſtigium non iam in primorum Chriſtianorum annalibus reperiatur? 609

Hæreticus

Pœnarum comminatione, ut ad puriora ſacra revertatur, cogi nequit. 602
Cogi tamen poteſt, ut remedia, quibus errores eius diſcutiantur, adhibeat, ac inſtitutionem in vera doctrina admittat. 603
Præiudicium. 606
In quibus differat a ſchismatico? 611
Definitio hæretici in iure Iuſtinianeo poſita, accurata non eſt, ſed ex ſuperſtitione & tyrannide cleri profecta, atque cum ea, quæ in Auguſtana Confeſſione reperitur, pugnat. 570
Hæreticus non eſt, qui in levi & ad ſalutem non neceſſario argumento errat. ibid.
Quænam requirantur, ut quis hæreticus dici poſſit? 572
Ius declarandi hæreticos eſt penes eccleſiam, ac, qui illam repræſentat, ſenatum eccleſiaſticum. 583
Olim hoc ius fuit penes concilia. 586
Hæretici ne quidem propterea, quod ſuo more privatim Deum colunt, puniri poſſunt. 602
Hæreticus, qui falſas opiniones ſuas alios, contra legis prohibitionem, docet, vel cultu ſuo religioſo tranquillitatem publicam turbat, blaſphemias eructat, recte punitur, non tamen propter hæreſin, ſed propter hæc maleficia. 602
Hæreticus obſtinatus, & poſt inſtitutionem etiam errorum ſuorum tenax, tamen puniri non debet. 603

Le-

Leges, quæ hæreticos quieſcentes morte puniunt, impiæ ſunt, & cum recta ratione pugnant. 603
Poſſunt hæretici, etſi quieti, a Principe, vel republica e provincia exire iuberi, ab honoribus & muneribus publicis arceri, a poſſeſſione bonorum immobilium & commerciis excludi, atque ex officiis, quæ iam gerunt, honeſte dimitti. 603
Hæreticorum catalogus, a tempore Lutheri, conſcriptus a Carolo Meichelbeck. 608

Heres

Actionem ex iniuria, defuncto, dum hic vivebat, illata, non habet, bene vero ex ea, quæ poſt mortem infertur. 233
Præiudicium. 224
Si is, quem heres futurus compilavit, vivus conqueſtus non eſt: Heredes tamen eius, eo mortuo, queri & coheredem compilatorem convenire, ſed ſaltem civiliter poſſunt; poſſunt etiam iusiurandum ei deferre. 408
Præiudicium. 409
Heres, qui res hereditarias communes in ſuos uſus, ignorantibus coheredibus, vertit, ſi animus intervertendi deſit, non de expilata hereditate, ſed familiæ erciſcundæ iudicio tenetur. Sed ſi animus intervertendi apparet, furti conveniri poteſt. 410
Præiudicium. 411
Expilatio hereditatis ſoli nocet heredi, non legatariis, quibus totum legatum eſt præſtandum. 412

Herus

An & quousque a famulis actione iniuriarum conveniri poſſit? 233
Præiudicia. Ibid. ſq.
Herus, qui iratus famulo ſuo perperam facienti crimen famoſum obiectat, iniuriarum non tenetur. 234
Tenetur tamen, ſi animus deliberatus aut perſeverantia apparet. Ibid.
Herus, qui furtum famuli ſui, quod impedire poterat, non impedit, furti obſtringitur. 130

Homagium.

Periculoſum eſt, & imprudens, petitionem homagii, die Huldigung, differre. 821

Homines proprii.

Homines proprii, iuſſu domini delinquentes, mitius puniuntur. 46

Honores.

Pares cum Principe honores uſurpare, crimen eſt. 802

Digitized by Google

Hortatio.

Inter leniſſimas miniſtrorum Principum pœnas numerari poteſt hortatio, ut miniſter ſponte ſe officio ſuo abdicet, conſervato honore. 926

I.

Ictus fuſtium.

Ictus fuſtium, lege Carolina in prævaricatores ſtatutus, in praxi nunquam, ſed loco eius mulcta decernitur. 385

Præiudicium. 386

Ignis.

Cura magiſtratus circa ignem quænam complectatur? 163

Ignis pœna.

Vid. infra *Pœna Ignis.*

Ignorantia.

Ignorantia, ſi ſupina & adfectata ſit, receptatorem furum a pœna non liberat. 396

Præiudicium. ibid.

Ignorantia iuris.

Furi advenæ ignorantia iuris ſingularis in loco, ubi furatur, non prodeſt. 82

Imminutio.

Imminutio dignitatis, item ſalarii, inter pœnas miniſtrorum Principis numeratur. 931

Imperitia

In illo, qui munus conſiliarii aut miniſtri, cui ſimparem ſe ſcit, vel ſcire debebat, ambit, aut oblatum ſuſcipit, crimen eſt. 748

Sæpe in hominem literatiſſimum cadit. 749

Imprudentia.

Per Imprudentiam & ruſticitatem, qua Princeps graviſſime offenditur, crimen læſæ maieſtatis non committitur. 653

Impubes

Aliquando ordinarie punitur. 6

Impuberes delinquentes iure Germanico priſco puniri non poſſunt, damnum tamen datum reſtituere debent. 2

Impunitas

Convitiis in Principem nunquam ſimpliciter tributa eſt. 666

Incendiarii.

In incendiarios iudicem durlorem eſſe oportet, quam in alios delinquentes. 156

Pœna ignis, in incendiarios ſtatuta, non illis ſolum, qui ædificia, ſed & qui alias res, e. g. ſylvam, incendunt, infligitur. 166

Præiudicium. 168

Incendiariis prodeſt præſcriptio vicennalis, ſi delictum non continuarint. 167

Ob minorem incendiarii ætatem pœna ignis mitigatur, atque plerumque gladius ſubſtituitur, nonnunquam vero ultimum ſupplicium plane remittitur. 169

Præ-

Digitized by Google

Præiudicium. 170

Incendium.

Exemplum incendii, per ſcholaſticum ex metu caſtigationis ſuſcitati, & de pœna eius. 160
Incendii auctor in ignem conici impune non poteſt. 162
Qui in incendio auxilium non fert, punitur, ſi civis, aut incola ſit, non item, ſi extraneus. 163
Quænam requirantur, ut incendium culpoſum fuſtigatione puniri poſſit? 165
Ob incendium culpoſum reus mitius punitur, ſi cum lælis tranſegerit, etſi illis plene non ſatisfecerit. 166
Qui futurum incendium ſcit, nec indicat, punitur; qui vero præteriti incendii auctorem novit, nec indicat, puniri non poteſt. 171
Præiudicium. ibid.
Incendii crimen utrum ſit publicum, an privatum? 172
An paterfamilias de incendio, quod familia eius in expediendis ipſius negotiis occupata excitavit reſpondere teneatur? ibid.

Incola

Si in incendio auxilium non ferat, puniri poteſt. 163

Inculpatio.

Inculpatio correi, etiam extra tormenta, legitimum contra fures indicium eſſe poteſt. 64
Præiudicium. 65

Indicium.

Ad damnandum furem manifeſtiſſima indicia ſufficiunt. 63
Inculpatio correi, etiam extra tormenta, legitimum contra fures indicium eſſe poteſt. 64
Præiudicium. 65
In crimine blaſphemiæ verba ambigua, dubitantia & falſa, quibus veritas & auctoritas religionis Chriſtianæ oblique impetitur, contra illa proferentem indicium ad torturam faciunt. 565
Præiudicium. ibid.

Indolentia

Character tyrannorum eſt. 677

Indulgentia.

Indulgentia magiſtratuum in iniuriantes maximorum malorum cauſſa eſt. 181
Indulgentia in uxorem & domeſticos crimen eſt. 834

Infamis.

Homo infamis, quem Academiæ Rector, huius infamiæ ignarus, in numerum civium recipit, civis Academicus vere fit. 11

Infans.

Infantes, & infantiæ proximi delinquentes neque puniri poſſunt, neque damnum datum reſtituere tenentur. 2

Digitized by Google

Inferior

Iuſſa ſuperioris, de quorum iuſtitia dubitat, impune exſequitur. 56

Inferior & ſuperior ſimul delinquentes, etſi ſimillimum factum ſit, diſſimiliter tamen peccant, & diſſimili ratione puniendi ſunt. 53

Iniuria.

Iniuriarum ultio damnatur, non etiam vindicta, inter quæ duo multum intereſt. 177

Iniuriæ privatæ a magiſtratu ex officio, invita etiam utraque parte, puniri poſſunt. 182

Præiudicia. 184

Reſcriptum Auguſti Guilielmi, Ducis Brunſuicenſium. 185

Etiam in Saxonia iniuriæ privatæ ex officio puniri poſſunt. 186

Intereſt reipublicæ, ne iniuriæ mollius puniantur. ibid.

Is, qui iniurias defert, liti ſe immiſcere ſumtusque ferre obligatus non eſt, tunc tamen, quando iudici idonea ad inquirendum argumenta non ſuppeditat, ad utrumque cogitur. 193

Præiudicium. ibid.

Quot ſint in iniuriis ſatisfactionis privatæ gradus? 195

In iniuriis, ſi auctor dignitate ſuperior, reus inferior ſit, revocatio ſeu recantatio, ſi ambo pares, deprecatio, ſi reus actorem dignitate antecedat, declaratio honoris decerni ſolet. ibid.

Iniuriæ illatæ tempus & locus in libello exprimi oportet. 210

Præiudicium. 211

Aliquando iniuriæ viliſſimæ viliſſimorum hominum maximi in cauſſis publicis ſunt momenti. 219

Exemplum. ibid.

Sannæ, ſive geſtus ignominioſi ſunt veræ iniuriæ. 222

Præiudicia. ibid. ſq.

Iniuria famulo, in negotiis dominicis occupato, facta, domino actionem tribuit. 226

Quando iniuria, famulo illata, in contumeliam domini facta cenſeatur? ibid.

Iniuria, liberis facta, a patre, in ſui & liberorum præiudicium, remitti poteſt, hoc tamen publico non præiudicat. 227

Præiudicium. 228

Iniuria eſt prolatio ſecreti alieni. ibid.

Præiudicium. 229

Iniuria eſt, alterum, cui dignior locus debetur, antegredi. 231

Præiudicium. ibid.

Ipſa iniuriarum actio, ſi iniuſte inſtituatur, iniuria eſt. 235

Præiudicium. 236

Is etiam, qui iuſte iniuriarum agit, ſed pœnam atrociorem, quam par

Digitized by Google

par eſt, petit, ipſe iniuriarum reus ſit. 236
Iniuriæ, quas advocatus nomine clientis dixit, vel ſcripſit, huic, ſi eas ignoravit, non imputantur. 357
Præiudicium. ibid.
Si vero ignorantia inveriſimilis, adfectata, & ſupina ſit, clientem non excuſat. 258
Præiudicium. ibid.
Non omne convicium iniuria eſt. 264
Iniuriæ, quas coniux & liberi ſacerdotis aliis inferunt, illi quodammodo imputantur. 281
Præiudicium. ibid.
Ex contemtu alterius non dicere & facere, quod dici fierive oportebat, iniuria eſt. 283
Exempla iniuriarum, quæ in non faciendo conſiſtunt. 284
An iniuria ſit, ſi quis in convivio alicuius ſaluti & honori poculum libare, Geſundheit trincken, detrectet? 285
Iniuria eſt, oblatum ſponſoris ad ſacrum fontem officium, eine Gevatterſchaft, non accipere. ib.
Præiudicium. 286
Iniuria eſt, debitos alicui honoris titulos non tribuere. ibid.
Dominum aliquem non nominare, iniuria hodie eſt. 288
Præiudicium. ibid.
Iniuria eſt, dominum ſimpliciter appellare, cui amplior titulus debetur; iſta tamen titulorum omiſſio inter atroces iniurias referri nequit. 288
Iniuria haud eſt, titulum ſibi cum alio communem, tanquam vilem nimis, omittere, aut non recipere. 290
Præiudicium. ibid.
Iniuria non eſt, titulum litigioſum alicui, pendente lite, non tribuere. 292
Præiudicium. ibid.
Cuius perſonæ qualitas, in iniuria, per errorem illata, ſit ſpectanda, utrum eius, quam offendere reus voluit, an eius, quæ vere offenſa eſt. 298
Iniuria, magiſtratui illata, atrox & inquiſitione dignum delictum eſt; ceſſat tamen inquiſitio, quando vel iniuria magiſtratui, fines officii excedenti, illata fuit, vel certum eſt, pœnam ultra mulctam pecuniariam extendi non poſſe. 460
Præiudicium. 461
Species iniuriæ etiam eſt blaſphemia, atque ideo ex doctrina iniuriarum eſt explicanda. 541
Diviſiones iniuriarum etiam ad blaſphemias pertinent. 542
Iniuriæ pœnam non mitigat conditio, iniuriæ adiecta. 557
Iniuriæ, quæ perſonam Principis & eius familiam ſimpliciter, atque adeo rempublicam ſaltem

oblique & minus principaliter lædunt, crimen læſæ Maieſtatis quidem non ſunt, ſunt tamen iniuriæ atroces, quæ carcerem, inquiſitionem, quin & ultimum ſupplicium merentur. 668

Iniuriæ, ſacerdotibus illatæ, ſi quidem verbales ſint, ad blaſphemias obliquas referuntur, ſi reales, ad ſacrilegia; Hoc tamen non aliter, quam ſi ſacerdoti, vel ſacra tractanti, vel Intuitu ſacri, quod gerit, muneris inferantur. 547

Iniuriæ pœna non mitigatur, ob conditionem, iniuriæ adiectam. 557

Præiudicium. ibid.

Iniuriæ, Principi illatæ, quamdiu occultari poſſunt, diſſimulari, publice prolatæ, aut manifeſtatæ ſeveriſſime puniri debent. 674

Exemplum in Davide. 676

Vid. ſupr. *Convitium.*

Iniuria mediata.

Iniuriæ mediatæ exemplum. 237

Iniuria obliqua

Quid ſit? 236

Exemplum iniuriæ obliquæ. ibid.

Iniuria perſonalis,

Iniuria perſonalis, occaſione officii illata, ſucceſſori actionem non tribuit. 226

Iniuria ſcripta.

Iniuriæ ſcriptæ combuſtio iuſta eſt, ſed parum conſulta. 328

Iniuriæ atroces

Quænam dicantur? 206. & 207

Non ex perſona eius, quem quis laceſſere voluit, ſed eius, qui vere offenſus eſt, æſtimantur. 298

Præiudicium. ibid.

Iniuria, ſacerdoti illata, per ſe atrox eſt, atque, ſi per eam ſacra turbata fuerunt, ultimo ſupplicio punitur, ſi ſcandalum ſaltem excitatum, pœna ſolito graviore coercetur, ac reus læſo publice ſatisfacere cogitur. 207

Præiudicium. 208

Magiſtratui, in via occurrenti, non decedere, atrociſſima apud Romanos iniuria erat. 239

Non omnis iniuria atrox, parentibus illata, ad exheredationem ſufficit. 542

Iniuriæ intuitu officii illatæ

Quænam dicantur? 224. 226

Iniuriæ mutuæ.

Mutuas iniurias & iure communi, & in Saxonia, compenſari oportet, quæ tamen compenſatio pœnam utriusque litigatoris non tollit. 204

Præiudicium. 205

Iniurians

Ab actione iniuriarum, ob errorem in perſona commiſſum, non liberatur. 297

An, & quando exceptione veritatis

Digitized by Google

tatis ſe contra actionem iniuriarum defendere poſſit? 304
Exceptione famæ communis ſe defendere nequit, ſi fama illa nullis aliis argumentis ſubnixa ſit. 319
Iniurians revocationem, vel deprecationem detrectans, carcere, & ſi nec ſic contumacia frangatur, durioribus remediis cogitur. 201
Præiudicium. ibid.

Inobedientia.

Inobedientia erga iuſſa Principis, ex contemtu profecta, ſpecies perduellionis eſt. 649

Inquiſitio.

Vox: Inquiſitio, in nativa ſignificatione omnem de crimine cognitionem & perquiſitionem complectitur; Sed uſu fori κατ' ἐξοχὴν ſolemnem reſponſionem ad articulos denotat, & interrogationi ſimplici, der ſummariſchen Vernehmung, contradiſtinguitur. 448
In inquiſitione ſolemni præſentia rei deſideratur, ſed in interrogatione ſimplici etiam procurator & ſcriptura admittuntur. In Electoratu Saxoniæ tamen etiam hic rei præſentis reſponſio neceſſaria eſt. 449. ſq.
Præiudicia. Ibid. & 451
Inquiſitiones Romanis non incognitæ, ſed & ante Iuſtinianum in uſu, & a Iuſtiniano probatæ iuſſæque fuerunt. 455
Inquiſitio ſolemnis duos fines habet, quorum uno ceſſante, & ipſa omitti debet. 457
Inquiſitionem recte detrectat e vulneratores in ſubita rixa, fures rerum exiguarum, ſtuprato-res. 458
Inquiſitio ſolemnis ſolum a magiſtratu, qui ſuperiorem Iurisdictionem habet, decerni poteſt, & in iis ſaltem delictis, quorum pœna veriſimiliter ad relegationem ex territorio pervenire poteſt. 459
An inquiſitio ſolemnis pœnam numellarum præcedere debeat? 459
Præiudicium. 460
Quinam ſint Inquiſitionis effectus? ibid. & pag. 462
Inquiſitio ſolemnis in crimine uſurariæ pravitatis extra Saxoniam locum non habet, bene tamen in Saxonia. 463
Solum læſi teſtimonium, etſi iureIurando confirmatum, neque in crimine uſurariæ pravitatis, neque in aliis delictis ad decernendam inquiſitionem ſufficit. 464
Præiudicia. 465. ſq.
Omnis inquiſitio brevi ac ſummario iudicio peragenda eſt. 470
Poteſt Iudex in inquiſitione & non poteſt articulos in examine teſtium adhibere. 471
Omiſſio articulorum teſtimonia-

Digitized by Google

lium in inquiſitionis proceſſu hunc non vitiat, dummodo teſtes non in folle, ſed diſtincte, factum expoſuerint. 471
Præiudicia. ibid. ſq.
Nihil funeſtius eſt in inquiſitione, quam quod ea ſæpe malum gravius ſit ipſa, quæ poſtea reo convicto imponitur, pœna. 475
In inquiſitionibus neque ſpontaneæ reorum confeſſiones, neque ultroneæ ſui delationes & accuſationes ad plenam condemnationem ſufficiunt, ſed corpus delicti ante omnia inveſtigari oportet. 476
Ad inquiſitionem formandam corpus delicti neceſſarium eſt. 488
In inquiſitione contra miniſtrum Principis verba in factum temperanda, ac vocibus inquiſitio, inquiſitus, abſtinendum; reſponſio tamen in ſcriptis, ſi crimen gravius ſit, non ſufficit. 848

Inquiſitus.

Is, contra quem inquiſitio decreta eſt, etſi de crimine interrogatus ſit, quamdiu tamen ad articulos non reſpondit, inquiſitus non eſt. 474
Præiudicium. ibid.

Inſtrumenta.

Inſtrumenta, quæ fur effringendi animo non adportavit, ſed forte reperit, ad irrogandum ultimum ſupplicium non ſufficiunt. 99
Præiudicium. ibid.
Inſtrumenta, compeſcendis incendiis idonea,
In quibus conſiſtant? 164
Magiſtratus, qui inſtrumenta, compeſcendis incendiis idonea, tempori non paravit, punitur. ibid

Interpres.

Regula, quod quilibet ſit optimus verborum ſuorum interpres, tunc, quando interpretatio hæc a communi uſu recedit, locum non habet. 302
Præiudicium. 303

Interpretatio

Fit potius contra eum, cui juratur, ſi is clarius loqui potuiſſet. 622
Præiudicium. ibid.
Si dubitatio circa iurandum oriatur, interpretatio ſic facienda eſt, ne iuretur. 614
Præiudicium. ibid.
Ea interpretatio, quæ periurium excludit, antefertur. 622
Naſuta mandatorum Principis interpretatio crimen eſt. 773

Iocans.

Qui cum Principe liberius iocans reverentiam ei debitam lædit, merito punitur. 681

Ira

Digitized by Google

Ira

Pœnam iniuriarum, ac blaſphemiarum non tollit, ſed minuit. 567

Irreverentia.

Nimia in vero dicendo erga Principem irreverentia crimen eſt. 773

Iudæus.

Etiam Iudæus iniuriarum agere poteſt. 238

Iudex

Minori pœnam ordinariam remittere poteſt; non tamen peccat, ſi eam minori infligat. 4

In pœnis infligendis, ſi modo illæ arbitrariæ ſunt, rationem perſonarum habere debet. 53

In incendiarios durior eſſe debet, quam in alios delinquentes. 156

Vagam privatæ ſatisfactionis in libello petitionem ſecundum iura communia, non bene tamen hodie in Saxonia, attendit. 202

Præiudicium. ibid.

Iniurias, ſibi in ſuo iudicio ab advocatis illatas, recte vindicat. 254

Eas tamen iniurias, quæ contra eum in iudicio ſuperiore, vel apud Principem proferuntur, perſequi nequit, niſi Principes hoc ei committat. 255

Præiudicium. 256

Poteſt aliquando advocatum, qui iniuriis & verbis contumelioſis in ſuis ſcriptis uſus eſt, ſine prævia reſponſione (ohne Vernehmung) arbitrarie punire. 263

Propter comminationem, alteri factam, loco cautionis idoneæ vel iusiurandum, vel nudam promiſſionem decernere poteſt, ſi quidem ſecuritati eius, adverſus quem minæ prolatæ, ſic ſatis proſpici, animadvertit. 353

Præiudicium. 354

Poteſt aliquando denunciationem & inquiſitionem in accuſationem convertere. 454

Præiudicia. ibid.

Ad avertendos funeſtos inquiſitionis effectus verba in factum temperare, omiſſaque inquiſitionis, inquiſiti & articulorum mentione, mitiora vocabula ſubſtituere poteſt. 467

Præiudicia. 468

Poteſt in proceſſu inquiſitionis, & non poteſt articulos in examine teſtium adhibere. 471

Eum, quem peieraturum videt, a iureiurando, ſive id delatum & acceptatum, ſive ex officio per rem iudicatam impoſitum ſit, arcere debet. 631

Præiudicium. ibid.

Iudex, qui communi, ſed falſo, rumore motus inquirit, vel innocentem in vincula conlicit, ipſe quidem iniuriarum non te-

Digitized by Google

netur, ad indicandos tamen auctores vel vulgatores cogi potest. 321
Præiudicium. ibid.
Ea, quæ ad inveſtigandum verum abſolute non ſunt neceſſaria, iudicis arbitrio a lege permittuntur. 470
Iudex, qui reum, in dignitate conſtitutum, carceri publico includit, non peccat. 522
Præiudicium. ibid.
Iudex, reum in carcerem per alienum territorium traducturus, veniam a magiſtratu, cuius territorium tranſit, petere debet. 525
Præiudicium. ibid.
Peccat iudex, & plus quam periurus eſt, qui hominem, quem peieraturum certo videt, tamen ad iurandum admittit. 631
Iudex, qui iusiurandum calumniæ, ubi nulla calumniæ ſuſpicio eſt, exigit, improbe facit, & contra decalogum, *Exod. XX, v.* 7. peccat, 632
Vid. infr. *Magiſtratus.*

Iudex inferior

Iniuſta ſuperioris iuſſa exſequi non debet. 42
Si illa exſequitur, peccat contra ius divinum, tam naturale, quam poſitivum. ibid.

Iudicia eruditorum.

Iudicia eruditorum ſalliora tolerari, nec tanquam iniuriæ vindicari debent, maledicentia tamen recte punitur. 188

Iudicium.

Liberius de vitiis Principum erga alios iudicium crimen eſt. 774
Præiudicium. 775

Iudicium, ſeu proceſſus.

Propter ſalutem publicam ea, quæ ad integritatem & eſſentiam iudicii pertinent, omitti poſſunt. 854

Iurisdictio.

Qui iurisdictionem ſibi in alterum non ſubiectum arrogat, iniuriarum ab hoc conveniri poteſt. 229

Ius convocandi & dirigendi concilia univerſalia

Olim, quamdiu catholicæ eccleſiæ omnes Imperatori ſubfuerunt, penes Imperatorem fuit. 595
Deinde, avulſis ab Imperio Romano plurimis provinciis, pontifici Romano ceſſit; Imperator tamen aliquas veteris auctoritatis ſuæ reliquias retinuit. 596. ſq.
Auctores proteſtantes, quia Imperatori adhuc hodie ius convocandi & dirigendi concilia univerſalia tribuunt, contra rectam rationem, fidem hiſtoricam, & ipſius Imperatoris voluntatem peccant. 595

Ius

Digitized by Google

Ius declarandi hæreticos
Eſt penes eccleſiam, ac, qui eam repræſentat, ſenatum eccleſiaſticum. 583
Olim fuit penes concilia. 586
Ius definiendi articulos fidei
Eſt penes eccleſiam, ac, qui eam repræſentat, ſenatum eccleſiaſticum. 583
Olim fuit penes concilia. 586
Iusiurandum
Decerni poteſt, quando dubium eſt, utrum advocatus iniuriandi, an reum defendendi animo aliquid ſcripſerit. 263
Quousque in actionibus iniuriarum ſuper exceptione veritatis illiquida deferri poſſit? 307
Præiudicium. 308
Is, qui verba ambigua, dubitantia, & falſa, quibus veritas & auctoritas religionis chriſtianæ oblique impetitur, protulit, non facile ad iusiurandum admittitur. 565
Præiudicium. ibid.
Atrociter peccant, qui iusiurandum, etſi verum, inutile tamen & temerarium, ſive præſtant, ſive decernunt. 614
Si dubitatio circa iurisiurandi præſtationem oriatur, interpretatio ſic facienda eſt, ne iuretur. ibid.
Quid ſub fide, aufs Gewiſſen, aliquid indicare iubetur, ad ſolemne iusiurandum non obligatur. ibid.
Iurisiurandi veteres formulæ, quibus fides hominum, munera publica ſuſcipientium, obſtringi ſolet, ſi deinde inutiles aut periculoſæ reperiantur, abrogari debent. 616
Præiudicium. 618
Iurisiurandi religio infirmum contra crimina Simoniæ & ambitus remedium eſt, ac merito abrogatur. 617
Vulgares regulæ, quod iusiurandum ſecundum mentem eius, cui iuratur, tam ſtricte ſit interpretandum, exploduntur. 621
An is, qui iusiurandum adverſario detulit, de huius periurio civiliter queri, & damni reſtitutionem petere queat? 624
Præiudicia. 625. ſq.
Delicta, quæ circa Iusiurandum committuntur, in quot claſſes diſtribuantur? 634
In crimen temerarii iurisiurandi incidunt, qui iusiurandum de re illicita, vel non poſſibili, ſaltem dicis & ceremoniæ cauſſa, ſine obligandi animo, exigunt, aut præſtant. ibid.
Iusiurandum purgatorium
Decerni non debet, ſi argumenta in utramque partem ſunt æqualia. 295
Ad eruendam ſcientiam, quod res emtæ furtivæ fuerint, communi-

Digitized by Google

muniter, ſed male adhibetur. 399
Præiudicium. 400

Iuſſus.

Iniuſta ſuperioris iuſſa inferior exſequi nec debet, nec poteſt; alias peccat contra ius divinum tam naturale, quam poſitivum. 42
Quousque iuſſus ſuperioris pœnam obſequentis in foro humano vel tollat, vel minuat, unica regula comprehendi nequit, ſed ex magnitudine auctoritatis, quam iubens habet, dependet. 45. 47
Is, qui iuſſu ſuperioris delinquit, ſi propterea punitur, vel damnum patitur, actionem contra iubentem habet, ut indemnis ſervetur; Secus ſi delinquens ex mandato ſuperioris peccavit. 48
Iuſſa ſuperioris, de quorum iuſtitia inferior dubitat, ab hoc impune implentur. 56

Iuſtitia

Aliquando eſt crimen. 752

L.

Læſus.

Læſus per delictum, ab univerſitate commiſſum, contra unum etiam membrum ad ſatisfactionem privatam in ſolidum agere poteſt, nec exceptione diviſionis, aut plurium litis conſortium, repellitur. 25
Habet tamen eiusmodi læſus electionem, utrum contra unum membrum, an contra integrum corpus experiri velit. 26
Præiudicium. ibid.

Legatarius.

Legatariis expilatio hereditatis non nocet, ſed illis totum legatum eſt præſtandum. 412
Quodſi ipſæ res legatæ per expilationem perierunt, damnum eſt legatarii. ibid.

Legatus

An peccet, ſi in exſequutione muneris ſui ac mandatorum dominicorum artibus vetitis utatur, & an aſtu, ſeu dolo bono uti liceat? 765
Quousque miniſtros Principis, ad quem miſſus eſt, corrumpere licite poſſit? 767
Legati, qui legationem ſibi commiſſam produnt, & adverſus commoda & voluntatem eius, a quo miſſi ſunt, laborant, prævaricantur. 384
Legatorum, per timiditatem peccantium, exempla. 777

Leges.

Leges, quæ turbam, cœtum, & tumultum ſimpliciter inhibent, recta ratione temperandæ ſunt. 153
Leges, quæ in ſimplicem hæreſin infamiam, exilium, bonorum ademtionem, & bonorum privationem ſtatuunt, vel hæreticos

ticos quieſcentes morte puniunt, impiæ ſunt, & cum recta ratione pugnant. 603
Leges quorundam locorum vetant ſimpliciter miniſtrum munera ab extero Principe accipere. 733

Legislator

In pœnis infligendis, ſi pœna arbitraria eſt, rationem perſonarum habere debet. 53

Lenitas.

Lenitatis exſuperantia crimen eſt. 753

Lex Saxonica Edicti wider die Selbſt-Rache.

Lex Saxonica Edicti wider die Selbſt-Rache, §. 3. pœnam in eos, qui magiſtratus iniuriis laceſſunt, ſanciens, ſaltem ad magiſtratus illuſtres, non etiam ad alios pertinet. 252
Præiudicium. ibid.

L. un. C.° Si quis Imp. maled.

Adhuc hodie in uſu eſt. 664. ſqq.

Libellatici

Quinam fuerint? 608

Libellus famoſus

Eum, contra quem proponitur, ſuſpectum non facit, nec inquiſitioni locum dat. 335
Ad eſſentiam libelli famoſi requiritur, ut auctor nomen ſuum diſſimularit. 325
Diſcrimen inter famoſum libellum, & iniuriam ſcriptam, iure Romano factum, a Carolo V. confirmatum, in Ordinatione politica Imperii abrogatum non eſt. ibid.
Pœna talionis, in auctores libellorum famoſorum ſtatuta, non recte negligitur. 327
Libelli famoſi combuſtio iuſta eſt, ſed parum conſulta. 328
Libellorum famoſorum auctores difficillime deteguntur. 329
Quod tamen fieri poſſet, ſi indici præmium ex bonis auctoris publice promittatur. ibid. ſq.
Magiſtratus, qui crimen famoſi libelli non punit, ipſe punitur. 331
De crimine famoſi libelli integrum collegium accuſari, & inquiſitioni ſubiici poteſt; non aliter tamen, quam ſi graves ſuſpiciones, omnia eius membra in libellum conſentiſſe, appareant. ibid. ſqq.
Præiudicium. 333
Famoſus libellus ſunt accuſationes & delationes, quæ diſſimulato vel ficto nomine offeruntur. 337

Liberalitas.

Liberalitatis exſuperantia crimen eſt. 760

Liberatio & emiſſio rei e carcere publico

Per ſe non eſt perduellio, niſi libe-

Digitized by Google

liberatus ipſe perduellis fuerit. 645

Liberi

Etſi factum furtum in iudicio fateantur, nequeunt tamen a iudice non implorato ex officio puniri; Id quod nec in Saxonia mutatum eſt. 403
Præiudicium. ibid.
Liberi, iuſſu patris delinquentes, mitius puniuntur. 46
Liberi, in parentes iniurii, iure Veteris Teſtamenti, quod in Novo repetitum, morte, ſed apud nos mitius puniuntur, ac ſaltem, ut genibus nixi deprecentur, adigendi ſunt. 200
Pœna, in liberos perduellium ſtatuta, iuri naturali convenit, nec ab uſu receſſit. 656

Limitationes.

Vulgares limitationes, quibus leges, contra prævaricatores latæ, eludi ſolent, reiiciuntur. 369

Litteræ diffidatoriæ.

Is, qui litteras diffidatorias ad alterius mandatum ſaltem ſcripſit, capite plectitur; In Electoratu Saxoniæ tantum fuſtigatur. 355

Locans operam.

Ordinarie etiam punitur, qui operam ſuam furibus pro mercede locavit. 127
Præiudicium. 128

Locus.

Locus iniuriæ illatæ in libello exprimi debet. 210
Præiudicium. 211
Aliquando locus dicta & facta, per ſe iniurioſa, pleniſſime excuſat. 211
Exempla. ibid. ſq.

Lucrum.

Lucri vocis, quæ in definitione furti occurrit, explicatio. 109
Ob honeſtum lucrum, quod fur intendit, punitur fur, ſed mitius. ibid.
Exempla eiusmodi honeſti lucri. ibid.
Crimen eſt, ex alienorum facinoribus lucrum capere. 783
Præiudicium. ibid.

Lucrum indirectum

Quid ſit? 127
Sufficit in furto ad pœnam ordinariam imponendam. ibid.
Præiudicium. 128

M.

Machinatio.

Sola machinatio & conſilia, cum hoſte contra rempublicam inita, etſi reus animum exſequendi non habuerit, perduellio ſunt. 639

Magiſter.

An magiſter, inter caſtigandum duriora verba, & aliquando verbera

Digitized by Google

bera ingerens, iniuriarum teneatur? 281

Magiſtratus

In pœnis infligendis, ſi modo illæ arbitrariæ ſunt, rationem perſonarum habere debet. 53

Iniurias privatas ex officio, invita quamvis utraque parte, perſequi debet, privatam tamen ſatisfactionem urgere nequit. 182

Præiudicium. 184

Reſcriptum Auguſti Guilielmi, Ducis Brunſvicenſium. 185

Etiam in Saxonia ex officio contra iniuriantes procedere poteſt. 186

An & quando ob iniuriam, civi illatam, actione iniuriarum experiri poſſit? 237

Scriptum advocati, gravioribus adverſus ſe iniuriis refertum, per carnificem recte comburit. 253

Præiudicium. ibid.

De iniuriis vel ſibi ipſi, vel privato cuidam in libello, Principi oblato, illatis cognoſcere non poteſt, niſi ex mandato ipſius Principis 255. ſq.

Præiudicia. 256

Collegia legitima, ut in conventibus ſuis præſidem vel adſeſſorem, a ſe datum, admittant, cogere poteſt; nec collegia contrariam conſuetudinem, aut præſcriptionem immemoria-

lem contra opponere poſſunt. 438

Præiudicium. 439

Magiſtratus cura circa ignem quænam contineat? 163

Magiſtratus, qui inſtrumenta compeſcendis incendiis idonea tempori non paravit, punitur. 164

Magiſtratuum indulgentia in iniuriantes maximorum malorum cauſſa eſt. 181

An Magiſtratus, qui fama publica, aliisve indiciis inductus, hominem innocentem, ſed ſuſpectum, in iudicium vocat, interrogat, quin aliquando torquet, actione iniuriarum teneatur? 311

Præiudicium. ibid.

Magiſtratus, qui crimen famoſi libelli non punit, ipſe punitur. 330

Magiſtratuum conniventia in puniendo famoſi libelli crimine, etiam inter liberas gentes pro peccato imputatur, ac iuſta belli cauſſa eſt. 331

Intereſt Magiſtratuum, ut accuſationes magis, quam inquiſitiones, frequententur. 454

An iudex, reum in carcerem per alienum territorium traducturus, veniam a magiſtratu, cuius territorium tranſit, petere debeat? 525

Præiudicium. 527

Magiſtratus imploratus, ſiquidem

Digitized by Google

traductio neceſſaria eſt, veniam denegare nequit. 526. ſq.
Magiſtratus, reum, quem carceri includere debebat, ex miſericordia dimittens, culpam latam committit. 529
Vid. ſupr. *Iudex.*

Magiſtratus oppidani.

An Magiſtratibus oppidanis liceat collegia confirmare? 446

Magnanimitas.

Magnanimitatis exſuperantia crimen eſt; quo etiam legatorum rigida ceremoniarum exactio refertur. 758

Magnificentia.

Magnificentiæ exſuperantia crimen eſt. 758

Maieſtas

An immediate a Deo ſit? 635

Maledicentiæ eruditorum

Recte puniuntur, vividæ vero inter illos diſputationes, & iudicia falſiora, ac ſcripta aculeata tolerari, nec tanquam iniuriæ vindicari debent. 188

Mandans.

Simul mandantes puniuntur omnes. 41

Mandatum.

Mandatum ſuperioris delinquenti ad mitigandam pœnam non prodeſt. 47
Is, qui ex mandato ſuperioris deliquit, contra mandantem ad indemnitatem præſtandam actionem non habet. 48
Iniuſta Principis mandata exſequi, vel Principi delinquenti adſiſtere, crimen eſt. 78
Mandatum Reg. & Elect Sax. wider die Selbſt-Rache.
Mandatum wider die Selbſtrache, §. 3. pœnam in eos, qui magiſtratus iniuriis laceſſunt, ſanciens, ſaltem ad magiſtratus illuſtres, non etiam ad alios pertinet. 252
Præiudicium. ibid.

Matrius

Ob delicta uxoris puniri poteſt. 50
Præiudicium. 51

Membra collegii

Ob decretum, quod infelicem eventum habuit, puniri nequeunt, quamvis appareat, diverſam ſententiam meliorem ac prudentiorem fuiſſe; Niſi in eo faciendo dolus, vel ſupina negligentia intervenerit. 35
Præiudicium. 36
Quum integrum collegium deliquit, ſiquidem delictum doloſum fuerit, ſingula membra in ſolidum tenentur, ſi culpoſum, beneficium diviſionis locum habet. 27
Præiudicia. 28
Membrum collegii, etiam cum ratione diſſentiens, maioris partis decretum ſequi neceſſum habet. 30
Quid faciendum eiusmodi membro

bro tunc, ſi decretum maioris partis cum lege vel bono publico pugnet, adeoque delictum contineat? 31
Delictum a quibusdam collegii membris commiſſum toti collegio, ſi quidem id ratum habuit, imputatur. 37
An unus homo duorum collegiorum membrum eſſe poſſit? 447

Membrum univerſitatis.

Si membrum univerſitatis ab illo, qui per delictum, ab univerſitate commiſſum, læſus eſt, ad ſatisfactionem privatam in ſolidum convenitur, ſe exceptione diviſionis, aut plurium litis conſortium ab actione liberare non poteſt. 26
Præiudicium. ibid.

Mente capti

Regulariter omnibus pœnis eximuntur, niſi manifeſti doli indicium appareat. 6

Metus.

An quis ob metum, mali præſertim atrocioris, puniri poſſit? 775

Miles.

Milites, iuſſu ducis delinquentes, mitius puniuntur. 46
Etiam milites in bellis prævaricantur. 390

Minæ.

Minæ, quas quis non meditatus, ſed in rixa & calore iracundiæ profert, mitius puniuntur. 354
Præiudicium. 355

Miniſtri Principum

Aliquando, dum Principibus, contraria iura habentibus, operam ſuam addicunt, ſententiam recte mutant; Sed in hac mutatione ſententiarum ſumma prudentia adhibenda eſt. 379
Magni quidem, & venerandi, ſed tamen homines ſunt. 685
Ex culpa lata & levi, non leviſſima, obligantur. 717
Præiudicium. 718
Ab iis, quos, extra muneris ſui rationem, interceſſione, vel opera, iuvant, dona impune accipiunt, aut ſtipulantur. 731
Præiudicium. 732
Si nulla cauſſa adſit, officio privari, ſed non puniri poſſunt. 738
Ante ſuſceptum munus tanquam ſuſpecti removentur, ſi olim in ſimili munere male verſati ſunt. 743
An peccent, ſi iniuſta Principis mandata exſequantur, vel Principi delinquenti adſiſtant. 768
Munera accipere non debent, ut officium ſuum faciant, vel non faciant. 779
Præiudicium. 780
Bona Principis ſui per ſuppoſitas perſonas adquirere non debent. 789
Debita Principis ſui per ceſſiones in ſe transferre non debent. ib.
Præiudicium. 790

Digitized by Google

Immodicas ſportulas exigere non debent. 791
Præiudicium. Ibid.
Poſſunt negotiationem officiorum publicorum iuſſu Principuu ſuorum exercere. 792
Quinam adſentatores dicantur? 822
Non debent ſecreta Principum familiaribus ſuis, vel domeſticis aperire. 833
Non debent amicis ſuis delinquentibus effugium præbere. 834
Non debent munera ſua ſine iuſta cauſſa deponere! 837
Non debent muneris ſui adminiſtrationem, invito Principe, retinere. 838
Privilegium fori, ac cetera muneri ſuo adnexa iura non ex die vocationis, ſed conſtitutionis & confirmationis conſequuntur. 839
Præiudicium. 840
Pœnis ordinariis ſubiiacent. 910
Aliquando nudis verbis caſtigantur; & quot huius animadverſionis ſint genera? 925
Aliquando, pœnæ cauſſa, per ſpeciem maioris dignitatis, aut legationis ab aula amandantur. 928
Miniſter, contra quem Princeps legitimis & ordinariis modis procedit, etſi ſe innocentem & vim iniuſtam pati credit, vim tamen opponere, minari, tumultum excitare, exterorum Principum auxilium implorare non debet, & ſi id faciat, perduellis ſit; ſecus eſt, ſi vis a Principe tanquam a privato, aut hoſte, inferatur. 589
Aliquando miniſtro Principis pro crimine obiicitur, quod crimen non eſt. 688
Miniſter, iniuſtum Principis ſui factum defendere & excuſare, recte recuſat. 691
Non peccat miniſter, qui defenſionem iniuſtorum factorum detrectat, etſi ea non ſuo, ſed Principis nomine, ſcribenda ſit? 692
Miniſtri fidei interdum a populo ſeditioſo ſupplicio adficiuntur. 693
Fidei miniſtri nonnunquam a Principe, a populo coacto, puniuntur. 694
Fides miniſtrorum, Principi inferiori contra ſuperioris iniurias adſiſtentium, aliquando punitur. 697
Aliquando miniſter, qui Principi, pro muneris ſui ratione, verum dicit, ab illo punitur. 699
Miniſter ad verum Principi, etiam cum periculo ſuo, dicendum, ſi hoc muneris ratio, & bonum publicum poſcant, obligatur. 701
Miniſtri erga Principem ſuum fides aliquando heredem eius offendit, & ab illo ſuccedente puni-

Digitized by Google

punitur. 703
Aliquando miniſter fidei ſuæ pœnas uxori, matri, familiæ Principis, fide illa offenſis, dat. 705
Interdum ceteri miniſtri unum ex ſe propter fidem perſequuntur. 706
Diſcrimen inter miniſtriſſimum & primum miniſtrum Principis explicatur. ibid.
Miniſtro non recte imputatur negotium damnoſum, ex conſilio totius ſenatus geſtum. 715
Præiudicium. 716
Miniſter, qui negotiorum mole obrutus quid negligit, aut ſubminiſtrorum ſuorum peccata non ſatis cavet, excuſatur. 720
Miniſtro imputari non debet, quod damnum ex negotio ſuſcepto oblique in Principem redundans non prævidit. 722
Præiudicium. 723
Caſus improviſus, qui licitis miniſtri recreationibus intervenit, ei imputari non debet. ibid.
Excuſatur miniſter, qui in commendatione perſonarum, ad munera publica admovendarum, non ſatis circumſpectus eſt. 724
Præiudicium. 725
Miniſtro interdum opulentia pro crimine obiicitur. ibid.
Miniſtro, qui culpa caret, flagitia uxoris & familiæ male imputantur. 727
Præiudicium. ibid.
Miniſter iniuſte damnatur, cui copia documentorum, ad defenſionem eius pertinentium, denegatur. ibid.
Præiudicium. 728
Miniſtrum, qui documenta, ex quibus innocentiam ſuam demonſtraturus erat, caſu perdidit, in dubio abſolvi oportet. ib.
Nec peccat miniſter, qui incertas ſuas de malis reipublicæ imminentibus ſuſpiciones, vel levia ſeditionum & coniurationum indicia, ad ſe delata, non patefacit. 729
Præiudicium. ibid.
Miniſter, qui munera ab extero Principe, cum quo negotium geſſit, oblata accipit, non peccat. 732
Præiudicium. 733
Leges quorundam locorum vetant ſimpliciter, miniſtrum munera ab extero Principe accipere. ibid.
Supremo miniſtro ob flagitia dejecto, non recte puniuntur inferiores, qui olim illi adhæſerunt. 734
Sæpe miniſtris felicitas in rebus gerendis exitio vel damno eſt. 735
Aliquando miniſtro amor & auctoritas apud populum exitium adfert. 736
An miniſter falſo ſuſpectus adverſus vim iniuſtam & inſidias,

Digitized by Google

as, quibus petitur, ſe recte tueatur? 737
In explicandis miniſtrorum Principis delictis difficile eſt, dolum a culpa diſtinguere. 741
Boni Principis officium eſt, miniſtrorum ſuorum delicta, etiam communia, punire, ac familiares omni culpa vacuos habere. 742
Miniſter tanquam ſuſpectus removetur, qui munus ſuum pecunia redemit. 744
Miniſter Principis peccat, qui munus ſuum, etſi non data pecunia, ſed tamen aliis improbis artibus obtinuit. ibid.
Peccat miniſter, qui in exſequutione muneris ſui ac mandatorum dominicorum artibus vetitis utitur; aſtu tamen, ſeu dolo bono uti licet. 765
Miniſter, qui metu adactus iniuſta Principis iuſſa exſequitur, peccat, ſed non punitur. 770
Miniſtrorum, per timiditatem peccantium, exempla. 777
Duo ſunt delictorum, quæ a miniſtris committuntur, potiſſimi fontes, avaritia, & ambitio. 778
Ex eadem cauſſa bis accipere miniſter non debet. 782
Præiudicium. 783
Peccat miniſter, qui prædia & res Principis cum reipublicæ damno per donationes, emtiones, conductiones, & alios contractus adquirit, qui contractus nulli ſunt, & revocari poſſunt. 784
Præiudicia. 785
Peccat, & puniendus eſt miniſter, pecuniam publicam in ſuos uſus convertens, etſi animum & facultatem reſtituendi habeat. 793
Præiudicium. 794
Peccat miniſter, qui virtutes ſuas iactat, & merita exprobrat. 795
Peccat miniſter, qui turbas excitat, hoſtemque fovet, ut gratiam inde aucupetur. 796
Peccat miniſter, qui Principem voluptatibus immergit, 797
Peccat miniſter, qui Principem ab adminiſtratione rerum arcet. 801
Delinquit miniſter, qui pares cum Principe honores uſurpat. 802
Peccat miniſter, qui ceteros miniſtros ſibi obnoxios reddit. 804
Peccat miniſter, qui liberos ſuos & propinquos ad immeritas dignitates evehit. 806
Peccat miniſter, qui, ut ſolus rerum potiatur, alios fidos miniſtros amovet. 807
Peccat miniſter, qui plura collegarum ſuorum ſuffragia, & meliora conſilia negligit. 808
Peccat miniſter, qui dignitates ab exteris Principibus ſuſcipit. 811

Pec-

Digitized by Google

Peccat miniſter, qui cives ſuperbe & iniurioſe tractat. 812
In miniſtris Principum voluptatum intempeſtivus uſus crimen eſt. 813
Levi morbo implicitus miniſter omnem officii curam deponere non debet. 814
Præiudicium. 815
Peccat miniſter, qui Principem fratribus vel propinquis inviſum reddit; & quali pœna eiusmodi miniſter ſit afficiendus? ibid.
Præiudicium. 816
Peccat miniſter, qui Principem coniugi infenſum reddit. ibid.
Peccat miniſter, qui Principem lenocinio corrumpit. 818
Peccat miniſter, qui bonorum publicorum alienationem ſine neceſſitate ſuadet. 819
Peccat miniſter, qui bona publica infra verum pretium vendit. ibid.
Pœna eiusmodi miniſtri, & præiudicium. ibid.
Imprudens & imperitum conſilium in miniſtro crimen eſt. 820
Peccat miniſter, qui exactionem homagii omittere, vel differre ſuadet. 821
Præiudicium. ibid.
Peccat miniſter, qui perniciosa non diſſuadet. ibid.
Prætudicium. 822
Peccant miniſtri, quorum conſilio & ope ordines provinciales iuribus ſuis & auctoritate exuuntur. 823
Peccant miniſtri, qui futuri regni ſucceſſorem nimio ſtudio ſectantur. 825
Peccant miniſtri, qui impediunt, ne Princeps calamitates publicas, & verum rerum ſtatum reſciſcat. 826
Peccat miniſter, qui alii mandata Principis prætexenti facile credit. 827
Peccat miniſter, qui iuſſa Principis & officium ſuum iuſſis miniſtri præpotentis aut cuiusdam ex familia Principis poſtponit. 828
In miniſtris Principum adfectus privati in adminiſtratione officiorum publicorum exulare debent. 829
Peccant miniſtri, qui poteſtate ſua ad vindictam de inimicis ſumendam abutuntur. 830
Peccant miniſtri, qui, ut adverſariis & æmulis noceant, negotia domini iis commiſſa perire ſinunt. 831
Peccat miniſter per amicitiam cum inimicis vel ſuſpectis Principi. 832
Peccatum miniſtri eſt, uxori & familiæ nimium indulgere. 834
Miniſter Principis, qui officium depoſuit, & ex aula & provincia

Digitized by Google

cia abiit, debet tamen ratione eorum, quæ in officio geſſit, in foro priſtini domini ſtare; Cratio autem nec ad bona, quæ ibi reliquit, nec per edictum, ſed, implorato iudice, ſub quo nunc habitat, facienda eſt. 841
Præiudicium. 843
Miniſter reus, ſi quidem fuga, aut aliis modis iudicium eluſurus metuitur, capi & cuſtodiæ mandari poteſt. 844
In capiendo miniſtro ſuſpecto, aſtu, blanditiis, ſimulatione uti licet; quin aliquando ſalus publica, ut dolus bonus hic adhibeatur, præcipit. ibid.
In inquiſitione contra miniſtrum Principis verba in factum temperanda, ac vocibus: inquiſitio, inquiſitus, abſtinendum; reſponſio tamen in ſcriptis, ſi crimen gravius ſit, non ſufficit. 848
Poteſt Princeps miniſtrum facinoroſum, quem publice punire nequit, clam veneno tollere. 858
Miniſter Principis fur aut raptor recte ſuſpenditur. 911
Miniſter perduellis in quatuor partes ſecatur. 912
Miniſter, qui multifariam peccavit, pluribus pœnis affici poteſt. 913
Præiudicium. 914
Errant, qui in omnibus miniſtrorum delictis culpam aliquam Principi imputant; Quodſi tamen Princeps facto aliquo ſuo occaſionem delinquendi dedit, non tollitur quidem pœna, ſed mitigatur. 917
Præiudicium. 919
Leviſſimum pœnæ genus miniſtrorum Principum videtur, quando Princeps vultu, geſtibus, averſando, terga dando, mutatione priſtinæ familiaritatis, offenſam animi ſignificat. 923
Inter leviſſimas miniſtrorum Principum coërcitiones numerari poteſt hortatio, ut miniſter ſponte ſe munere ſuo abdicet, conſervato honore. 926
Pœnæ Principum miniſtrorum genus eſt, miniſtro titulos honoris, ſtipendium, & locum in conviviis relinquere, ſed eundem conſiliis & negotiis arcere. 927
Pœnæ genus eſt, miniſtrum in eo, in quo ab initio poſitus fuit, honoris gradu relinquere, aliosque pares vel inferiores ſuper eum evehere. 930
Miniſtrorum Principum pœna quoque eſt imminutio dignitatis, item ſalarii. 931
Miniſtro Principis delinquenti nobilitas, & aliæ dignitates, quas ab exteris Principibus accepit, adimi

Digitized by Google

adimi nequeunt; poteſt tamen Princeps edicere, ne in ſuis terris iſte miniſter pro nobili, equite &c. reputetur. 934
Miniſtri delinquentes exilio puniri poſſunt; quæ pœna tamen maxime eſt inconſulta. 937
Aliquando miniſtri, qui maleficiis ſuis vicinos Principes & respublicas læſerunt, noxæ deditione puniuntur. 939
Mitiſſime cum miniſtro agitur, qui ſaltem, ut fiſco & privatis, quos læſit, ſatisfaciat, adigitur. ibid.

Miniſtriſſimatus

Quid ſit? 707
An ſit crimen? 708 714
Præiudicium. 714
Miniſtriſſimatus, legitimis modis obtentus, crimen non eſt. 708
Argumenta, quibus miniſtriſſimatus eſt diſſuadendus. 814

Miniſtriſſimus.

Exempla bonorum miniſtriſſimorum. 710

Minor,

Minori pœna ordinaria a iudice remitti poteſt, non tamen peccatur, ſi eadem illi infligatur. 4

Miſericordia.

Miſericordiam provocare tuendi gratia licet, non vero ulciſcendi cauſſa. 154
Præiudicium. 155
Miſericordiæ exſuperant la crimen eſt. 753

Moriones.

Moriones, qui Principibus in deliciis ſunt, delinquentes regulariter pœnis eximuntur, niſi manifeſti doli indicium appareat. 7

Munera.

Munera miniſter accipere non debet, ut officium ſuum faciat, vel non faciat. 779
Præiudicium. 780
Munerum publicorum venditio crimen eſt. 791
Negotiationem munerum publicorum poteſt miniſter, iuſſu Principis ſui, exercere. 792

Munus

Sine iuſta cauſſa a miniſtro Principis deponi non debet. 837
Laudabile aliquando & neceſſarium eſt, pecunia munus publicum redimere. 747

N.

Neceſſitas.

Summa neceſſitas ablationem rei alienæ non excuſat ſolum, ſed & iuſtam reddit. 106

Negligentia magiſtratuum.

Negligentia magiſtratuum in requirendis & puniendis iniuriis, maximorum malorum cauſſa eſt. 181

Digitized by Google

Negotium damnoſum.
Negotium damnoſum, ex conſilio totius ſenatus geſtum, miniſtro præcipuo imputari non poteſt. 715
Præiudicium. 716
Nepotiſmus
Quid apud Italos ſit? 806
Nominatio Auctoris
Neque iniurias, neque blaſphemias excuſat. 559
Notarius.
Notarius publicus, ab utraque parte litigante, in eadem cauſa, adhibitus, in crimen prævaricationis non incidit. 398
Noxæ deditio.
Noxæ deditione aliquando puniuntur miniſtri Principum, qui maleficiis ſuis vicinos Principes & respublicas læſerunt. 939

O.

Obſequium.
Detrectatio obſequii in iuſſis Principum, legi divinæ contrariis, iuſta eſt. 690
An obſequium cœcum in iuſſibus Principum ad litteram exſequendis crimen ſit? 770
Præiudicium. 771
Occultans.
Occultans furem, vel rem furtivam, ſi lucri partem non ferat, fur non eſt, ſed tamen extra ordinem punitur. 392
Occultatio.
Occultatio furis, & rei furtivæ, cum lucri, ſaltem indirecti, participatione coniuncta, verum furtum eſt, & ordinarie punitur. ibid.
Officia publica.
Officiorum publicorum venditio crimen eſt. 701
Officiorum publicorum negotiationem poteſt miniſter iuſſu Principis ſui exercere. 792
Officium patroni erga clientem
Apud veteres Romanos magis ſanctum, quam cetera officia fere omnia, reputabatur. 357
Officii huius violatores in iure noſtro peculiariter infamia notantur, quæ infamiæ pœna adhuc hodie locum habet. 358
Opera.
Ordinarie etiam punitur, qui operam ſuam furibus pro mercede locavit. 127
Præiudicium. 128
Opifices.
Opifices inviti ad collegia ineunda a ſuperioribus adſtringi poſſunt. 447
Opulentia
Interdum miniſtro Principis pro crimine obiicitur. 725

P. Pa-

Digitized by Google

P.

Pactum.

Communes in pactorum interpretatione regulæ etiam in pactis iuratis adhibentur. 621. sq.

Parentes.

Parentes, quibus a liberis furtum factum est, omissis his, eos, quorum ope & consilio furtum factum, de furto convenire possunt. 404

Præiudicium. 405

Parsimonia.

Parsimoniæ exsuperantia crimen est. 761

Pater.

Pater iniuriam liberis factam remittens, sibi & liberis, non etiam publico, præiudicat. 227

Præiudicium. 228

Paterfamilias.

An de incendio, quod familia eius in expediendis negotiis ipsius occupata, excitavit, respondere teneatur? 172

Paterfamilias, qui delata ad se per rumorem publicum flagitia famulis exprobrat, iniuriarum non tenetur. 312. sq.

Patronus causſæ.

Patroni officium erga clientem apud veteres Romanos magis sanctum, quam cetera officia fere omnia reputabatur, atque hinc officii huius violatores in iure nostro peculiariter infamia notantur, quæ infamiæ pœna adhuc hodie locum habet. 357

Pax publica.

Pacem publicam Maximilianus I. primus quidem, sed invitus promulgavit, & frigide observavit. 343

Perduellio.

Per se non est liberatio & emissio rei e carcere, nisi liberatus ipse perduellis sit. 645

Fit tamen perduellio, quando per eam tranquillitas publica, vel amicitia cum exiero Principe turbatur. ibid. sq.

Præiudicium. 646

Is, qui scit perduellium machinationes, sed probationibus destituitur, ad levia indicia & dubia argumenta deferenda non obligatur. 641

Dantur etiam aliæ perduellionis & læsæ Maiestatis species, quam quæ in Pandectis exempli loco recensentur. 648

Perduellionis species est inobedientia erga iussa Principis, ex contemtu profecta. 649

Gravissimæ suspiciones de perduellione & argumenta maxime probabilia ad irrogandum improvisum supplicium sufficiunt. 857

Vid. supr. *Crimen perduellionis.*

Perduellis.

Vtrum, antequam damnetur & puni-

Digitized by Google

niatur, in ius vocari, audiri, & defendi debeat? 849
An perduellis dici possit, qui sine animo reipublicæ nocendi consilia quidem cum hoste de illa prodenda iniit, & de consiliis illis exsequendis nunquam cogitavit, sed hostem decipere ac pecunia emungere voluit? 639
Perduellis non fit civis, qui propter metum externum, etsi iniustum, ac terrorem incussum, Principi suo parere impeditur. 649
Sacerdos perduellis ordinarie punitur. 654
Sacerdos perduellionem pro concione laudans, perduellis fit. ibid. sqq.
Pœna, in liberos perduellium statuta, iuri naturali convenit, nec ab usu recessit. 656
Germani veteres etiam perduellium fratres innocentes punierunt. 657
Minister & civis, contra quos Princeps legitimis & ordinariis modis procedit, etli se innocentes & vim iniustam pati credant, vim tamen opponere, minari, tumultum excitare, exterorum Principum auxilium implorare non debent, &, si id faciant, perduelles fiunt; Secus est, si vis a Principe, tanquam a privato, aut hoste inferatur. 658
Exempla perduellium, improviso supplicio adfectorum, in tres classes dispescuntur, & quinam ad quamlibet classem referantur. 851
Potest Princeps civem perduellem, quem publice punire nequit, clam veneno tollere. 858
Civis civem perduellem & commune Principi ac reipublicæ exitium machinantem, quem sine magno reipublicæ discrimine in iudicium trahere nequit, privatim impune occidit. 861
Minister Principis perduellis in quatuor partes secatur. 912

Periurium.

Non est unicum crimen, quod iurando committitur. 613
Quomodo olim fuerit punitum & quomodo hodie puniatur? 627

Permissio.

Permissio superioris delinquenti ad pœnam mitigandam non prodest. 47

Permutatio.

An permutatio, in itinere vi extorta, vera rapina sit, & an ultimo supplicio sit punienda? 88

Persona.

Personæ; quibus, alterum falso criminari, impune licet. 510 sqq.

Per-

Digitized by Google

Perſonæ illuſtres

Ad revocationem ſeu recantationem in iniuriis atrocioribus ægre quidem, ſed tamen aliquando compelluntur. 195

Perſonarum conditio.

In pœnis infligendis, ſi modo illæ arbitrariæ ſint, perſonarum conditio ſpectanda eſt. 53

Cuius perſonæ conditio, ſeu qualitas, in iniuria, per errorem illata, ſpectanda ſit, utrum eius, quam offendere reus voluit, an eius, quæ vere offenſa eſt? 298

Petitio in libello.

Vaga privatæ ſatisfactionis in libello petitio a iudice ſecundum iura communia non, bene tamen hodie in Saxonia attenditur. 202

Præiudicium. 203

Philoſophi.

An philoſophi chriſtiani, qui, immortalitatem animæ ex ſola recta ratione ſine adiumento theologiæ revelatæ ſufficienter demonſtrari poſſe, negarunt, in claſſem hæreticorum ſint referendi? 610

Pietas.

Pietatis prætextus pœnam nec iniuriarum, nec blaſphemiarum tollit, ſed tamen minuit. 556

Pietatis exſuperantia crimen eſt. 757

Pœna

Poteſt in furto aliquando durior, aliquando mitior decerni 92

In iniuriis ob veritatem convitii mitigari ſolet. 306

Præiudicium. ibid.

Quousque iuſſus ſuperioris pœnam obſequentis in foro humano vel tollat, vel minuat, unica regula comprehendi nequit, ſed ex magnitudine auctoritatis, quam iubens habet, dependet. 45

In pœnis infligendis legislator & magiſtratus, ſi modo illæ ſint arbitrariæ, rationem perſonarum habere debent. 53

Pœnæ advocatorum convitiantium. 252

Defenſiones ſæpe reorum cauſſam deteriorem reddunt, & vel pœnæ, quæ alias imponi potuiſſet, locum faciunt, vel eandem exaſperant. 493

Exempla. ibid ſqq.

Pœnam iniuriæ vel blaſphemiæ non mitigat conditio illis adiecta. 557

Præiudicium. ibid.

Ordinaria ſacerdotum plaſphemantium pœna eſt depoſitio. 558

Pœna iniuriarum, ac blaſphemiarum ob deſperationem, iram, aliosque graviſſimos adfectus non tollitur, ſed minuitur. 567

Digitized by Google

Pœna, in liberos perduellium ſtatuta, iuri naturali convenit, nec ab uſu receſſit. 656
Germani veteres pœnam perduellionis etiam ad perduellium fratres innocentes extenderunt. 657
An maior pœna abſorbeat minorem? 913
Præiudicia. 914 ſq.
Si Princeps, facto aliquo ſuo, miniſtro occaſionem delinquendi dedit, non tollitur quidem pœna, ſed mitigatur. 917
Præiudicium. 919
Leviſſimum pœnæ genus videtur, quando Princeps vultu, geſtibus, averſando, terga dando, mutatione priſtinæ familiaritatis offenſam animi ſignificat. 923
Inter leniſſimas miniſtrorum Principum pœnas numerari poteſt hortatio, ut miniſter ſponte ſe munere ſuo abdicet, conſervato honore. 926
Pœnæ Principum miniſtrorum genus eſt, miniſtro titulos honoris, ſtipendium, & locum in conviviis relinquere, ſed eundem conſiliis & negotiis arcere. 927
Honorificentiſſimum pœnæ genus eſt, miniſtrum Principis per ſpeciem honoris maiorisque dignitatis procul ab aula amandare, & quaſi in illuſtre exilium mittere. 928
Pœnæ genus eſt, miniſtrum in eo, in quo ab initio poſitus fuit, honoris gradu relinquere, aliosque pares vel inferiores ſuper eum evehere. 930
Pœna miniſtrorum Principum etiam eſt imminutio dignitatis, item ſalarii. 931
Ademtio muneris per ſe pœna non eſt, ſed ex arbitrio Principis pendet, pœna vero fit, quando ob delictum decernitur; ſolet tamen eidem plerumque alia pœna, ut interdictio novorum honorum, aut mulcta, adiici. 933
Manu ipſius Principis vapulare, pœna eſt, ſed non tam ignominioſa, ut a quibusdam creditur. 936

Pœna exilii

Poteſt miniſtris Principum delinquentibus imponi; quæ pœna tamen maxime eſt inconſulta. 937

Pœna ignis

Etiam illis, qui ipſi non incendunt, ſed per alios hoc fieri curant, infligitur. 167. ſq.
Ob minorem incendiarii ætatem mitigatur, atque plerumque gladius ſubſtituitur, nonnunquam vero ultimum ſupplicium plane remittitur. 169

Præ-

Digitized by Google

Præiudicium. 170
Pœna ignis, in Incendiarios ſtatuta, non illis ſolum, qui ædificia, ſed & qui alias res, e. gr ſylvam, incendunt, infligitur. 166
Præiudicium. 168

Pœna laquei

A Saxonibus primum, poſtea a Friderico I. Imperatore in reliquam Germaniam eſt introducta. 59
Non eſt dura, ſed optima & æquiſſima. 60
Interpretationibus molliri non debet. 61
In furto, per conſpirationem facto, omnibus, qui adfuerunt ſaltem, etſi nihil fecerint, imponi poteſt. 80
Præiudicium. ibid.
An etiam in illis locum inveniat, qui res, cuſtodiæ & adminiſtrationi ſuæ commiſſas, interverterunt? 82
Præiudicia. 83. ſq.
Locum habet in furto, cum armis commiſſo, etſi effractio non acceſſerit. 163
Præiudicium. ibid.
Etiam illi imponitur, qui operam ſuam furibus pro mercede locavit. 127
Præiudicium. 128
Studioſi, atrociter delinquentes, pœna laquei, aliave ignominioſa, recte plectuntur. 11
Duæ lites, Roſtochii & Pariſiis, hac de re ventilatæ commemorantur. ibid.
Ad pœnam laquei irrogandam effractio, manibus facta, non ſufficit, nec inſtrumenta, quæ fur effringendi animo non adportavit, ſed forte reperit, ſufficiunt. 99
Præiudicium. ibid.
In furto, ob ſummam neceſſitatem commiſſo, etiam in foro humano omnis pœna ceſſat. 106
Ad pœnam laquei imponendam ſufficit animus lucri faciendi, quamvis fur, antequam partem ſuam de lucro tulit, in vincula coniectus ſit. 127
Præiudicium. 128

Pœna numellarum

Sine inquiſitione ſolemni decerni poteſt. Tunc tamen Inquiſitio præmittenda, quando per eam augeri reatum, pœnamque intendi poſſe, ſpes eſt. 459

Pœna ordinaria

A iudice minori remitti poteſt, non tamen peccatur, ſi illa eidem infligatur. 4

Pœna rapinæ

In Saxonia certa eſt, extra Saxoniam incertiſſima. 86
In raptoribus ſimplicibus exacerbari non poteſt, niſi circumſtantiæ, factum aggravantes, concurrant. 150
Præiudicium. ibid.
Pœna publica, iure Romano in rapto-

Digitized by Google

raptores ſtatuta, incertiſſima eſt, ac infinitis cavillationibus obnoxia. 144
Nec ius Carolinum quidquam certi ſtatuit, ſed ad ius Romanum provocat. ibid.
In ordinariam rapinæ pœnam non incidunt, qui rem ſuam, vel quam ſuam eſſe, veriſimiliter credunt, rapiunt. 148 ſq.
Præiudicia. ibid.

Pœna talionis.

Pœna talionis, in auctores famoſorum libellorum ſtatuta, non recte negligitur. 327

Pœnitentia eccleſiaſtica.

In pœnitentiis eccleſiaſticis perſonarum conditionem ſpectari oportet. 55

Populus ſeditioſus

Fidos miniſtros interdum ſupplicio adficit. 693

Poſſeſſio bonorum immobilium

A cautione de non offendendo non liberat; ſufficit tamen, ſi bona illa immobilia oppignorentur. 352
Præiudicium. ibid.

Præceptor.

An Præceptor, inter caſtigandum duriora verba, & aliquando verbera ingerens, iniuriarum teneatur? 281
Præceptor, qui delata ad ſe per rumorem publicum flagitia diſcipulis exprobrat, iniuriarum non tenetur. 312. ſq.

Præfecti, Amtleute.

In Saxonia Electorali præfectis non licet collegia confirmare. 446

Præmii datio

Non ſufficit ad delicti imputationem, magnam tamen ſuſpicionem, quod quis conſcius & particeps delicti fuerit, excitat. 51

Præmii promiſſio.

Præmii promiſſio, a ſuperiore delinquenti facta, huic ad pœnam mitigandam non prodeſt. 47

Præſcriptio vicennalis

Prodeſt etiam incendiariis, niſi delictum continuarint. 167

Præſes collegii.

Præſes collegii, etiam cum ratione diſſentiens, maioris partis decretum ſequi neceſſum habet. 30. 810
Quid faciendum præſidi, ſi decretum maioris partis cum lege, vel bono publico pugnet, adeoque delictum contineat? 31
Præſidi collegii imputari non poteſt iniuſtum decretum totius collegii, vel maioris eiusdem partis, quod ille diſſentiendo impedire non potuit. 32

Prævaricari.

Prævaricari ne quidem ex bona mente licet. 372
Etiam in bellis aliquando duces & milites prævaricantur. 390

Digitized by Google

Prævaricatio

Committitur vel faciendo, vel non faciendo. 358
A quibus committatur? Ibid.
Prævaricationis, quæ faciendo committitur, antiquiſſimum exemplum. 358
Exemplum prævaricationis, quæ in non faciendo committitur. 359
An in prævaricationis crimen incidat, qui contra clientem ſuum etiam in diverſa cauſſa ſtat? 360
Præiudicium. ibid.
Prævaricatio advocati clienti poſteriori, ſi iuſtam cauſſam habeat, non nocet. 366
Præiudicium. ibid.
Prævaricationis crimen nec theologis incognitum eſt. 390
In prævaricationis crimen non incidit Notarius publicus, ab utraque parte litigante in eadem cauſſa adhibitus. 391

Prævaricator

Quali pœna hodie affici ſoleat? 385
Præiudicium. 386
Prævaricator eſt advocatus, qui concredita ſibi a cliente delicta magiſtratui denunciat. 362
Præiudicium. 363
Prævaricator non eſt, qui cum aliquo de cauſſa eius ſuſcipienda tractavit, ſed nondum convenit, ac poſtea adverſarium eius tuetur. 363
Præiudicium. 364
Vulgares diſtinctiones & limitationes, quibus leges, contra prævaricatores latæ, eludi ſolent, reiiciuntur. 369
Quisquis, etiam extra advocatos, negotium, fidei ſuæ commiſſum, in detrimentum committentis prodit, quaſi prævaricator eſt. 374
Prævaricatores in iure publico damnantur. 376
Non ſunt prævaricatores, ſed prope tamen ad eos accedunt, & contra bonam fidem peccant cauſſidici & ſcriptores, qui in diverſis & contrariis cauſſis contraria invicem argumenta proferunt. 387

Preces.

Preces ſuperioris delinquenti ad pœnam mitigandam non proſunt. 47

Princeps

Nova collegia conſtituere ac confirmare etiam cum detrimento aliorum collegiorum, vel ſingulorum, ac imminutione naturalis libertatis, poteſt; dummodo privilegia, iam ante aliis data, vel iura perfecte acquiſita, non imminuantur 435
Præiudicium. 436
Collegia legitima, ut in conven-

Digitized by Google

tibus ſuis præſidem vel adſeſſorem, a ſe datum, admittant, cogere poteſt; nec collegia contrariam conſuetudinem, aut præſcriptionem immemorialem, contra opponere poſſunt. 438
Præiudicium. 439
Vltimum ſupplicium, in blaſphemos ſtatutum, remittere poteſt. 569
Poteſt hæreticos & apoſtatas, quietos, e provincia exire iubere, ab honoribus & muneribus publicis arcere, a poſſeſſione bonorum immobilium & commerciis excludere, atque ex officiis, quæ iam gerunt, honeſte dimittere. 603
Nequit civi neceſſitatem parendi imponere, niſi ei ſecuritatem antea præſtet. 649
Præiudicium. ibid.
Aliquando miniſtrum punit, qui ipſi, pro muneris ſui ratione, verum dicit. 699
Poteſt civem perduellem ac miniſtrum facinoroſum, quem publice punire nequit, clam veneno tollere. 858
Verum Principi irreverenter dicens recte punitur. 685
Etiam is, qui de Principis vitiis erga alios iudicat, puniendus eſt. ibid.
Interdum ipſe Princeps a populo coactus fidos miniſtros punit. 694
Principes ſæpe, propter exiſtimationem vel utilitatem ſuam, ea, quæ miniſtri iuſſu vel conſenſu ipſorum geſſerunt, improbant & puniunt. 695
Melius eſt, Principem non uni ſe addicere, ſed plures in conſilium adhibere. 711
Princeps, qui miniſtriſſimum idoneum conſtituit, non peccat. 712
Boni Principis officium eſt, miniſtrorum ſuorum delicta, etiam communia, punire, ac familiares omni culpa vacuos habere. 742
Miniſtro delinquenti nobilitatem & alias dignitates, quas ab exteris Principibus accepit, adimere nequit; poteſt tamen edicere, ne in ſuis terris pro nobili, equite &c. reputetur. 934
Solet aliquando tunc, quum verum miniſtri delictum ſine dedecore aut periculo manifeſtari nequit, in damnatione aliud fingere, vel levius delictum, quod alias impune ferri ſolet, ſubſtituere. 941
Pœnam miniſtri, quam ipſe expetere iuſtis cauſſis impeditur, in ſucceſſorem differre, atque huic commendare poteſt. 943
Poterit iniuſtum Davidis contra Vriam factum iuſte contra miniſtrum

Digitized by Google

niſtrum facinoroſum, quem publice punire non audet, imitari, atque hunc puniendum ad alium cum occultis mandatis ablegare. 944
Principum indolentia, & facilitas in remittendis iniuriis, & ipſi, & reipublicæ noxia eſt. 673
Exempla Principum, quos indulgentia ludibrio & contemtui expoſuit, ac infelices reddidit. 674. ſqq.
Errant, qui bonum Principem ex tolerantia iniuriarum cognoſci perhibent. 677
Principes, qui convitia, ſibi publice facta, impunita relinquunt, & ſine iuſta cauſſa remittunt, peccant. ibid.
Principis iudicium in eligendo miniſtro fallax ſæpe meritorum & virtutum indicium eſt 686
Qui cum Principe liberius locans reverentiam ei debitam lædit, merito punitur. 681
Quousque Principis in mandando poteſtas ſeſe extendat? 768
Intereſt ſæpe Principis, ac reipublicæ, ne crimina, ob quæ miniſter punitur, manifeſtentur, ac poterit tunc ſententia publicari & ſupplicium ſumi, nulla criminum commiſſorum mentione adiecta. 940

Privatus.

Etiam privatis facinoroſos fugientes comprehendere, vel ex fuga retrahere, & donec iudici exhibeantur, cuſtodire licet. 523
Si quis privatus, dum reum comprehendere conatur, eum reſiſtentem verberat, vulnerat, occidit, impune eſt. ibid. ſq.
Præiudicium. 524

Privilegium fori.

Privilegium fori ac cetera muneri adnexa miniſter Principis non ex die vocationis, ſed conſtitutionis & confirmationis, conſequitur. 839
Præiudicium 840

Probatio

Quousque in actionibus iniuriarum ſuper exceptione veritatis illiquida admitti poſſit? 307

Probitas.

Ipſa probitas interdum pro crimine habetur. 688

Procurator

Iure communi in deprecationibus iniuriarum, tam ex parte rei, quam actoris, admittitur, ſed in Saxonia rei præſentia requiritur. 198

Procuratores fiſci

Iniurias privatas ex officio, invita quamvis utraque parte, perſequi debent, privatam tamen ſatisfactionem urgere nequeunt. 182
Præiudicium. 184

Digitized by Google

Prodens.
Negotium, fidei ſuæ commiſſum, vel inſtrumenta ſibi concredita, in detrimentum committentis prodens, quaſi prævaricator eſt, ac in crimen falſi graviſſimamque pœnam incidit. 374
Præiudicium. 375

Prohibitio.
Qui delictum prohibere poteſt, ſed non prohibet, iure naturæ ſimpliciter, iure civili non aliter, quam ſi prohibitio ad officium eius pertinet, obligatur. 49

Prolatio ſecreti.
Prolatio ſecreti alieni iniuria eſt. 228
Præiudicium. 229

Propinquus.
Propinquus, qui delata ad ſe per rumorem publicum flagitia propinquis, ætate minoribus, exprobrat, iniuriarum non tenetur. 312. ſq.

Proteſtantes
In Germania noſtra ab hæreſeos nota ſunt liberi. 597
In evangelicos & reformatos dividuntur. ib. ſq.

Proxemeta
Quousque in litè, ſuper negotio, quod, ipſo conciliante, geſtum eſt, mota, patrocinium præſtare poſſit? 375
Præiudicium. 376

Pubertati proximi.
Pubertati proximi ob delictum commiſſum puniri, & ad damni reſtitutionem condemnari poſſunt, ob ætatem tamen plerumque mitius puniuntur. 3

Q.

Qualitas perſonæ.
Cuius perſonæ qualitas in iniuria, per errorem illata, ſit ſpectanda, utrum eius, quam offendere reus voluit, an illius, quæ vere offenſa eſt? 298

Querela de termino moto.
Querela de termino moto, rei vindicatio, & actio finium regundorum confundi non debent? multum enim inter eas ratione præſcriptionis intereſt. 425

R.

Rapina
Etſi ſub ſpecie commendati, vel permutationis veletur, vera rapina, & ultimo ſupplicio digna eſt. 152
An vera rapina ſit permutatio, in itinere vi extorta, & an ultimo ſupplicio ſit punienda? 88
Rapinam Romani veteres inter furta retulerunt, priſci Germani a furto diſtinxerunt, ac furtum inhoneſtum, rapinam honeſtam crediderunt. 136
Hæc Germanorum opinio non de-

demum ſub Henrico IV. ſed iam ante Chriſtum natum cœpit, magisque poſt receptam Chriſtianam religionem invaluit. 137
Rapinarum licentia ſub Maximiliano I. non penitus extincta eſt, ſed adhuc poſt Caroli V. obitum duravit. 142
In ordinariam rapinæ pœnam non incidunt, qui rem ſuam, quam vel ſuam eſſe veriſimiliter credunt, rapiunt. 148. ſeq.
Præiudicia. ibid.
Quando in crimine rapinæ violentia probata eſt, ſed de quantitate & æſtimatione rerum ablatarum non conſtat, iuriiurando eius, qui vim paſſus eſt, ſimpliciter ſtatur. 152

Raptores

De Iure communi, ob rapinam, etiam in viis publicis commiſſam, vix ad ultimum ſupplicium trahi poſſunt; quod ſecus Iure Saxonico. 86
Præiudicium. ibid.
Extra Saxoniam, niſi circumſtantiæ omnes, quas *lex 28. §. 10. de Pœn.* deſiderat, conveniant, morte puniri non poſſunt. 147
In Saxonia lex vetus eſt, quæ raptores ſine reſtrictione ultimo ſupplicio punit. 148
Cauſſa, ob quam Saxones hac in parte reliquis Germanis rigidiores fuerunt. ibid.
Raptorum ſimpliciſum pœna exacerbari non poteſt; niſi circumſtantiæ, delictum aggravantes, concurrant. 150
Præiudicium. ibid.
Quinam raptorum nomine veniant? 152

Ratihabitio.

Sola ratihabitio ſuperioris non efficit, ut crimen ei imputari poſſit. 51

Retentatio, ſeu Revocatio iniuriarum

Decerni ſolet, ſi actor dignitate ſuperior ſit, reus vero inferior. 195

Receptatio.

In receptationis crimen non incidit, qui facinoroſum ſaltem non indicat. 397
Nec in receptationis crimen incidit, qui bannitum illæſum dimittit. 398

Receptator.

Receptatores furum, vel rerum furtivarum, etiam propter culpam ſolam puniuntur. 396
Receptorem a pœna non liberat ignorantia, ſi ſupina & adfectata fuit. ibid.
Præiudicium. ibid.

Receſſus imperii.

Receſſus Imperii de anno 1630. in cauſſis religionis male tanquam lex publica allegatur. 274

Regula

Regula: Quilibet eſt optimus verborum ſuorum interpres
Locum non invenit, quando interpretatio hæc a communi uſu recedit. 302
Præiudicium. 303

Regulæ: Veritas convitii excuſat; & veritas convitii non excuſat.
Vtraque Regula: *Veritas convitii excuſat*; & *Veritas convitii non excuſat*; vera eſt. 304

Rei vindicatio.
Rei vindicatio, actio finium regundorum, & querela de termino moto, confundi non debent; multum enim inter eas ratione præſcriptionis intereſt. 425

Relegatio
Etiam ſine corpore delicti infligi poteſt. 482
Præiudicium. ibid.

Religio.
Religionis exſuperantia crimen eſt. 757

Res furtivæ.
Rei furtivæ occultatio, cum lucri, ſaltem indirecti, participatione coniuncta, verum furtum eſt, & ordinarie punitur. 392
Rem furtivam occultans, qui lucri partem non fert, fur non eſt, ſed tamen extra ordinem punitur. ibid.
Rem furtivam non indicare, crimen quidem eſt de iure naturæ, at in humano foro, ſi lucri participatio abſit, non vindicatur. Tunc tamen etiam in foro humano vindicatur, quando quis, domino requirente, ſe, ubi res ſit, ſcire negavit. 393
Præiudicium. 394
Rei furtivæ emtio, cum ſcientia coniuncta, iure communi non eſt proprie furtum, nec pœnæ ordinariæ ſubiacet. At iure Saxonico recentiore ſubiacet pœnæ ordinariæ. 398. ſeq.

Res interverſæ
In æſtimatione furti magni non attenduntur, ſed æſtimantur ſaltem res ablatæ. 119
Præiudicium. ibid.

Respublica
Poteſt hæreticos, & apoſtatas, etſi quietos, e provincia exire iubere, ab honoribus publicis arcere, a poſſeſſione bonorum immobilium & commerciis excludere, atque ex officiis, quæ iam gerunt, honeſte dimittere. 603
Intereſt ſæpe reipublicæ, ne crimina, ob quæ miniſter punitur, manifeſtentur, & poterit tunc ſententia publicari, ac ſupplicium ſumi, nulla criminum commiſſorum mentione adiecta. 940

Reſti-

Digitized by Google

Reſtitutio rerum, furto ablatarum

Furem tunc a pœna laquei liberare non debet, quando hi, qui res ab eo bona fide emerunt, pretium datum non recuperant. 74
Præiudicium. ibid.
Furi neque in tertio furto, neque in ſacrilegio prodeſt. 78

Reticentia.

Sola reticentia, ſeu ſilentium, in crimine perduellionis iuſte punitur. 641
Pontifices Romani ſolam reticentiam in crimine perduellionis nunquam morte punierunt. 644

Retorſio iniuriarum.

Retorſiones iniuriarum meliores ſunt & utiliores actionibus iniuriarum, atque etiam iudicialiter fieri poſſunt, ſed in Saxonia noſtra recte abolitæ fuerunt. 192
Præiudicium, quod iudicialiter fieri poſſint. 193

Reverentia.

Qui cum Principe liberius iocans reverentiam ei debitam lædit, merito punitur. 681

Revocatio iniuriæ

Quando ſacerdoti convitiatori imponi ſoleat? 279

Reus

Si incarceretur, & hæc, ſcil. legitima indicia, grave ſcelus, & ſuſpicio fugæ, in eo concurrant, etſi deinde innocens deprehendatur, actionem tamen contra magiſtratum, accuſatorem & delatorem non habet. 512. ſq.
Præiudicia. ibid. & p. 514
Reus revocationem, vel deprecationem detrectans, carcere, &, ſi nec ſic contumacia frangatur, durioribus remediis cogitur. 201
Præiudicia. ibid.
Reus, qui pro ſui defenſione quid adfirmat, quod exiſtimationem tertii cuiusdam onerat, & quamvis liquido probari non poſſit, ſpeciem tamen veri habet, iniuriarum non tenetur. 314
Præiudicium. ibid.
Ius Carolinum, quod reis ab alio defendi permittit, novum non eſt. 487
Apud Græcos & Romanos reis, dummodo ipſi præſentes eſſent, ſemper licuit, defenſorem adhibere, abſentibus vero, per procuratorem ſe defendere, vetitum fuit. ibid. ſq.
Plurimi rei ex his, qui defenſionibus iuvantur, nocentes ſunt, ac ope defenſorum meritam pœnam effugiunt. 493
Quænam requirantur, ut reus in cuſtodiam mitti poſſit? 512
Reus, de gravi crimine ſuſpectus, etſi

Digitized by Google

etſi nondum auditus, capi tamen, & in cuſtodiam mitti poteſt. 517
Reus, etſi nec vagabundus, nec de fuga ſuſpectus, ſi tamen ad forum delicti non veniat, ubicunque deprehenditur, eius magiſtratus ope comprehendi poteſt. ibid. ſq.
In capiendis reis aſtu & dolo bono uti licet. 518 ſq.
Præiudicium. 519
Periculoſiſſimum eſt, reos in privatis, & maxime in proprlis ædibus cuſtodirl. 522
Si reus in dignitate conſtitutus, carcere publico includitur, a iudice non peccatur. ibid.
Præiudicium. ibid.
Rei fugientes a privatis etiam comprehendi, vel ex fuga retrahi, &, donec iudici exhibeantur, cuſtodiri poſſunt. 523
Si reus a privato, dum illum comprehendere conatur, reſiſtens verberetur, vulneretur, vel occidatur, impune eſt. ibid. ſq.
Præiudicium. 524

Reus læſæ maieſtatis & perduellionis

Vtrum, antequam damnetur, & puniatur, in ius vocari, audiri, & defendi debeat? 849

Rumor.

Solus rumor vulgaris ad torquendum non ſufficit; ſufficit vero ad inquirendum, & interrogandum, & aliquando cuſtodiendum. 319

Ruſticitas

Non vitam agreſtem, ſed ſimplicitatem, quæ etiam in oppidanos cadere poteſt, ſignificat. 8
Ruſticitati in omnibus delictis, etiam atrocioribus, & quæ contra ius naturæ ſunt, ſi caput iuris paulo intricatius fuit, parcitur. ibid.
Ruſticitatis etiam in crimine perduellionis ratio habetur. ibid.
Præiudicium. 9
Per ruſticitatem & imprudentiam, qua Princeps graviſſime offenditur, crimen læſæ maieſtatis non committitur. 653

S.

Sacerdos

Eum, a quo iniuſte iniuriarum conventus eſt, ipſe propterea iniuriarum convenire poteſt. 282
Sacerdotes, vitia paulo acerbius perſtringentes, quamdiu privatos adfectus non immiſcent, iniuriarum non tenentur. 266
Nec illi ſacerdotes, qui certum aliquod genus hominum generaliter & indefinite obiurgant, actione iniuriarum conveniri poſſunt. ibid.
Præiudicium. 267

Non

Digitized by Google

Non peccant ſacerdotes, qui in concione delicta, publice commiſſa, vel vulgata, arguentes faciunt, ut, quem reprehendant, intelligi poſſit. 269
Sacerdotibus elencho doctrinali adverſus receptas in Germania religiones uti licet. 273
An ſacerdos evangelicus peccarit, qui in concione publica dixit: Daß in der Catholiſchen Kirche ein ſo groſſer Mißbrauch bey den Ablaſſen geweſen, und man um das Geld nicht nur allein von den begangenen Sünden befreyet worden, ſondern auf erlangten Ablaß ferner fortſündigen können? 273
Sacerdos convitiator poteſt etiam ad revocationem iniuriæ adigi, nec non amotione ordinis ſacri puniri. 276
Præiudicium. 278
In ſacerdotibus, qui publice convitiati ſunt, neceſſe eſt, ut, præter ſatisfactionem privatam ac pœnam, ſcandalum publicum publice tollatur. 278
Quando ſacerdoti revocatio iniuriæ imponi ſoleat? 279
Si ſacerdos convitiator iniuriato dignitate multum præcellat, ſaltem ad honoris declarationem condemnari ſolet. 280
Præiudicium. ibid.
Sacerdoti iniuriæ, quæ coniux eius & liberi aliis inferunt, quodammodo imputantur. 281
Præiudicium. ibid.
An ſacerdos, ab aliquo, qui immerenti ſibi convitium factum queritur, conventus, ad veritatem convitii probandam adigi debeat? 282
Sacerdos, quem quis ex parochia eius in nuptiis ſuis aut liberorum per contemtionem præterit, aliumque adhibet, iniuriarum agere poteſt. 284
Præiudicium. ibid.
Sacerdos, qui delata ad ſe per rumorem publicum flagitia confeſſoribus ſuis exprobrat, iniuriarum non tenetur. 312. ſq.
Sacerdotum blaſphemantium pœna ordinaria eſt depoſitio. 558
In ſacerdote, qui de aliquo doctrinæ chriſtianæ capite dubitare incipit, non ſufficit promiſſio ſilentii, & quod nihil ei contrarium docere velit. 582
Sacerdotes perduelles ordinarie puniuntur. 654
Sacerdos, perduellionem pro concione laudans, perduellis fit. ibid.

Sacrificati

Quinam fuerint? 608

Sacrilegium.

Ad ſacrilegium referuntur iniuriæ reales ſacerdotibus illatæ, ſi ſcilicet vel ſacra tractent, vel intui-

intuitu ſacri, quod gerunt, muneris inferantur. 547

Sacrilegus

Ob reſtitutionem rerum ablatarum a pœna capitali non liberatur. 78
Præiudicium. 79

Samma

Quid ſit? 216
Eſt vera iniuria. 222
Præiudicia. ibid. ſq.
Quot ſannarum genera apud veteres fuerint? 217

Satisfactio privata

In iniuriis ob veritatem convitil mitigari ſolet. 306
Præiudicium. ibid.
Quot ſint ſatisfactionis privatæ gradus in iniuriis? 195
Vaga ſatisfactionis privatæ in libello petitio a iudice ſecundum iura communia non, bene tamen hodie in Saxonia attenditur. 202
Præiudicium. 203

Scientia.

Ad eruendam ſcientiam, quod res emtæ ſint furtivæ, Iusiurandum purgationis communiter, ſed male adhibetur, leges tormenta adhiberi iubent, in quibus decernendis circumſtantias inſpici oportet. 999
Præiudicium. 400

Schiſma

Quid ſit? 611

Schiſmatici

In quibus differant ab hæreticis? 611

Scribens litteras diffidatorias.

Is, qui litteras diffidatorias ad alterius mandatum ſaltem ſcripſit, capite plectitur; in Electoratu Saxonico tantum fuſtigatur. 355

Scripta advocatorum.

Salſa advocatorum ſcripta iniuriæ non ſunt. 243
Talia ſcripta vel diſſimulanda ſunt, vel ſimplici admonitione coërcenda. ibid.
Præiudicium. 344
Scriptum advocati gravioribus adverſus magiſtratum iniuriis refertum per carnificem recte comburitur. 253
Præiudicium. ibid.

Scripta eruditorum.

Scripta eruditorum aculeata tolerari, nec tanquam iniuriæ vindicari debent, maledicentia tamen recte punitur. 188

Scriptores.

Scriptores proteſtantes, qui Imperatori adhuc hodie ius convocandi & dirigendi concilia univerſalia tribuunt, contra rectam rationem, fidem hiſtoricam, & ipſius Imperatoris voluntatem peccant. 595

Scriptores iuris publici

Aliquando dum Principibus, contraria iura habentibus, operam ſuam

ſuam addicunt, ſententiam recte mutant; ſed in hac mutatione ſententiarum ſumma prudentia adhibenda eſt. 379

Scriptores.

Scriptores, qui in diverſis & contrariis cauſſis contraria invicem argumenta proferunt, prævaricatores quidem non ſunt, prope tamen ad eos accedunt, & contra bonam fidem peccant. 389

Secreta.

Secreta Principis non debent a miniſtro familiaribus ſuis, vel domeſticis aperiri. 933

Sectio in quatuor partes

Etiam in miniſtris Principum, ob crimen perduellionis commiſſum, locum invenit. 912

Sententia.

Sententia maioris partis, in dubio, melior & iuſtior eſſe præſumitur. 32

Sequeſter

Furtum committit, ſequeſtratam pecuniam conſumendo. 78

Servi.

Servi, luſſu domini delinquentes, mitius puniuntur. 46

Servitutes iuris publici

Quænam dicantur? 422

Silentium

Nonnunquam miniſtris Principum pro crimine obiicitur. 729

Solum ſilentium ad conſpirationem non ſufficit. 101

Simonia.

Iurisiurandi religio infirmum contra ſimoniæ crimen remedium eſt, ac merito abrogatur. 617

Præiudicium. ibid.

Sodalitia.

Sodalitia privata, pro pietate, & contra impietatem, nullibi magis, quam in Magna Britannia frequentantur, ſed & ibi tamen ſæpe turbas excitant. 428

Spes.

Sola ſpes, quam advocatus conſultori de cauſſa eius ſuſcipienda facit, advocatum non obligat. 364

Stellionatus.

Inter ſtellionatum & falſum nullum eſt verum diſcrimen 413

Characteres, qui communiter ſtellionatum a falſo diſtinguere perhibentur, exploduntur. 414 ſq.

Studioſus.

Studioſi, atrociter delinquentes, ordinaria laquei, aliave ignominioſa pœna recte plectuntur. 11

Duæ lites, Roſtochii & Pariſiis hac de re ventilatæ, commemorantur. ibid.

Homo infamis, quem Academiæ Rector, huius infamiæ ignarus, in numerum civium recipit, civis academicus vere fit. ibid.

Digitized by Google

Stuprator.
Stupratores inquiſitionem recte detrectant. 458
Subiecti.
Diverſimode iudicantur ſubiecti Principi, milites duci, cives magiſtratui, ſervi & homines propriI domino, famuli hero, liberi patri, uxor marito, vaſalli domino, crimen iubentibus obtemperantes. 45
Subſcriptio.
Subſcriptio librorum ſymbolicorum antiquiſſima eſt, & iuſta, ac pia, nec per quatenus, ſed per quia fieri debet. 574. ſq.
Succeſſores in Collegio
Ex delicto, quod collegium olim commiſit, conveniri non poſſunt, ſed heredes anteceſſorum tenentur. 27
Præiudicium. 28
Ex delicto collegii obligantur, ſi quid ad eos ex delicto pervenit. 29
Ex delictis deceſſorum ſuorum, nomine collegii perpetratis, quæ ipſi probarunt, obligantur. 37

Succeſſor in officio
Saltem ex iis iniuriis, quæ deceſſor intuitu officii paſſus eſt, actionem habet. 224
Præiudicium. 225
Ob iniuriam perſonalem, occaſione officii deceſſori illatam, agere non poteſt. 226
Superior.
Sola ſuperioris ratihabitio non efficit, ut crimen ei imputari poſſit. 51
Nec præmii datio ſufficit, quæ tamen magnam ſuſpicionem, quod quis conſcius & particeps delicti fuerit, excitat. ibid.
Superior & Inferior ſimul delinquentes, etſi ſimillimum factum ſit, diſſimiliter tamen peccant, & diſſimili ratione puniendi ſunt. 53
Superiores in iniuriis atrocioribus ad recantationem ſeu revocationem ægre quidem, ſed tamen aliquando compelluntur. 195
Præiudicium. 197
Supplicium.
Vid. infra *Vltimum ſupplicium.*
Suſpectus.
Suſpecti de crimine incendii torqueri poſſunt, etiam ex aliis, quam quæ in Art. 41. Conſtitutionis Carolinæ recenſentur, cauſſis. 157
Præiudicium contrariæ ſententiæ. 158
Suſpendium furum
A Saxonibus primum, poſtea a Friderico I. Imperatore in reliquam Germaniam eſt introductum. 59

Etiam

Digitized by Google

Etiam in miniſtris Principum locum habet. 911
Exemplum. ibid.

Suſpiciones.

Graviſſimæ ſuſpiciones de perduellione, & argumenta maxime probabilia ad irrogandum improviſum ſupplicium ſufficiunt. 857

Sylva.

Sylvam doloſe incendens pœna ignis recte punitur. 166

T.

Tabellarii.

Si res, quas alio transferendas acceperunt, intervertant, iure communi ultimo ſupplicio non afficiuntur. 121
Præiudicium. ibid.
Iure Saxonico tamen capitali pœna plectuntur. 123
Quæ lex Saxonica ſubtilitatibus ac argutiis forenſibus eluditur. ibid.
Præiudicium. 124

Tempus

Aliquando facta & dicta, per ſe iniurioſa, pleniſſime excuſat. 211
Exempla. ibid. ſqq.
Tempus iniuriæ illatæ in libello exprimi oportet. 210
Præiudicium. 211

Termini moti crimen

Quibus pœnis olim fuerit coërcitum, & quibus hodie coërceatur? 419

Terminus.

Terminus, quem vel lex, vel iudex in criminalibus defenſori præfigit, peremtorius non creditur. 488
Præiudicium. ibid.

Teſtes.

Ad convincendum puniendumque furem propria confeſſio, aut duo teſtes, omni exceptione maiores, præciſe non deſiderantur. 95
Fides teſtium, omni exceptione non maiorum, accedentibus gravioribus indiciis ſuppletur, ut plenam probationem faciat. ibid.
Præiudicium. 96
Teſtes, qui a iudice evocati teſtimonium alteri ignominioſum perhibuerunt, Iniuriarum non tenentur. 308
Præiudicium. ibid.
Advocatus teſtis nec pro cliente, nec contra clientem eſſe poteſt. 362
Communis opinio, quod teſtes inhabiles in probanda rei innocentia habiles reputentur, cum iure pugnat; nec locum invenire debet, niſi alia adminicula & circumſtantiæ concurrant. 501
Præiudicia. remiſſive. ibid. ſq.
In crimine perduellionis etiam teſtes inhabiles admittuntur; minorem tamen, quam alii idonei, quin aliquando, maxime

Digitized by Google

si inimici sint, nullam plane fidem inveniunt. 650
Præiudicium. 651

Testimonium.

Solum læsi testimonium, etsi iureiurando firmatum, neque hic, neque in aliis delictis ad decernendam inquisitionem sufficit. 464
Præiudicia. 465. sq.
Potest delator, etsi pars læsa sit, ad testimonium evocari, sed non est omni exceptione maior. 469
Præiudicium. ibid.

Thurificati

Quinam fuerint? 608

Timiditas

In ministro Principis vitium est, ac pœnam meretur. 775
Ministrorum per timiditatem peccantium exempla. 777

Tituli.

An citatio, in qua citando debiti tituli non tribuuntur, sit contumelioſa, & a comparendo excuſet? 289
Præiudicium. 292
Titulum sibi cum alio communem, tanquam vilem nimis, omittere, aut non recipere, iniuria haud est. 289
Præiudicium. 290
Titulum litigiosum alicui, pendente lite, non tribuere, iniuria non est. 292
Præiudicium. ibid.

Tortura

Quando emtori rerum furtivarum, ad eruendam scientiam, res furtivas fuisse, decerni possit? 399
Præiudicium. 400
Ad torturam decernendam corpus delicti necessarium est. 483
Gradus torturæ, iam decretæ, ob fugam intervenientem amplificatur. 533
Præiudicium. ibid.
Verba ambigua, dubitantia, & falsa, quibus veritas & auctoritas religionis christianæ oblique impetitur, in crimine blasphemiæ, contra illa proferentem, indicium ad torturam faciunt. 565
Præiudicium. ibid.

Turba

Quid sit, & quousque turbam concitans delinquat? remissive. 153
Leges, quæ turbam simpliciter inhibent, ex recta ratione temperandæ sunt. 153
Non peccant, qui pro se vel innocente adversus vim iniustam tuendo turbam concitant, vel congregantur. ibid. sq.
Præiudicium. 155
Turbam provocare tuendi causa licet, non vero ulciscendi gratia. 154

Tur-

Digitized by Google

Turbatio finium.
Aliquando in crimen læſæ maieſtatis incidit. 420

V.

Vaſallus.
Propterea feudo privari nequit, quod dominum directum ſine amplificatione aliqua dominum appellaverit. 288
Præiudicium. 289
Vaſalli, iuſſu domini delinquentes, mitius puniuntur. 47

Venditio.
Venditio officiorum publicorum crimen eſt. 791

Venia.
Iudex, reum in carcerem per alienum territorium traducturus, Veniam a magiſtratu, cuius territorium tranſit, petere debet. 525
Imploratus magiſtratus, ſiquidem traductio neceſſaria eſt, Veniam denegare nequit. 526
Eadem Venia tunc, quum pœna in alieno territorio exſequutioni mandatur, magis opus eſt. ib.
Praeiudicium. 527

Verba dubia & ambigua.
In meliorem partem ſunt interpretanda. 295
Verba ambigua, dubitantia, & falſa, quibus veritas & auctoritas religionis chriſtianæ oblique impetitur, etſi blaſphemiæ quidem non ſint, tamen extra ordinem puniuntur. 564
Talia Verba in crimine blaſphemiæ indicium ad torturam faciunt. 565
Præiudicium. ibid.
Fides hominis talia Verba iactantis minuitur, nec is facile ad iusiurandum admittitur. ib.

Verba iniurioſa.
Verba nonnulla, per ſe iniurioſa, in ore tamen et ſcriptis ICtorum & advocatorum innocentia ſunt. 244
Exempla talium Verborum. ib. ſq.
Præiudicium. 245

Veritas convitii.
An, & quando iniuriantem excuſet? 304
Veritas convitii, etſi ex iniuriandi animo profecti, ſiquidem in continenti doceri poteſt, pœnam & ſatisfactionem privatam ſaltem minuit. 306
Præiudicium. ibid.

Verum dicens.
Verum Principi irreverenter dicens recte punitur. 685. 773

Vindicta iniuriarum.
An, & in quibus differat ab iniuriarum ultione. 177

Violatio carceris.
Etiam in innocente punitur. 533
Suſpiciones & indicia contra ſuſpectum de crimine auget. ibid.
Carpzovius, minorem pœnam in Violationem carceris ſtatuens, notatur, & contraria ſententia defenditur. 534

Digitized by Google

Virtus.

Virtutis exſuperantia aliquando crimen eſt. 752

Vis.

Vt furtum violentum morte puniatur, Vis ſeditioſa præciſe non requiritur; requiritur tamen Vis atrocior. 98

Vitium.

Qui de Vitiis Principis erga alios aperte iudicat, recte punitur. 685. 774

Præiudicium. 775

Vltio iniuriarum.

Sola Vltio iniuriarum damnatur, non etiam vindicta, quæ duo maxime inter ſe differunt. 177

Vltimum ſupplicium.

Non niſi ob atrocem blaſphemiam irrogatur. 542

Vltimum ſupplicium, in blaſphemos ſtatutum, ab uſu non receſſit, poteſt tamen a principe remitti. 569

Vniverſitas.

Actione iniuriarum experiri poteſt ob iniurias, membro Vniverſitatis illatas, ſi talis ſit actus, in quo contumelia reſpicit univerſitatem. 237

Tota Vniverſitas, cuius omnia membra in delictum conſentiunt, delinquere cenſetur; plerorumque conſenſus non ſufficit. 23

Vniverſitas, uno actu delinquens, unicam ſaltem pœnam, ſi hæc ſcilicet dividi poteſt, ſuſtinet; ſi vero pœna dividi non poteſt, ſingulis infligenda eſt. ib. ſq.

Præiudicium. 24

Si, Vniverſitate ex delicto condemnata, bona communia non ſufficiunt, executio in bona privata ſingulorum membrorum decernitur. 38

Præiudicium. 39

An Vniverſitas, cui ex diffidatione periculum incendii aut ruinæ imminet, eum, propter quem diffidatio facta, expellere poſſit? 355

Voluptas.

Voluptatum intempeſtivus uſus in miniſtris Principum crimen eſt. 813

Vſus.

Vſus & conſuetudo in re per ſe non illicita ab actione iniuriarum liberat. 230

Præiudicium. ibid.

Vulnerantes.

Vulnerantes in ſubita rixa Inquiſitionem recte detrectant. 458

Vxor.

Vxor, iuſſu mariti delinquens, mitius punitur. 47

S. D. G.

Digitized by Google

Digitized by Google

0058 d715

Digitized by Google





Digitized by Google